DIODORI

BIBLIOTHECA HISTORICA

EX RECENSIONE

LVDOVICI DINDORFII.

VOL. V.

ANNOTATIONES INTERPRETVM

AD

L. XV—XX. ET FRAGMENTA L. VI—X.

ET XXI—XL.

LIPSIAE

SVMPTIBVS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXVIII.

ANNOTATIONES INTERPRETVM

AD

DIODORI

BIBLIOTHECAM HISTORICAM.

VOL. II.

LIPSIAE

SVMPTIBVS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXVIII.

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM DECIMUM QUINTUM.

Pag. ed. Wess. 1. v. 9. *Περὶ τοῦ Ταὼ θανάτου*] Vide L. XV. 3. et c. 18., et viri mortem suo loco non esse positam cognosces. Mox πρὸς *Ὀλυνθίους* praestaret. Wess.

1. 21. *Καδμείαν ἀπεκτήσαντο*] Lege *ἀνεκτήσαντο*. Vulgatum arcis Cadmeae possessione Thebanos se abdicasse indicat. Basilius M. Homil. in Divit. p. 56. D. T. II. *καὶ πῶς βιωσόμεθα πάντα ἀποκτησάμενοί; φησι, τί δὲ τὸ σχῆμα τοῦ βίου ἔσται, πάντων πωλούντων καὶ πάντων ἀποκτωμένων.* Id vero falsissimum. Recuperaverunt Thebani, Spartanis eiectis, Cadmeam. Vid. L. XV. 27. Wess.

2. 23. *Ὡς Καρχηδόνιοι* etc.] Poni ante articulum de Cadmea occupata debuerat. Vid. L. XV. 24. Wess.

2. 33. *Περὶ τῆς Ἰφικράτους* etc.] Haec, et Spartanorum in Corcyram expeditio, terraeque motus atque inundatio, qua Helice et Bura submersae, praelio ad Leuctra sunt priora. Conf. L. XV. 44. 47. 48. Wess.

3. 8. *Τῷ διὰ τῆς δόξης ἀθανατισμῷ*] Conf. not. in L. I. 1. Wess.

3. 21. *Παραλαβόντες ἡγεμονίαν κάλλιστα τεθεμελιωμένην*] Non dissimile est auctoris Epist. ad Hebr. c. XI. 10. de Abrahamo *ἐξεδέχετο τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν*, i. e. stabilem et optime fundatam coelestem urbem. Geminum vero maxime supr. L. XI. 68. *Θρασύβουλος δὲ καλῶς θεμελιωθεῖσαν βασιλείαν παραλαβών.* Hinc *τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι* in S. Paulli Ep. ad Coloss. c. I. 23., et *animus bene fundatus* apud Senec. Const. Sapient. c. 6., *magnitudo stabilis et fundata* L. I. de Clement. 3., et *θεμελιοῦν τὴν ἀλήθειαν* in Protrept. p. 66. Clementis Alexandr., similiaque alia. Wess.

4. 23. *Ἔτη πλείω τῶν πεντακοσίων*] Conveniunt numeri. Ad Leuctra pugnatum est Olymp. CII., quo praelio fracti Spartani

Graeciae imperio exciderunt. Fundavit suis legibus rempublicam Lycurgus annis ante primam Olympiadem ferme centum. Recte ergo Lacedaemoniis quingentorum et paullo amplius annorum imperium contribuitur etiam infra c. 50. 65. et a Nic. Damasceno Excerpt. p. 450. et Plutarcho Lacon. Instit. p. 239. F., at prave in Vales. ex Nostro Excerpt. p. 225. τὴν δὲ ἡγεμονίαν διεφύλαξαν (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ. Scripserat πλείω τῶν φ', sive πεντακοσίων. Id loca, quae produxi, adfirmant, et mos Diodori, supputationem Apollodori qui Lycurgum multis annis ante primam Olympiadem vixisse tradidit, secuti. H. Valesius, cui haec non latebant, rem alio expedire modo, sed frustra, laborat. Curatius veterum scriptorum dissensum, cum de Lacedaemoniorum imperio loquuntur, exsequitur Is. Casaubonus ad Polyb. p. 97.; habet etiam Io. Meursius Miscell. Lacon. L. III. 9. 10., quae huc referas. Ceterum οἱ τότε Λακεδαιμόνιοι, qui continuo sequuntur, orationem turbant, videnturque ex scholio in hanc sedem immigrasse: tolle eos, nec quidquam ad sententiam desiderabis. Wess. Nescio, annon e neglectu, qui Diodori dictionem obsidet, et eius luxurie defendi queat οἱ Λακεδαιμόνιοι, quamvis οἵτινες praecesserit. v. p. 10. 24. et 30. Reisk.

Ibid. Πλείω τῶν πενταχοσίων, οἱ τότε Λακεδαιμόνιοι] Mirum ni inter πενταχοσίων et οἱ τότε desint verba pluscula. Steph.

4. 36. Καὶ τοῖς ἐκ προγόνων ἀνικήτοις γεγονόσι] Infr. c. 56. ἀνίκητοι ἡγεμόνες τῆς Ἑλλάδος. Victi quidem levibus subinde praeliis Spartani sunt, nunquam tamen ante Leuctricam cladem ita infracti, ut Graeciae ducatu prorsus carerent. Μόνοι δὲ οἰκοῦντες ἀπόρθητοι, καὶ ἀτείχιστοι, καὶ ἀστασίαστοι, καὶ ἀήττητοι, καὶ τρόποις ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι, ὧν ἕνεκα ἐλπὶς ἀθάνατον τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς κεκτῆσθαι, de iisdem Lysias in Orat. Panegyr. apud Dionysium Halicarnasseum T. II. p. 92. Wess.

4. 46. Μεταβησόμεθα πρὸς τῇ γραφῇ χρόνους] Remove πρός. Rhod. Delenda utique erit praepositio, nisi quid desit. Movent certe defectus suspicionem tum Codd. vetusti, in voce πρὸς retinenda constantes, partim etiam haec auctoris ex principio L. XII. Νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰς προκειμένας πράξεις τρεψόμεθα, προδιορίσαντες τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. ἐν μὲν οὖν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ etc. Hinc poterit levi opera refingi ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας μεταβησόμεθα, προδιορίσαντες τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. Quod si cui tamen hoc audacius videbitur, fruatur arbitrio suo. Wess. Comparanda etiam librorum XIII. XIV. XVI. XVII. XIX. XX. initia, quorum unius ad exemplum huius exordium est exigendum.

4. 59. Μάρκον Φούριον] Duplex post M. Φούριον defectus, unus post Γάϊον, alter ante Aemilium. Rhod. Defectus

est manifestus, nec apparet, qui suppleri possit: longe enim longeque Diodorus a ceteris Fastorum conditoribus se segregat, tribunos militum consulari potestate memorans, nusquam obvios. Unde vero eos, et qui aliquot annis sequuntur, descripserit, finire non possum: neque enim divinus sum. Id quidem certe constat, Fastos, quibus usus est, a Livianis plurimum discrepasse. Wess.

5. 67. *Ὀρόντην κηδεστὴν*] Hoc malo. Auctor *Ὀρόντην* adpellare solet, Xenophon *Ὀρόνταν*, quem regis Persarum generum fuisse, alias ostendimus. Vid. L. XIV. 26. et Cel. Barbeyracium Histor. Foed. P. I. p. 267. Quod additur, Teribazo classis reique navalis traditum fuisse imperium: id vetabit Gaos, sive Glos potius, *ὁ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἡγούμενος*, sicuti c. 3. vocatur, nisi vicariam huic potestatem concesseris. Wess.

5. 68. *Τηρίβαζον*] *Τιρίβαζον* Coisl. haud male: sic enim et alii. Wess.

5. 73. *Πρὸς μὲν τὸν Ἄκοριν τὸν Αἰγ. βασιλέα*] Theopompus apud Photium L. XII. habet *Πάκωριν*. Palm. Male apud Photium Cod. CLXXVI. *Πάκωρις*. nam postea ibidem recte *Ἄκωρις* dicitur; Eusebio et Hieronymo est *Achoris*, *Ἄχωρις* Africano et Syncello. Vid. Ill. Scaliger. ad Chron. Euseb. MDCXVI. Wess.

5. 76. *Παρ᾽ Ἑκατόμνου δὲ τοῦ Καρίας δυνάστου*] Belli principio Hecatomno Artaxerxes classis imperium, reliqui exercitus Autophradatae, Lydiae Satrapae, mandaverat. *Στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας Ἐξατράπην (σατράπην) ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνον* Photius ait ex Theopompo suo. Rex ab ea consilio, sicuti superiora auctoris nostri indicant, deinceps discessit. Vid. L. XIV. 98. Wess.

5. 78. *Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους etc.*] Difficulter praepositio *πρὸς* locum, quem insedit, tuebitur, nisi ad orationem explendam ex praecedentibus intellexeris *συμμαχίαν ποιησάμενος*. Wess.

5. 83. *Κατὰ δὲ τὴν Φοινίκην, Τύρου καί τινων ἑτέρων*] Praeclare Isocrates Panegyr. p. 108. *Φοινίκη δὲ καὶ Συρία διὰ τὸν πόλεμον ἀνάστατοι γεγόνασι. Τύρος δὲ, ἐφ᾽ ᾗ μέγα ἐφρόνησεν* (rex Persarum Artaxerxes) *ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται.* Et in Evagor. p. 293. *ἐπειδὴ δὲ ἠναγκάσθη πολεμεῖν* (Evagoras) *τοιοῦτος ἦν — — ὥστε μικροῦ μὲν ἐδέησε Κύπρον ἅπασαν κατασχεῖν, Φοινίκην δὲ ἐπόρθησε, Τύρον δὲ κατὰ κράτος εἷλε, Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε.* Quae quidem omnia Diodori opinionem egregie adfirmant et illustrant. Wess.

5. 90. *Καὶ ὁ τῶν βαρβάρων βασιλεὺς*] Depravatum ex *Ἀράβων*. Rhod. et Palm. Adsentior viris clarissimis. Vitium scripturae quaedam similitudo peperit, ut saepe. Conf. L. I. 53. Wess.

5. 6. *Ὀνομαζόμενος δὲ Γαὼ*] Ita perpetuo ducis id nomen Diodori Codd. exprimunt. Vid. supr. L. XIV. 36. Xenophontis in

1 *

libris Γλοῦς, apud Polyaenum L. VII. 20. Γλῶς. Hinc eligendi optio anceps. Is. Casaubonus ad eum, quem indicavi, Polyaeni locum ex Nostro Γαῶ unice verum fuerat arbitratus. Sed re in accuratius examen missa Γλοῦς aut Γλῶς in not. ad Aeneae Poliorcet. p. 1790. ed. Gron. alteri praetulit: cui libens accedo. Vicinia literarum ex ΓΛΩΣ fecit ΓΑΩΣ. Certe Γλὼς occurrit apud Etymologum in Σωτηρία p. 791. Γλαῦς in Xenophonte, Aenea et Athenaeo L. VI. 16., et seriore aetate Γλώνης, dux copiarum regis Persarum Cavadis, apud Theophanem Chronograph. p. 125., qui Γλόνης, sed vitiose, Procopio L. I. Bell. Pers. c. 7. Quod ultimum opportune observavit Cl. Barbeyracius Hist. Foeder. P. I. p. 191. ad Persicum illud nomen adfirmandum. Adde Freinshem. in Curtii L. VII. 2. Wess.

6. 32. Μετὰ τοῦ βάρους ἐπενεχθέντος] Intellige τὸ βάρος τοῦ περὶ αὐτὸν συστήματος, ut infra c. 86. Wess.

6. 49. Πυθαγόραν μὲν τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν] Isocrates Evagor. p. 293. patri hoc bello συναγωνιστὴν adiungit filium Πρωταγόραν, quo nomine Salaminis regem auctor L. XVI. 46. habet: qui quidem idem si fuerit ac *Pnytagoras* Cypriorum rex apud Curtium L. IV. 3., Arrian. Exp. Alex. II. 20. et Athen. L. IV. 19. corrigendus eo loco Diodorus erit, ut probe vidit Celeb. Iac. Perizonius in Aeliani L. VII. H. Var. c. 2. Diversus aliusque videtur hic *Pythagoras*, et fortasse etiam male scriptus. Πνυταγόραν suo in Theopompo hoc tempore Photius Cod. CLXXVI. invenit, qui turpibus deinceps amoribus una cum patre inplicitus perierit. Wess. Protagoras apud Isocratem Ms. Vrbinatis auctoritate concessit Pnytagorae: quem hic quoque Diodoro restituendum esse suadet Πνυταγόρας in Athenaei loco p. 167. c. in cod. Florentino Πυθαγόρας eodem vitio scriptus.

7. 62. Τὰς μὲν φρουρὰς ἀπετρίψαντο] Mera παραδιόρθωσις est Reg. 1. ἀπεῤῥίψαντο. Frequentissimum ἀποτρίψασθαι usum habet in omnibus, quae repellimus et a nobis amolimur. Ἀποτρίψασθαι τοὺς πολεμίους Noster dixit hoc libro c. 67. et 69. ἀποτρίψασθαι πολιορκίαν L. XVIII. 51. ἀποτρίψασθαι διαβολὰς L. XVII. 5. πόλεμον ἀποτρίβεσθαι Polyb. L. III. 8. et L. XI. 6., pro quo minus emendate L. III. 102. μόλις ἀπετρέψατο τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον, et L. IV. 45. ἀποτρέψασθαι τὸν πόλεμον οἷοί τε εἰσί. Quin ipsum illud, quod prae manibus est, recurrit L. XVIII. 74., ubi Ἀθηναίων δὲ μὴ δυναμένων ἀποτρίψασθαι τὴν φρουρὰν etc. Wess.

7. 65. Ὥσπερ βαρὺ φορτίον οὐχ ὑπέμενον] Vid. L. XIII. 30. adscripta. Wess.

7. 72. Λόγον ἀπῄτουν παρὰ τῶν ἐπεστατηκότων ἐπὶ τῆς etc.] Copiosius haec Diodorus exsequitur inferius c. 14. Wess.

7. 80. Οὐδὲ δύο ἔτη φυλάξαντες τὰς κοινὰς σπονδὰς] Pacem Antalcidae, anno 2. Olymp. XCVIII. initam ex Nostri cal-

culis. Tricatur ergo doctissimus H. Dodwellus, non capere se professus, quid Diodorus velit, cum *οὐδὲ δύο ἔτη* observatam a Lacedaemoniis Antalcidae pacem dicit, Annal. Xenoph. p. 264. Wess.

7. 87. *Προσέταττον τὰ μὲν τείχη καθελεῖν*] Quaesitas belli caussas, neque enim deesse solent, etsi saepe futiles, belli cupidis, exponit Xenophon diligentius Hellen. L. V. p. 431. Wess.

7. 88. *Εἰς τὰς ἀρχαίας πέντε κώμας*] Xenophon in quatuor pagos Rer. Graec. L. V. p. 432. *διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῇ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν.* Sed Nostro adsentiuntur Strabo L. VIII. p. 519. *Μαντίνεια μὲν*, inquiens, *ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνῳκίσθη.* Et Ephorus in Harpocrat. v. *Μαντίνεια.* Dissensus origo esse potest, quod nullam Mantineae Xenophon rationem habuerit, quae a victoribus ad deditionem adacta paucos incolas retinuit, ceteris in quatuor pagos sese habitatum conferre iussis. Vid. Pausaniam L. VIII. 8. p. 615. Wess.

7. 3. *Καὶ τοὺς ἐν τούτοις δόξαν ἔχοντας μετεπέμπετο*] Fuit eorum e numero Antiphon. *Λέγεται γὰρ τραγῳδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ*, scribit Plutarch. in x Rhetor. Vit. p. 833. C. Cum tamen deinceps tyranni fabulas, quibus magis ille sese efferebat, quam tyrannide, carperet et contemneret, eiusdem odium sibi conciliavit. *Διεφαύλιζε γὰρ τὰς τοῦ Διονυσίου τραγῳδίας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνος ἐφρόνει μεῖζον, ἢ ἐπὶ τῷ τυραννεῖν* de Antiphonte Philostratus Vit. Sophistar. L. I. 15. p. 499. Fallitur tamen ipse cum Plutarcho, Antiphontem rhetorem quem eum ipsum esse opinatur. Is enim Sophili filius iam olim Athenis capite poenas ob proditionis crimen dederat, uti populi decreto, quod Plutarchus servavit, docemur. Vid. Ionsium Hist. Phil. L. IV. p. 247. Wess.

7. 7. *Ἐκαυχᾶτο πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν*] Ferri fortasse potuisset *ἐχαυνοῦτο*, quod Stephanus e libro vetere eruit, si Codd. alii addicerent. Convenit illis quorum cor superbia turgescit atque inflatur. Dio Chrysostomus Or. XXIX. p. 296. *κάλλος γὰρ ἀνθρώπους μάλιστα δὴ χαυνοῖ.* Iosephus Ant. Iud. L. IX. 10. 4. *καὶ χαυνωθεὶς θνητῇ περιουσίᾳ.* Sed proba vulgata est, e qua scribendi errore et hic *ἐχαυνοῦτο*, et mox *χαυνωμένου* originem accepit. Wess.

7. 12. *Ἀναγνωσθέντων τῶν — μοχθηρῶν ὄντων*] Erant pleraque *ἄμετρα καὶ κακοσύνθετα*, sicuti apud Lucian. de Non cred. Calumn. c. 14. legitur. Dictio plane turgida erat, et monstris verborum, quibus tanquam gemmis Tragoedias ornare voluit, distincta. Habet eorum aliqua Helladius in Photii Cod. CCLXXIX. p. 1587. et Lucian. Adv. Indoct. c. 15. Itaque haud inmerito Dionysii *versus absurdos et inconcinnos* censuit Ammianus Marcellinus L. XV. 5., auctorem vero *poëtam tragicum*, *quam bo-*

num nihil ad rem, L. V. Disput. Tuscul. c. 22. Cicero cum clarissimi Davisii nota. Wess.

8. 17. *Ἀπάγειν εἰς τὰς λατομίας*] Vid. Iac. Perizonium ad Aeliani Var. H. L. X. 9. Respicit huc Lucianus De Merc. Cond. c. 35. *σὺ δ' οὖν, ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τὰς Διονυσίου εὐθὺς ἀφίξῃ.* Respiciunt et alii, sed supplicii et carceris caussas longe diversas afferentes. Athenaeus in lautumias depressum ait L. I. 6., quoniam amicam Dionysii Galateam corruperat: Plutarchus Or. II. de Alexand. Fort. p. 334. C. quia Dionysii tragoediam corrigere iussus eamdem a capite ad calcem una litura deleverat: *ὅτι τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελευσθεὶς εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος αὐτὴν περιέγραψεν.* Quae tamen, sicuti etiam quae de Cyclope fabula, in lautumiis illis conposita, narrantur, vera esse possunt, si Philoxenus *πολλάκις ἐς τὰς λατομίας*, quod Lucianus Adv. Indoct. c. 15. memoriae mandavit, abductus fuerit. Wess.

8. 18. *Τῇ δ' ὑστεραίᾳ* etc.] Non concordat Aelianus lib. XII. Var. Hist. c. 44.; nam secundum illum non adeo brevis fuit Philoxeni in latomiis mora: ait enim ibi eum composuisse suum Cyclopa, pulcherrimum omnium, quae composuit, poëma: nec Theocritus in Idyllio VII., qui (meo quidem iudicio) eam Philoxeni calamitatem deflet aenigmatice sub Comatae nomine; ait enim (vers. 85.) fuisse *ἐν εὐρείᾳ λάρνακι* (id est in latomiis) *ἔτος ὥριον* quod Scholiastae interpretantur *ἔαρος ὥραν*, trimestre tempus in vere. Eam litem doctioribus iudicandam relinquo. Palm.

8. 42. *Ὅθεν ὡς ἐπῃνεκότα αὐτὸν ἀπεδέχετο*] Dionysio evenit, quod ineptis omnibus de hoc genere. Sua laudari inpense amant, raroque animadvertunt, nudum se latus urbanis hominibus dare. Habes aliud in Dionysio isto exemplum apud Polyaen. Strateg. V. 46. Wess.

8. 47. *Μεταπεμψάμενος γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον*] Id vero alii negant, Platonem primum hoc in Siciliam iter ingressum fuisse prodentes *κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων*, veluti Diogenes III. 18. et Athenaeus L. XI. p. 507. B.; quo tempore cum Dioni innotuisset, ab eodem ad Dionysii colloquia perductus nimia dicendi libertate tyrannum offendit, Plutarcho in Dion. p. 959. E. teste. Altero itinere *κλητὸς* et crebris Dionysii iunioris literis invitatus eamdem in insulam properavit, auctore Aelian. V. H. Lib. IV. 18. Vide tamen Syncellum Chronogr. p. 259. et Tzetz. Chiliad. X. 865. Wess.

8. 51. *Εἰς τὸ πρατήριον* etc.] Dedit eum Pollidi Spartano, qui conmodum Syracusis erat in Graeciam transiturus, clam aut interficiendum, aut certe tanquam vile mancipium vendendum, *ὥσπερ ἀνδράποδον τῶν ἐπ' ἐξαγωγῇ*, Aristides ait Tom. III. p. 382. Redemit philosophum in Aeginam deportatum minis XX Anniceris Cyrenaeus, de quo Menag. ad Laert. Diogen. L. II. 86.,

remisitque Athenas ad amicos. Quod vero de philosophis Noster addit, qui congressi eum liberarint, id altero itinere accidisse significat Diogenes L. III. 21. Wess.

8. 55. Δεῖ τὸν φιλόσοφον — ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν] Non multum interest φιλόσοφον scribas an σοφόν. Venit egregium et rerum usu saepissime probatum illud dictum ab Aesopo Phryge, qui Soloni Sardibus post institutum cum Croeso sermonem, Ὦ Σόλων, ταῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν, in Plut. Solon. p. 94. C. Aristoteles Callisthenem, auditorem suum ad Alexandrum dimittens eodem prudenter usus monuit, ut cum eo aut rarissime, aut quam iucundissime loqueretur, apud Valerium Max. L. VII. 2. Ext. 11. Wess.

8. 58. Εἰς μὲν τὴν Ὀλυμπ. πανήγυριν] Vide L. XIV. 109. Wess.

9. 59. Διαθησομένους — — τὰ ποιήματα] Conf. Iac. Gronov. ad Harpocrat. in Διάθεσις. Diodoro διαθέσθαι de orationis et carminum recitatione haud infrequens. Supr. L. XII. 17. τὸν ἑτερόφθαλμον ἀποτολμῆσαι λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ διαθέσθαι. et hoc libro c. 38. Καλλιστράτου τοῦ δημαγωγοῦ τὸν λόγον διαθεμένου, ὑπὲρ δὲ τῶν Θηβαίων Ἐπαμινώνδου διαθεμένου λόγον θαυμαστῶς ἐν τῷ κοινῷ συνεδρίῳ. Diversiore forma Plato in Charmide p. 162. D. ὥσπερ ποιητὴς (ὀργίζεται) ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. Et Antiphon διαθεῖναι λόγον ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαι in Ulpiani Schol. ad Olynth. II. p. 14., ubi de hoc verbo plura. Wess.

9. 78. Καὶ κατελθόντες εἰς τὰς Συρακούσας] De Philisto ob ea, quae Plutarchus in Dion. p. 962. refert, dubitare licebit. Wess.

9. 84. Σερούϊον Σουλπίκιον] Sulpicio suum praenomen reddidi, quod fieri oportere, Rhodomannus pulcre viderat. Ceterum Consulum hoc par aliorum Fasti ignorant, a Diodoro alicunde erutum; neque enim ex se finxisse videtur. Wess.

9. 92. Ἔφησε συγχωρῆσαι] Repono συγχωρήσειν. Steph. Ego non moveo. Saepe ostendimus, hoc in genere optimos scriptorum variare. Noster L. XII. 60. οὐκ ἔφασαν ἀκολουθεῖν. et L. XIV. 98. τὴν δὲ νῆσον ὡμολόγησαν αὐτῷ συγκατακτήσασθαι. Lysias Or. in Agorat. c. 11. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι. et c. 3. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι ταῦτα γενέσθαι. ubi Stephanus quoque ἐπιτρέψειν, sine caussa tamen. Wess.

9. 94. Αὐτὸς δὲ μόνης τῆς Σαλαμῖνος] Μόνης recepi. Voluit Teribazus, ut uni duntaxat Salamini Evagoras, abdicato reliquarum urbium imperio, deinceps praeesset: solusne regnaret, an cum filio, controversia non erat. Wess.

9. 2. Ὀρόντης ὁ ἕτερος στρατ. — γράμματα etc.] Venisse in partes huius consilii Evagoram ipsum, ex Theopompo innuit Photius Cod. CLXXVI. Wess.

10. 7. *Καὶ συλλαλεῖ περὶ κοινοπραγίας*] Nolo prorsus damnare *περὶ καινοπραγίας*. potest sententiam dare satis congruam. Praefero tamen Regg. librorum scripturam, auctoris adsuetudini respondentem, qua *διαπρεσβεύσασθαι περὶ κοινοπραγίας, συλλαλεῖν περὶ κοινοπραγίας, κοινοπραγίαν συνθέσθαι* frequenter usurpat. Vid. L. XI. 1. et XV. 90. XVI. 37. XVIII. 14. Wess.

10. 10. *Ὡς καὶ Πυθῶδέ τινας ἔπεμψεν*] Longe praestabat *ὥς καὶ*, quod suam in sedem restitui. *Πυθῶδε πέμπειν* inferius c. 49. recurrit, explicatumque alias est. Wess.

10. 22. *Καὶ τὴν κρίσιν ἀναβαλλομένου*] Vero adfine non fit viris doctissimis, iudicium hoc post bellum Cadusianum fuisse dilatum: putant ex strategemate, quo Teribazus regem eo bello servasse traditur apud Plut. Artaxerx. p. 1023., clare patere, rediisse iam tum in regis gratiam. Id speciem praefert. Sed si Artaxerxes Teribazum, postquam proditionis crimine absolutus erat, summis honoribus cumulaverit, ut c. 11. a Diodoro docetur, reus fuit bello Cadusiano: tum enim humillima erat conditione et contemtus. *Τότε ταπεινὰ πράττων καὶ περιορώμενος* Plutarchus ait. Vide tamen Cl. Barbeyracium Hist. Foed. P. I. p. 191. Wess.

10. 34. *Παραδόξως ἐξοσιοῦται τὴν ἅλωσιν*] Pro *ἐξοσιοῦται* substitue adiectum in margine *ἐξωθεῖται*. Rhod. Praeferrem et ego *ἐξωθεῖται*, si vel unus meorum Codd. id probaret: in tanto vero consensu non audeo. Nec placet tamen *ἐξοσιοῦται* admodum, nusquam simili potestate instructum, quod quidem recordor, a me repertum. *Ἀφοσιοῦται* fortasse tolerari posset, si in vetustis membranis esset. Itaque ampliandum censeo. Wess.

10. 38. *Δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος*] Consentit hac quidem parte Isocrat. Evag. p. 295. *Εὐαγόρα δὲ πολεμήσας ἔτη δέκα, τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν, ὧνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν*. In ceteris non item. Noster ait, duobus potissimum annis, reliquis in apparatu consumtis, bellum arsisse, eoque temporis intervallo navali praelio victum Evagoram intra Salaminem fuisse conclusum. At Isocrates Panegyr. p. 101. sextum eius belli annum, cum orationem eam scriberet, verti, iamque Evagoram maritimo certamine superatum rebus angustis esse, significat: cui eadem tempestate viventi cur tandem non accessero? Wess.

10. 46. *Ἔγνω καινῇ πραγμάτων* etc.] Hoc quoque loco videtur desiderari *οὖν* post *ἔγνω*. quae omissio nescio an librariis, an Diodori idiomati tribuenda sit. Sic et p. 475. *εὐλαβήθη μή ποτε*, pro *εὐλαβήθη οὖν μή ποτε*. vel *εὐλαβήθη γὰρ μή ποτε*. Steph.

10. 48. *Ἐπεὶ τοὺς τριηράρχους* etc.] Pro *ἐπεὶ* repono *ἔπειτα*. Nam cum *ἐπεὶ* servari non possit *πεποιημένος*. Steph. Forte *ἔπειτα δὲ τούς*. Rhod. Non refragarer, si libri manu exarati edicerent. Puto ellipsi verbi *ἦν* Diodoro posse succurri. *Ἐπεὶ πεποιημένος ἦν* ***postquam eos sibi conciliarat:*** quae quidem haud in-

solita est. Arrian. Exp. Alex. L. VII. 19. ὑπὲρ ὅτων μὲν ἕκαστοι πρεσβευόμενοι, οὐκ ἀναγέγραπται, ubi nisi ἦσαν expleas, hiabit itidem oratio. Adde Homer. Il. Θ, 307., quaeque ibi Eustathius. Wess.

11. 63. *Μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις*] Sic L. XVIII. 2. μεταμέλεσθαί τε ἔφη τοῖς πραχθεῖσι. Plenius L. XVII. 42. μετεμέλετο μὲν ἐπὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἐπιβολῇ. Wess.

11. 71. *Ζῶντες ἐξεδάρησαν· καὶ ὑπὲρ τῶν δικαστικῶν* etc.] Recte hoc exemplum, et alterum in Sisamnem a Cambyse statutum apud Herodot. V. 25. H. Valesius obmovit Ammiano Marcellino, scribenti L. XXIII. 6. *nam quod superaidere* (apud Persas) *corio damnati ob iniquitatem iudicis iudex alius cogebatur, aut finxit vetustas, aut olim recepta consuetudo cessavit:* neque enim finxit vetustas. Addere potuisset ex Basilio Seleuciensi L. II. de Miracul. S. Theclae κατὰ δὲ τὸν τῶν Περσῶν νόμον δείρας αὐτὸν καὶ δορᾶς γυμνὸν ἐποίησε. ubi P. Pantinus plura, sed ex B. Brissonio L. 1. Reg. Pers. Sect. CXXXIII. Wess.

11. 79. *Τὴν ὑπ' Ὀρόντου γεγενημένην ὑπάκουσιν* etc.] Hic locus depravatus est, idque ex omissione verborum aliquot, ut opinor. Steph. Vulneri medicinam, quam Stephan. negavit, opportune fecit Rhodomannus in not. Addendis: *Mendosus,* inquit, *est locus, quem sic utcumque restituo. Post γεγενημένην haec insere: συνθήκην, τὸν Εὐαγόραν ὑπακούσειν ὡς βασιλέα βασιλεῖ· προσήνεγκε δὲ ἑαυτὸν τὴν εἰρήνην* etc. *Legebat transactionem ab Oronte factam, Euagoran ut regem regi pariturum. In medium etiam proferebat sese pacem* etc. Haec enim aut his similia deesse, ex cap. 9. et 10. facile conficias. Wess. In annotationibus ipsis προσήνεγκεν deleri iusserat Rhodomannus.

11. 83. *Μὴ χρηματίζειν — περὶ θανάτου*] Videntur Teribazum accusasse et eo nomine, quod Delphis Apollinem de regis morte consuluisset. Quid sciscitatus fuerit, vide c. 8. Wess.

11. 92. *Ὧν τὸν βασιλέα — ἦν εὐεργετηκώς*] Fuit ergo ex eorum numero, quos OROSANGAS adpellabant. Οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλέως Ὀροσάγγαι καλέονται περσιστί· apud Herodot. L. VIII. 85. Quorum e genere qui erant, cum publicas in tabulas referebantur, tum eximiis honoribus ornabantur. Habet de Orosangis his conplusculа Des. Heraldus Advers. L. I. 9., sed magnam partem occupata a B. Brissonio de Reg. Pers. I. 138. Wess.

12. 2. *Ἔν τε τοῖς πολεμίοις ἀνδρείᾳ* etc.] Legatur πολέμοις. Rhod. Id quidem necesse non est. Idem est ac διενεγκεῖν τὰ πολέμια in Luciani D. Mort. XII. 1., ubi egregie Cl. T. Hemsterhus. Conf. et not. in L. I. 54. Wess.

12. 17. *Διὰ τὸ τὰς περὶ αὐτῶν χάριτας — ἀπειληφέναι*] Non sum oblitus moris Diodori, quo περὶ multimodis usurpat. Ἡ περὶ τὰς Ἀμαζόνας ἀρετὴ earum virtus est L. II. 46., ἡ περὶ τὸ ἄροτρον εὕρεσις illius inventio L. III. 63., ut alia silentio praeteream. Hic tamen τὰς περὶ αὐτῶν χάριτας ex Reg. 1. praeoptavi,

ut gratiae et commoda sint, quae ob merita in regem abstulerat Teribazus. Wess.

12. 36. *Τοῦ παρὰ τὴν Μαντίνειαν ποταμοῦ*] *Ophis* dicebatur, teste Pausania, qui regis Agesipolidos hoc strategema copiosius exsequitur L. VIII. 8. p. 614., sicuti et Xenophon Hellen. L. V. p. 432. Wess.

12. 45. *Εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι*] Vid. supra c. 5. et Polyb. IV. 27. et Aristidem T. III. p. 476. Manserunt autem Mantinenses in pagos descripti, donec ab Epaminonda in integrum patriamque urbem restituerentur, Pausan. IX. 14. Wess.

13. 51. *Τὸν Ἰόνιον καλούμενον πόρον*] Sic bene. Male *ἐν τῷ Ἰωνίῳ πελάγει* Aelian. Hist. Animal. L. XIII. 19. et *ἀπὸ τοῦ Ἰωνίου μέχρι τῆς Συρίας* Appian. Bell. Civil. L. IV. p. 1030. Nota res ex Stephano Byzantino est. Wess.

13. 55. *Καὶ συλήσειν*] Non video cur *ἔσπευδε συλήσειν* dicturus fuerit Diodorus pro *ἔσπευδε συλῆσαι*, praesertim quum praecessisset *ἐκπλεῦσαι*. repono ergo *συλῆσαι*. Steph. Mutandi iustam Stephanus caussam non habuit. Multa in hoc genere sibi indulgent veteres. Lysias pro Callia apud Harpocration. in *Τίμημα*· *οὗτοι δὲ φάσκοντες πλείονα μισθώσασθαι, καὶ τίμημα καταστήσεσθαι.* quod optime tuetur T. Hemsterhusius, plura de hoc genere commentatus ad Xenophontem Ephesium Miscellan. Observat. Vol. IV. p. 286. Aliud est, quod nos moratur. Dicit auctor, Dionysium magnis copiis Epirum invadere voluisse, ut ditissimum Delphis templum spoliaret. Atqui id in Epiro non erat, sed Phocide. Quod cum non lateret Amyoto, Gallico interpreti, pro Delphico Apollinis templo Dodonaeum Iovis versione sua expressit, coniecturam credo secutus: nam scripti Codd. nostri quidem certe, in Delphico retinendo consentiunt. Hos itaque sequar, tantoque magis, quod *τέμενος γέμον πολλῶν χρημάτων* verius dicatur de Delphica, quam Iovis Dodonaei aede. Vide modo L. XVI. 57. Fuisset sane expeditius ad id sacrilegium iter tyranno, si Crisaeum in sinum invectus exscensioneque facta Delphos properasset: sed potuit ille animo alia, cur hoc negligeret, agitare. Confer tamen Cl. Barbeyracium, pro Dodonaeo Iovis templo non sine quadam veri specie pugnantem, Histor. Foed. P. I. p. 192. Wess.

13. 58. *Δι' Ἀλκέτου τοῦ Μολοττοῦ* etc.] Principis huius genus et familiam declarat Pausan. L. I. 11. In exsilium quare abierit, incertum est; certissimum vero, restitutum in priorem dignitatem Atheniensium caussae saepius enixe studuisse. Vid. Xenophont. Hellen. L. VI. p. 457. et infra hoc libro c. 36. Nostrum. Wess.

13. 78. *Ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον — Φάρον*] Dicendi genus illustravimus ad L. V. 80. Rem ipsam, dubia si foret, firmarent haec Strabonis L. VII. p. 484.: *Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα.* Et Stephanus in *Φάρος*, optime ab Is. Casaubono

correctus. Urbem habuit cognominem, quam Romani ob insignitam Demetrii Pharii perfidiam, solo aequarunt apud Appianum Illyr. p. 5. ed. Hoeschel. Wess.

13. 81. *Τὴν ὀνομαζομένην Λισσὸν*] Vid. not. ad Hieroclis Synecdem. p. 656. Dionysius sub idem tempus in opposita continente urbem Adriam sive Hadriam condidit. Etymologus: *Ἀδρίας τὸ πέλαγος. Διονύσιος Σικελίας τύραννος, ὃς πρότερον ἐπὶ τῇ Ὀλυμπιάδι πόλιν ἔκτισεν Ἀδρίαν ἐν τῷ Ἰονικῷ κόλπῳ, ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος Ἀδρίας καλεῖται.* Annus incertus est: excidit enim ex Etymologi verbis. Satis tamen ex rerum apud Nostrum successione adparet, ab Olymp. XCVIII. non multum afuisse. Wess.

13. 83. *Κατεσκεύασε νεώρια* etc.] Omnia haec omnino pertinent referrique ad urbem Syracusanam debent. Id praeter flumen Anapum, quod prope Syracusas labebatur, ambitus urbis, ceteris Graeci nominis oppidis longe amplior, suadet: nam Lisso minime convenit. Aliud tamen censuit doctissimus Cellarius Geogr. Ant. L. II. 8. p. 618. Wess.

13. 93. *Λεύκιος Οὐαλέριος καὶ Αὖλος Μάλλιος*] Fasti Liviani dant huic anno tribunos militum consulari potestate, et longe quidem alios. Paene suspicor in Fastis, quos Diodorus habuit, errore quodam hos consules esse repetitos. Habet eosdem L. XIV. 103. et succedentes itidem L. Lucretio et Servio Sulpicio c. 99. Sequuntur eosdem c. 107. tribuni militum, quos huius libri c. 15. reperies. Quae quidem certo videntur esse indicio, in Diodori Fastis perturbatissima omnia fuisse. Wess.

13. 95. *Δίκων Συρακούσιος*] Domo fuit Cauloniates, sed praemiis expugnatus Syracusanum se deinceps adpellari passus est. Victorias reportavit sacris in certaminibus plures, descriptas a Pausania L. VI. 3. p. 459. et hoc epigrammate, necdum, quod sciam, edito:

Εἰμὶ Δίκων υἱὸς Καλλιμβρότου· αὐταρ ἐνίκων
Τετράκις ἐν Νεμέᾳ, δὶς Ὀλύμπια, πεντάκι Πυθοῖ,
Τρὶς δ' Ἰσθμῷ, στεφανῶ δ' ἄστυ Συρακοσίων.

Hoc tamen Pausaniam inter et epigrammatis auctorem interest, quod illi *Δίκων* sit *Καλλιβρότου*, victoriasque abstulisse dicatur *Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισὶ, δύο δ' ἄλλας ἀνδρῶν.* Itaque in Pausania *Δίκων Καλλιμβρότου*, et in epigrammatis versu secundo *τρὶς Ὀλύμπια* fortasse satius erit scribere, ut iste dissensus tollatur. Wess.

14. 12. *Ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα*] Centum triremibus hanc Dionysium expeditionem ingressum fuisse, Aristotelis Oeconom. L. II. p. 689. ed. Du Vall. et Polyaen. Strat. V. 2. 21. memoriae mandaverunt. Caussa erat speciosa. Piraticae studebant Tusci eo tempore, arcemque, unde erumperent, *Pyrgos* legerant. Servius opportune in Aen. X. 184. *hoc castellum* (Pyrgi) *nobilissimum fuit eo tempore, quo Tusci piraticam exercuerunt: nam illic*

metropolis fuit: quod postea expugnatum a Dionysio, tyranno Siciliae, dicitur. Wess.

14. 13. *Συλήσων ἱερὸν ἅγιον*] Deae *Leucotheae*, si Aristotelem sequaris et Polyaenum, si Strabonem L. V. p. 345., *Εἰληθυίας* sive *Lucinae*. Audi Geographum: ἔχει δὲ (Pyrgi castellum) *Εἰληθυίας ἱερὸν, Πελασγῶν ἵδρυμα, πλούσιόν ποτε γενόμενον· ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν τύραννος.* Tollit discordiam hanc Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. p. 496., Aristoteli *Εἰληθυίας* nomen inculcans, verum medicina nimis periculosa. Quid si enim Deam illam Etruscam Graecorum alii Leucotheae suae, alii Lucinae respondere fuerint arbitrati? Leucotheam praefert quoque Aelianus Var. Hist. L. I. 20., in gentis tamen, ubi colebatur, nomine vitiosus, quod doctissimos interpretes non fugit. Wess.

14. 33. *Σέντιον Σουλπίκιον*] Emenda *Σερούϊον*, et pro *Λεύκιον Αἰμίλιον*, *Μάρκον*. Ita enim Livius, qui etiam Agrippam Furium et C. Aemilium prioribus adiungit. Rhod. Scribendum citra omne dubium est *Σερούϊον*, etsi tribunos longe alios huic anno det Livius L. VI. 11. Fasti Diodori, ut supra diximus, vitiosissimi fuerunt, iteraveruntque eosdem tribunos, quos L. XIV. 107. rebus administrandis praefecerant. Wess.

14. 45. *Πρὸς τοὺς παρόντας συμμ. ποιησάμενοι*] Aut ego vehementer fallor, aut hic latet ulcus. Quinam enim *οἱ παρόντες*, quos foedere sibi iunxerunt Poeni? Vide an reperiri possint ex his, quae auctor addit: Dionysium ait copias esse partitum, *τῷ μὲν ἑνὶ μέρει πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας, τῷ δὲ ἑτέρῳ πρὸς τοὺς Φοίνικας* pugnaturum. Fuerunt ergo Carthaginiensium hoc bello socii Italiae Graeci nominis incolae, iam olim multis de caussis Dionysio infesti. Scripseris *πρὸς τοὺς παρόντας Ἰταλιώτας*, fortasse bene res habebit. Omissio nata videtur ex utriusque vocabuli *ὁμοιοτελεύτῳ*. Wess.

15. 51. *Μάγωνα τὸν βασιλέα*] Vid. not. in L. XIII. 43. Wess.

15. 53. *Διαπολεμεῖν ἀμφοτέρας*] Lege *ἀμφοτέραις*. Rhod. Ita praestaret, si utrique regioni bellum inferre decrevissent. Vid. L. XIV. 95. Sed copias in Siciliam atque Italiam cum transportarint, ut utraque ex provincia Dionysium adgredi possent, praefero *ἐξ ἀμφοτέρας*. Wess.

15. 62. *Περὶ τὰ καλούμενα Κάβαλα*] Nemo alius, quod sciam, memoravit. *Κάβαλα τῆς Κιλικίας* habet Appian. Mithridat. p. 403. quae rectius *Καστάβαλα* apud alios. Conf. ad Itiner. Anton. p. 146. Wess.

15. 65. *Ἐπί τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ ἄνυδρον*] Vide Polyaen. L. VI. 16., qui insuper docet, Leptinem Dionysio auctorem fuisse, ne ullo elabi modo pateretur Carthaginienses. Sed ille su-

peratitione quadam ad pacis conditiones descendit. Conf. infr. c. 74. Wess.

15. 95. *Περὶ τὸ καλούμενον Κρόνιον*] Meminit etiam *Cronii*, sed in Imilconis adversus Dionysium gestis rebus, Polyaenus L. V. 10. 5. Adde Nostrum L. III. 61. Wess.

16. 4. *Ἐπιφανῶς κατέστρεψε τὸν βίον*] Potuerat eum servare frater Dionysius, si voluisset. *Λεπτίνην δὲ τὸν ἀδελφὸν σῶσαι δυνάμενος, ἐν τῇ ναυμαχίᾳ περιεῖδεν ἀπολλύμενον*, sic Aelian. Hist. Var. L. XIII. 45. sed non sine errore, a viris doctissimis recte castigato. Melius Plutarchus de Alex. Fort. Or. II. p. 738. B. Wess.

16. 12. *Τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης*] Retineri *παντελῶς* potuerat, si scripti libri adprobassent. *Τροπὴν παντελῆ* habes hoc libro c. 56. et L. XVIII. 45. prorsus uti hic *τροπῆς δὲ παντελοῦς γενομένης*. Wess.

16. 22. *Ἀνθρωπίνως δὲ τὴν εὐημερίαν ἐνεγκόντες*] Vid. ad L. I. 60. Paullo ante praestitisset *τοὺς ἀναιρεθέντας εὑρεθῆναι τῶν* etc. Wess.

16. 29. *Μέχρι τοῦ Ἅλυκου καλουμένου ποταμοῦ*] Verum id fluvii nomen est, a salso sapore natum. Scribitur in Eclog. L. XXIII. 9. et L. XXIV. 1. *Ἅλυκος*, corruptius adhuc *Λύκος* L. XVI. 83., ubi terminus ditionis Carthaginiensium in Sicilia adpellatur. Radebat moenia urbis Heracleae, nunc *Platani* accolis, Fazello Decad. 1. Lib. VI. c. 11. et Ph. Cluverio L. I. p. 219. Sicil. Ant. testibus. Wess.

16. 41. *Τὴν ὀνομαζομένην Λεύκην*] *Λεύκας* Strabo collocat inter Smyrnam et Phocaeam L. XIV. p. 957., Plinius L. V. 29. *oppidum Leuce in promontorio, quod insula fuit*, cui Mela consentit L. I. 17. Wess.

16. 49. *Θύσῃ ἐν τῇ*] *Θύσειεν τῇ* Coisl. Clar. Voluisse *θύσειεν ἐν τῇ* videntur, quod bonum. Wess.

17. 53. *Ὑπελάμβανον ἑαυτοὺς προλέγειν*] Mirum est scriptos libros in *προλέγειν* consentire, quod, me quidem iudice, nihili hoc est loco. Refinge *προέχειν*, et bene se habebit oratio. Interpres non aliud censuisse videtur. Wess.

17. 62. *Ὀνομάσαντες Προφθασίαν*] Non neglexit festum hunc diem in Feriata sua Graecia Io. Meursius, alibi, quod meminerim, non lectum. Wess. *Προφθάσια*. nomina dierum festorum Graecis sunt pluralia neutra. Reisk. Ita docet Herodotus I. 148. Cuius praecepto quae hic illic reperiuntur contraria, ut *ἑορτὴν ἄγουσί σφισι λιθοβολίαν ὀνομάζοντες* Pausaniae II. 32. 3., an corrigenda sint necne non potest ad liquidum perduci. Neque enim ratione carent *προφθασία* et similia, quae non sunt ab nominibus propriis ducta.

17. 67. *Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα σκευασάμενοι*] Mallem compositum *συσκευασάμενοι*, uti post pauca, *αὐτὴν δὲ συσκευα-*

ζομένην τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις, de Sparta Graeciae urbes sibi variis artibus conciliante. Wess.

17. 74. Καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπογνόντος] Vid. L. XIV. 92. Isocrates auctor est, Amyntam a viciniis barbaris praelio victum, omnique Macedonia exutum, regionem deserere constituisse, sed, audito nobili dicto ὡς καλόν ἐστιν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, mutasse sententiam, occupatoque parvo castello atque arcessitis auxiliaribus copiis trium mensium spatio regnum recuperasse, in Archidamo p. 184. Wess.

17. 82. Οὐχ οἷοι ἦσαν ἀποδιδόναι] Secundum receptum morem scribendum est οὐχ οἷοί τ' ἦσαν. Steph. Non repugno. Sic auctor L. XX. 40. Vide tamen Bergler. ad Alciphron. Lib. I. Ep. 22. Wess.

17. 86. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι κρίναντες ἀντέχεσθαι etc.] Nimis haec parce Diodorus: negligit legationem Acanthiorum et Apolloniatarum, qui Olynthiis vicini Spartanos in hoc bellum praecipue accenderunt. Docet Xenophon Hellen. L. V. p. 433. Wess.

17. 92. Ἐπὶ Φαιρυντίους etc.] In proclivi erat emendare et reponere Φλιουντίους. Ortelius tamen ex hoc loco somniavit Φαιοῦν urbem, quam posuit in suo Lexico. Palm. Ἐπὶ Φλιουντίους] Sic rescripsi. Literarum similitudo in ΦΛΙΟΥΝΤΙΟΣ et ΦΑΙΟΥΝΤΙΟΣ vitio originem dedit. Solet quidem, quod diffiteri non possum, Diodorus eos plerumque Φλιασίους ceterorum more adpellare: patitur tamen analogia et alterum gentile, Φλιοῦς, Φλιοῦντος, Φλιούντιος, ut *Trapezuntius*, *Opuntius*, *Hydruntius*, *Selinuntius*, agnosciturque a Stephano. Res ipsa paullo serius contigit, quippe posterior Agesipolidis in Olynthios expeditione, sicuti ex Xenophonte Hellen. L. V. p. 441. pulchre docuit H. Dodwellus, itidem Φλιουντίους corrigens, Ann. Xenoph. p. 266. Iungere potuisset Isocrat. Paneg. p. 96. Wess. *Phliuntios* Cicero quoque adhibuerat, sed ab Attico suo monitus *Phliasios* praetulit. Audi quae scribit ad Atticum L. VI. 2. *Phliasios autem dici sciebam: et ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus. sed primo me* ἀναλογία *deceperat.* Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς. *quod* Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι. *sed hoc continuo correximus.* Vulgatius itaque Φλιοῦς dat Φλιασίους, nec alterum tamen spernendum, analogiae respondens et Stephano probatum. Idem in Add.

18. 2. Αὐτὴν δὲ συσκευαζομένην] *Huc refer sequens* καταδουλοῦσθαι *absque negativa, et post* πόλεις *subiice* ἃς ἐν ταῖς κοιναῖς etc. Sic Rhodomannus in notis: at in Addend. ἃς ἐν ταῖς κ. σ. μὴ καταδουλοῦσθαι ὤμοσαν, ἀλλὰ τηρεῖν *quas in communi faedere se non servitute oppressuros, sed liberam iurisdictionem conservaturos, iurassent.* Ego vero vehementer fallor, aut inprudenter repetita sunt bina vocabula μὴ καταδουλοῦσθαι ex superioribus: quae quidem eo si ablegaveris, unde

malum pedem intulerunt, scripserintque ὡς ἐν ταῖς κοιναῖς συνθ. ὤμοσαν τηρήσειν αὐτονόμους, ad orationem et sententiam nihil desiderabis admodum. Hoc itaque sequar, uncinis relativum id et suspectas voces circumscribens. Wess. Ill. Scaliger orae sui libri adscripserat ὁμόσασαν τηρήσειν, quod quum scabiem orationi detergere non possit, sententiam non muto. Idem in Add.

18. 8. Ἐπ' Ἄρχοντος δ' Ἀθήν. Μενάνδρου] Demosthenes contra Timocratem p. 468. loquitur de *Euandro* Archonte, qui proculdubio idem est cum isto *Menandro*. Quid melius aliunde expiscandum. Palm. Palmerii observationem occupaverat lo. Meursius L. III. de Archont. c. 19., eidem robur ex Ptolemaeo Μεγ. Συνταξ. L. IV. c. ult. p. 106., ubi Archon hic Εὔανδρος, egregium addens. Wess.

18. 10. Κορνήλιον Σερουΐλιον] Pro Κορνήλιον Σερουΐλιον scribe Σερουΐλιον Κορν. *Publ. Hugo* supposititius est. Nescio an pro illo Κόϊγκτος Σερουΐλιος sit collocandus. Pro Ἄντιον quidem Ἄννιον, et pro Μάρκον, Μάρκιον vel Μάρτιον scribendum videtur. Sed quis auctoritate hic omni destitutus certi aliquid statuat? quia Diodorus a Fastis hic, ut etiam alibi, digreditur limitesque transilit. Rhod. Favent quodammodo scripti libri Rhodomanno. Cetera mire sunt depravata, nec auxilii spes ulla, nisi meliores proferantur Codd. Possunt sane tribunorum nomina, ut factum a viro docto, instaurari. Sed eadem ex scriptoris venisse calamo, unde edocebor? Κλαύδιον Οὔγωνα, adaeque vitiosum, L. XIV. 82. tribunis militum consulari potestate adiunxit. Wess.

18. 20. Οἱ Σπαρτιᾶται παρήγγελλον ἐν ἀποῤῥήτοις etc.] Hoc unde acceperit nescio. Xenophon aliter Rer. Graec. L. V. p. 436., uberius praeterea executus ordinem occupatae arcis Cadmeae, sicuti et Plutarch. de Socrat. Daemon. p. 576. Wess.

18. 27. Τριακοσίους μὲν τοὺς ἐπιφανεστάτους etc.] Xenophon τετρακοσίους sive *quadringentos* solum vertisse atque Athenas se prodit contulisse. Wess.

18. 32. Τὸν μὲν Φοιβίδαν ἐζημίωσαν χρήμασιν] Centum millibus drachmarum; δέκα δραχμῶν μυριάσιν (αὐτὸν) ἐζημίωσαν, Plut. ait in Pelop. p. 280. Remoto vero Phoebidae Lysanoridam τρίτον αὐτὸν i. e. cum duobus collegis substituerunt, idem de Socrat. Gen. p. 576. A. et Pelop. p. 284. D., ubi Lysanoridae verum nomen optime reddidit Augustin. Bryanus. Wess.

18. 39. Εὐδαμίδαν — κατέστησαν στρατηγὸν] Dissentit a Xenophonte, qui Eudamidam ante Cadmeam occupatam contra Olynthios missum refert, Phoebidam vero subsecutum, ut milites, qui tam cito cogi non potuerant, ad fratrem duceret, Rer. Graec. L. V. p. 434. Wess.

18. 46. Στρατιώτας πλείους ἔχοντες τῶν πολεμίων] Verum id fortasse fuit prima hac Eudamidae expeditione: alioqui equites quadringentos tantum habebant, ipsi in universum quinque milli-

bus non auctiores. *Τετρακοσίους ἱππέας ἐκέκτηντο μόνον, καὶ σύμπαντες οὐδὲν ἦσαν πλείους τῶν πεντακισχιλίων τὸν ἀριθμὸν* in Demosthen. Or. *περὶ Παραπρ.* p. 257. Wess.

19. 60. *Αὐτός τε ὁ Τελευτίας ἔπεσε*] Demosthenes dicto loco Olynthios *τρεῖς τῶν πολεμάρχων*, a Spartanis missorum, interfecisse ait: credo oratorie magis quam vere. Teleutias pugnando periit, morbo Agesipolis: tertius Polybiades bellum conposuit, neque adeo in eorum numerum, etsi Ulpianus ita velit, addi potest. Forte Tlemonidam Orator, cetratorum ducem, qui eodem quo Teleutias praelio cecidit, intellexit. Vide Xenophontem Hellen. L. V. p. 438. Wess.

19. 68. *Τὸν πόλεμον ἔσεσθαι πολὺν χρόνον*] Etsi hoc districte inprobare nolim, *πολυχρόνιον* tamen et alias praefert ipse idque parili modo in duo vocabula dissectum fuisse vidimus supra. Wess.

19. 74. *Λεύκιον Παπύριον*] Hoc nomine deleto, ut et altero M. Furii, adde proxime sequens gentile *Οὐαλέριον*. Tum *Αὖλον Μάνλιον*, *Λεύκιον Ποστούμιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον* ex Livio. Fasti autem quorundam recensione discrepant. Rhod. *Λ. Παπίριον* etc.] Si legeretur *Λεύκιον Οὐαλέριον*, *Αὖλον Μάλλιον* sive *Μάνλιον*, *Λεύκιον Ποστούμιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον*, quos versione sua Rhodom. expressit, consentiret Diodorus optime Livio L. VI. 1. At is eos tribunos Romae mox post Gallos depulsos inponit, a qua calamitate longius absunt Diodori rationes. Eadem tamen, quae Rhodomanno, probata Pighio sententia fuit ad ann. CCCLXV. et Onuphrio Panvinio. Mihi densae hic obversantur tenebrae; quamquam hoc satis perspicio, propius a Fastis Diodorum post haec deflectere. Wess.

19. 91. *Λεύκιος Ἰούλιος*] Post hunc scribe *Λεύκιος Ἀκύλιος, Λεύκιος Λουκρήτιος, Σερούϊος Σουλπίκιος*. Hos enim Fasti proponunt. Rhod. Sigonius hoc ex loco Iulii praenomen, quod in Livio L. VI. 4. vitiosum erat, correxit. Cetera ad eum modum, quem Rhodom. secutus est, emendanda quoque censuit Pighius in Fastis ad ann. CCCLXVI. quem vide. Wess.

20. 98. *Ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα*] Vid. inferius c. 55. Wess.

20. 99. *Πολυβιάδαν στρατηγὸν καταστήσαντες*] Ex Coisl. vestigiis ducis nomen, prorsus uti apud Xenophontem Hellen. L. V. p. 442. et Ulpianum ad Orat. de Legat. male Administr. p. 257. legitur, una litera integrius esse iussi. Wess.

20. 6. *Προσέταξεν ὑποταγῆναι Λακεδαιμονίοις*] Conpositum id bellum fuit ex Olynthiorum arbitrio, si verum secutus Demosthenes est. *Καὶ τὸ τελευταῖον, ὅπως ἠβούλοντο, οὕτω τὸν πόλεμον κατέθεντο* Orat. *περὶ παραπρ.* p. 257. Sed vide Xenophontem citato loco. Wess.

20. 12. *Κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν*] Amiserant Spartani accepta ad Cnidum clade Graeciae terra marique im-

perium: nec ita tamen eorum vires fuerant attritae, ut colligendarum spes omnis decolasset. Pace Antalcidae rediit paullatim pristina civitati auctoritas et potentia, quae hoc tempore ad *ἀκμὴν* pervenerat. Testis etiam Demosthenes eo, quem signavi, loco: *ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι γῆς καὶ θαλάττης ἦρχον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Λακεδαιμόνιοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους.* et Plut. Pelop. p. 284. E. Adde Casaubon. ad Polyb. p. 99. ed. Gron. Wess.

20. 15. *Διὰ τὰς τῶν πολεμουμένων κληρουχίας*] Sic mallem. Male tota Graecia Athenienses audiebant ob colonos, *κληρούχους* vocant, quos in urbes agrosque suae ditionis deducebant, sortibusque agrorum descriptis donabant. Libanius Argum. Orat. *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥον.* rem declarat: *ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀκτήμονες οἴκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. καὶ ἐλάμβανον πεμπόμενοι ὅπλα τε ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ ἐφόδιον.* Qui quidem cum veteres migrare colonos aliorsum saepe iuberent, patriae maculam adspersere, quam Isocrates, etsi frustra, eluere conatur. Dicit debere potius gratias suis Atheniensibus Graecos referre, quod eorum sub imperio vitam seditionibus inmunem transegerint, *ἢ τὰς ΚΛΗΡΟΥΧΙΑΣ ἡμῖν ὀνειδίζειν, ἃς ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων, φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων, ἀλλ' οὐ διὰ πλεονεξίαν, ἐξεπέμπομεν* Panegyr. p. 89., callide profecto. Tu confer huius lib. c. 29. Wess.

20. 21. *Λέγω δὲ τὸν Περσῶν βασιλέα* etc.] Audi iterum Isocratem Paneg. p. 96. *καὶ νῦν Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις* (*Λακεδαιμόνιοι*) *πολεμοῦσιν. Ἀμύντᾳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, καὶ Διονυσίῳ Σικελίας τυράννῳ, καὶ τῷ βαρβάρῳ τῆς Ἀσίας κρατοῦντι συμπράττουσιν, ὅπως μεγίστην ἀρχὴν ἕξουσιν.* Quae principes eos Spartanorum civitatem coluisse hoc tempore et ab ea vicissim cultos praeclare indicant. Wess.

20. 25. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθ. Νίκωνος*] Verum id Archontis nomen, sub cuius magistratu de vita decessit ex quorundam opinione orator Lysias, ut eius in vita significat Dionysius Halicarnassensis T. II. p. 85. Wess.

20. 27. *Λεύκιον Μάλλιον*] Forte *Αἰμίλιον* vel *Μενήνιον*. Pro utrovis Q. Fabium ponit, qui in fastis non exstat. Rhod. *Λεύκιον Μάλλιον* etc.] Car. Sigonius profert ex hoc loco ad Livii L. VI. 5. *Λεύκιον Μενήνιον, Γάϊον Σερουΐλιον, Οὐαλέριον Αὖλον, Κόϊντον Φάβιον.* Quos si e scripto suo Cod., ut credibile fit, excitavit, usus haud dubie est longe optimo. Eum in re certa sequamur. Wess.

20. 30. *Τοῖς μὲν Ἱππωνιάταις — ἀποκατ. τὴν πόλιν*] Urbem Hipponium seu Vibonem Valentiam Dionysius everterat, civibusque Syracusas traductis agrum Locrensibus contribuerat, supra L. XIV. 107. Videntur Carthaginienses eos opportune pa-

triam in sedem restituisse, ut in Italia amicos, si qua recrudesceret cum tyranno bellum, haberent. Wess.

20. 38. *Οἵ τε τὴν Σαρδόνα κατοικοῦντες*] Vid. not. in L. IV. 29. Wess.

21. 48. *Οὓς δὲ κατετραυμάτιζον*] Salva esse potuerat, nisi scripti libri contra ivissent, recepta dudum scriptura. Amat auctor conpositum id verbum. Vid. L. XII. 61. et hoc lib. c. 25. saepeque alias. Wess.

21. 54. *Σερουΐλιον Κοΐντιον*] Inverte *Κόϊντον Σερουΐλιον*. In fine scribe *Κοΐντιον*. Fasti addunt Ser. Cornelium et L. Horatium. Rhod. Citra dubium hic *Κόϊντον*, et mox *Λεύκιον Κοΐντιον* scribendum. Sex tribunos Livius huic anno inponit L. VI. 6. *Serv. Cornelium*, cui hic praenomen *Marco*, tum tres illos, quos auctor edit, praetereaque *L. Horatium* et *P. Valerium*: ut adeo peccatum sit in parte extrema notae Rhodomannianae. Pighius ad ann. CCCLXVIII. hinc adfert *Ser. Cornelium*, *Q. Servilium*, *M. Furium* et *L. Quinctium*, forsan ex coniectura. Wess.

21. 63. *Ἔτι κοιμωμένους καταλαβόντες*] Videndi sunt Xenophon Hellen. L. V. p. 443., Corn. Nepos Pelop. c. 3., Plut. Pelop. p. 281. et Socrat. Daemon. p. 596., qui diligentius et copiosius haec exsequuntur omnia. Wess.

21. 64. *Ἔπειτα τοὺς πολίτας* etc.] Post *πρῶτον μὲν* nemo non expectet *ἔπειτα δέ*. complures tamen sunt apud hunc authorem loci in quibus *ἔπειτα* sine *δὲ* positum est. Steph.

21. 78. *Ὅτι καὶ αὐτοὶ συγκατήγαγον τὸν δ. τῶν Ἀθηναίων*] Vide superius L. XIV. 32. Wess.

21. 84. *Ἐψηφίσατο παραχρῆμα δύναμιν — ἀποστεῖλαι*] Haec frustra alibi quaeres. Constat ex Xenophonte duos praetorum, qui praesidii caussa in finibus agebant, suppetias Thebanis venisse, sed nullo Atheniensium decreto. Quare utrique postea diem dixerunt, et alterum quidem morte mulctarunt, alterum vero, quia iudicium fuga evitaverat, in exilium egerunt. Uter autem horum Demophon fuerit, et an Chabriam collegam habuerit, non audeo decernere. Wess.

22. 95. *Δρομαῖος ἠπείγετο*] Nihil mutandum. Sic L. XIV. 104. *δρομαῖοι παρῆσαν ἐπὶ τὴν βοήθειαν*. Wess.

22. 27. *Προσιόντες ἐπὶ τὰς Θήβας*] Cleombrotus auxiliares copias adduxit, obviosque in Megaride eos habuit, qui fide publica ex arce Cadmea descenderant, Plutarchus in Pelop. p. 284. Wess.

22. 29. *Τοὺς δὲ ἡγεμόνας — τρεῖς ὄντας* etc.] *Lysanoridam*, qui perperam *Λυσαορίδας* in Plutarchi superius citato loco, *Hermippidam* et *Aroissum*: hos capitis damnarunt, Lysanoridae vero multam ingentem irrogarunt. Dubites tamen sanane sint interfectorum nomina. Idem enim Plutarch. de Socrat. Gen. p. 586. E. *Κριπίδαν καὶ Ἄρκεσον* adpellare videtur. Poteris *Ἑριππίδαν*

cum Bryano rescribere, si tibi clare patuerit, eundem esse, de quo L. XIV. 38. Mihi non liquet, malimque adeo *Hermippidam* praeferre. Wess.

22. 34. *Θηβαῖοι δὲ Θεσπιὰς πολιορκήσαντες*] Tacent alii: nec negandi propterea iusta ratio. Praeerat Thespiarum urbi Sphodrias, a Cleombroto illi inpositus ad Thebanos lacessendos, Xenoph. Rer. Gr. L. V. p. 445. Wess.

22. 37. *Εἰς Σαρδωνίαν ἀπέστειλαν*] *In Sardiniam* Interpres, haud sane prudenter, sicuti monuit Ph. Cluverius Sard. Antiq. p. 486. Romani in eam insulam nihil tentarunt ante Punicum bellum primum, viciniis ante id tempus domandis unice occupati. Intelligitur eorum oppidorum aliquod, quae in urbis erant conspectu, sed cuius titulo turpis inhaeret macula. *Herdonia* itaque esse non potest, quippe longius dissita. Tempus, quo Diodorus deductam coloniam asseverat, non male congruit *Satrico*, quorsum Velleius L. I. 14. *post septem annos, quam Galli urbem ceperunt*, missos fuisse colonos docet. At differt scriptura vehementer, vetatque assensum. Extundant proinde certius et probari quod possit, feliciora ingenia. Wess.

22. 39. *Καλλίου*] In Pario Marmore *Καλλέου*. *Chabriam* Sigonius vocavit, notatus a Io. Meursio de Archont. L. IV. 1. Wess.

23. 41. *Μάρκον Πόπλιον*] Deleto priore, alteri subiunge ex fastis *Κορνήλιον*. Deinde *Τῖτον καὶ Λεύκιον Κοϊντίους*. Fasti praeter hos edunt *A. Manlium* et *C. Sergium*. Rhod. Turbata corruptaque tribunorum haec sunt nomina. Refingi poterunt *Λ. Παπίριον*, *Αὖλον Μάλλιον*, *Πόπλιον Κορνήλιον*, *Τῖτον Κοΐντιον καὶ Λεύκιον*. Sic certe propius recedetur a vetustiore scriptura. Onuph. Panvinius in Fast. ad annum CCCLXIX mancum hic ait Diodorum et quatuor tantum prodere tribunos *L. Papirium*, *Q.... T. et L. Quinctios*, nescio quam editionem secutus. *C.* vero *Sergius*, quem Rhodom. ceteris adiungit, Livio L. VI. 11. ex virorum doctorum coniectura est insertus. Wess.

23. 47. *Ἀθηναῖοι δὲ πρέσβεις — ἐξέπεμψαν*] Haec illis non admodum conveniunt, quae Xenophon de Atheniensibus L. VI. Hellen. p. 445. commemorat. Vereor equidem, ne hic quaedam *ὕστερον πρότερον* sint posita. Certe post inprudentem Sphodriae expeditionem Athenienses a Spartanis sese praecipue dissociarunt, antea vehementer illis offensi, qui Thebanis auxilio occurrerant. Wess.

23. 59. *Ὁ δῆμος μετεωρισθεὶς — συγκατεστήσαντο* etc.] Vid. ad L. V. 4. Synthesis haec optimo cuique probatur. S. Marcus c. VIII. 1. *παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι*. Wess.

23. 67. *Τὴν ὁρμὴν τῶν πολλῶν ὁρῶντες*] Mallem *τῶν πόλεων*, quod ob praecedentia videtur conmodius. Si cui tamen vulgatum potius censeatur, fruatur eo sensu. Wess.

23. 71. *Καὶ περὶ τῆς — ἐποιοῦντο πολλὴν φροντίδα*] Praepositione si offendaris, eam cum Reg. 2. tolle. Ipse auctor L. I. 84. *καὶ τῶν συνουσιῶν — φροντίδα ποιοῦνται τὴν μεγίστην*. Et L. XVII. 69. *φροντίδα ποιήσασθαι τῆς ἐπ' οἶκον ἀνακομιδῆς*. Saepeque alias. Wess.

23. 82. *Οὐκ ἐχόντων δὲ στρατηγὸν — μετεπέμψατο*] Fuisse puto *οὐκ ἔχων*. Spectant enim regem Acorin, qui circa hoc tempus Pisidas a Persarum rege alienasse et sibi iunxisse videtur, quemadmodum ex Theopompo suo Photius Cod. CLXXVI. p. 391. excerpsit. Chabriam in Aegypto exercitum ductasse, significat etiam Polyaen. L. III. 11. 7., incertum tamen hoccine tempus indicet, an illud, de quo auctor infra c. 92. Wess.

24. 89. *Φαρνάβαζος δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως* etc.] Bellum hoc Aegyptium diu fuit tractum: necdum enim orto Cypriaco, in Evagoram suscepto et per decem annos continuato, per triennium a Pharnabazo et aliis, de quibus Isocrates Panegyr. p. 100., fuerat non satis prospere administratum. Conf. infra c. 41. De Iphicrate eius in vita haec Corn. Nep. c. 11. *Quum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre voluit, IPHICRATEM ab Atheniensibus petivit ducem, quem praeficeret exercitui conductitio.* Adde sis Polyaen. L. III. 9. 38. Wess.

24. 4. *Μετὰ δὲ ταῦτα Σφοδριάδου* etc.] Ceteris scriptoribus *Σφοδρίας* dicitur. Putes itaque instaurandum eius nomen et *Σφοδρίου* scribendum. Ego tamen manum abstineo: convertuntur enim inter sese *Σφοδρίας* et *Σφοδριάδης*. Namque insolens non est, ut primitivum et patronymicum in eodem homine locum obtineat. Exempla dedimus alias, plenaque manu vir clarissimus mihique veteri amicitia coniunctus Tib. Hemsterhusius ad Luciani Timon. c. 44. Vide quoque huius lib. c. 39. Wess.

24. 7. *Ἔπεισεν αὐτὸν Κλεόμβροτος*] Imo vero Thebani, ut Athenienses a Lacedaemoniorum amicitia segregarent. Sic Xenophon Hellen. L. VI. p. 445. et Plutarchus Pelop. p. 285. Fieri tamen potest, ut clandestina a Cleombroto mandata habuerit. Favit certe cum amicis Sphodriae, ob hanc expeditionem caussam dicere iusso. Wess.

24. 24. *Τὰς γενομένας κληρουχίας ἀποκαταστῆσαι*] Prudenter profecto: aptissimum erat ad socios, nimis *ταῖς κληρουχίαις* gravatos, alliciendos. Vid. huius lib. c. 23. Wess.

24. 34. *Χωρὶς Ἑστιαίας*] Bene sit librario Reg. 1., qui vetustioribus ex libris sanitatem huic loco reddidit. *Ἀκτία* nulla hoc fuit tractu, ut pulchre patefecit Iac. Palmerius. Contra Hestiaea satis nobilis, atque ab Atheniensibus, ut auctor indicat, durissime habita. Vid. L. XII. 7. et Theopompum apud Strabon. L. X. p. 683. Qui vero ex *Ἑστιαίας* nasci potuerit *Ἀκτίας*, variantes veterum Codd. commonstrant scripturae. Wess.

25. 51. *Τήν τε ἀκρόπολιν τῶν Ἀκτιαίων*] Haec due loca diu me torserunt: non enim videbam, quomodo intelligere possem de ea Actiorum urbe et acropoli, quae vicina fuisset Oropo. Sed tandem ex iis tenebris emersi, et mendosa haec duo loca in vocibus *Ἀκτίας* et *Ἀκτιαίων* et *Ὠρωπίων* deprehendi. Et de Actia quidem in Euboea nihil invenitur alibi, omnes tam Historici quam Geographi de ea siluerunt, nec de Oropo in Euboea, si Stephani abbreviatorem excipias, qui ex hoc loco proculdubio id habet. Sed iudice Salmasio in Solinum p. 148. exulare debent a Stephani textu haec verba, *ἔστι καὶ ἄλλη Βοιωτίας*, et eum multa ratione id censet: eum vide, et ita certe iudicabis. Ergo pro *Ἀκτίας* et *Ἀκτιαίων* lege meo periculo *Ἑστιαίας* et *Ἑστιαίων*, et pro *Ὠρωπίων* lege *Ὠρειτῶν*, et omnia bellissime quadrabunt. Hestiaeorum urbs a Pericle desolata fuit, pulsis omnibus civibus, ut nos docuit supra Diodorus L. XII. p. 293. et idem ait etiam Plutarchus in Pericle p. 164. Inimici igitur Atheniensium Hestiaei, quod hic de Actiaeis dicitur: contra recenti beneficio devincti fuerant a Lacedaemoniis, quod etiam nos docet Diodorus verbis immediate sequentibus, ubi Theripidam missum paulo ante a Lacedaemoniis ait, qui Neogenem illum tyrannum profligaverat, et eo pulso libertatem restituerat Oropiis (ubi legendum *Oreitis*). At *Ὠρεὸς* et *Ἑστίαια* eadem urbs fuit binominis: testis locuples Strabo L. X. in initio, ubi ait eam urbem prius Histiaeam, deinde Oreum dictam: et idem asserit Thucydidis Scholiastes ad L. I. p. 75. (cap. 114.) Facessant igitur eae voces corruptae, et legatur audacter *Ἑστιαίας* vel *Ἱστιαίας* (ut Strabo) et *Ἑστιαίων* pro *Ἀκτίας* et *Ἀκτιαίων*, et pro *Ὠρωπίων*, *Ὠρειτῶν*, et nullae tenebrae insidebunt huic Diodori loco, qui, ut nunc legitur, inquinatus est et obscurus. Sed non opus erat tanto conatu. Nam ecce Diodorus ipse statim ait (quod non advertebam) *δι' ἣν αἰτίαν οἱ τῶν Ἑστιαίων καλουμένων χώραν οἰκοῦντες οἰκείως διετέθησαν πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας*, quod omnino evincit, quod probare aliunde conatus sum. Palm. *Τήν τε ἀκρόπολιν τῶν Ἑστιαιέων*] Sic scripsi ex vestigiis Reg. 1., atque ita solet auctor. Alioqui *Ἑστιαίων* ex *Ἑστιαῖος*, quo Ephorum fuisse usum Stephan. in *Ἱστίαια* docet, retineri potuerat. Recte vero Palmerius Hestiaeos et Hestiaeam in hanc sedem revocavit. De *Oreitis* dubito. Nam caussam non video, cur Hestiaeam memorans et Hestiaeos auctor, Oreitas eosdem adpellare voluerit. Distinguit praeterea ab Hestiaeis clarissime Oropios, qui tamen, si *Ὠρειτῶν* refinxeris, iidem erunt. Fac autem, Oropios, in vicina continente et in finibus quidem Atticae et Boeotiae positos, eiusdem Neogenis tyrannide fuisse oppressos, quid tandem difficultatis supererit? Oropum in Euboea nullam fuisse, certum est: prope eam ad mare sedem habebat. Itaque a tyranno una cum Hestiaea iniusto imperio occupari et premi potuit. Haec faciunt, ut de *Oreitis* assensum cohibeam. Wess. Composuit

Wesselingii dubitationes Schneiderus ad Xen. Hist. Graec. V. 4. 56.

25. 54. *Θηριππίδαν ἀπέστειλαν*] Magnus Casaub. ad Polyaen. Strateg. L. II. 21. *Θηριππίδαν* perperam hic legi pro *Ἡριππίδαν* adfirmat: quod facile agnoscerem, modo liqueret eundem esse, de quo L. XIV. 38. Habet alioqui *Θηριππίδας* nihil insolens, estque hoc nomine civis Atticus in Alciphronis L. III. Ep. 8. Mox Rhodomannus in not. Correction. scribi iubet *πρῶτον ἐπεχείρει λόγοις πείθειν τὸν τύραννον*, non male. Wess. Vid. annot. ad Exc. Vatic. p. ed. Rom. 122.

25. 64. *Ἐπόρθησε τὴν Ἑστιαιῶτιν χώραν*] Sic passim alii: in Plutarchi tamen Amator. Narrat. p. 773. E. *πρεσβύτης τὸ γένος ἐξ Ὠρεοῦ πόλεως τῆς Ἑστιαιατίδος*. Metropolim in Euboea non praeteriit Stephanus in *Μητρόπολις*, sed situm obiter signans. Wess.

26. 85. *Οἱ τὴν Ἄκτην καλουμένην οἰκοῦντες*] Hi fuerunt Epidaurii, Methonaei, Troezenii. Totus enim ille litoris tractus Orientalis *Ἀκτὴ* dicebatur, ut Scymnus Chius v. 522. et Thucydides, si bene citatur a Stephano in *Ἀκτη*. Palm. Conf. not. in L. XII. 43. Quid vero obstat, quo minus alium eiusdem Scymni locum his adstruamus et illustremus? Describit tractus eius duces et conditores v. 532.

Ἄργους τε Κεῖσον καὶ μετ' αὐτοῦ Τήμενον,
Τῶν δὲ περὶ τὴν Ἄκτην Ἀργαῖον, ὡς λόγος,
Καὶ Δηϊφόντην, υἱὸν ὄντα Τημένου.

Sic lego et distinguo. Interpunctioni favet res ipsa. Deiphontes Temeni fuit gener, non filius, Epidauro praepositus. Filii praeter alios *Κεῖσος*, Argivis post Temeni fata imperans, et *Ἀργαῖος*, Deiphontae quam fratri addictior. Docet Pausanias L. II. 26. et 28. Viris doctis, ne verum providerent, perversum Argaei in *Ἀγανὸν* aut *Ἀγανὸς*, Cisique in *Κίσσον* aut *Κρίσσην* nomen impedimento fuisse videtur. Wess.

26. 87. *Τὴν δ' ἐπὶ πᾶσιν Ὀλύνθιοι*] Restitui suam Diodoro dictionem, idem exprimentem quod in edd. *Ἡ ἐπὶ πᾶσι* est postrema. Lucianus Pseudolog. c. 10. *οἷα τὰ ἐν Παλαιστίνῃ — εἶτα ἑξῆς τὰ ἐν Ἑλλάδι καὶ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ἐν Ἐφέσῳ νῦν*. Wess.

26. 92. *Περιβόητος δ' ἦν ἐν ἀνδρείᾳ*] Opportunius erit *ἐπ' ἀνδρείᾳ*, monente in not. Addend. doctissimo Rhodomanno. *Ἐπὶ τρυφῇ καὶ μαλακίᾳ περιβόητον* ad eum modum Plutarchus Caton. Uticens. p. 761. C. Wess.

26. 96. Suspicor deesse verbum aliquod praeteriti imperfecti pluralis numeri, ante *πολεμοῦντες*. alioqui dicerem legendum *ἐπολέμουν*. Steph.

26. 98. *Κρατῶν τῶν ὑπαίθρων*] Sic L. XVI. 42. XIX. 104. et Polyb. III. 91. De illis vero dici, qui exercitum meliorem habent, ac praesertim qui equitatu sunt validiores, libereque per

agros possunt vagari, copiose declaravit Isaac. Casaubonus ad Polyb. L. I. p. 150. ed. Gron. Porro Agesilai in Asia gestas res L. XIV. 80. exsecutus est. Wess.

26. 10. Ὧν ἦσαν Λακεδαιμονίων πέντε μοῖραι] Nullum discrimen est inter μοῖρα et μόρα, nisi quod haec forma Laconicae sit dialecti. Promiscue utrumque adhibetur. De numero, qui moram absolvebat, Diodoro adstipulatur Ephorus in Pelop. p. 286. Plutarchi, dissentientibus tamen aliis, ut ibidem perscriptum est. Cetera peti possunt ex Io. Meursio Lect. Attic. L. I. 16., prave tamen μόρας et λόχους, quos Cragius recte distinxerat, confundente. Conf. H. Vales. in not. Maussaci ad Harpocration. p. 123. Paullo ante προαγαγὼν τὴν δύναμιν mecum si malueris, succurret auctor hoc lib. c. 52. εὐθὺς γὰρ προαγαγὼν τὴν δύναμιν etc. Nec aliter Rhodomannus. Wess.

26. 12. Ὁ δὲ Σκιρίτης — — οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων] Vide N. Cragium de Lacedaem. Republ. L. IV. 4. et Io. Meursium l. c. Sciritas suum sibi locum in sinistro aciei cornu nec aliis permixtos, semper obtinuisse, testis Thucydides L. V. 67. et Etymologus, a Meursio bene correctus, in Σκιρίτης. Numero sexcenti erant, et ad victoriam haud leve momentum adferebant. Auctor Lexici Platonici Coislin. Biblioth. p. 480. Σκιωρῖται (Σκιρῖται) λόχος ἀνδρῶν ἑξακοσίων Ἀρκαδικὸς, ὁ ἀρχόμενός τε ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τελευταῖος ἀναχωρῶν, ubi, Ἀρκαδικὸς ne quid turbet, conferri Hesychius in Σκειρίτης debet. Wess.

27. 30. Καὶ πρόβλημα ποιησάμενοι τὰς δυσχωρίας] Vid. Xenophont. Hellen. L. VI. p. 449. Videtur autem Agesilai haec in Boeotiam expeditio citius contigisse. Vix certe omnia, quae hic succedunt, in unum conpingi annum poterunt. Monuit etiam doctissimus H. Dodwellus Annal. Xenoph. p. 268., quem adi sis. Wess.

27. 43. Καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας] De Chabria et Gorgida, nam eum in consilii huius partem vocat, Polyaenus II. 1. 2. παραγγέλλουσι μὴ προδραμεῖν, ἀλλὰ μένειν ἡσυχῇ, τὰ μὲν δόρατα ὀρθὰ προτειναμένους, τὰς δ' ἀσπίδας εἰς γόνυ προερεισαμένους. Nepos Corn., ex Theopompo aut Callisthene fortasse, in Chabr. c. 1. *Reliquam phalangem loco* (Chabrias) *vetuit cedere, obnixoque genu scuto, proiectaque hasta impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens, progredi non est ausus, suosque iam incurrentes tuba revocavit.* Ubi Lambinum consule. Wess.

27. 49. Ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι] Frequens de viris fortibus. Ioseph. Bell. Iud. L. VI. 1. 5. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὅτι τὰς — ψυχὰς — αἰθὴρ ξενοδοχῶν ἄστροις ἐγκαθιδρύει. Xenophon Exp. Cyr. L. II. p. 226. ὦ ὑμεῖς, οὐδ', εἰ πάνυ ἀγαθοὶ εἴητε, μάχεσθαι ἂν δύνησθε. Polyaen. III. 9. 14. μὴ ἀναγκάσωμεν ἀγαθοὺς γενέσθαι τοὺς πολεμίους. Aliter Herodotus II. 120. de Hectore, καὶ πρεσβύτερος, καὶ ἀνὴρ ἐκεί-

νου μᾶλλόν γ' ἐών. et L. VII. 210. Sed vide Th. Gataker. in Anton. L. IV. p. 97. Wess.

27. 68. *Δύναιντο καὶ φθάσαι κ. τ. κ. οἱ Λακεδαιμόνιοι*] Egregia ea sunt, quae de verbo *φθάσαι* M. Meibomius ad Cebet. Tab. p. 29. et ex Budaeo Thes. T. IV. p. 134. H. Stephanus conduxerunt. Hoc vero rarum, et, sanum si sit, satis singulare, *φθάσαι κατὰ τὸν κίνδυνον in periculum citius incurrere*. Addidissent fortasse alii *φθάσαι κακόν τι παθεῖν*, ut alibi Herodianus. Non diffitebor, mihi in mentem venisse mendi suspicionem: putabam ad Thebanos, Spartanorum hostes, referenda esse; dedisse ergo *φθάσαι κατὰ τὸν κίνδυνον τοὺς Λακεδαιμονίους*, posse eos in certamine Spartanos antevertere ac superiores abire, ut c. 26. *φθάσαι σπεύδων τοὺς Λακεδαιμονίους*. Sed urgere id nolim. Wess.

28. 83. *Καὶ διδάξαι μηδὲν ἄγαν κατελπίζειν*] Non dissimilia poëtae Anthol. L. I. 80. In his vero respectum esse ad vetus dictum, cuius auctor in Schol. Hippolyt. Euripid. v. 265. designatur, *ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ*, neminem fugit. Wess.

28. 92. *Καὶ τὰς εἰκόνας τὰς ὑπὸ τοῦ δήμου δοθείσας αὐτῷ*] Honores Chabriae ob res praeclare gestas ab Atheniensibus decretos tangit Demosth. Or. in Leptin. p. 295. De statua sic Nep. Cornel. Chabr. c. 1. *Hoc usque eo tota Graecia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est.* Wess.

28. 95. *Στρατεύσαντες ἐπὶ Θεσπιάς*] Xenophontem si audis, gesta paullo aliter res est. Eum consule Hellen. V. p. 448. Wess.

28. 21. *Τρόπαιόν τε ἔστησαν*] Iterum Xenophont. vide L. V. p. 450. Wess.

28. 22. *Κατεθάῤῥησαν τῆς τῶν Σπαρτ. δυνάμεως*] Obfirmato contra Spartanorum potentiam erant animo, contraque eam audentiores ibant. Infra c. 43. de Aegyptiis *καὶ κατεθάῤῥουν τῶν πολεμίων*. Et L. XVII. 45. *οἱ Τύριοι — κατεθάῤῥησαν τῶν πολεμίων*. Gregor. Nyssenus Epistolarum, quas Zacagnius Monum. Veter. inseruit, XII. p. 383. *καταθαρσῆσαι τῆς πρὸς ἐναντίους μάχης*. Non admodum dissimile *παραβάλλεσθαι καὶ κατατολμᾶν τῶν πολεμίων* Polybii L. III. 103. et *τῆς ἀπονοίας ἔδωκεν ἂν δίκην, ἐν ὅροις Ῥωμαίων, ὧν κακῶς κατετόλμησεν* Gregorii Nazianzeni Or. III. p. 68. Verum huic generi alius fuit locus. Wess.

28. 26. *Πόλλις ὁ τῶν Λακ. ναύαρχος*] Eadem *διττογραφία* in praefecti nomine apud Polyaen. L. III. 11. 11. *Πόλλιν* tamen malunt praeter eos, quos vir doctus ibidem adscripsit, Aristides T. III. p. 383. et Suidas. Wess.

29. 47. *Ὧν ἡγεῖτο Κήδων* etc.] Frustra haec alibi quaeres. Xenophon praelii meminit, sed obiter et brevi sermone Hellen.

L. V. p. 451. Habet, quae huc referenda sunt, Polyaenus Strateg. L. III. 11. 11. Wess.

29. 61. *Ἀναμνησθεὶς τῆς ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίας*] Vide de navali eo praelio, et iniquissima ducum condemnatione L. XIII. 99. 101. etc. Wess.

29. 65. *Εὐλαβήθη μή ποτε*] Vide annotatiunculam secundam in paginam 462. (huius edit. p. 11. num. 46.) Steph.

29. 72. *Τῶν μὲν Ἀθηναίων* etc. *τριήρεις ὀκτωκαίδεκα*] Negat Demosthen. Or. in Lept. p. 294. duce Chabria ullam unquam Athenienses aut navim aut militem amisisse. *Ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ*, inquit, *μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, ΟΥ ΝΑΥΝ, ΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΝ ἀπώλεσεν ΟΥΔΕΝΑ, ἡγούμενος ὑμῶν*. Longe utique discedens a Diodoro: neque hac tantum in re, sed et in numero captarum de Spartanis navium, quas XLIX fuisse asseverat. *Ἐνίκησε*, paullo ante dixit, *Λακεδαιμονίους* (Chabrias) *ναυμαχίᾳ, καὶ πεντήκοντα μιᾶς δεούσης ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις*. Vide quae succedunt, ad Chabriae laudes satis oratorie digesta. Wess.

29. 81. *Τῷ δὲ βασιλικῷ στόλῳ χρησάμενοι*] Conf. L. XIV. 83. Wess.

29. 83. *Μάρκος Μανίλιος*] Imo *Μάνλιος*. Gliscebat hoc anno in dies Romae seditio, quam magis metuendam auctor faciebat M. Manlius. Oppressus is est insequente apud Livium L. VI. 20. Wess.

30. 85. *Χαριάνδρου*] In *Χαρισάνδρου* consentiunt inscriptiones Odericiana, Fourmonti apud Boeckhium I. p. 124., et quae saepius repetit Sandvicia.

30. 88. *Τῖτον καὶ Μάρκον*] Priori adiunge *Κοΐντιον*, posteriori *Φούριον*. Ante *Κορνήλιον* pone *Σερούϊον*. Fasti addunt *Πόπλιον Οὐαλέριον*. Rhod. Rhodomanni emendatio si valeat, non quatuor, quot creatos hoc anno auctor ait, sed quinque erunt tribuni iure consulari. Mallem ex praescripto Coislin. *Σερούϊον Κορνήλιον, Σουλπίκιον, Λ. Π. Τῖτον Κοΐντιον*. Livius M. Furium et P. Valerium illis collegas adiungit, Papirio quoque Caii praenomen inponens L. VI. 18. Wess.

30. 90. *Δάμων Θούριος*] Et quidem *τὸ πρῶτον*, quod opportune addit Pausan. Achaic. c. 25.; vicit enim Damon iste et sequente Olympiade. Wess.

30. 4. *Οἱ δὲ προνενικηκότες, ἐπαρθέντες* etc.] De Thracibus, qui ad Triballos in ipso certamine transierint, nihil Aeneas, rem hanc ceteroqui diligenter exponens, Poliorc. c. 15. Liberemus eum, ferente ita occasione, glossemate, quo oratio inquinata est. *Οἱ δ' Ἀβδηρῖται ὑπερφρονήσαντες αὐτῶν διὰ τὸ προειργασμένον ἔργον ἐπεβοήθησαν πασσυδίῃ. οἱ δὲ* (*Τρίβαλλοι*) *ὑπῆγον αὐτοὺς εἰς τὰς ἐνέδρας*. Sic oportet. Nam *πάσῃ ῥώμῃ καὶ προθυμίᾳ*, quae *πασσυδίῃ* arctissime connectuntur, explicandi gratia

adposita sunt. Adfirmant Grammatici, quibus *Πασσυδίῃ* non aliud est ac *μετὰ πάσης ὁρμῆς· πανστρατιᾷ· ὁμοθυμαδόν.* Vide modo Hesychium, Suidam, Eustathium in Il. *B.* p. 166. Wess.

30. 12. *Χαβρίας ὁ Ἀθηναῖος* etc.] De eo nihil Aeneas. Vereor etiam, ut satis sanum eius sit nomen. Dicit Chabriam dolo quorumdam peremtum Abderis fuisse. Atqui Chabrias, nobilissimus Atheniensium dux, sexto decimo abhinc anno in Chio periit, Demosthene, Corn. Nepote, ipsoque Diodoro L. XVI. 7. testibus. Errasse dices auctorem; Fateor id fieri potuisse, quamquam in viro adeo illustri erroris ansa videtur difficilior. Culpa certe in amanuenses, qui plura hoc in scriptore admiserunt, recidere poterit. Nec quidquam tamen definio, suspicionem iniecisse contentus. Wess.

30. 18. *Τάς τε ναῦς τῇ πόλει προσηγάγετο*] Interpres, *naves urbi infestas admovet.* Ego vero id non laudo. Vetat usus verbi *προσάγεσθαι*, vetant sequentia. *Προσάγεσθαι* sedem habet in gentibus et civitatibus, quas aut armis aut oratione victores suae patriaeque ditioni adiiciunt. Noster L. I. 68. *τὰς δ' ἄλλας τῆς Φοινίκης πόλεις καταπληξάμενος προσηγάγετο.* Et L. XVIII. 52. *ἐπῄει τὰς ἑξῆς πόλεις — ἃς δὲ πειθοῖ προσαγόμενος.* Pro quibus *φιλανθρωπίαις προσάγεσθαι τοὺς Ἕλληνας* eiusdem lib. c. 7. et *πρᾳότητι προσάγεσθαι* in Xenoph. Agesil. p. 13. ed. Oxon. Quae sequuntur, idem confirmant. *Ὁμοίως* enim *ἔπεισεν ἀποκλίναι πρὸς Ἀθηναίους* postulant apertissime, ut et haec ad Atheniensium amicitiam et ditionem accesserint. Sana itaque si fuerint verba, indicabunt, Timotheum *naves Atheniensium civitati adiunxisse*, quod probe animadvertit Lambinus ad Nepot. Timoth. c. 2. Tum vero omnia, quae succedunt, naves itidem spectabunt, haud sane commode. Insulas, gentesque per Acarnaniam Timotheus ad Atheniensium societatem allexit, non solas naves. Vide ergo, an fuerit *τῆς τε νήσου τὰς πόλεις προσηγάγετο.* Sic addentur prorsus congrue *καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁμοίως* etc. videlicet *πόλεις*. Si tamen hoc nimium videatur, scribi poterit *τήν τε νῆσον τῇ πόλει προσηγάγετο, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν* et reliq. Ego prius praeopto. Timotheus hac expeditione *Corcyram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adiunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quae mare illud adiacent*, sicut eius in Vita c. 2. Nepos scripsit. Wess.

30. 20. *Ἀλκέταν Μολοττῶν βασιλέα* etc.] Sibi eum et patriae conciliavit: unde Timothei amicis accensetur et hospitibus in Or. Demosthenis in Timoth. p. 658. Wess.

30. 24. *Περὶ Λευκάδα*] Meminit Xenophon extr. L. V. Hellen. et Polyaenus L. III. 10. 3. huius pugnae. Lacedaemoniorum tamen classi praefectum hic *Nicomachum*, ille *Nicolochum* adpellat, non sine errore. Wess.

36. 26. *Δι' ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν*] H. Stephanus *videri legendum* ait *δι' ἀνδρείας καὶ στρατηγίας*, *ut dixit διὰ τῆς δυνάμεως*. Cui nunc quidem refragari nolo. Sic huius lib. c. 56. de Epaminonda *διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας καὶ στρατηγικῆς συνέσεως τοὺς* etc. *καταγωνισμένος*. Confer tamen c. 39. Wess.

37. 38. *Οὐδέποτε τοῦτο συνέβη γενέσθαι* etc.] Memorabile hoc ad Tegyras Pelopidae ductu pugnatum certamen describit Plut. in Pelop. p. 287., itidem subiiciens *πρότερον οὐδέποτε Λακεδαιμόνιοι πλείονες ὄντες ὑπ' ἐλαττόνων ἐκρατήθησαν, ἀλλ' οὐδὲ ἴσοι πρὸς ἴσους ἐκ παρατάξεως συμβαλόντες*, quod gloriam profecto Thebanorum haud parum auget. Wess.

37. 40. *Ἐπίμπλαντο*] *Ἐμπίπλαντο* Reg. 2. sicuti L. II. 45. Wess.

37. 44. *Τὴν τῶν Σικελικῶν σύνταξιν*] Laudat Hermiae Methymnaei *τρίτην Σικελικῶν* Athenaeus Deipnosoph. L. X. p. 438. C. neque id G. Io. Vossium fugit, sed difficulter obtenturum, ut cetera, quae Hermiae nomine citantur, huius sint opuscula. Wess.

38. 49. *Λεύκιον Οὐαλέριον* etc.] Tribunos militum sic corrige: *Λ. Οὐαλ. Κρίσπον, Αὖλον Μάλλιον, Σερουίον Σουλπίκιον, Λεύκιον Λουκρήτιον*. Fasti annumerant L. Aemilium, M. Trebonium. Rhod. Correctioni Rhodomanni obstat Livius L. VI. 21., L. Valerium Publicolam designans. Itaque *Crispus* aliorsum pertinet. Onuphrius Panvinius Fast. ad. ann. CCCLXXI. *Crispum* Trebonii esse cognomen, Pighius vero eundem in annum, Crispi cognomen cui tribuendum, se non videre ait. Fabium nullum hoc anno apud Livium haberi, sed *Flavium* videri Diodorum voluisse, quod id cognomen M. Trebonio tribuatur. Atque hoc fortasse verum est. In *Crispo* haereo, neque sat scio, unde venerit. Wess.

38. 47. *Ἱπποδάμου*] In *Ἱπποδάμαντος* consentiunt inscriptiones Odericiana et quae saepius repetit Sandvicia.

38. 57. *Τοὺς παρακαλέσοντας* etc. *κοινὴν εἰρήνην συνθέσθαι*] De legatis his nihil Xenophon, tantum memorans Athenienses missis Spartam legatis pacem sociasse L. VI. p. 456. Rer. Graec., cetera negligens, quod pax ea in breve tempus valuerit. Wess.

38. 62. *Κατέστησαν οἱ Ἕλληνες ἐξαγωγεῖς*] Id verum esse potest. Sed nihil admodum tum quidem effecerunt, bello inter Athenienses et Spartanos recrudescente. Altera pace, quae post tres annos coaluit, *ἐξαγωγεῖς* isti praesidia et Harmostas Lacedaemonios ex Graeciae urbibus eduxerunt, auctore Xenophonte L. VI. p. 464. Hellen. Wess.

38. 65. *Κατὰ πόλιν γίνεσθαι τὰς σπονδὰς*] *Oppidatim* bene Interpres. Ita hoc lib. c. 50. *διὰ τὸ πᾶσιν ἀρέσκειν κατὰ πόλιν γίνεσθαι τοὺς ὅρκους*. Polybius Excerpt. Leg. XLVI. p.

1193. *οἱ μὲν κατ' ἰδίαν, οἱ δὲ κατὰ πόλιν — ἐγκαλοῦντες τῷ Φιλίππῳ.* Iosephus Belli I. L. IV. 10. 6. *τὸ πρόθυμον τῶν δήμων καὶ τοὺς κατὰ πόλιν ὅρκους ἀπαγγέλλων.* i. e. *singulis in urbibus praestita.* Simili usu Appianus L. V. B. Civil. p. 1077. *ἐν δὲ Συρίᾳ τοὺς κατὰ πόλιν ἐξῄρει τυράννους.* Et Aristides de Conone T. I. p. 296. *Λακεδαιμονίους κατὰ νῆσον καὶ πόλιν νικῶν.* Quorsum vero haec omnia? Ut S. Lucam nullo iure tentari ostendant, cum Evang. c. VIII. 1. *καὶ ἐγένετο,* inquit, *ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ καὶ ΚΑΤΑ ΚΩΜΗΝ, κηρύσσων.* Potuerat, si visum ita fuisset, *ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΙΣ καὶ ΚΑΤΑ ΚΩΜΑΣ,* sicuti Ioseph. Ant. I. L. XIV. 9. 2. *ὕμνουν γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ κατὰ κώμας καὶ πόλεις.* Sed ut id recipiatur et praeferatur, caussa utique nulla est. Recte ergo Th. Beza vertit, *et factum est deinceps, ut ipse iter faceret oppidatim et vicatim, praedicans.* Wess.

32. 68. *Καλλιστράτου δὲ τοῦ δημαγωγοῦ τὸν λόγον* etc.] Vid. Corn. Nep. in Epamin. c. 6. et Plut. Apophtheg. p. 193. D. Id vero dubites haud inmerito, legationemne hoc tempore obierit, et pro concione ea dixerit Callistratus orator. Xenophon quidem certe altera pacificatione Callistratum Sparthe egisse et in Thebanos invectum esse, testis est. Quin si rerum seriem, quam idem ille Xenophon pertexit, consideres, verior potiorque eius caussa videbitur. Inspice L. VI. 459. Hellen., quaeque disputavit H. Dodwellus Ann. Xenoph. p. 275. Wess.

32. 77. *Παρεχώρουν ἀλλήλοις, οἱ μὲν κατὰ γῆν* etc.] Hoc rectissime hunc in annum refertur. Timothei enim ad Leucada victoriae is fructus fuit. Nepos in Timoth. c. 2. *Quo facto Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt, et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses* MARIS DUCES *essent.* Adduntur ibidem de ara PACI publice tum facta, quae in anterius tempus ab aliis conferuntur, ut D. Lambinus docuit. Wess.

32. 90. *Καὶ Γοργίας*] Sic et c. 50. huius libri. Plut. in Pelop. p. 284. *Γοργίδας* et Polyaeno L. II. 1. 2. at c. 5. eiusdem libri prorsus, uti hic, *Γοργίας.* Mutat Casaubonus, haud equidem scio, an inconsulte. Solent certe, ut saepe diximus, primitiva et patronymica eodem in homine sedem habere conmodam. Wess.

32. 94. *Καὶ μάλιστα τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας*] Habuit eius sectae praeceptorem Lysim, de quo ad Excerpt. Vales. p. 246. fortasse plura proferentur. Wess.

32. 4. *Ἄρδην σχεδὸν κατακόψαι*] Multo hoc congruentius. Auctor ipse L. II. 44. *τό τε στρατόπεδον τῶν Περσῶν κατέκοψε.* Et L. III. 55. *εὐγενῶς μαχομένας ἁπάσας κατακοπῆναι.* Et saepissime alias. Wess.

32. 14. *Ἀπερωγάδως χρώμεναι*] Compositum est uti

ἀπειροκάλως, quod frequentiore teritur usu. Nostrum Lexicorum conditores praetereunt plerique, quem ad modum et ἀπειραγαθίαν, qua Polybium ad honesti virtutisque ignorantiam describendam usum fuisse, optime recordor. Wess.

33. 22. Πρῶτον δὲ τῶν Φιαλέων οἱ φυγάδες etc.] Urbs Φιγαλία et Φιάλεια dicebatur promiscue: unde incolae modo Φιγαλεῖς, modo Φιαλεῖς. Vid. Pausan. L. VIII. 3. et c. 39. ubi et templi in ea urbe Bacchi, in cuius honorem τὰ Διονύσια, mentio, et Polybium L. IV. 3. et c. 79. denique Stephanum in Φιγαλία. Non longe ab urbe distabat Ἡραία propter Alpheum flumen in Arcadia posita, de qua idem Pausanias L. VIII. 26., Aristoteles Polit. L. V. 3., et Dio Chrysostomus Or. I. p. 11. A. Wess.

33. 39. Μεταστῆσαι τὴν πολιτείαν] Popularis status Megaris valebat: hinc turbae, quarum occasione potentiores et ὀλιγαρχίας studiosi urbe eiecti sunt, nec sine damno tamen factionis adversae. Vide Philosophum Politic. L. IV. 15. et V. 5. Wess.

33. 43. Καὶ γνωσθέντες ἀνῃρέθησαν] In his obscuri nihil est. Sed Codd. discordia facit, ut de scripturae veritate dubitem vehementer. Quid enim inter γνωσθέντες, στασιάσαντες et σταλέντες commune? Fieri potest, ut σταλέντες genuinum sit. Certe καὶ σταλέντες ἀνῃρέθησαν si verteris et repressi morte poenas dederunt, sive, contrucidati sunt, non erit huic loco incongruum. Wess.

33. 50. Κρατήσαντες οἱ Φλιάσιοι τῶν φυγάδων] Non intercedam, si bina ultima tollantur ex Reg. 2. praescripto. Arbitror autem ad hanc Phliasiorum seditionem respicere Demosthen. O. περὶ Συνταξ. p. 101. Wess.

33. 57. Κόϊντον Κράσσον] Post Κόϊντον dele Κράσσον et distingue. tum ante Κορνήλιον scribe Σερούϊον. At Φάβιον Ἄλβον muta in Λεύκιον Αἰμίλιον. Fasti edunt insuper L. Papirium et C. Sulpicium. Rhod. Suas emendationes Rhodomannus vertendo secutus est, quae si valeant, auctori cum Livio L. VI. 22. nulla erit discordia. Sed medicina et audacior et violentior videtur. Mallem ego cognomen Κράσσον Papirio adiungere, qui eo utebatur, et ante Κορνήλιον scribere Σερούϊον, quod praenomen praecedens vocabulum absorbere facile potuit. In Fabio Albo nihil expedio, ut nec Pighius et Panvinius in Fast. ad ann. CCCLXXII. Wess.

33. 61. Ἰφικράτης etc. ὄντων δισμυρίων] Vid. superius c. 29. Nep. Cornelius conductitium exercitum, cuius numerus duodecim millium fuit, Iphicratem duxisse in Aegyptios prodit eius in Vit. c. 2. Wess.

34. 73. Εἰς πόλιν Ἄκην] Serior aetas Ptolemaida vocavit. Hoc natum est nomen ex Hebraeorum עכו. nam quae Stephanus et Etymologus in Ἄκη de Hercule, ibidem sanitati restituto, et urbe ab ἀκεῖσθαι dicta, in medium produxerunt, Graecorum fabu-

las sapiunt. Opportune Strabo L. XVI. p. 1099. ἡ Πτολεμαΐς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον· ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Hinc enim liquet, cur copiae Persicae in hanc urbem fuerint conductae. Prave ergo a nupero Polyaeni editore L. III. 9. 56. verba Ἰφικράτης ἐν Ἄκῃ πυθόμενος mutantur ἐν Θρᾴκῃ, et eo quidem colore, quod nulla Ἄκη apud Geographos occurrat. Vidit deinde inprudentius id fuisse dictum, nec Ἄκην tamen retinere voluit, quippe Iphicratis rebus, ut putavit, minime convenientem. Tu potius Bosium confer in Corn. Nepotis Datam. c. 5. et Hadriani Relandi Palaest. L. III. p. 536. Ceterum, quin Ἀρτάβαζος corruptum sit ex Φαρνάβαζος, dubitandum non videtur. WESS.

34. 87. Ὡς ἐπίπαν γὰρ οἱ τῶν etc.] Satis ad sententiam loci fuerit, si plerumque Persarum duces id factitasse censeas. Vid. ad L. II. 2. WESS.

34. 91. Νεκτάνεβις] Sic quoque ex Manethone in Chron. Eusebius. Alius est Νεκτανεβὼς sive *Nectanebus* apud Corn. Nep. Chabr. c. 2. De eo infra c. 92. WESS.

34. 99. Πύργους μεγάλους ἔχουσα], Conf. L. I. 33. WESS.

34. 2. Τὸ Πηλουσιακὸν στόμα κατεσκεύασαν] Ferri hoc posset, nisi omnia, quae succedunt, ad unum regem referrentur. Malo κατεσκεύασεν. WESS.

34. 9. Οὔτε τοῖς ἱππεῦσι προσπελάσαι] Nasci posset suspicio, quae et iniecta a viro est docto Miscellan. Observ. Vol. III. p. 307., de προσελάσαι, trito admodum, cum de equitatu sermo est, vocabulo, nisi auctor de adpropinquantibus equitibus adhiberet ipse L. III. 37. ἅμα δὲ τῷ προσπελάζειν τὸ μὲν θηρίον μετεωρότερον τῶν ἱππέων ἐξῆρε τὸν αὐχένα. WESS.

35. 18. Ἔχον ἠϊόνα παρήκουσαν ἐφ' ἱκανὸν τόπον] Pindarus

Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσης ἔσχατον.

dixerat, urbe praecipiti litori inposita. Sed erravit, docente Aristide T. III. p. 610. WESS.

35. 35. Ἐπικαιροτάτην οὖσαν πόλιν] Describitur L. I. 50. WESS.

35. 43. Τό, τε θράσος αὐτοῦ] Praestat θάρσος, quod in laude poni solet, cum alterum temeritatem quandam exprimat, ut alias est ostensum. WESS.

35. 48. Ἐφθόνουν αὐτῷ etc.] Hiulca oratio est. Rhodomannus in Not. Addend. succurrit, *defectus,* inquiens, *sed non enormis, qui ita suppleri potest:* οἱ δὲ περὶ τὸν Φαρνάβαζον μᾶλλον ἐφθόνουν. Cui non repugno: deficit certe simile quiddam. WESS.

35. 57. Καὶ τῶν ἐτησίων ἤδη γενομένων] Vide quae auctor disputat L. I. 39. de Etesiis et Nili incremento. WESS.

35. 66. Καθάπερ Κόνων ἔπαθεν ὁ Ἀθηναῖος] Mortem suppliciumque Cononis, ut supra significavimus, dissimulavit auctor,

certe praeteriit silentio. Conf. viros doctos ad Corn. Nepot. Conon. c. 5. Wess.

36. 78. *Οὗτος γὰρ παραδ. στρατ. τε ὠγχίνοιαν ἐσχηκέναι*] De genere eius, et quibus artibus inclarescere coeperit, non pauca Ulpian. ad Demosth. Midian. p. 335., quae exscribere non vacat. Wess.

36. 93. *Ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι*] Ut πελτασταὶ dicuntur ἀπὸ τῆς πέλτης, sic ἀσπισταὶ iuxta quosdam ἀπὸ τῆς ἀσπίδος, non autem ὁπλῖται. Nec imaginari possum unde vox haec ὁπλῖται irrepserit; nisi forte ita Diodorum scripsisse suspicandum est, οἱ μὲν πρότερον ἀπὸ τῶν ὅπλων ὁπλῖται, καὶ ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ἀσπισταὶ καλούμενοι etc. Homero autem ἀπὸ τῆς ἀσπίδος sunt ἀσπιδιῶται: et certe ἀσπισταὶ tanquam ab ἀσπίζω formare malim. Steph. Quae vir doctus annotavit, speciem quandam praeferunt, sed quae facile dispelli potest. Poëtarum vocabula sunt ἀσπιδιῶται, ἀσπιστῆρες et ἀσπισταὶ, historiarum scriptoribus vix usu trita. Contra frequentissimi ὁπλῖται. Hos dictos olim ait ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, non utique ea sententia, ac si Grammatice ἀπὸ τῶν ἀσπίδων formarentur ὁπλῖται. Id foret perridiculum atque absurdum. At ὅπλα saepe sunt ἀσπίδες sive *clypei*. Si dubites, vide hoc Euripidis Hecub. v. 14. ubi Polydorus,

— — *Οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα*
Οὔτ᾽ ἔγχος οἷός τ᾽ ἦν νέῳ βραχίονι.

Et ne longius abeam in re satis obvia, hoc Nostri ex c. 43. *καὶ πολλὰ πλεονεκτοῦντες* (Aegyptii) *διὰ τὴν τῶν ὅπλων ὀχυρότητα*, i. e. *clypeorum firmitate*. Persae instructi erant *gerris*, quae erant *ἐκ λύγων καὶ οἰσύϊνοι*, *ex vimine et salignae*, uti Grammatici docent. Contra ea Aegyptiorum clypei ferro erant muniti, praestabantque adeo hac parte haud parum Persis. Vult ergo id solum Diodorus, eos, quos Graeci ἀπὸ τῶν ἀσπίδων, quae eadem atque ὅπλα, prius nuncupaverant ὁπλίτας, a peltis deinde πελταστὰς fuisse dictos. Rem eamdem exsequitur Corn. Nepos, sed in paucis dissentiens, in Iphicrat. c. 1. *Quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur. Ille e contrario peltam pro parma fecit, a qua postea* PELTASTAE *pedites appellantur — Hastae modum duplicavit, gladios longiores fecit.* Porro, si ἐξ, cui sedes ante ἀμφοτέρων, supervacaneum opineris, non pugnabo. Wess.

36. 3. *Ἰφικρατίδας ἀπ᾽ ἐκείνου καλουμένας*] Vid. Paull. Leopardum Emendat. L. X. 1. Auctor *Συναγωγῆς λέξεων χρησίμων* ex Luciano in Coislin. Biblioth. p. 490. *Ἰφικρατίδες, κρηπῖδες. ἀπὸ Ἰφικράτους πολλὴν φιλοκαλίαν περὶ τὴν ὑπόδεσιν ἐπιδεδειγμένου.* Adde, quae doctissimus Iungerman. ad Polluc. L. VII. 89. adscripsit. Wess.

36. 17. *Τοῖς ἐπὶ τῆς Λακεδαιμονίων ἐπιστασίας etc.*]

Quomodo sit intelligendus hic locus, si sanus est, non video. Supra dixerat Lacedaemonios favere oligarchiis ubique, Athenienses vero statui populari, et ita nunc in Zacyntho ait iis, qui a partibus Lacedaemoniorum erant, populum iratum eos omnes exulare iussisse: postea vero ait eos exules ad Timotheum Atheniensium ducem confugisse, et eo iuvante bellum gessisse contra eos, qui erant in urbe. Haec mihi videntur *ἀσύστατα*. Proculdubio non est integer hic locus: desunt quaedam, quae (ut videtur) exulum Lacedaemoniis faventium reditum et contrariae factionis Atheniensibus faventis expulsionem continebant. In hoc nodo solvendo nihil est opis in Xenophonte, qui de eo negotio nihil dixit: expectanda lux aliunde. Palm.

36. 20. *Οὗτοι δὲ πρὸς Τιμόθεον τὸν Ἀθηναίων* etc.] Ante haec verba quaedam deesse, quae expulsorum Lacedaemoniis faventium reditum, deiectorumque ex insula Atheniensibus amicorum casum complectebantur, iustissima est doctissimi Palmerii suspicio. Quid enim Timotheo conmune cum exsulibus, partes Spartanorum amplexis? Xenophon, etsi paucis tetigerit, rem adfirmat: de Timotheo enim, pace inter Athenienses et Lacedaemonios sociata domum versus vela faciente, *τοὺς Ζακυνθίων φυγάδας ἀπεβίβασεν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν* inquit, insuper adiiciens, reliquos Zacynthios Spartam legatos misisse, quid ipsis a Timotheo illatum fuerit iniuriae conmemoraturos L. VI. Hellen. p. 456. Zacynthi ergo superiores erant Lacedaemoniorum studiosi, exsulabant Atheniensium partibus addicti, quos Timotheus in patriam reduxit. Ceterum anno superiore haec administrata videntur, et mox quidem a pace inter Athenienses et Spartanos conciliata. Docet clare Xenophon. Vertente anno Timotheum Athenis fuisse, et alii rei praepositum, suo loco dicetur. Wess.

37. 33. *Δόντες τὴν ἡγεμονίαν Ἀριστοκράτει*] Nihil de Aristocrate, de Alcida, de Ctesicle ab Atheniensibus in Zacynthum misso Xenophon, quo in his describendis longe uberior Diodorus, hoc quidem loco. Wess.

37. 64. *Ἐπὶ τῆς χώρας καταληφθέντες*] Dubites hoccine an *καταλειφθέντες* eligas. Potest utrumque non inconmodam dare sententiam, et rei gestae congruam. Plataeenses nihil tum quidem mali exspectabant, mero meridie per agros sparsi. *Ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀποκεκλεισμένοι τῶν πυλῶν ἦσαν* apud Pausan. L. IX. 1. p. 713. adeoque *ἐπὶ τῆς χώρας καταλειφθέντες*, *relicti destitutique in agris erant*. Sed habet etiam *καταληφθέντες συνηρπάσθησαν* quo se conmendet, quod propterea non moveo. Wess.

37. 68. *Τὰ ἔπιπλα λαβόντας ἀπελθεῖν*] Distinctius Pausanias convenisse tradit, ut viri cum singulis, feminae cum binis vestibus ante solis occasum abirent. *Πρὸς δὲ τοὺς ἐγκαταληφθέντας ἐποίησαν οἱ Θηβαῖοι σπονδὰς, ἀπελθεῖν σφᾶς πρὸ ἡλίου*

δόντος, ἄνδρας μὲν σὺν ἑνὶ, γυναῖκας δὲ δύο ἱματίω ἑκάστην ἔχουσαν. Mox recte rescribendum Rhodomannus vidit οἱ μὲν Θηβαῖοι, ut in Reg. 2. legitur. Neque enim Lacedaemoniis haec conveniunt. Vide Isocratem Plataic. p. 448. et Pausan. L. IX. 1. p. 713., ubi eversae urbis eiectorumque civium casum in annum sequentem, quo Athenis Asteius praetura functus fuit, confert. Wess.

38. 70. *Οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι*] Vitiose pro οἱ Θηβαῖοι. Rhod.

38. 71. *Τὰς Πλαταιὰς*] *Τὴν Πλάταιαν* Reg. 2. margo Steph. non male. Vid. Casaub. in Athen. L. IV. 13. Wess.

Ibid. Καὶ Θεσπιὰς etc. *ἐξεπόρθησαν*] Si non fallit Pausanias, Thespias post partam ad Leuctra victoriam Thebani everterunt: refert enim Thespienses, quod Thebanis non admodum studerent, ante praelium Leuctricum ex eorum castris discessisse domum: metu dein eorumdem relicta urbe Ceressum confugisse, quod Thespiensis agri munitum erat castellum: inde depulsos fuisse ab Epaminonda L. IX. 14. Sed falsus est profecto. Nam cum sequente anno de pace instauranda Spartanos inter et Athenienses ageretur, *ἀπόλιδες* erant Thespienses, aegerrimeque utraque civitas ferebat *τὴν Πλαταιέων τε καὶ Θεσπιέων ἀναίρεσιν*, Xenophonte auctore L. VI. Hellen. p. 461. Adde inter caussas belli, a Cleombroto Thebanis illati, fuisse ut Plataeensium et Thespiensium urbes in integrum restituerentur. Sic Noster huius Lib. c. 51. Wess.

38. 79. *Ἑξήκοντα καὶ πέντε*] Xenophon *εἰς ἑξήκοντα*, nihil admodum dissentiens. Eum L. VI. p. 456. adi. Wess.

38. 88. *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πάλαι μὲν ἀπεστ. Τιμόθεον*] Id quidem verum est. Hoc tamen tempore classi imperator inpositus fuit, ut Corcyraeis subveniret. Annum mensemque Demosthenes ita signat Or. in Timoth. p. 658. *ἐπὶ Σωκρατίδου γὰρ ἄρχοντος, Μουνυχιῶνος μηνὸς, μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν Τιμόθεος οὑτοσί.* Wess.

38. 1. *Μετενόησεν ὁ δῆμος, καὶ πάλιν αὐτῷ* etc.] Negat Demosthenes, imperium illi abrogatum gravemque dicam inpactam ab Iphicrate et Callistrato tradens. Addit, deprecantibus amicis, regulisque Alcetae et Iasoni condonatum quidem Timotheum, classis tamen praefectura plane fuisse amotum. *Αὐτὸν δὲ τοῦτον ἐξαιτουμένων μὲν τῶν ἐπιτηδείων καὶ οἰκείων αὐτοῦ ἁπάντων, ἔτι δὲ Ἀλκέτου καὶ Ἰάσωνος, συμμάχων ὄντων ὑμῖν, μόλις μὲν ἐπείσθητε ἀφεῖναι, στρατηγοῦντα δὲ αὐτὸν ἐπαύσατε* Orat. in Timoth. p. 658. Hoc amplius, Athenis Timothei caussam insequente anno, cui Asteius Archon nomen dedit, fuisse disceptatam, ventitasseque Alcetam et Iasonem in urbem ad Timotheum, ut praesentem periculo eriperent. His consentanea scribit Xenophon; *συγγνώμην οὐκ ἔσχον αὐτῷ (Τιμοθέῳ) ἀλλὰ παύσαντες αὐτὸν*

τῆς στρατηγίας, Ἰφικράτην ἀνθαιρεῖσθαι Hellen. L. VI. p. 457. Dices privatum, quod tamen auctor haud feret, in classe Iphicratis Timotheum egisse: sed nec id patitur Xenophon, Iphicratem laudans, quod prudenti usus consilio sibi ad hanc expeditionem Callistratum et Chabriam socios adsciverit, ne absenti nocerent, de Timotheo tacens, dicti lib. p. 461. Quem itaque auctor sequatur, dicere non habeo. Wess.

38. 5. Στρατηγὸν ἑλόμενοι Κτησικλέα] Paullo ante c. 46. Ctesiclem in Zacynthum ad res gerendas amandavit, unde eum tam cito rediisse, equidem haud opinor. Xenophon sub idem tempus, quo Timotheus classi praeficiebatur, Στησικλέα *Stesiclem* cum DC peltastis missum ait, ut per Molossorum ditionem Alcetae regis auxilio, ad mare atque in Corcyram tenderet: verius fortasse. Vide eius Hellen. L. VI. p. 457. Wess.

39. 16. Τόν τε Μνάσιππον ἀνεῖλε] Bellum ille segniter et inprudenti ratione administrabat, nota, neque inmerito, inustus ab eodem Xenophonte L. VI. p. 456. et 458. Wess.

39. 26. Καὶ Κρίνιππος] In Xenoph. lib. dicto p. 460. Ἄνιππος et ad oram Κυλίππος. Sed male. Κρίνιππον eundem vocat Polyaenus Strateg. L. III. 9. 55. Wess.

39. 30. Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος] Non meminit de ea caede Isocrates, licet de Euagora et eius filio Nicocle multa dixerit. Nicocles fuit Euagorae filius legitimus, ut ex eodem Isocrate patet. Sed ex eius silentio non est damnandus, ut falsus, hoc loco Diodorus. Nam is Rhetor Nicocli adulatur, et ideo potuit praetermittere tam dirum facinus. Theopompus certe L. XII. historiarum apud Photium, eunuchum quendam ait eam caedem patrasse, sed eum Thrasydaeum nomine, patria Eleum fuisse ait. Occidit autem non solum Euagoram, sed et eius filium Pythagoram maiorem, ut puto, natu, et forte ut regnaret Nicocles, ut coniicere licet ex illo Theopompi loco cum hoc Diodori collato, et ex rhetoris silentio, qui de morte Euagorae nec in Euagora nec in duabus ad Nicoclem exhortationibus ne verbum quidem fecit. Ideo non dubito ex his praemissis concludere hoc loco Diodori debere legi Νικοκλῆς καὶ ὁ εὐνοῦχος. Palm. In his aliquid deesse, suspicio haud est iniusta. Evagoram ab eunucho fuisse interemtum consentiunt Aristoteles Polit. L. V. 10. et ex Theopompo suo Photius Cod. CLXXVI. Patri successisse Nicoclem, quem nemo, quod quidem rescire potui, eunuchum perhibuit, Isocrates testis est. Laudandum ergo Palmerii, etsi fortasse non bene cecidit, institutum. Lege enim Νικοκλῆς καὶ ὁ εὐνοῦχος, ut ille correxit, necessario in regni etiam societatem, sicuti in parricidii partes venerat, admittendus erit eunuchus: de quo tamen Cypri rege quis memoravit? Potius accessero Simsonio, qui in Chron. ad ann. 3631. deficientem orationem supplevit et emendavit, Νικοκλῆς, ἐπεὶ ὁ εὐνοῦχος — βασιλέα, τῆς τῶν etc. Sic constat oratio, et sceleris societate

eximitur Nicocles. Tractavit hunc quoque locum Hier. Wolfius ad Evagorae Isocratei principium, visusque sibi est animadvertisse, Diodorum secum pugnare: namque hic doceri, eunuchi fraude Evagoram periisse: eumdem vero Evagoram rebus gerendis in Cypro praeponi L. XVI. 42., atque iterum interfici eiusdem lib. c. 46. Sed aberravit a recto tramite vir doctissimus. Evagoras iste alius est, et prioris, uti videtur, filius: plures enim reliquit, non omnes quidem reges, neminem tamen privata conditione. *Οὐδένα ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προσαγορευόμενον*, Isocrates ait in Evagor. p. 297. Wess.

39. 36. *Ἐπ' ἄρχοντος — Ἀστείου*] Verum hoc hominis nomen, quod praeter Diodorum edunt Demosthenes O. in Timoth. p. 659., Pausanias L. IX. 1. p. 713., Pariumque marmor. Solus Aristoteles L. I. Meteor. c. 6. *ἐπ' Ἀρισταίου ἄρχοντος*, ubi ex margine *Ἀστείου* esse adsciscendum bene monuerunt viri docti. Wess.

39. 37. *Μάρκον Φούριον* etc.] Insignis hic tandem Livium inter et Diodorum concordia. Vide illum de his tribunis consulari potestate et bello Praenestino, quo de paullo ante Noster, L. VI. 22. Wess.

39. 43. *Ἐγένοντο πάθη τοιαῦτα*] De hoc genere dictum alias. Vid. not. in L. I. 93. III. 21. V. 8. Wess.

39. 49. *Ἀλλὰ νυκτὸς τοῦ πάθους συμβάντος*] Noctu hanc calamitatem duabus illis urbibus exitium attulisse, Heraclides testatur etiam in Strabon. L. VIII. p. 590. et Aelianus de Animal. L. XI. 19. Suspicor autem Diodorum haec descripsisse ex Callisthenis *Ἑλληνικῶν* opere, cuius extremo Lib. XIV. meminit. Eum enim in his libris disputasse diligenter, quemadmodum *Helice* et *Bura* sint mersae, et quis illas casus in mare, vel in illas mare inmiserit, novimus ex Seneca Q. Nat. L. VI. 23. Nam singulari Callisthenem libro, quod vir egregius ad Strabonem opinabatur, de miserabili urbium earum clade egisse, non liquet. Wess.

40. 62. *Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν*] Strabo L. I. p. 102. *Βοῦρα δὲ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δὲ ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη.* Cuius opinio si valeat, earum altera hiatu terrae hausta subsidit. Alii pluresque numero, ut bene ibi vir magnus, utramque fluctibus absorptam prodiderunt, in quorum ordine Ovidius etiam Metamorph. XV. 293. cum nota N. Heinsii. Quae quidem discordia cessabit, si eodem illo tempore et *χάσματα θαλάσσης* et *κυμάτων ἐπιδρομαὶ* fuerint, sicuti auctor ait de Mundo c. 4., sive *Chasmatiae, qui grandiori motu, patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent*, apud Ammian. L. XVII. 7. Tum enim et altera fluctibus hauriri, alteraque voragine quadam pessum ire potuit. Maior est difficultas in dissensu Polybii, pulcre animadversa ab Ill. Ezech. Spanhemio ad Callim. H. Del. v. 101. Adfirmat enim prudentissimus scriptor, in suam usque aetatem

durasse in Achaia urbem Buram, deletis Oleno et Helice L. II. 41. Sed et ea evanescet penitus, modo observetur, Buraeorum haud paucos, cum patria ea clade urbs exstingueretur, peregre afuisse: illos dein eodem nomine urbem in vicino colle condidisse. Id disertissime docet Pausanias L. VII. 25. p. 590., mirorque observatum non esse ab Illustri viro. Hoc vero singulare, quod Aelianus in literas retulit de muribus, mustelis, serpentibus et scolopendris, quae die Helices cladem antecedente quasi agmine facto ea ex urbe excesserint. *Ἀθρόα*, inquit Hist. Anim. XI. 19., *ὑπεξῄει τῇ ὁδῷ, τῇ εἰς Κορίαν ἐκφερούσῃ.* quo in loco, nisi vehementer fallor, menda tenaciter haeret. Scripseris *τῇ εἰς Κερύνειαν ἐκφερούσῃ*, et macula deerit. Nam prope Helicen in colle ad viam militarem Cerynea sedem habebat. *Μετὰ δὲ Ἑλίκην — ἥξεις ἐς πόλισμα Κερύνειαν· ᾤκισται δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον ἐν ὄρει* dicit Pausanias L. VII. 25. p. 589. Adde Polyb. II. 41. et Strabon. L. VIII. p. 593., qui *Κεραυνίαν* adpellant, male, arbitror, et librariorum peccato. Polybii certe scriptus liber, qui Boecleri fuerat, *Κεραύνειαν* et c. 43. *Μάρκος ὁ Γερυνεὺς* praeferebat, a vero, quod fluvius *Κερυνίτης* aliaque apud Pausaniam adfirmant, non longe deflectens. Sed haec nunc non agimus. Wess.

40. 74. *Κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἐννέα πόλεις*] Imo vero *duodecim*, quas praeter Herodotum L. I. 145. et 148. annumerat Strabo L. XIV. p. 939. Admissa dein Smyrna est in sacrorum et foederis societatem, unde *ΚΟΙΝΟΝ ΓΙ ΠΟΛΕΩΝ* in Antonini Pii numo de *conmuni XIII Ioniae urbium* viri docti interpretantur. Vid. Ezech. Spanhem. de Num. Usu et Praest. Diss. IX. p. 643. et Gottf. Olearium ad Philostrat. Vit. Apoll. L. IV. 5., ubi in urbium numero alius error. Wess.

40. 76. *Περὶ τὴν ὀνομαζομένην Μυκάλην*] Vide Strabon. L. XIV. p. 947., et quae ibi vir magnus. Wess.

40. 81. *Πέμψαντες δὲ θεωροὺς Πυθῶδε*] Saepe *θεωροὶ*, ut Grammatici monent, *οἱ πεμπόμενοι εἰς θεοὺς*, atque inprimis, qui Delphicum Apollinem sciscitatum mittuntur. Quare *ἄνδρες θεωροὶ Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας* in Sophoclis Oedip. Col. v. 409. et *ἔδοκει δὲ καὶ θεωρὸν πέμψαι σφίσιν ἐς Δελφοὺς* Pausan. L. IV. 9. Archiasque *θεωρὸς*, Corintho, ut Apollinem consuleret, Delphos missus apud Plutarch. T. II. p. 773. B. Plura non addo. Fecit abunde Celeb. Dukerus ad Thucydid. L. V. 16. Wess.

40. 82. *Ἀφιδρύματα λαβεῖν*] Opportunum hoc et significantissimum. Missi erant legati, ut Ionibus peterent *μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος· εἰ δὲ μή, τοῦ γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν*, teste Strabone L. VIII. p. 590. Inpetrare ergo voluerunt aut ipsam Neptuni Heliconii imaginem, aut si illa negaretur, aliam ad eius habitum et formam effictam. Id *ἀφίδρυμα* proprie; etsi vulgo pro quovis simulacro usurpetur. Idem ille Strabo vocis usum illustrabit L. V. p. 366., cum de Dianae Nemorensis sacris, *λέγουσι*

δ' εἶναι, inquit, ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου. et L. IV. p. 271. A. Dianam aiunt κελεῦσαι συναπαίρειν — ἀφίδρυμά τι τῶν ἱερῶν λαβούσῃ· et L. IX. p. 618. A. εἶτα Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον. Atque ita ille saepe. Cape ad eum etiam modum ἀφιδρύματα θεῶν, ὅπερ τῷ ἀνδρὶ καὶ αὐτῇ πατρῷα ἦν, in Iosephi Ant. I. L. XVIII. 9. 5. Wess.

40. 83. Τῆς ἐν τῷ τότε μὲν Ἰωνίας etc.] Eo tempore, cum Ionum maiores ante Heraclidarum reditum illam regionem ararent et haberent. Aliter si intellexeris, error erit. Vid. Pausan. L. VII. 6. Wess.

41. 97. Τὰ χρήματα διαῤῥίψαντες τῶν Ἰώνων] Non sacras tantum res disiecerunt, sed et legatos ad aram iugularunt. Aelianus de Animal. L. XI. 19. ἐπειδὴ γὰρ ἠσέβησαν ἐς τοὺς Ἴωνας τοὺς ἀφικομένους οἱ Ἑλικήσιοι, καὶ ἐπὶ βωμοῦ ἀπέσφαξαν αὐτούς. Cui fere consentit Pausan. L. VII. 24. Wess.

41. 2. Τοῦ δ' ἐκ Ποσειδῶνος etc. τὴν μῆνιν etc.] Ita et Pausanias dicto loco μήνιμα ἐκ Ποσειδῶνος, et L. IV. 24. de terrae motu ἀπήντησεν ἐκ Ποσειδῶνος μήνιμα. Persuaserat sibi credula vetustas, Neptunum *humentis esse substantiae potestatem*, quem propterea *ENNOSIGAEON et SISICHTHONA poetae veteres et theologi nuncupaverunt*, docente Ammiano L. XVII. 8. Hinc quoque cultus illi omnibus in locis, quae terrae tremori obnoxia: quo quidem motu cum frequentissime concuteretur Asiae ad Maeandrum regio, διόπερ εἰκός ἐστι, Strabo inquit L. XII. p. 668. C. καὶ τὸν Ποσειδῶνα τιμᾶσθαι παρ' αὐτοῖς, καίπερ μεσογαίοις οὖσι. Wess.

41. 5. Οἰκητήριον γεγονέναι Ποσειδῶνος] Vid. Homer. Hym. XXI. 3. et quae Bern. Martinus notavit Var. Lect. L. IV. 3. Neptuno nusquam terrarum amplior cultus et reverentia, quam quidem apud Peloponnesios: templa, festi dies, tituli que sine numero paene per Peloponnesum eius in honorem decreti atque a Pausania collecti, id adfirmant clarissime. Vide eum, si tanti est. Wess.

41. 13. Ὅ, τε γὰρ περὶ Φενεὸν ποταμὸς] Ladon intelligitur, ut ex Strabone L. VIII. p. 596. et Pausania L. VIII. 20. cognosces. Pheneo non longe distabat Stymphaliorum, in quo alterius fluvii miraculum, ditio. Polybius situm L. IV. 68. clarissime significat, quum de Euripida ἐποιεῖτο τὴν πορείαν διὰ τῆς Φενικῆς καὶ Στυμφαλίας inquit. Nam ita scripsisse virum optimum, ausim deierare, non, ut in editis, Φοινίκης, quae nulla hoc tractu. Φενεὸς format κτητικὸν, ut Stephanus ostendit, Φενικὸν, idque, quod dixi, constabilit firmissime. Wess.

41. 16. Περὶ τὸ Στύμφιον] Credo debere legi Στύμφαλον, nisi forte fuerit mons Στύμφιον circa Stymphalum, de quo siluerint omnes alii auctores. Palm. Palmerii coniecturam occupavit Is. Casaubonus ad Strabon. L. VIII. p. 596. Ad Stymphalum Ar-

cadiae fluvius Stymphalus hiatu quodam absorbetur, emersus dein in Argolide Erasinus audit. Pausanias L. VIII. 22. *οὗτος ἐς χάσμα γῆς κάτεισιν ὁ ποταμὸς, ἀναφαινόμενος δὲ αὖθις ἐν τῇ Ἀργολίδι, μεταβάλλει τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἀντὶ τοῦ Στυμφάλου καλοῦσιν Ἐρασῖνον.* Iunge alium Strabonis locum L. VIII. p. 570. WESS.

41. 20. *Πλὴν τῶν ἀσεβησάντων οὐδεὶς*] Dubito, an iniuria illis accenseantur decem Spartanorum naves, quae casu ante Helicen ad anchoras stabant, iisdem fluctibus haustae apud Aelianum de Animal. L. XI. 49. WESS.

41. 26. *Πόπλιον Ἄγκον*] Pro *Ἄγχον* restitue *Οὐαλέριον*. In fine scribe *Μάρκον Φάβιον*. RHOD. Ferre id possem, nisi modum excederet medicina, atque auctori perpetua maneret eum Livio ceterisque Fastorum conditoribus discordia: unde nec Pighium probo, *Τῖτον Παπίριον* in *Spurium* convertentem ad ann. U. C. CCCLXXIV. Edit Livius L. VII. 27. tribunos militum consulari potestate sex, duos Valerios, L. et P., L. Menenium, C. Sergium, P., sive, ut corrigunt, Sp. Papirium, Ser. Cornelium. Noster VIII, et plerosque alios, haud dubie suis ex Fastis. Fuisse vero Romae octo aliquando tribunos consulari iure, testis est imperator Claudius in Thes. Gruter. p. MDIII., ipseque Livius, sicuti egregie docuit Cel. Iac. Perizon. Animad. Hist. c. 2. p. 46. WESS.

42. 37. *Ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκὶς*] Id meteorum ab Aristotele videtur appellatum fuisse *ὁδός*. Sic enim ille Meteorolog. L. I. 6. de quodam meteoro, *τὸ δὲ φέγγος ἀπέτεινε μέχρι τοῦ τρίτου μέρους τοῦ οὐρανοῦ, διὸ καὶ ἐκλήθη ὁδός.* PALM. Sermonem philosophus eo Meteorolog. loco hac ipsa de lampade, seu trabe potius, instituit: unde suspicio nasci posset, fuisse olim eo loco *δοκός*: namque et *δοκοὶ εἶδος ἀστέρων ἐπισημασίαν τινὰ παρεχόντων* apud Hesychium. Frequentius *δοκίδες* dicuntur, uti auctori de Mundo c. 2., Latinis *trabes*. Visa autem haec *trabs* est anno superiore, quo Athenis praetura *Asteius* fungebatur, sicuti praeter Aristotelem docet Marmor Parium, inque primis Callisthenes, quem Noster auctorem sequi alias solet. Senecam audi L. VII. Q. N. c. 5. *Talem effigiem ignis longi fuisse, Callisthenes tradit, antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem eam, sed cometam fuisse.* Et post pauca: *In quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur: nihil tamen magis, quam quod, ut ille fulsit in coelo, statim supra Burin et Helicen mare fuit.* WESS.

42. 47. *Κατὰ τὰς ἰδίας ἑκάστων περιόδους*] Praestantissimus Rhodomannus in not. *κατὰ τὰς ἰδίας ἄστρων περιόδους* emendavit: haud equidem scio, an male. Docet Diodorus, Chaldaeos ea fuisse opinione, cometas suos sibi orbes habere, definitisque annorum periodis revolvi, sive *περιοδικῶς ἀνατέλλειν*, quae Pythagoreorum et Aegyptiorum quoque sententia erat. Vid. supra L. I. 82.

et Aristotelem Meteorolog. L. I. 6. Idem principibus nostrae aetatis philosophis placere, nemini in hac literarum luce latere potest. Quid nuperrime vero in hoc genere tentarit Clarissim. Freretus, eius Dissertatio patefaciet in Comment. Acad. Inscript. T. XV. p. 6. Bene, ut ad institutum redeam, de Chaldaeis, qui apud eos se studuisse gloriabatur, Apollonius Myndius aiebat, *cometas in numero stellarum errantium poni a Chaldaeis, tenerique cursus eorum*, apud Senecam Quaest. Nat. L. VII. 3. Itaque ἑκάστων non movendum. Mox rectius idem vir doctissimus ἁπάντων συντελουμένων. Sic enim auctor L. II. 30. Wess.

42. 57. Συνέθεντο κοινὴν εἰρήνην] Vid. Xenophontem Hellen. L. VI. p. 464. Sociatam autem eam esse hoc anno pacem, confirmatur his Dionysii in Lysia T. II. p. 85. μετὰ γὰρ Ἀλκισθένην ἄρχοντα, ἐφ᾽ οὗ τὴν εἰρήνην Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ βασιλεὺς ὤμοσαν etc. Demosthenes, si tamen is auctor Orat. in Neaeram, in sequentem annum refert p. 731. ὡς οὖν γίγνεται ἡ εἰρήνη ἡ Φρασικλείδου ἄρχοντος κ. τ. λ., quod fecisse videtur, quoniam eo potissimum anno Spartanos inter et Athenienses confirmata valuit. Wess.

42. 70. Εὔρωστοι τοῖς σώμασιν ὑπῆρχον] Conf. superius c. 39. Thebani omnesque Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviebant, docente Nep. Cornelio Alcib. c. 11. Wess.

43. 83. Φρασικλείδου] Sic et Demosthenes, ut diximus. In Pausania L. VI. 5. αὕτη Σκοτουσσαίοις ἡ συμφορὰ ΦΡΑΣΙΚΛΙΔΟΥ μὲν Ἀθήνησιν ἐγένετο ἄρχοντος, δευτέρᾳ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον. egregie, modo ΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΟΥ refingas cum doctissimo Sylburgio, et errorem, qui re ipsa deprehenditur, negligas. Wess.

43. 85. Μάνιον] Vitiatum ex Μάνλιον. Σέξτον verte in Σεξτίλιον, ut Fasti habent. Τιβέριον in Λεύκιον, Λεύκιον Ἀλβίνιον in Μάρκον Ἀλβίνιον, Μάλλιον in Μάνλιον. Videtur tamen, molliorem Graecorum enunciationem secutus, semper Μάλλιον pro Μάνλιον scriptitasse. Rhod. Correctiones Rhodomanni in concordiam Diodorum redigunt et Livium L. VI. 30., estque haud alienum vero, Μάλλιον, Σεξτίλιον, Ἀλβίνιον auctorem reliquisse: cetera nimia sunt. Fasti sex tribunos huic anno inponunt: Trebonium et Erenucium ignorant prorsus, suntque haud dubie vitiosi; posterior certissime. Vid. Pighium Fast. ad ann. CCCLXXIV. Wess.

43. 99. Συνῆλγουν αὐτοῖς ἐπὶ ταῖς προσδοκωμέναις συμφοραῖς] Metus atque exspectatio erat, certe apud Athenienses, ne decimarentur. Xenophon Hellen. VI. p. 464. οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως εἶχον τὴν γνώμην, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον μὲν, δεκατευθῆναι ἐλπὶς εἴη. Sic enim recte mihi verba constituisse videtur Palmerius Exercitat. p. 75. Respiciebant, quod ille mo-

nere neglexit, Athenienses ad vetus illud in communi totius Graeciae decretum, quo *ἐψηφίσαντο δεκατεύσειν τοῖς θεοῖς (τοὺς Θηβαίους) κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων*, cum Thebani, Xerxe Graeciam invadente, quiescendum sibi esse necessitate adacti statuissent, apud Polybium L. IX. 33. De eo Noster L. XI. 3. Adde Xenophontis L. VI. p. 476., ubi firmatur viri docti correctio egregie. Wess.

43. 7. *Πλαταιὰς*] Ita oportebat. Hanc et Thespias Thebani everterant nuper admodum. Vide not. ad c. 46. Wess.

43. 10. *Οὔτ' αὐτοὶ πολυπραγμονοῦσι — οὔτ' ἐκείνοις* etc.] Delevi ad explendam orationem additas a librariis voces: sine illis omnia optime decurrunt. Simillimum Magni Antiochi responsum est, *τίνι Ῥωμαῖοι δικαίῳ τὴν Ἀσίαν πολυπραγμονοῦσιν, ἐμοῦ τὴν Ἰταλίαν οὐ πολυπραγμονοῦντος*; in Appiani Syriac. p. 144. Wess. De *πολυπραγμονεῖν* cum genitivo coniuncto vid. annot. ad Exc. Vatic. p. 76. 26.

43. 12. *Γενομένων δὲ τοιούτων ἀποκρίσεων*] Post *Βοιωτίας* relinquitur sententia pendens, atque ideo prima fronte suspicetur aliquis deesse hic quidpiam: sed post *ἀποκριναμένων δὲ τῶν Θηβαίων* (id est, *quum autem respondissent Thebani*) quod subiungit, *γενομένων δὲ τοιούτων τῶν ἀποκρίσεων*, perinde valet ac si dixisset, *quum, inquam, ita respondissent*. Et ita excusatur illa sententiae veluti suspensio. Steph.

43. 18. *Ἧκον εἰς Χαιρώνειαν*] Postulat itineris ordo *Κορώνειαν*, quae prope Heliconem erat, transitumque in Boeotiam dabat. Epaminondas hac Spartanos irrupturos arbitratus *τὰ περὶ τὴν Κορώνειαν στενὰ* occupavit, progressu eos prohibiturus, sicuti extremo hoc capite docetur. *Χαιρώνεια* longius aberat, in ultima Boeotia versus Phocidem collocata. Vitium peperit vocum quaedam similitudo, sicuti et in Isocrate de Big. p. 521. Vid. not. ad Hieroclis Synecdemum p. 644. Wess.

44. 31. *Περὶ γὰρ τὰς πύλας ἀπήντησε* etc.] Notandus est optimus hic Graecorum vel Thebanorum mos, pius et mansuetudinis plenus. Scilicet servi fugitivi, sed sponte, ut puto, ad dominum redeuntes, in manus praeconis publici se tradebant, qui eos ad dominum reducentes hanc formulam alta voce, per vicos et compita, ut ab omnibus audiretur, inclamabant, *A Thebis non abducito, neque perimito, sed rursus reducito et servato.* Romani non ita pii, quibus licebat servos suos pro arbitrio suo necare. De eo more nihil alibi legi. Palm.

44. 34. *Μήτ' ἀφανίζειν*] Intelligunt viri docti de nece; sine caussa. Praeco edicit, ne servum occultent, quod *ἀφανίζειν τὸν παῖδα* Isocratis in Trapezit. p. 532. frequenter. Praeconis opera in fugitivis quaerendis etiam Romani utebantur, veluti in Petronii Satir. c. 97., nec dissimilis admodum est formula, quae collari inscripta ex fugitivorum collo pendebat, *TENE ME QUIA*

FUGI ET REBOCA ME, de qua Laur. Pignorius Comment. de Serv. p. 32. ed. Amstel. WESS.

44. 38. *Ἵνα μὴ — ἀνατρέπειν τὸν Ἐπαμ. τῆς στρατείας*] Fuisse puto *ἀποτρέπειν*. Id quidem certe in hoc genere usitatissimum. *Ἀποτρέπειν τῆς πράξεως, ἀποτρέπειν τῆς ὁρμῆς, ἀποτρέπειν ἀπὸ τῆς ὁμοίας κακίας*, et eiusmodi plura, Noster saepe. Vid. L. XVI. 32. WESS.

44. 48. *Πνεύματος δὲ γενομένου, συνέβη τὴν ταινίαν* etc.] Meminit prodigii Frontinus Strat. L. I. 12. 5., sed ex hasta Epaminondae ornamentum, infulae more dependens, ablatum in sepulcrum Lacedaemonii cuiusdam depulisse ventum, prodens, levi dissensu. WESS.

44. 71. *Ἐν παρόδῳ δέ τινα τῶν πολισματίων* etc.] Scilicet *Κρεῦσιν*, ut ex Xenophonte disco Hellenicorum lib. VI. PALM. *Ἐν παρόδῳ* etc. *καὶ τριήρων ἐγκρατὴς ἐγένετο*] Hoc placuit. Vulgatum *ἐν παρόδῳ παρῆλθε* ad aures plane ingratum accidebat. Suspicor etiam numerum triremium excidisse: nimis enim vagum est *καὶ τριήρων ἐγκρατὴς ἐγένετο*. Xenophon auctor est Hellen. VI. p. 465. Thebanorum triremes XII interceptas esse a Cleombroto. WESS.

45. 79. *Ἰδόντες τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως*] Neque hoc spernendum censui; significantius enim. Videbant ingentem Spartanorum exercitum: hinc metus, neque is iniustus. Habebant Spartani tum temporis sub signis ad XL millia, teste Polyaeno L. III. 3. 8. 12., quibus ipsi sex millibus non multo ampliores sese obiecturi erant. WESS.

45. 85. *Ἓξ γὰρ ὄντων Βοιωταρχῶν*] Collegium Boeotarcharum XI. viris absolvebatur, si fides Thucydidis Scholiastae in L. II. 2., ipsique Thucydidi L. IV. 91., quamquam is paullo obscurius loquitur, et favere illis videtur, qui ex Livio L. XLII. 43. duodecim Boeotarchas genti inponunt. Quinam autem illi fuerint, qui aut contra Epaminondam, aut cum eo steterunt, docetur a Pausania L. IX. 13. WESS.

45. 89. *Ὁμόψυχον ἑαυτῷ γενέσθαι*] Lege *ὁμόψηφον*. RHOD. Foret utique opportunius *ὁμόψηφον γενέσθαι*, tritum quippe in assensu atque adprobatione. Lysias O. in Agor. c. 24. *εἰ οὗτοι ὁμόψηφοι κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοῖς τριάκοντα γενήσονται*. Sed nihil audeo contra scriptos libros. WESS.

45. 96. *Κατὰ τὸν νεὼν τοῦ Ἡρακλέους ὅπλα* etc.] Sumpta ex Callisthene videntur, quem haec prodigia descripsisse ex Cicerone L. I. Divinat. c. 34. novimus. Nec praeteriit Xenophon Hellen. VI. p. 465. WESS.

45. 1. *Ὡς ἐπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκότα*] Vide Polyaen. L. II. 3. 8. et de Trophonii prope Lebadiam antro, deque descensuris in illud viros doctos Iac. Perizon. ad Aelian. V. H.

Lib. III. 45., T. Hemsterhus. in Luciani Mort. D. III. 2. et Io. Davisium ad Maximi Tyr. Diss. XIV. p. 548. Wess.

45. 3. *Διῒ βασιλεῖ*] Templum illi amplissimum erat in montis olivo, qua ad antrum via ducebat, sed non absolutum. Fortasse id post partam ad Leuctra victoriam magnificentissime extrui coeptum, et deinceps ob continuata bella et inminutam Thebanorum potentiam destitutum est. Describitur a Pausania L. IX. 39. Wess.

45. 9. *Ἀπέφηνε τὸ*] Scripsit, credo, Diodorus *ἀπεφήνατο παλαιὸν εἶναι λόγιον*. Sic quidem certe adsolet. *Ἀδοξεῖν γὰρ ἀπεφήνατο τὴν Σπάρτην* habes, ut alia praeteream, L. XV. 19. p. 17. extrema. Wess. in Add.

45. 11. *Ὅταν ἐν Λεύκτροις — ἡττηθῶσι*] Videndus est Plutarchus in Pelop. p. 288., qui monitos saepe Spartanos ait, vitarent *τὸ Λευκτρικὸν μήνιμα*, nihil nominatim de Thebanis. Favet ergo quodammodo Reg. 2., Thebanorum mentionem negligenti. Wess.

45. 17. *Τούτου θυγατέρας καὶ Σκεδάσου τινὸς*] Scedasi filiabus, non Leuctri, a Spartanorum legatis per vim vitium oblatum fuisse, tradunt alii, parum tamen concordes, utrum ipsae sibi manus intulerint violentas, an scelere legatorum perierint. Vid. Plutarchum T. II. p. 773., quem Apostolius sequitur Cent. XVII. 46. et Pausan. IX. 13. Wess.

46. 31. *Οὗτος τ' ἔπεισε*] Subiunge *δὲ* pro *τ'*. Rhod. Ego delevi, motus Coislin. iudicio: neque enim necessarium. Wess.

46. 33. *Γενομένων δὲ τῶν σπονδῶν Κλεόμβροτος* etc.] Aliter multo rem narrat Xenophon L. VI. Hellen. Eum vide, et quae ad eum locum supra notavi (Exercitat.) p. 75. Palm. De his induciis, ante Leuctricum certamen initis, nihil Xenophon, nihil quoque de Archidamo, qui auxilia Cleombroto adduxerit, et pars nobilissimi eius praelii fuerit. Contra ea refert, Archidamum cognita Leuctrica clade publice missum esse, ut res fractas quomodocunque instauraret, L. VI. Hellen. p. 467. Haec suggillat doctissimus Palmerius, Atticumque scriptorem *ubique se Lacedaemoniorum et praecipue Agesilai amicum prodere: voluisse propterea a suis amicis foedifragii dedecus amoliri, tacuisseque de Archidamo amici sui filio tam infelicis negotii participe: siluisse vero de Archidamo amico eo quod victus fuerat, de Epaminonda tacuisse eo quod gloriose vicerat, aemulo nempe et hoste.* Bene quidem pro Diodoro, sed in Xenophontem criminose. Non laudo Xenophontis de Epaminonda silentium. De induciis tamen ante praelium factis et Archidami adventu dubito vehementer. Tacent enim omnes alii. Deinde in Archidami rebus optime sibi constat Xenophon, neque credibile est, in re adeo manifesta mentiri voluisse: praeterea Iason Pheraeus Thebanis auxilio occurrit post id praelium, cum metu adventantis Archidami opem rogassent,

quo tempore induciae eo suasore sunt factae, abeuntibusque ex Boeotia Spartanis occurrit recente cum exercitu Archidamus ad Aegosthena Megaricae ditionis urbem. Diodorus, ut alia, confundere haec potuit, potuit etiam, quem in his sibi ducem legit, Callisthenes. Nam de Theopompo, quod suspicatur Palmerius, non est simile vero: Leuctrica enim et illis cohaerentia neglexit, Polybio teste Excerpt. p. 1379. Ceterum pro Xenophonte stat quoque H. Dodwellus Ann. Xenoph. p. 277. Wess.

46. 53. *Ἰδίᾳ τινὶ καὶ περιττῇ τάξει χρησάμενος*] Aciem paullo aliter disponit Xenophon Hellen. L. VI. p. 466., quem vide et Plutarchum in Pelop. p. 289. Quia vero sinistro cornu Epaminondas lectissimae et spectatissimae virtutis Thebanos collocarat, eaque res ad victoriam haud leve momentum attulerat, valuit deinceps inter Thebanos, ut omnibus in praeliis sinistrae aciei princeps locus esset, docente eodem Plut. Quaest. Rom. p. 282. D. Wess.

47. 80. *Καὶ προθύμως πρὸ αὐτοῦ ἀποθνήσκοντας*] Caussam exponit Pausanias L. IX. 13. p. 737. Wess.

47. 88. *Βαρεῖς ἐγκείμενοι*] Iustum adaeque hoc ac *ἐπικείμενοι*. utor solo Diodoro teste: sic *περιχυθέντες καὶ βιαιότερον ἐγκείμενοι* L. IV. 48., et *οἱ δ' ἐρέται — ἐκθυμότερον ἐνέκειντο* L. XX. 52. imo *βαρεῖς ἐγκείμενοι* eiusdem lib. c. 89. scripti codices. Wess.

47. 97. *Τὴν τάξιν διέλυον*] Rhodomannus inseri iubet *οὐ*, haud scio an inconsulte. Wess.

47. 98. *Τοῦ δὲ παραγγέλλοντος ἡγεμόνος* etc.] Perierat Cleombrotus. Quid factum ergó Archidamo, cui exercitus partem auctor tradidit? Ille utique superabat. Wess. V. Schneider. ad Xenoph. H. Gr. VI. 4. 13.

47. 10. *Οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων*] Pausanias Lacedaemoniorum *πλείους ἢ χιλίους* occubuisse ait, Thebanorum vero XL duntaxat et septem L. IX. 13., ubi Plutarchi et Dionysii Halicarnassei dissensum non neglexit praestantissimus Kuhnius. Tetigit etiam Hutchinsonius ad Xenophontis Agesil. p. 44., sed ex Meursio, qui de Regn. Lacedaem. c. 18. pulcre ostendit, veriorem esse Diodori opinionem, quod Xenophon eo loci, *Σπαρτιατῶν οὐ μειόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, ἢ λειπομένων*. Fuisse enim Spartanorum ad octo ferme millia, adfirmante apud Herodotum L. VII. 234. Demarato. Wess.

47. 17. *Δυσκίνητος*] Dedi melioribus libris, ut hoc praeferretur. Scribit Archontis nomen Pausanias L. IV. 27. p. 346. eodem modo; Demostheni tamen Or. II. in Stephan. p. 635. *Δυσνίκητος* est. In tribunis consulari iure non longe abit a Livio, sed sex annumerante. Car. Sigonium vide ad L. VI. 31. Livium hinc adiuvantem. Wess.

47. 20. *Κοῖλιος*] Romanis est *Κλοῖλιος*. Fasti praeter hos edunt M. Horatium, L. Geganium. Post *Ἐπαμινώνδου* scribatur *δὲ*, et post *διαφυλάττειν*, *χρή*. Rhod.

48. 23. *Ἐπαμινώνδου δὲ συμβ.* Clar. et Reg. 2. unde aberrans *δὲ* revocavi. Idem censuit Ill. Scaliger, mox etiam *δεῖ* post *διαφυλάττειν* adiungendum opinatus. Wess.

Ibid. *Ὅτι τὰ διὰ τῆς — διαφυλάττειν*] Vacat *ὅτι*, ut saepe. Conf. not. in L. IV. 26. et XIII. 91. Id si observatum fuisset, supplementum viri docti non addidissent. Favebat Orchomeniis Epaminondas, quare alibi eo occupato urbem Thebani exciderunt deinceps, si fides Pausaniae IX. 15. Sed infra Nostrum c. 79. vide. Wess.

48. 31. *Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίᾳ*] Vide not. in L. XII. 59. et Xenophontem Hellen. L. VI. p. 469., ubi *κατέβαλε τὸ Ἡρακλειωτῶν τεῖχος* optimum esse, hic locus patefacit. Wess.

48. 41. *Οὐδεπώποτε γεγονέναι μνημονεύεται*] *Οὐδέποτε μνημον. γεγονέναι* Coisl. Vulgatum non moveo. Vid. Phrynichi Eclog. p. 88. ed. Hoesch. Wess.

48. 42. *Ἐκλήθη δὲ — σκυταλισμὸς*] *Σκυτάλαις* sive baculis perpetrata caedes est. *Σκυταλισμὸν ἐκάλεσαν, διότι παίοντες ἀλλήλους ἀνεῖλον* Helladius ait apud Photium Biblioth. p. 1593. Wess.

48. 64. *Πλειόνων ἢ χιλίων καὶ διακοσίων*] Praestare videtur *ἑξακοσίων*. Plutarchus certe in Praecept. Reip. Geren. p. 814. B., quique eum sequitur Helladius, mille et quingentos contrucidatos prodit. Fuit autem Argivorum reipublicae miserrimum id fatum, ut inter sese cives vehementer dissiderent, mutuamque in caedem ruerent. Aliud dirae seditionis exemplum descriptum fuit L. XII. 80. Wess.

49. 74. *Λυκομήδης ὁ Τεγεάτης*] Habet Xenophon Hellen. L. VII. p. 483. Lycomedem Mantinensem, opibus pollentem et ambitiosum, magnaque in Arcadum gente auctoritate et gratia. Meminit eiusdem Pausan. L. VIII. 27. In illum optime haec congruerent, nisi patria obstaret. Vide mox c. 62. Wess. Eundem omnibus his locis, quibus addendus ille c. 67., indicari iure censet Schneiderus ad Xenoph. VI. 5. 3. Vlterius progresso Clintono Fastis p. 418. ed. sec. *Τεγεάτης* hic per errorem pro *Μαντινεύς* scriptum videtur.

49. 76. *Ἐξ ἀνδρῶν μυρίων*] Xenophon *τοὺς μυρίους τοὺς Ἀρκάδων προστάτας* adpellat Hellen. L. VII. p. 501., *τοὺς μυρίους ἐν Ἀρκαδίᾳ* Aeschines Or. *περὶ τῆς παραπρ.* p. 38., *τοὺς μυρίους ἐν Μεγάλῃ πόλει* Demosthen. in eiusdem argumenti Or. p. 199. Ea in urbe curia erat, in qua de summa republica deliberabant, apud Pausaniam L. VIII. 32., cuius interpretem bene notavit Cl. Kuhnius. Qui vero Plutarchum Latina veste donavit, satis etiam vage T. II. p. 840. F. Wess.

49. 82. *Εἰς τὴν Παλάντιον*] *Τὸ Παλάντιον* Xenoph. Hellen. VI. p. 472. *τὸ Παλλάντιον* Pausan. VIII. 43., atque ita refingunt in Stephano viri docti. Sed Xenophontis et Nostri scripturam asserit *Παλάντιον Ἀρκαδικὴ πόλις* in Dionysii A. R. Lib. I. p. 24. Cives Xenoph. et Pausan. *Παλαντιεῖς* sive *Παλλαντιεῖς*, *Παλάντιοι* Diodoro et Stephano. Ceterum de turbis his Arcadicis Xenophon plura. Wess.

49. 4. *Τῶν ὅλων ἡγεμόνα Ἰάσονα*] Hinc *Θεσσαλῶν μόναρχος* in Plut. Apophtheg. p. 193. B.; sed vide Cel. Iac. Perizon. in Aeliani V. H. Lib. XI. 9. Wess.

49. 11. *Ἀμύντας μὲν Θαῤῥαλέου*] Pater eius *Menelaus* est in Iustini L. VII. 4. et Aeliani Hist. Var. L. XII. 43., ubi Diodori dissensum non neglexit idem ille Perizonius. Eumdem Dexippus *Aridaeum* vocat: qua forte scriptorum discordia motus Ill. Ez. Spanhem. Dissert. VII. de Num. Praest. p. 379. *Ἀμύνταν τὸν Θαῤῥαλέου* vertit *Audacis filium*, quem equidem non sequor. Wess. Iustinus VII. 4. Amyntae huius ex Gygaea filium memorat qui et ipse Arrhidaeus vocabatur: is nonnullis in libris Archideus scribitur simili errore quo hic avus eius *Θαῤῥαλέος*.

49. 13. *Ἀλέξανδρον καὶ Περδίκκαν καὶ Φίλιππον*] Sed infra eodem lib. c. 71. quartum addit, Ptolemaeum, Aloritem dictum, fratris Alexandri occisorem et regni usurpatorem. Sed forte non fuit legitimus. Ideo eum hoc loco inter legitimos non numerat. Si credendum est Trogo apud Iustinum L. VII. 4. fuit non filius Amyntae, sed gener ex filia Euryone. Palm.

49. 14. *διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Ἀλέξανδρος*] Quantum sibi sumpserint correctores in Diodoro refingendo non postremum hic locus specimen dat. Nam quum vera scriptura *ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος* leviter in id quod meliores libri praeferunt *οὗτος Ἀλέξανδρος* depravata esset, corruptae voci nihilo saniorem suffecit quicunque illius *αὐτοῦ* auctor fuit. Ego quod restitui *ὁ υἱὸς* ut Diodori constanti in huiusmodi locis consuetudine firmatur, ita ne post praemissum quidem *υἱοὺς* — *Ἀλέξανδρον* ab eius more alienum esse ostendit illud p. 50. 42. *ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀδελφοῦ ἀνῃρέθη φαρμάκῳ προκληθεὶς εἰς μέθην· τὴν δὲ δυναστείαν διαδεξάμενος Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφός* etc.

49. 18. *Ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ τέτταρα*] Cleomeni, cui successor fuerit Aretas, sive Areus potius, L. XX. 29. regni annos LX et menses decem tribuit. Scinduntur inde in partes Chronologiae periti, partim in hos, partim illos in annos proniores. Ill. quidem Scaliger XXXIV annos Cleomeni Cleombroti filio dat, alterumque illum Cleomenem diversum esse, et *ὁμωνυμίᾳ* Diodorum fuisse deceptum Canon. Isagog. L. III. p. 332. pertendit, id tamen non ostendens, quis alter ille Cleomenes? At Dion. Petavius D. Temp. L. X. 53. et Simson. Chron. ann.

3635. posteriores annos praeferunt, Cleomenique annos adsignant LX et menses decem: quibus ego adstipulor, annos XXXIV ex L. XX. 29. corrigendos arbitratus. Cleomenes puer admodum regno admotus est, idque haud infeliciter administratum reliquit Areo, ut Pausan. L. III. 6. docet. WESS.

50. 22. Ὑπό τινων ἑπτὰ νεανίσκων] Eadem Xenophon Hellen. L. VI. p. 469. et Libanius T. II. p. 706. C., ubi Morellius antiquum obtinet, et de Iasone Argonautarum duce inconsulte aliqua adspergit. WESS.

50. 26. Τῆς τῶν Ἑλληνικῶν — ἀρχὴν ἐποιήσατο] Scripsit Duris ἱστορίας et Μακεδονικὰ, cuius utriusque operis frequens apud veteres est mentio. Id dubium et controversum est, idemne opus an diversum fuerit. G. Io. Vossius Histor. Graec. L. I. p. 97. nomine tenus discrepare censet. *Quid enim magnopere*, inquit, *is, qui Macedonica condiderat, habuit, quod diceret de temporibus illis, quibus Macedonia conflictabatur cum reliqua Graecia, usque dum principatum tandem obtineret?* Speciose profecto. Nam pleraque, quae ab Athenaeo ex Historiis eius citantur, Macedonum res moresque respiciunt. Nescio tamen an iniuria confundantur Ἑλληνικὰ et Μακεδονικά. Primo tituli apud Athenaeum discrepant; deinde ulterius Duris commentatione sua historica, quam tempora et facta ferunt Macedonica, progressus videtur, cuius L. XVII. et XXII. citat Athen L. IV. p. 155. et L. VI. p. 253. Porro Vossius haud obscure distinguenda indicat. *Diversum tamen opus*, inquit, *fuerit Μακεδονικῶν καὶ Ἑλληνικῶν, si Μακεδονικὰ altius Duris, quam a Philippo M. orsus fuit.* Namque altius eum fuisse exorsum Ἑλληνικῶν σύνταξιν, haec Diodori clarissime docent. WESS.

50. 35. Γάϊος Οὐεργίνιος] In Fastis est Οὐετούριος. Et Σερουΐλιος mendose exaratum est pro Σερούϊος. Κορνήλιος in Fastis Κοΐγκτιος est. RHOD. Praestat omnino Οὐετούριος et mox Σερούϊος, tum Κοΐντιος. Sic certe Livius L. VI. 32., cui adiunge Pighium Fast. ad ann. CCCLXXVII. WESS.

50. 39. Ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀδελφοῦ ἀνῃρέθη] Praestat ἀδελφιδοῦ et mox ἀδελφιδοῦς. Neque enim Alexander hic Polydori fuit frater, sed fratris filius: praeterea Polydorus non est interfectus ab Alexandro, sed fratre Polyphrone, quem deinceps Alexander, ut patruum ulcisceretur, ipsum etiam patruum lancea occidit, teste Xenophonte Hellen. L. VI. p. 470. et Plut. Pelop. p. 293. E. Vitium animadverterunt et dissensum viri egregii Simson. Chron. ann. 3636. et Iac. Perizon. in Aelian. Hist. Var. L. XIV. 40. WESS.

50. 49. Οἱ δι' εὐγένειαν Ἀλευάδαι προσαγορευόμενοι] Adscripserat Dion. Camusatus ex schedis Ism. Bullialdi „de his „Herodotum mentionem fecisse L. VII. 6. et 130. Inde conicere

licere, gentilitium id esse nomen, et solos nobiles eo adpellatos fuisse. Non male. Nobilissimi erant Larissae in Thessalia Aleuadae, genus ab antiquissimo Aleua derivantes. Vid. L. XVI. 14. et quae eum cura notavit diligentissimus Hen. Valesius ad Harpocrationem in Ἀλεύα τοῦ Πύῤῥου. WESS.

50. 57. Ὁ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς] Oportet, si haec ita gesta fuerint, iam tum cessarint turbae per Macedoniam, quae mox a morte Amyntae fuerant exortae, exsule Pausania regnum invadente: neque enim tutum alioqui fuisset Alexandro ad aliena occupanda pergere. Quantum vero Athenienses atque Iphicrates commodi attulerint Amyntae liberis eo tempore docet Aeschines Or. περὶ τῆς Παραπρ. p. 31. et Corn. Nepos Iphicr. c. 3. WESS.

50. 66. Αὐτὸς κατεῖχε τὰς πόλεις] Vide mox c. 67. WESS.

51. 74. Εἰς Ὀρχομενὸν τὸν Ἀρκαδικὸν] Distinctius Xenophon Hellen. L. VI. p. 472. WESS.

51. 77. Τοὺς καλουμένους ἐπιλέκτους] Meminit eorumdem quinque millium ex Arcadibus selectorum c. 67. WESS.

51. 85. Καὶ καθ' αὐτοὺς οὐχ ὑπέλαβον] Supervacaneum hic καὶ esse, Rhodomannus notat, nulli facile persuasurus. Ego certe omnia alia existimo. WESS.

51. 96. Βοιωτάρχαι] Βοιώταρχοι Coisl. non male. Vid. Schol. in Thucydid. L. IV. 91. WESS.

51. 2. Πλειόνων ἢ πεντακισμυρίων] Ἑπτὰ μυριάδων, sive LXX millium, Plut. in Pelop. p. 290. B., quem numerum distinctius explicat in Agesil. p. 613. A., fuisse ad XL millia gravis armaturae, reliquos leves et inermes, qui praedae caussa advenerant. Noster consentit c. 81. WESS.

51. 16. Τὴν Ἀττικὴν ποιῆσαι μηλόβοτον] Vide not. in Lib. I. 36. Quae vero Lacedaemoniis hic vitio vertuntur, eorum crimen ab iisdem amoliuntur scriptorum plerique, atque in Thebanos et Corinthios derivant. Xenophon certe, proposita deliberatione quid Athenis faciendum esset, censuisse Thebanos et Corinthios ait, μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίοις, ἀλλ' ἐξαιρεῖν L. II. Hellen. p. 359. Clarius Isocrates Orat. Plataic. p. 444. οὐ δυστυχησάντων ὑμῶν, μόνοι τῶν συμμάχων (Θηβαῖοι) ἔθεντο τὴν ψῆφον, ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ τὴν ΧΩΡΑΝ ΑΝΕΙΝΑΙ ΜΗΛΟΒΟΤΟΝ. Et Ulpianus in Demosthen. Or. περὶ Παραπρ. p. 212. Lacedaemonii προέθεντο ψῆφον τοῖς ἰδίοις συμμάχοις, ὥστε ἀποκρίνασθαι ἕκαστον, τί βούλεται παθεῖν τοὺς Ἀθηναίους. εἶτα ΕΥΑΝΘΟΣ τις Θηβαῖος ἐψηφίσατο, τὴν μὲν πόλιν αὐτῶν κατασκαφῆναι, τὴν δὲ ΧΩΡΑΝ ΜΗΛΟΒΟΤΟΝ γενέσθαι, ἵν' ἐκεῖ νέμωνται τὰ τῶν Βοιωτῶν πρόβατα. Mitto Lycurgum Or. in Leocrat. p. 168. et Polyaen. L. I. 45. 5. Satis ea, quae exscripsi, Spartanos absolvunt. Quare dictum hoc Nostri paullo criminosius videtur. WESS.

51. 17. *Ἀνάγκης καὶ τύχης*] *Ἀναγκαίας τύχης* Sophocles Aiac. v. 815. Conf. Dounaeum Praelect. in Demosthen. Or. de Pac. p. 162. Wess.

52. 20. *Ἀθηναίων δῆμος* etc. *οὐ κατεπλάγησαν*] Vid. ad L. V. 4. Wess.

52. 25. *Τὸν Ἰφικράτην ἐξέπεμψαν*] De Atheniensium promto studio in Spartanis adiuvandis et Iphicratis hoc imperio prudenter Xenophon extr. L. VI. Hellen. Wess.

52. 34. *Τὴν τῶν Λακεδ. χώραν δυσείσβολον οὖσαν*] Aspera erat et montibus incincta. Euripides in Strab. L. VIII. p. 563. A. *κοίλη γὰρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε, δυσείσβολός τε πολεμίοις.* Sic enim recte correxit vir magnus. Xenophon Hellen. VI. p. 474. Thebani *ἀντελογίζοντο, ὅτι δυσεμβολωτάτη μὲν ἡ Λακωνικὴ ἐλέγετο εἶναι.* Wess.

52. 41. *Ἐπὶ τὴν Σελλασίαν*] *Ἑλλασία* veterum librorum suspicionem movet, dictam olim urbem utroque modo, uti *Ἑλλοὶ* et *Σελλοί.* Idem opineris ob *τοὺς κατ' Ἕλλας τόπους*, pro *κατ' Ἑλλασίαν*, sive, ut H. Valesius, *Σελλασίαν* in Excerpt. Polybii p. 1410., ubi situs eius egregie expingitur. Hesychio dicitur *Σελασία*, et subinde apud Pausaniam, sed variante scriptura. Ego *Σελλασίαν* malo ob *Σελλοὺς*, antiquissimos Graeciae incolas, a quibus nomen habere videtur. Vid. Sylburg. ad L. II. 9. Pausaniae. Wess.

52. 50. *Εἰς τὴν Σκιρῖτιν καλουμ. χώραν*] Sic quoque Xenophon. Vid. Holstenium ad Stephan. in *Σκίρος.* Nomen regioni, propter Arcadiam positae, venisse videtur ab aspretis. *Σκεῖρον* enim et *σκίρον* veteri sermone *τὸ σκληρὸν* dicebant, ut notum ex Hesychio. Wess.

52. 52. *Οὗτος δὲ τῶν* etc.] *Pro δὲ legendum est διὰ, aut certe μετὰ post δὲ addendum est. Sed mallem ex δὲ facere διά.* Sic H. Stephanus. Forte sine caussa. Quod si *ὢν* intelligas cum Interprete, quid amplius desiderabitur? Wess.

52. 60. *Ἀνδρείαν τοῦ βασ. Λεωνίδου — ἐμιμήσατο*] Eam vide L. XI. 11. De Ischolao tamen diversa arbitratur Xenophon Hellen. L. VI. p. 475. Videtur non alius esse atque is, cuius artes bellique fraudes tetigit Polyaen. L. II. 22. Wess.

53. 72. *Πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρ. ἀπόρθητον*] Consentiunt omnes, si Iustinum excipias, quem errantem castigavit Clarissim. Iac. Perizonius ad Aelian. Var. H. Lib. XIII. 42., Laconicam ante hanc Thebanorum incursionem hostilem exercitum non vidisse. Audi haec Dinarchi Or. in Demosth. p. 99. *τότε εἰς τὴν ΑΠΟΡΘΗΤΟΝ νομιζομένην εἶναι Λακεδαιμονίων* (Thebani) *εἰσέβαλον.* Et Demadis Or. p. 180. *ὁ δὲ πρότερον ἀπείρατος ὢν πολεμίας σάλπιγγος Εὐρώτας Βοιωτοὺς ἐν τῇ Λακωνικῇ στρατοπεδεύοντας εἶδεν.* Quibus gemina reperies in Plut. Agesil. p. 613. B., qui et gloriari solitum addit Agesilaum,

ὅτι γυνὴ *Λάκαινα* καπνὸν οὐχ ἑώρακε πολέμιον. In annorum tamen spatio aliquod discrimen est. Plutarchus ἦν δὴ χρόνος οὐκ ἐλάττων ἐτῶν ἑξακοσίων, ἀφ' οὗ κατῴκουν τὴν *Λακεδαίμονα* *Δωριεῖς*. Sed is et generaliore dictione defungitur, et ab alio principio annos eos orditur. Vid. Perizonium dicto loco, et supr. c. 1. Wess.

53. 74. *Ἀλλὰ τοῖς θυμοῖς προσπίπτοντες*] Nihil mutant manu exarati libri, neque etiam c. 87. ubi Lacedaemonii θεωροῦντες *Ἐπαμινώνδαν* προθυμότερον προσπίπτοντα τῷ θυμῷ. Vereor tamen vehementer, ut proba ea sint: mallem quidem certe προπίπτοντες et προπίπτοντα. cui suspicioni favet auctor L. XVII. 79. ubi Dimnus μεμψιμοιρήσας τῷ βασιλεῖ περί τινων καὶ τῷ θυμῷ προπεσών. Favet praeterea usus verbi, quod temeritatem in agendi inpetu atque adsensu conplectitur. Stoici propterea τοὺς προπίπτοντας nuncupabant, qui obscuris imaginibus concedebant temere, sive τοῖς ἀδήλοις εἴκοντας. contra ea ἀπροπτώτους *vacuos a temeritate*, quod docentem vide Th. Gataker. ad Antonin. L. III. 9. Wess.

53. 81. *Σφοδρὸν ὄντα τῷ ῥεύματι*] Adeundi sunt Plutarchus Ages. p. 613. et Polyaen. II. 1. 27. 29., ubi de his paullo plenius. Wess.

53. 13. *Οὐδὲν πράξαντες μνήμης ἄξιον*] Id vero consentire, cognosces ex Xenophontis Hellen. extremo L. VI. Wess.

53. 16. *Προσθέντες τοὺς Εἵλωτας ἠλευθερωμένους*] Plures sex millibus, cum ab Ephoris ad arma vocarentur, nomina fuerant professi libertatis spe, Xenophonte L. VI. p. 475. auctore, sed haud pauci dein sese ad Thebanos Spartanorum odio aggregaverant apud Plut. Agesil. p. 614. Wess.

54. 24. *Μεγαλεπήβολος ὤν*] Hoccine an μεγαλεπίβολος amplectaris, parum intererit. Utrumque Epaminondae ingenio et rebus gestis bene congruit. Vide ad L. I. 19. II. 7. et XVIII. 7. Wess.

54. 27. *Πολλὰ μὲν ἔτη γεγενημένην ἀνάστατον*] Urbs Messene cum maxime condita est: ante hoc tempus nulla fuit in Peloponneso, sed regio tantum Messene. Strabo L. VIII. p. 550. A. ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα *Μεσσήνη*· τὴν δὲ νῦν ὀνομαζομένην πόλιν *Μεσσήνην* — οὔπω συνέβαινεν ἐκτίσθαι· quibus gemina Pausanias habet L. IV. 1. De opportuno novae urbis situ non dissentit idem ille Strabo dicto lib. p. 556. Magna vero discordia est in annorum numero, quibus Messenii patria caruerunt. Dinarchus τετρακοσιοστῷ ἔτει Messenem conditam ait Or. in Demosth. p. 99., Isocrates διὰ τριακοσίων ἐτῶν post CCC annos, quam Messenii pulsi fuerant, in Archid. p. 175., Lycurgus in Leocrat. p. 155. πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. Quae quidem vera esse non poterunt, nisi diversa calamitatis Messeniorum principia statuan-

tur: quam in rem videnda sunt, quae ad Aeliani Var. Hist. L. XIII. 42. Iac. Perizon. disputavit. Wess.

54. 30. *Ἀνεζήτησε τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Μεσσηνίων*] Sequor Clarom., cui auctor ipse L. XI. 64. adstipulatur. De collectis undique Messeniis Pausan. IV. 26., cui Polyb. adiunge, prudenter in originem calamitatis, quae Messenios diversis temporibus oppressit, inquirentem L. IV. 32. Wess.

54. 39. *Οἱ ἀπὸ Νηλέως καὶ Νέστορος*] Confer L. IV. 68. Wess.

54. 46. *Λακεδαιμόνιοι κύριοι κατέστησαν αὐτῆς*] Parum haec cohaerere et rei gestae convenire videntur. Dicit, posteris Cresphontis regno deiectis, Lacedaemonios Messeniis imperasse: post id vero tempus Teleclo in certaminis acie peremto, Messenios a Spartanis esse subactos. Atqui certissimum est ex Pausania L. IV. cap. 3. et 4., Aepytidas, sive Cresphontis nepotes, Messeniis praefuisse, donec Teleclo interfecto Spartani arma induerent, Messeniosque fatali bello lacesserent ac pessum darent. Non itaque stricte admodum *μετὰ δὲ ταῦτα* sumi debent, sed quasi scriptum foret *μετὰ γὰρ τὸν Τηλέκλου — θάνατον*. Ceterum quod in edd. erat *Τηλεκλύτου*, id veterum librorum auctoritate mutavi. Regem hunc *Teleclum* omnes adpellant, Pausanias, Eusebius, Hieronymus, Syncellus et quotquot eius meminerunt. Vitium non fugit diligentiam Io. Meursii de Lacedaem. Regn. c. 9. Wess.

54. 50. *Εἰκοσαετῆ φασι γενέσθαι*] Testem huic rei ferunt poetam Tyrtaeum et Strabo L. VI. p. 428. B. et Pausanias L. IV. 13. De Partheniis ibidem Strabo, conditaque urbe Tarento. Adde Davisium ad Max. Tyr. Dissert. XXXV. p. 623. Wess.

54. 58. *Ὅτε καὶ Τυρταῖος* etc.] Sic Lycurgus Or. in Leocrat. p. 162. Pausan. L. IV. 15., Strabo L. VIII. p. 557., in urbe tamen, unde venerit, dissentiens. Inter eos vero, qui Aristomenem priore Messeniaco bello multa dextre gessisse tradiderunt, etsi perperam, Myron Prienensis fuit, de quo Pausanias eodem lib. cap. 6. Wess.

54. 61. *Ὁ δ' ὕστατος πόλεμος* etc.] Id bellum descripsit auctor L. XI. 63. Wess.

54. 64. *Ὤικισαν τὴν Ἰθώμην*] Hoc postulat res ipsa et sermonis indoles. Instaurarunt enim munieruntque eo tempore Messenii et Hilotes Ithomen. Vitium frequens est, recurritque post pauca. Namque *ᾤκησαν τὴν Μεσσήνην* citra dubium ex *ᾤκισαν* natales accepit. Monuit etiam Clarissim. Iac. Perizonius in Aeliani H. Var. L. XIII. 42., quem vide et Sylburg. ad Pausan. L. VII. 18. Wess.

55. 80. *Ἐν ἡμέραις ὀγδοήκοντα καὶ πέντε*] Non longe abeunt, qui *τρεῖς ὅλους μῆνας* in Laconica moratos tradunt Thebanos apud Plut. Agesil. p. 614. C. Wess.

55. 86. *Ὥστε τῆς μὲν θαλάττης ἄρχειν Ἀθηναίους*] His

legibus iam ante de principatu inter utrosque transactum fuerat. Vid. superius c. 38. et Xenophont. Hellen. VII. p. 482. Wess.

55. 92. Ἐπὶ Παλλήνην τῆς Λακωνικῆς] Lege Πελλήνην in communi dialecto. At Dorica, qua utebantur Lacones, Πελλάναν vocabant. Palm. Verum esse Πελλήνην, animadversum quoque ab Holstenio est ad Stephanum in Πελλήνη. Mox ἐγκαταληφθέντας praefero. Intelliguntur Spartani, qui pariter cum Pellene capti sunt, ut apud Aeschinem περὶ Παραπρ. p. 30. Ὄλυνθος ἥλω, καὶ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἐγκατελήφθησαν πολιτῶν. Similis error in his inest Pausaniae L. IV. 5. καὶ τῶν Μεσσηνίων τοὺς ἐγκαταλειφθέντας φονεύουσι. Scripsit enim ἐγκαταληφθέντας. Alia ratio valet in Nostri L. XII. 56. et L. XIII. 57., ubi ἐγκαταλειφθέντες sese tueri possunt. Wess.

55. 8. Ὅμηρον ἔλαβε — Φίλιππον] Non aliter Plut. in Pelop. p. 291. F. At Iustinus L. VII. 5. a fratre Alexandro Illyriis primum, interiecto dein tempore Thebanis obsidem datum significat. Noster vero, quasi nihil horum scripsisset, L. XVI. 2. a patre Amynta, fracto Illyriorum armis, obsidis loco victoribus traditum, atque ab his Thebanorum fidei permissum perhibet: sui profecto parum memor. Wess.

56. 23. Καὶ Πελληνέων] Optimum hoc. Pellene Achaiae ex se format, Stephano auctore, gentile Πελληνεύς. Unde probe Pausanias Ἀχαιῶν Πελληνέας in his Epaminondae gestis rebus memorat L. IX. 15., sicuti et Xenophon. Wess.

56. 30. Ἀπὸ Κεγχρεῶν μέχρι Λεχαίου] Vide L. XI. 16. Wess.

56. 43. Κατὰ πάντα μὲν οὖν τὸν τόπον etc.] Xenophon in his recensendis diligentior est, inque haud paucis a Nostro dissentit L. VII. Hellen. p. 482. Pertinent ad hoc certamen, quae apud Polyaen. L. II. 2. 3. 9. leguntur. Wess.

56. 56. Καὶ Φαιοῦντα] Lege et hoc loco Φλιοῦντα. Palm. Καὶ Φλιοῦντα] Parui viro docto. Errori ansam praebuit scriptionis inter ΦΔΙΟΥΝΤΑ et ΦΛΙΟΥΝΤΑ non magna dissimilitudo, quae ΦΔΙΟΥΝΤΙΟΥΣ et ΦΛΙΟΥΝΤΙΟΥΣ pari peccato confudit c. 19. huius libri. Porro Phliuntis occupatae et paullo post amissae casum describit Xenophon Hellen. VII. p. 489. copiosius. Wess.

57. 80. Καὶ στρατηγικῇ δυνάμει θαυμασθεὶς] Haec cum exscripsisset Semestr. L. II. 25. p. 342. P. Faber, subiungit: *Scio, leviter ferri posse istud στρατηγικῇ δυνάμει, non quidem ut robur significet, sed ut facultatem et quasi virtutem imperatoriam demonstret: quam et ab eodem Diodoro paullo ante, ubi de Iphicrate loquitur, τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετήν, et ubi de Charidemo Atheniensi L. XVII. 30. δεινότητα στρατηγίας vocatam video. Sumptum tamen δυνάμει ex illo δυνάμενοι, et vel pro δεινότητι, quod affine est, vel, quod magis arridet, pro συν-*

ἔσει positum incogitanter ab ipso Diodoro, aut ab antiquo librorum eius exaratore, non negabit, qui Diodori libros, quod nos aliquando fecimus, diligenter legerit atque contriverit. In istis etenim (quod certe meminisse possum) στρατηγικῇ δυνάμει nunquam, frequenter autem ac innumeris etiam locis στρατηγικῇ συνέσει scriptum, et vel τῇ ἀνδρείᾳ, ut hoc loco, vel etiam τόλμῃ, quibus vocabulis eadem (militaris scilicet) virtus designatur, adiunctum reperiet. Hactenus Faber, annumerans deinde loca *στρατηγικὴν σύνεσιν* repraesentantia, sed quae ibi relinquo: satis enim obvia sunt. Id profecto verum est, nusquam *δύναμιν στρατηγικὴν* in Diodori libris reperiri. Occurrit mihi semel apud Polybium L. I. 84. et his quidem in verbis: *τότε γὰρ ἦν — σῦνιδεῖν — πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΗ ΔΥΝΑΜΙΣ ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς.* Neque dubito tamen, quin et ibi prava sit. Moveor Nostri iudicio: namque ea prudentissimi scriptoris, ut saepe, aemulatus scribit et illa ipsa in re, *τότε συνιδεῖν ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς πείρας, ἡλίκην ὑπεροχὴν ἔχει ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΗ ΣΥΝΕΣΙΣ ἰδιωτικῆς ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς* Ecl. 1. Lib. XXV., manifesto, ut opinor, indicio, fuisse tum in Polybio *στρατηγικὴν σύνεσιν*, non, quae nunc aegre sedem tuebitur, *δύναμιν*. Proinde Fabri coniectura recto stat talo, et recipi merebatur, nisi *ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ καὶ στρατηγίᾳ θαυμασθεὶς* ex Reg. 1. adaeque probum esset. Solet auctor *στρατηγίας* voce virtutem artemque imperatoriam saepenumero describere. *Δεινότητα στρατηγίας* Faber paullo ante produxit ipse. De Timotheo *νικῶν δι᾽ ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν* supr. c. 36., et Epaminondas *ἐφιλοτιμεῖτο διὰ τῆς ἰδίας ἐπινοίας καὶ στρατηγίας μεταθεῖναι τὰς τοῦ πλήθους εὐλαβείας* c. 53. Mitto plura: haec cur scripti libri auctoritatem potiorem probabili coniectura censuerim, abunde conmonstrant. Wess. *Δύναμις* et apud Polybium et apud Diodorum recte tuetur Schweighaeuserus vol. V. p. 339. Sic de Pelopida Plutarchus c. 26. *μήτε τὴν ἰδίαν ἐπιστήμην καὶ δύναμιν ἀργοῦσαν περιορᾶν ὑπομένων.*

57. 84. *Εἰς Κόρινθον*] Confer Xenophontem L. VII. Hellen. p. 483., ubi hanc *πρώτην παρὰ Διονυσίου βοήθειαν* vocat: venit enim et altera insequente anno. Wess.

57. 99. *Κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν*] Rectius vertisset Interpres *ex instituto suo:* *Ὑπόστασις* hoc loco est suscepta semel ratio consilii et propositum universum, ad quod singulas actiones referebant, ut bene monuit Is. Casaubonus ad Polyb. p. 111. ed. Gron. Nimirum Thebani Boeotiae civitates liberas esse nolebant, neque pati poterant, ut Messene in Lacedaemoniorum rediret potestatem: hinc salubria illa pacis consilia ad nihilum reciderant, docente Xenophonte Hellen. VII. p. 484. Philiscus vero iste regis Persarum legatus domo Abydenus erat. Wess. In libris Diodori

male scribitur *Φλιασκός* contra analogiam et grammaticorum praecepta, de quibus Arcadius p. 52. 13.

57. 5. *Εὔφρων ὁ Σικυώνιος*] Ex Xenophonte, qui hominis artes et scelera exsequitur, conficias paullo eum serius tyrannidem occupasse, Hellen. L. VII. p. 488. Fuit autem in Sicyoniorum fatis, ut saepe tyrannide opprimerentur, nec semper clemente, etsi ita velit Strabo L. VIII. p. 587. B. Alia docet Euphron hic, et in Plutarchi Arat. princ. eiusdem instituti ac cupiditatis populares. Wess.

58. 14. *Λεύκιος Πάπυριος*] Pro *Λεύκιος Παπ.* et *Λ. Μενήνιος* Livius edit L. Furium et A. Manlium, additque P. et C. Valerios. Rhod. Abit auctor a Fastis Livianis non tantum quod alios annumeret tribunos militum consulari potestate, sed quod nullam fere rationem habeat solitudinis curulium magistratuum, quae in aliquot annos furoribus tribunitiis continuata fuit. Livium vide L. VI. 35. Et tamen Fastorum conditores tribunos Diodori cum Livianis contendere solent. Wess.

58. 17. *Πυθόστρατος Ἀθηναῖος*] *Πυθόστρατος Ἐφέσιος* apud Eusebium, incertum quo fideiussore. Wess.

58. 18. *Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ὁ Ἀμύντου υἱὸς*] Error hic inest manifestus. Amyntas filios ex se genuit Alexandrum, Perdiccam et Philippum, ut ipse prodidit auctor c. 60. Ptolemaeus fuerat *ἐπίτροπος τῶν πραγμάτων* per Macedoniam, teste Aeschine Or. *περὶ Παραπρ.* p. 32., sed alienigena atque *ἀλλότριος τοῦ γένους*, uti diserte Dexippus profitetur apud Syncellum Chronograph. p. 240. Idem haud obscure Plutarchus indicat in Pelop. p. 292. C., pollicentem Pelopidae Ptolemaeum exhibens, sese *τὴν ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν*. Itaque frater iuvenum ipse non erat, etsi iterum id adfirmetur c. 77.; quem quidem locum non neglexit Ill. Spanhemius Dissert. VII. de Num. Praest. p. 380., hunc vero si contendisset, emendatione succurri Diodoro non posse, ut erroris absolvatur, sine dubio pronuntiasset. Ceterum Iustin. L. VII. 5. Alexandrum insidiis matris Eurydices appetitum occubuisse adfirmat: unde ipsa in eiusdem cum Ptolemaeo sceleris societatem venisse videtur. Wess.

58. 20. *Ἔτη τριάκοντα*] Male pro *τρία*. Rhod. Lege *τρία*, ut docet infra p. 497. Palm. *Ἔτη τρία*] Ausus sum invitis Codd. *τρία* restituere. Auctor ipse Ptolemaeum Aloriten *βασιλεῦσαι ἔτη τρία* scripsit c. 77., neque plures annos successionum series illi potest concedere. Quare certatim viri doctissimi hanc emendationis viam ingressi sunt, Ill. Scaliger in libri sui margine et Olympiadum *Ἀναγραφῇ*, Bongarsius ad Iustin. L. VII. 5. et Simsonius Chron. ann. 3637. atque alii. Wess.

58. 29. *Ἀλόγως συνελήφθη μετὰ Ἰσμηνίου*] Multo haec accuratius et distinctius traduntur a Plut. Pelop. p. 292. D. Wess.

58. 35. *Ὁ δῆμος ἐξέπεμψε ναῦς μὲν τριάκοντα*] Demosthe-

moedorum festo illo die fieri solitis, copiosissime viri doctissimi Seldenus ad Marm. Oxoniens. p. 36. et Spanhemius ad Aristophan. Ranar. ὑπόθεσιν. Dionysius tum docuit fabulam *Λύτρα Ἕκτορος*, eaque adversarios superavit. Tzetzes Chiliad. V. 180.

Οὗτος ὁ Διονύσιος πολλὰς μὲν τραγῳδίας
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀναγνοὺς, δεύτερος, τρίτος ἦλθεν.
Εἰς ΛΥΤΡΑ δὲ τοῦ ΕΚΤΟΡΟΣ καλούμενόν τι δρᾶμα,
Ἀναγνωσθὲν ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Ἀθήναις.

Scripserat eodem titulo tragoediam Aeschylus, et eius exemplo *Hectoris Lytra* poeta Ennius, forsan etiam Dionysius, ne quid veteri Tragico concederet. Wess.

60. 35. *Τῶν ἐν τῷ χορῷ τις ᾄδων*] Pro ᾄδων videri possit legendum ᾠδῶν. Mallem tamen alium genitivum, sed nullum magis vicinum participio ᾄδων reperio. Steph.

60. 46. *Εἰς ἀῤῥωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε*] Vid. Corn. Nepotem Dion. c. 2. et Regib. c. 2., ubi *minime libidinosum, non luxuriosum, non avarum, nullius rei denique cupidum*, Dionysium perhibet. Sed vinosum fuisse, ex Athenaeo L. X. 10. et Aeliano V. Hist. L. II. 41. constat. Si Plinium audis, Dionysius Siciliae tyrannus accepto victoriae tragicae nuntio gaudio obiit, L. VII. 53. Quod vero consentaneum tum demum erit, ubi ea, quae a Nostro narrantur, addideris. Wess.

61. 56. *Ἀλλὰ ποιητὴς ὢν κακὸς*] Vide superius c. 6. Wess.

61. 64. *Κατὰ τὴν ἀκρόπολιν* etc.] Potior Insulae pars erat, tyrannorum domus. De ea Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. I. p. 156. Dionysii magnificentissimam sepulturam descripserat Philistus, sicuti a Plut. in Pelop. p. 296. F. docemur. Wess.

61. 70. *Ἐγκαλέσας τῇ πόλει τῶν Σκοτουσσαίων*] Meminit perfidae crudelitatis, qua Alexander Scotussaeos oppressit, Plut. Pelop. p. 293. E., neque intactam praeteriit Pausanias L. VI. 5., in tempore tamen, quo edita est, multum a Diodoro deflectens. Asseverat Olymp. CII., et eo quidem anno, qui Archontem Athenis Phrasiclidem vidit, contigisse: quod vereor, ut verum esse queat. Alexander namque eo temporis articulo nondum tyrannidis potitus erat, Iasone res per Thessaliam summo cum imperio administrante. Occupavit dominationem homo inpurus anno Olymp. CII. quarto, sicuti ex Xenophonte et Diodoro ostensum supra fuit. Wess.

61. 77. *Καί τινας ἄλλας πόλεις προσήγαγε*] Solet alias *προσηγάγετο* hoc usu terere. De rebus his Xenophon Hellen. VII. p. 487. Wess.

61. 80. *Καὶ Πελοπίδαν ἐκομίσαντο*] Socium quoque captivitatis Ismeniam. Vid. Plut. Pelop. p. 294. A. Wess.

61. 82. *Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων* etc.] Copiosius de Charete et Phliasiis Xenoph. Hellen. L. VII. p. 490. Wess.

61. 91. *Παῦλον Μάλλιον*] *Αὖλον Μάνλιον*, Rhod. Verum est *Αὖλον*. Habet hos tribunos Livius L. VI. 36., Nostro ta-

men non consentaneus. Namque urbem tenebat adhuc illud quinquennium, quo curulium magistratuum fuit solitudo, uti ipse ait. Addit praeterea illis collegas P. et C. Valerios. Wess.

61. 93. *Θεμεσίων ὁ Ἐρετρίας τύραννος*] Ille homo a Demosthene oratione de Corona p. 153., et ab Aeschine de falsa legatione p. 50. et iterum contra Ctesiphontem p. 65. *Θεμίσων* constanter vocatur: melius; nam fuit nomen proprium Graecis usurpatum. Iuvenalis Satir. X. 221. *Quot Themison aegros autumno occiderit uno*. At *Themision* alibi non occurrit. Palm.

62. 97. *Καὶ παραλαβόντες ἐν παρακαταθήκῃ*] Thebanis Oropum Athenienses tanquam depositum tradiderunt, donec lis omnis terminata foret: Xenophon Hellen. VII. p. 495. et Ulpianus ad Demosth. Or. pro Coron. p. 153. et Or. in Mediam p. 335. Grammatici verba sunt: *Θεμίσων καὶ Θεόδωρος Εὐβοεῖς, ἐπιθέμενοι Ὠρωπῷ, χωρίῳ Ἀθηναίων, κειμένῳ μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας, ἔλαβον αὐτό. ὡς δὲ Ἀθηναῖοι ἔμελλον πολεμεῖν, ἔδοξε δίκῃ μᾶλλον κρίνεσθαι, τὸν δὲ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον Θηβαῖοι ἔφασαν αὐτοὶ λαβόντες φυλάξειν τὸ χωρίον. ὡς δὲ ἔλαβον, οὐδετέροις ἀπέδοσαν.* Quae quidem rem ipsam illustrant et coniecturam Palmerii adfirmant egregie, sicuti et Harpocration in *Θεμίσων*. Wess.

62. 8. *Ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μὲν πολέμους καταλύσασθαι*] Graeci ipsi legatos ad Artaxerxem miserunt, quorum e numero cum Thebanus Pelopidas regem suae civitati addictiorem habuisset, allatae ab eo pacis quidem sunt conditiones, sed non receptae a ceteris, referente Xenophonte Hellen. L. VII. p. 487. Tamen quia belli plerosque pertaesum erat, tacito quodam consensu inter civitates quasdam pax valuit cessatumque ab armis est, eodem auctore p. 496. Wess.

62. 16. *Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς*] Rhetor Anaximenes, qui Graecorum res antiquissimas usque ad Mantinense praelium, et Philippi atque Alexandri facta descripsit infra c. 89. Nam philosophus longe prior aetate fuit. Vide viros doctos ad Laertii L. II. 3. et Vossium Histor. Graec. L. I. 10. Wess.

62. 17. *Ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι*] Archytas, Timaeus, Xenophilus, Phanton, Echecrates, Diocles et Polymastus. Egregie Diogenes Laertius L. VIII. 46. *καὶ αὐτοῦ* (Pythagorae) *τὸ σύστημα διέμενε μέχρι γενεῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα. τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμαστος.* Generationes novem aut etiam decem, eas enim scripsisse Diogenem manu exarati libri ostendunt, si ab Olymp. LX. repetas, et annis XX singulas absolvas, ad hanc ipsam aetatem devenies. Quod ipsum commonstraverunt Iust. Lipsius L. I. Manuduct. ad Stoic. Philosoph. Diss. 6. et R. Bentleius Dissert. de Epist. Phalar.

rid. p. 81. Cicero quidem Disp. Tuscul. L. I. 16. multa saecula sic viguisse Pythagoreorum nomen adfirmat, ut nulli alii docti viderentur, sed laxiore dictione usus, eosque Pythagoreorum numero includens, qui ex secta Italica suam in scholam pleraque traduxerant. Wess.

62. 19. Μέμνηται γὰρ τῆς Ἐπαμινώνδου τελευτῆς] Meminit praeterea necis Alexandri Pherarum tyranni Hellen. L. VI. p. 480. Cuius caedes cum contigerit anno Olymp. cv. quarto, verum esse non potest, quod ex Stesiclide Atheniensi prodidit Diogenes Laertius L. II. 56., Xenophontem anno Olymp. cv. primo mortem cum vita commutasse. Et vulgo tamen plerique omnes Stesiclidi et Diogeni adstipulantur. Ceterum praelio ad Mantineam filium Gryllum amisit, cuius mortem provectae aetatis senex quanta animi constantia intellexerit, docet Aelian. Var. Hist. L. III. 3. et Io. Stobaeus Tit. VII. p. 89., ubi prave ἐν Σκιαλοῦντι nunc legitur. Dederat ipse ἐν Σκιλλοῦντι, sicuti ex Diogene II. 52. nemo ignorare potest. Wess.

62. 24. Κοΐντος Σερούϊος] Restitue Σερουΐλιος, et pro Φάνιας, Φάβιος. Omittitur autem Μάρκος Κορνήλιος a Livio et Fastis simul editis. Rhod. Σερουΐλιος sine dubio verum est. Error debetur librariis, Σερούϊον et Σερουΐλιον utroque in sermone confundere adsuetis. In ceteris, modo Φάνιος in Φάβιος abeat, Livio nulla cum Nostro discordia est: nam M. Cornelium, quem omitti notat Rhodomannus, reliquis annumerat, praetereaque Q. Quinctium. Hoc tamen inter utrumque interest, quod Livianum quinquennium, quo nulli magistratus fuerint curules, necdum exierat. Vid. librum eius sextum c. 36. Wess.

62. 33. Λασίων] Urbi iustum nomen reddidit Reg. 2., quod ceteri, de quibus L. XIV. 17., ratum habent. Regio, cuius oppidum Lasion, Τριφυλία Diodoro, Straboni L. VIII. p. 519. C. et Stephano dicitur ἀπὸ τοῦ τρία φῦλα συνεληλυθέναι, apud Polyb. L. IV. 77. Τριφυλία, ἀπὸ Τριφύλου τοῦ Ἀρκάδος παιδός. Kuhnium confer ad Pausaniae L. V. 5. Wess.

62. 38. Ἀφῃροῦντο ταύτην τῶν Ἀρκάδων οἱ Ἠλεῖοι] Xenophon est videndus L. VII. Hellen. p. 497. et Polyb. IV. 74. Wess.

63. 52. Μάργανα καὶ Κρόνιον etc.] Saepe veteres Cronii sive collis Saturno sacri, prope Alpheum in Pisatide meminerunt. Pindarus Κρόνιον ὄχθον, Κρόνου πάγον et εὔδενδρον ὄχθον Κρόνου variis locis adpellat. Vid. Maussac. ad Plut. de Flumin. in Alpheo. Neque obscura nomina sunt Coryphasii et Cyparissiae, quae Stephano, ut bene animadvertit Berkelius, perperam Κυπαρισσαία. Strabo utrumque oppidum coniungit L. VIII. p. 550. B., quamquam et Κυπαρισσίνα prave eodem lib. p. 535. C. scribitur. In Marganis dubium est, rectene exarata sint. Idem enim ille Strabo L. VIII. p. 537. 8. αἱ νῦν Μιργάλια τῆς Ἀμφιπό-

λεως ait. Ubi vir magnus scribendum videri docet *Μαργαΐαι* ex Stephano in *Μαργαῖαι, πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡραῖα*, a cuius opinione non recedit Berkelius. Namque ea bona si fuerint, pravum erit *Μάργανα*· indicatur enim idem oppidum. Ego vero dubito. Fieri poterit, ut iam Stephani aetate *Μαργάλαι*, sive, ita si velis, *Μαργαῖαι* in Strabone lectitatae sint. Veriores tamen arbitror *Μαργάνας*, tum ob hunc Diodori locum, tum maxime ob Xenophontem, qui *Μαργανέας* in huius belli historia L. VII. Hellen. p. 497. memorat Cronioque adiungit, praetereaque bis *Ἀμφιδόλοις καὶ Μαργανεῖς* in Elide ponit L. III. p. 384. Quin et hoc ex Xenophonte conficere posse videor, pravum in Strabone esse *Ἀμφιπόλεως* vocabulum atque in *Ἀμφιδολίας* commutandum: et partim quidem, quoniam *Ἀμφιπόλεως* in Peloponnesi hac ora nusquam mentio est: partim vero quod *Ἀμφίδολοι* et a Xenophonte et Stephano hic collocantur. Adde scriptos Strabonis libros *Ἀμφιπολίας* praeferre, atque id, quod coniectando adsecutus sum, paene expostulare. Wess.

63. 55. *Ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα*] Errat: neque enim fratres fuerunt. Vid. ad c. 71. Wess.

63. 62. *Σερούϊος Σουλπίκιος*] His tribus adiungunt Fasti Sp. Servilium, L. Papirium et L. Veturium. Rhod. Confer Livium L. VI. 38. et Fastos Pighii ad ann. CCCLXXXIV. Wess.

63. 64. *Φωκίδης Ἀθηναῖος*] Non *στάδιον*, sed *πάλην*, Phocidem hunc vicisse, notat Eusebius. Stadii victoriam attribuunt Eubotae Cyrenaeo, de quo Pausan. L. VI. 8. Hanc vero Olympiadem praesidibus Pisatis et Arcadibus fuisse celebratam, idem c. 4. his significat verbis: *τὴν τετάρτην δὲ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι, διότι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Πισαῖοι καὶ Ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ' αὐτῶν*. Adiunge Xenophontem L. VII. Hellen. p. 500. Wess.

63. 66. *Καὶ τισι μυθικαῖς — ἀποδείξεσι χρώμενοι*] Fabulas has Strabo declarat L. VIII. p. 545. quem vide. Wess.

63. 75. *Τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγ. Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων*] Quod hic de coronatis Graecis traditur, non ad quoscunque, sed ad ludorum moderatores, curatores ac iudices, athlothetas et agonothetas pertinere statuit Pet. Faber Agonist. L. I. 19. p. 70., nimis, ut res docet, anguste. Wess.

63. 78. *Καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα — οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι*] Hanc cum X. et XXXIV. Elei *Ἀνολυμπιάδας* vocabant. Pausanias L. VI. 22. *ταύτας τὰς Ὀλυμπιάδας καὶ ἐπ' αὐταῖς τὴν τετάρτην τε καὶ ἑκατοστὴν, τεθεῖσαν δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων, ΑΝΟΛΥΜΠΙΑΔΑΣ, οἱ Ἠλεῖοι καλοῦντες, οὐ σφᾶς ἐν καταλόγῳ τῶν Ὀλυμπιάδων γράφουσιν*. Wess.

64. 90. *Διακοσίαις ναυσὶ διαπληροῦντας etc.*] Hic locus morbosus est. Nam et *διακοσίαις ναυσὶ διαπληροῦντας* soloecum, et *δὲ καὶ ναῦς παρεχομένοις* absurdum sonat et falsum est. Et soloecism

mum quidem sanare facile foret legendo διακοσίας ναῦς. Non tamen puto sic scripsisse Diodorum, sed potius διακοσίαις ναυσὶ διαπλέοντας. nam διαπληρόω non invenitur, quod sciam. Sic igitur totum hunc locum legendum censeo: καὶ γὰρ Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὸς Ξέρξην πολέμῳ διακοσίαις ναυσὶ διαπλέοντας, Λακεδαιμονίοις δέκα ναῦς παρεχομένοις ὑποτετάχθαι. Haec emendatio firmatur ex Herodoto, qui ipsissimis verbis eum numerum navium ab unaquaque civitate praebitarum recenset, haec ait (L. VIII. 1.) Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα. Hoc fideiussore credo fidem mihi habebis, lector erudite. PALM.

64. 91. Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ ναῦς παρεχομένοις] Δέκα pro δὲ καὶ scribatur. RHOD. Λακεδ. δέκα ναῦς etc.] Veram loci scripturam, a viris doctis coniectando inventam atque extusam, praestat liber Reg. 1. Διαπληροῦντας, si scribatur διακοσίας ναῦς, non movebo: opportunius certe erit, quam διαπλέοντας. Nam quod in Lexicis deficiat, id parvi est momenti. Habet alia Diodorus, quae frustra alibi quaeras: neque quidquam hoc in conposito inest, cur proscribatur. WESS.

64. 11. Τῇ τούτου τελευτῇ συναπέθανεν] Pari elegantia Demades Or. fragm. p. 180. τῷ γὰρ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός. et Polybius L. VI. 41. καὶ γὰρ συνηυξήθη καὶ συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδου καὶ τῷ Πελοπίδου βίῳ προφανῶς. Similia Iustin. L. VI. 8. WESS.

64. 19. Πρὸς τὴν ἐξοπλισίαν] Nihil hinc demuto. Sic et L. XVI. 3. συνεχεῖς ἐξοπλισίας ἐποιεῖτο. et L. XIX. 3. At minus placet ἐκ Θηβαίων, pro quo Interpres *ex Thebanorum edicto*, non male ad sententiam. Ego tamen praeferrem ἐκ Θηβῶν, ut Thebis ad armorum lustrationem convenisse ad constitutum putentur. WESS.

64. 30. Τὴν πόλιν κατασκάψαι] Vide Pausan. L. IV. 27. cum Kuhnii nota, sed cave ne id, quod de Diodoro ibi scriptum est, verum credas. Capta urbs et eversa est, si eidem Pausaniae fides, ante hos tres annos, quo tempore Epaminondas aberat, bello Thessalico, ut Pelopidam liberaret, occupatus. Id docent verba quae L. IX. 15. leguntur. WESS.

65. 32. Δασμοφοροῦντες μὲν τοῖς Μινύαις etc.] Id verissimum. Hinc Plataeenses in Isocratis Plataic. p. 437. εἰ μὲν γὰρ τὰ πάτρια σκοποῦσιν (Thebani) οὐ τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἀρκτέον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ΟΡΧΟΜΕΝΙΟΙΣ ΦΟΡΟΝ οἰστέον. οὕτω γὰρ εἶχε τὰ παλαιόν. Quo modo Hercules tributo et Orchomeniorum imperio Thebanos exemerit, explanatum est L. IV. 10. WESS.

65. 55. Συνέβη τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν] Ita etiam Plut. Pelop. p. 295. B., insuper addens, ostenti metu plerosque Boeotos domi mansisse. De tempore defectus huius solaris disputat H. Dodwellus Ann. Xenoph. p. 286. WESS.

65. 61. Ὑπὸ τοῦ χρεὼν ἀγόμενος] Aliter paullo Pansa ad Caesarem Octavianum, καὶ Ἰρτίου τεθνεῶτος, κἀμὲ τοῦ χρεὼν ἀπάγοντος apud Appian. L. III. B. Civil. p. 931. Nempe ἄφυκτον τὸ χρεὼν, *fatum inevitabile est*, uti Plutarchus in Pyrrh. p. 403. B. scribit, sive ut T. II. p. 117. E. τὴν μοῖραν οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν. Wess.

65. 70. Ἐπ' αὐτὸν ὥρμησε τὸν Ἀλέξανδρον] Haec copiosius et distinctius Plut. Pelop. p. 296. Wess.

65. 75. Τὸν δὲ αὐτοῦ βίον ἀπέλιπε] Veterum librorum consensus hoc verum praestat, sermonisque indoles. Quid enim tritius quam ἀπολείπειν τὴν ψυχὴν et ἀπολείπειν τὸν βίον inter Graecos? Wess.

65. 78. Δευτέρᾳ μάχῃ ληφθεὶς] Non dubium est quin pro ληφθεὶς reponendum sit λειφθεὶς, id est, ἡττηθεὶς, *victus*. Adnotavi autem supra idem in hoc ipso verbo commissum a librariis mendum. Steph. Δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς] Sic praeter Stephanum corrigendum esse, monuit Rhodomannus in not. Addendis. Utrique obtempero. Delicta sunt aberrantium librariorum, etiam Codd. invitis exterminanda. Vide superius ad L. XI. 68. et L. XIV. 65. Wess. Δευτέρᾳ μάχῃ λειφθεὶς scribendum esse Ill. Scaliger et Is. Vossius admonere haud neglexerunt. Idem in Add.

65. 81. Καὶ τοὺς Φθιώτας Ἀχαιοὺς παραδοῦναι] Φθιώτας δὲ καὶ Ἀχαιοὺς Plut. semel atque iterum in Pelop. p. 295. A. et p. 297. D. Sed Noster hoc quidem loco melius. Non item L. XI. 3., ubi adscripta considera. Wess.

66. 95. Ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων καταλήψει] Obscure dictum. Potuisset ἐν γὰρ τῇ καταλήψει τῆς Καδμείας, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο αὐτὴν οἱ φυγάδες. Verum suus cuique mos et iudicium est. Wess.

66. 1. Ἐν δὲ τῇ περὶ Τεγέαν μάχῃ μόνος etc.] Quae tandem illa ad Tegeam pugna, unius Pelopidae virtuti et prudentiae tribuenda? Nulla, si mihi credis. Vicit Pelopidas suo ductu atque auspiciis Spartanos ad *Tegyram*, haud multum ab Orchomeno: Audi Plut. in Pelop. p. 285. F. ὁ δὲ περὶ Τεγύρας, τρόπον τινὰ τοῦ Λευκτρικοῦ προάγων γενόμενος, μέγαν ἦρεν ἐν δόξῃ τὸν Πελοπίδαν, οὔτε πρὸς κατόρθωμα τοῖς συστρατήγοις ἀμφισβήτησιν, οὔτε τῆς ἥττης πρόφασιν τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών. Eadem repetit p. 316. F., nullumque dubium relinquit, quin scribi hic debuerit περὶ Τεγύραν, ut Stephanus, aut certe Τεγύρας, uti passim ipse. Wess.

66. 5. Ἡγήσατο τοῦ ἱεροῦ λόχου] Lectissimorum erat caterva CCC virorum, a Gorgida primum conflata et conducta, teste Plut. Pelop. p. 287. B. et Polyaeno Strat. L. II. 5. 1. Alii tamen Epaminondae, fortasse quod in consilii societatem venerit, adscribunt, de quibus Davisius ad Maximum Tyr. Dissert. XXIV. p. 587. Constabat celebris hic ἱερὸς λόχος ex ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων apud Athen. L. XIII. p. 561. F. Adde Corn. Nepot. Pelop. c. 4. Wess.

66. 8. *Εκατὰ — μυριάδων*] Confer supra c. 62. Wess.

66. 12. *Τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν*] Operam Pelopidas dedit, ut nominatim in pacis conditionibus adderetur *Μεσσήνην αὐτόνομον εἶναι ἀπὸ Λακεδαιμονίων*, docente Xenophonte Rer. Graec. L. VII. p. 486. De tempore, quo Messene desolata fuit, dictum fuit supra c. 65. Wess.

66. 18. *Πρὸς δὲ τοὺς πολ. οὕτω καλῶς ἀγωνισάμενος* etc.] Haud scio an non hic aliquid mendae subsit: et sententia et constructio certe praepostera est. *Cives enim ita erga Pelopidam affecti erant, ut* etc. Quid si *καλῶς πολιτευσάμενος*. Rhod. De mendo adstipulor Rhodomanno: medicina non admodum placet. Puto scriptum fuisse ad hunc modum, *πρὸς δὲ, τοὺς πολίτας οὕτω καλῶς ἀγωνισάμενος διέθηκε, ὥστε* etc. *praeterea cives inter pugnandum tam commode tractavit, ut*, et reliqua. Sic constat sententia et oratio, neque sermonis usus repugnat. *Καὶ ὄψομαι τί με διαθήσει* habes in Alciphrone L. II. Ep. 1. p. 200. cum Bergleri nota. Lysias Or. contra Agorat. c. 3. *νομίζων, εἰ διαθείη ὑμᾶς ἀπόρως, ὥσπερ διέθηκεν.* Prius firmabunt haec Pausaniae L. IV. 8. p. 298. *καὶ μελέτῃ πολὺ οἱ Λακεδαιμόνιοι προέσχον, ΠΡΟΣ ΔΕ καὶ τῷ πλήθει, et exercitatione superiores erant Spartani, praeterea numero etiam.* Qua tamen significatione paullo frequentius occurrit *καὶ πρός*. Euripid. Helen. v. 962. *Ἀπόδος τε, καὶ πρὸς, σῶσον.* Vid. Is. Casaub. in Strabon. L. III. p. 218. Atque haec mea sententia. Si cuius animo allubescat alia, eam sequatur. Porro quod statim succedit, *Βοιωταρχῶν πάντα τὸν χρόνον διετέλεσε*, id distinctius explicatur a Plut. Pelop. p. 285. D. *ἀφ' ἧς γὰρ εἵλοντο πρῶτον ἡγεμόνα τῶν ὅπλων* (Pelopidam) *οὐκ ἀνεπαύσαντο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἄρχοντα χειροτονοῦντες, ἀλλ' ἢ τὸν ἱερὸν λόχον ἄγων, ἢ τὰ πλεῖστα Βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἔπραττεν.* Partim ergo Pelopidas toto eo tempore *sacrae cohortis* sive *delectae manus*, ut Nepos Cornelius vertit, fuit praefectus, partim Boeotarcha. Wess.

66. 26. *Κλέαρχος τὸ γένος ὢν ἐξ Ἡρακλείας*] Discipulus fuerat Isocratis, uti ex Rhetoris Epist. ad Timoth. p. 626. constat, sicuti et Platonis: sed praeceptorum utriusque oblitus tyrannidem occupavit Heracleae, et crudelissime in XII annos exercuit, docente Memnone in Biblioth. Photii Cod. CCXXIV. p. 704. Adde Aeneam Poliorcet. c. 12. cum Casauboni nota. Wess.

67. 32. *Τορώνην μὲν καὶ Ποτίδαιαν πολιορκήσας*] Commeminit Toronae a Timotheo oppugnatae Polyaen. Strateg. L. III. 10. 15. et Potidaeae Dinarch. in Demosth. p. 91. Wess.

67. 37. *Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος* etc.] Ante horum magistratum proxime Diodorus VI tribunos militum praeterit, A. et M. Cornelium, M. Geganium, P. Manlium, L. Veturium, P. Valerium, quos Livius edit. Hos ergo sequenti anno excipiant hi

duo Coss., quorum alter L. Sextius PRIMUS E PLEBE fuit: alter vero L. Aemilius Mamercus equitum magister fuit ante biennium cum M. Furio dictatore. RHOD. Bene Rhodomannus, qui addere potuisset, negligi et eum a Diodoro annum, quem ante VI illos tribunos dictaturae tenuerunt. Aemilius cognomine fuit *Μαμερκῖνος*, quod et hic praestat. *Λατερίας*, si auctor id reliquerit, positum est pro *Laterano*, quod Sextii cognomen. Conf. Livium L. VII. 1. et Pigh. in Fast. ad ann. CCCLXXXVII. WESS.

67. 41. *Τῶν δὲ Μαντινέων ἀναλαβόντων εἰς τοὺς ἰδίους βίους*] Si Xenophontem audias, de Mantinensibus alia omnia profiteberis. Vide Hellen. eius L. VII. p. 501. WESS.

67. 69. *Ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἆγις*] Immensum quantum discedat a Xenophonte Diodorus in huius expeditionis narratione. Xenophon omnia ad Agesilai gloriam amplificandam narrat, et illi tribuit, quae hoc loco Diodorus de Agide narrat: et Plutarchus quidem in Agesilai vita p. 615. sequutus est Xenophontis auctoritatem. Diodorus vero, ut puto, Theopompum et Anaximenem habuit auctores suae narrationis, cui potius dabitur fides. Xenophontis certe auctoritas apud me praevaleret, nisi Agesilai amicitia eum suspectum faceret: itaque pendeo et nihil in eo est certi. PALM. *Ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἆγις*] In his manifestus error haeret: tolli posset, nisi ex sequentibus liqueret, Agesilaum domi fuisse relictum ad urbis praesidium, atque ad eum cursores illos Cretenses adventantis Epaminondae nuntium pertulisse. Si itaque coneris ὁ *βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Ἀγησίλαος*, secum ipsemet auctor pugnabit. Salva vero si maneat Agidis mentio, non tantum contra Xenophontem et Plutarchum veniet Diodorus, ut pulcre admonuit vir doctissimus, sed et in regum Spartanorum successionem incurret. Praeerant namque hoc tempore Spartae ex Eurysthenidarum familia *Cleomenes* Cleombroti F., ex gente Proclidarum *Agesilaus*. Ipse auctor id supra docuit c. 60. et clarissime omnium Pausanias L. I. 14. et L. III. 7. 8. Errat ergo, et *Agim* nobis regem obtrudit, quem Sparta hoc tempore nullum habebat eo nomine. Vide tamen mox dicenda. WESS.

67. 71. *Κατεστοχάσατο μὲν — ἥξειν*] Cum ἥξειν paullo apertior sensus esset huius periodi, quam cum ἥξειν. Veruntamen ne ille quidem infinitivus mihi omnino satisfacit. STEPH. Ego vero non video, cur vitii suspectum esse debeat τὸ *μέλλον ἥξειν*. Iunge in ordinandis verbis *ἐμφρόνως* et *κατεστοχάσατο*, et bella erunt omnia. Mox *πέμψας δέ τινας* ex vetustis libris restitui. De Cretensibus hemerodromis ex Xenophonte memorat Plut. Ages. p. 615. C. WESS.

68. 73. *Δι' ὧν καταταχήσας τὸν Ἐπαμινώνδαν*] Confer not. ad L. XIV. 72. WESS.

68. 84. *Ἔλαθεν ἂν ὁ Ἐπαμινώνδας εἰσπεσὼν etc.*] Imo

urbis partem occupavit, et in forum usque penetravit. Polybius L. IX. 8. *καὶ καταλαβὼν τὴν Σπάρτην ἔρημον τῶν βοηθησάντων, μέχρι μὲν ἀγορᾶς ἐβιάσατο* (Epaminondas) *καὶ κατέσχε τῆς πόλεως τοὺς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐστραμμένους τόπους.* Wess.

68. 87. *Τὴν τοῦ Λακεδαίμονος*] Hic *Λακεδαίμονος* pro *Λακεδαιμονίου* perperam est positum. Potest tamen retineri *Λακεδαίμονος*, sed aliquid addendo, ut *τοῦ τῆς Λακεδαίμονος*, vel *τοῦ ἐκ τῆς Λακεδ.* vel *τοῦ ἀπὸ τῆς Λακεδ.* Steph. Rhodomannus in not. Correct. *Λακεδαιμονίου* vel *Λάκωνος* refingit: quorum alterutrum et ego malim. Wess.

68. 91. *Ἀγησίλαος*] Omnes alii Agesilaum Mantinensibus auxilio properasse, cum Spartam pergeret Epaminondas, magno consensu asseverant. Xenophonti et Plutarcho, quos antea excitavimus, adiunge Polybium L. IX. 8. et Polyaen. L. II. 2. 10. Cessaret discordia, hic si *Archidamus*, et pro Agide supra *Agesilaus* legeretur. Archidami enim in patria defendenda partes fuerunt haud sane postremae. Vide modo Xenophontem Rer. Graec. L. VII. p. 504. Wess.

68. 95. *Ἐπὶ τὰ στέγη τῶν οἰκιῶν ἀνεβίβασε*] Digitum non verterim, sive tu *στέγη* an *τέγη* legas. In Appiano L. II. B. Civil. p. 818. reperies *καὶ ἀπὸ τῶν τεγῶν εἰς ἄμυναν ἡτοιμάζετο.* At infra L. XIX. 7. *διηγωνίζοντο πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν στεγῶν ἀμυνομένους.* Tecta veterum hanc ad rem erant acconmoda, quippe magnam partem plana, docente ad Athen. L. IV. 12. Is. Casaubono. Wess.

68. 21. *πολλὴν διανύσας ὁδὸν ἄφνω τούτοις ἐπέῤῥαξεν* omisso Diodori nomine hinc citavit Suidas v. *ἐπέῤῥαξεν.*

69. 26. *Ἐρήμῳ τῇ πόλει*] Id est *ἐρήμῳ τελέως ὑπαρχούσῃ τῶν βοηθησάντων*, ut de Mantinea Polybius loquitur. Sed saepe haec intelliguntur. Exempla vide conducta ad Itiner. Anton. p. 151. Wess.

69. 30. *Ἄνδρα τὸν παρὰ τοῖς πολίταις ἐπαινούμενον*] Fuisse olim videtur *τῶν — ἐπαινουμένων.* Sic enim adsolent. Atheniensium in ipso tempore Mantinensibus praestitum auxilium illustrant Xenoph. Hellen. L. VII. p. 504. et Plutarch. T. II. p. 346. D. Wess.

69. 33. *Ὡς μάχῃ διακριθησομένους*] Exspectasses *διακριθησόμενος.* Sed generis numerique quadam enallage *δύναμιν — διακριθησομένους* extulit, prorsus utroque in sermone frequentata. Noster L. XII. 60. *ἀπέπλευσεν ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν, καὶ πολλὰς ΑΥΤΩΝ κώμας ἐπόρθησε.* Et L. XV. 68. *ἐξέπεμψαν δύναμιν, καὶ στρατηγὸν ἐπ' ΑΥΤΟΥΣ Χαβρίαν.* Philo Iud. Special. Leg. p. 796. *ἡ δὲ λεχθεῖσα φυλὴ πάνυ χαλεπῶς ἐνέγκασα — ὑπόπλεοι πάντες ὀργῆς, ἐνθουσιῶντες.* Virgilius Aen. XI. 834. *Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum.* Plura de hoc

genere Io. Frid. Gronov. Pec. Vet. L. II. 4. T. Wopkens Lect. Tullian. L. II. 7. et qui ab eo excitati sunt magno numero. Wess.

69. 41. *Καὶ Ἀχαιοὶ*] Intelligi possent ex Thessaliae vicinia Ἀχαιοὶ Φθιῶται Thebanorum amici. Quia tamen post pauca *Achaei* illorum sunt in catalogo, qui Mantinensibus coniuncti Thebanorum armis pro Peloponnesi libertate sese obiecerunt, suspicor iniuste eos hunc eodem occupasse, scriptumque in superioribus fuisse *Μαντινεῦσιν ἐβοήθουν Ἠλεῖοι καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Λακ*, idque mihi tanto videtur probabilius, quod eumdem locum optime post pauca tueantur, atque ex Xenophonte liquidissimo constet, *Achaeos* Peloponnesi incolas hoc praelio contra Thebanos cum Mantinensibus stetisse. Eum adi L. VII. p. 502. Wess.

69. 48. *Οἱ μὲν Μαντινεῖς σφαγιασάμενοι*] Redeat *μάντεις*. Rhod. *Οἱ μὲν μάντεις σφαγιασάμενοι*] Ut turpissima menda continuaretur, non sustinui. *Μάντεις* correxerat quoque Ill. Scaliger in libri sui ora. Supra L. XIII. 97. *καίπερ ἀμφοτέροις ἀπαγορευόντων τῶν μάντεων*. Wess.

69. 60. *Καὶ Μαλιεῖς*] Supra L. XII. 77. *Μηλιεῖς*, et XV. 57. At *Μαλιεῖς* recurrunt L. XVI. 15. et L. XVII. 75. Alterum Ionum est, Dorum alterum, sed tritius. Vide diligentissimum Sylburgium in Pausan. L. X. 8. Wess.

Ibid. *Αἰνιᾶνες*] *Αἰνειᾶνες* Clar. prave. Vid. ad L. XII. 77. et Davis. in Maxim. Tyr. Diss. XXVIII. p. 604. Wess.

69. 74. *Τῷ δὲ πλήθει καὶ τῇ παρασκευῇ τῶν φίλων*] Vera lectio est *τῶν ὅπλων*. Rhod. Coniecturam suam vertendo Rhodomannus expressit: mihi ea non blanditur. Scriptum fuit *τῶν ψιλῶν*. Firmant quae sequuntur: *αὐτοὶ μὲν ὀλίγους εἶχον ἀκοντιστὰς, οἱ δὲ Θηβαῖοι τριπλασίους σφενδονήτας καὶ ἀκοντιστάς*. Superabantur ergo et multitudine et adparatu militum levis armaturae. Simile peccatum foedavit haec Lysiae Or. in Alcibiad. c. 3. *οἱ δὲ φίλοι ἐστρατεύοντο, οἱ δ᾽ ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ἐκινδύνευον*. Iustum enim est *ψιλοί*. Vide ibi doctissimum Marklandum. Wess.

70. 83. *Καταπονούμενοι δ᾽ ὑπὸ τῶν ἀνθεστηκότων*] Hoc equidem non movero, tametsi scripti Codd. aliud paene expostulent. Auctor tuetur suum, quum post pauca *καὶ τῶν Ἀθηναίων καταπονουμένων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων*. In more praeterea librariis est *καταπονουμένους* et *καταπολεμουμένους* permiscere: cuius confusionis exemplum habuimus insigne L. XIV. 103. Wess.

70. 97. *Καὶ πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν καταλαβὼν*] Per incuriam vitiatum est ex *καταβαλών*. Rhod. *Καταβαλὼν*] Verus vates Rhodomannus fuit. Eiusdem socordiae specimen exstat L. XVI. 49. De verbo ut dicam, necesse non est. Conduxit aliqua Gebhardus ad Cornelium Nepot. Thrasyb. c. 3. Wess.

70. 11. *Οὐδέποτε γὰρ Ἑλλήνων πρὸς Ἑλλ. ἀγωνιζομένων etc.*] Videndus est Xenophon L. VII. Hellen. p. 506.

aciem exercitus utriusque et pugnae ordinem paullo aliter explicans. Wess.

70. 14. *Οὔτε ἄνδρες δυνατ. ταῖς ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνδραγαθίαις*] Quod his adstruebatur et nectebatur artissime *ἐπεδείξαντο*, id iussu schedarum manu exaratarum delevi. Salvum tamen esse potuisset, modo *τὰς ἐν τοῖς κινδύνοις ἀνδραγαθίας ἐπεδείξαντο* prae se libri tulissent: neque enim aliter oportuit. Auctor supra c. 65. *φανερῶς ἐνδεδειγμένοι τὰς ἰδίας ἀνδραγαθίας*. Et L. XVI. 87. *Ἀλεξάνδρου φιλοτιμουμένου τῷ πατρὶ τὴν ἰδίαν ἀνδραγαθίαν ἐνδείξασθαι*. Et L. II. 6. *Semiramis καιρὸν ἔλαβεν τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι*. Wess.

71. 48. *Προθυμότερον προσπίπτοντα τῷ θυμῷ*] Malim *προπίπτοντα*, cuius opinionis caussas dare memini ad huius lib. c. 65. Wess.

71. 53. *Καιρίαν ἔλαβε πληγὴν εἰς τὸν θώρακα*] Quod proavorum nostrorum memoria usu venit, ut certatim sibi, ignari etiam, gloriam deiecti Gustavi Adolphi, Herois illustrissimi, vindicarent, eius exemplum in Epaminonda dederunt Graeci. Nam prostrati laudem Mantinenses Machaerioni civi suo, Spartani suo Machaerioni, aut Anticrati etiam, Athenienses Gryllo, Xenophontis F., agna cupiditate asseruerunt. Vid. Plut. Agesil. p. 616. A. et Pausan. L. VIII. 11. IX. 15. Nimirum gloriosum censebatur et Aeneae magni dextra cadere, et victo ex Hectore triumphare. Wess.

71. 74. *Ἀμφότεροι τοὺς ἰδίους ἔθαψαν*] Xenophon clarius: *ἀμφότεροι τρόπαιον ἐστήσαντο, τοὺς δὲ ἱσταμένους οὐδέτεροι ἐκώλυον. νεκροὺς δὲ ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν, ἀμφότεροι δὲ ὡς ἡττημένοι ὑποσπόνδους ἀπελάμβανον*, extremo L. VII. Hellen. Victi ergo utrique, quamquam si Thebani victoria, Epaminonda letali vulnere percusso, recte uti scivissent, potior ipsorum caussa fuerat. Wess.

71. 78. *Εὐψυχοτάτην τοῦ βίου καταστροφὴν ἐποιήσατο*] Belle Cicero L. V. Fam. Ep. 12. *Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum demum sibi avelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est, CLYPEUM esse SALVUM, ut, etiam in vulneris dolore, aequo animo cum laude moreretur.* et de Finib. L. II. 30. Adde Pausan. L. IX. 15. et Iustinum L. VI. 8., qui Nostrum aemulatur. Wess.

72. 88. *Μὰ Δία μέν, φησιν, ἀλλὰ* etc.] Hic *μὲν* locum obtinet *τοῦ μὲν οὖν*, vel potius *μενοῦν* coniunctim: si tamen eum obtinere potest. Steph. Solent *μὲν* hac quidem in formula plerumque negligere, ut Aristophan. Plut. v. 101. *Μὰ Δί', ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐξόμεσθά σου* et v. 111. *Μὰ Δί', ἀλλ' ἅπαξάπαντες*, et v. 22. cum Kusteri nota. Nec deleo tamen libris invitis: me quidem certe indice Stephani explemento praestat. Re

ipsam, sed dissentiens, tetigit Cornelius Nep. Epamin. c. 10. Wess. Ut Stephanus, sic Diodorus Exc. Vatic. p. ed. nostrae 28. 33. *μὰ Δία μὲν οὖν, εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ σά.*

72. 96. *Ὑπερβαλεῖν ἐν τῇ στρατηγικῇ συνέσει*] Praepositionem alias ipsemet auctor negligere adsolet; ut L. I. 66. Consueverunt et alii: Lycurgus Or. in Leocrat. p. 166. *ἀλλὰ Λεωκράτης τοσοῦτον ὑπερβέβληκε τῇ δειλίᾳ.* Herodot. I. 61. *Θηβαῖοι δ' ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων.* Servari tamen potest Luciani exemplo D. Mort. IX. 3. *καὶ ἀλλήλους ὑπερεβάλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ.* ubi peritissimum Hemsterhusium consule. Wess.

72. 3. *Βραχὺ τοῖς χρόνοις πρότερον*] Nisi erro, nimiae grammatici sedulitati haec accepta referre debemus. Quid enim? Scripsisse Diodorum putabimus *βραχὺ τοῖς χρόνοις πρότερον· ἐν δὲ τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις;* Apage ineptias. Agesilaus provectior quidem aetate, sed Epaminondae tamen aequalis fuit, ut ceteri, quos annumeravit. Wess.

72. 10. *Πολὺ ἂν προέχουσαν εὕροι τὴν περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν* etc.] Eadem sententia Pausan. L. VIII. 11. *τὸν δὲ Ἐπαμινώνδαν τῶν παρ' Ἕλλησι στρατηγίας ἕνεκα εὐδοκιμησάντων μάλιστα ἐπαινέσαι τις ἄν, ἢ ὕστερόν γε οὐδενὸς ποιήσαιτο.* Aelianus primas illi inter omnes, qua Graecos, qua Romanos, tribuit Var. Hist. L. VII. 14., sed paullo ambitiosius. Wess.

72. 20. *Διὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν — κατασκαφῆς ἔλαβε πεῖραν*] Dinarchus, postquam res Epaminondae et Pelopidae, certamen Leuctricum, vastatam Spartanorum regionem, Messenenque instauratam exsecutus esset, Thebani inquit *ἔνδοξοι παρὰ πᾶσιν ἦσαν. πότε δ' αὖ τοὐναντίον ταπεινὰ καὶ τοῦ φρονήματος ἀνάξια διεπράξαντο; ὅτ' ἐδωροδόκει μὲν λαμβάνων χρήματα παρὰ τοῦ Φιλίππου Τιμόλαος ὁ τούτων φίλος, ἐπὶ δὲ τοῖς ξένοις, τοῖς εἰς Ἄμφισσαν συλλεγεῖσι, Πρόξενος ὁ προδότης ἐγένετο, ἡγεμὼν τῆς φάλαγγος κατεστάθη Θεαγένης, ἄνθρωπος ἀτυχὴς καὶ δωροδόκος, ὥσπερ οὗτος* Or. in Demosth. p. 99., egregie Thebanorum ducum, qui Epaminondam et Pelopidam exceperunt, artes et scelera declarans. Mox *κατασκαφῆς* non moveo. Novi *θανόντων κατασκαφὰς* et *τῆς φιλίας κατασκαφὰς* pro sepulcris ab Aeschylo in VII C. Theb. v. 1016. 1045. et Sophocle Antig. v. 911. positas, sed et *τειχῶν κατασκαφὰς,* et *πόλεων κατασκαφὰς* ex Aeschine atque aliis. Wess.

73. 34. *Τὴν τῶν Ἑλλήνων σύνταξιν*] Verum est *Ἑλληνικῶν*, et mox *κατέστροφεν.* Viderunt librariorum delictum in not. Adden. viri doctissimi H. Steph. et L. Rhodom. Wess.

73. 37. *Τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν*] Inscripserat huic operi *πρώτας ἱστορίας*, quomodo Athen. L. VI. 4., sive *πρώτην Ἑλληνικῶν*, uti Harpocrat. Nostro consentiens in *Ἀμφικτύονες.*

Habet haec Vossius de Histor. Gr. L. I. 10., et plura de Anaximene. Eum adi et Aeg. Menagium ad Laertii L. II. 3, Wess.

73. 42. *Φίλιστος δὲ τὰ περὶ Διονύσιον etc.*] Vid. ad L. XIII. 91. et 103. Postremum autem hoc Philisti historicum opus negligitur a plerisque, qui hominis vitam et scripta recensuerunt. Wess.

73. 51. *Ταχὼς ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων*] *Theo* in Chron. Eusebii, *Τάος* Aristoteli Oeconom. L. II. p. 507. *Θάμως* Polyaeno L. III. 11. 5. Sed vide Ill. Scalig. ad Euseb. MDCXLVIII., viros doctos in Aelian. L. V. 1. et Hutchinson. ad Agesil. Xenophontis p. 47. Wess.

73. 56. *Διὰ τὸ τοὺς Μεσσηνίους etc.*] Eandem odii in Persam caussam dant Xenophon et Plut. Agesil. p. 616. Wess.

73. 66. *Ἀριοβαρζάνης — ὃς καὶ Μιθριδάτου etc.*] Non mediocris ex hoc loco emergit difficultas, ut quadret gestis a Diodoro narratis temporum ratio. Ait Diodorus, Molone Archonte iam Mithridatem mortuum esse, et Ariobarzanem eius filium dominum factum eius dynastiae: pagina vero sequenti ponit eodem anno Datamis rebellionem et pugnam cum Artabazo, et ait post eam Datamis victoriam Artaxerxem timentem eius virtutem curasse, ut per dolum interficeretur. At Aemilius Probus et cum eo Polyaenus, ille in Datamis vita c. 10. hic L. VII. in Mithridate (cap. 29.) aiunt Datamem interfectum fuisse per insidias et dolum Mithridatis: at non potuit esse alius Mithridates, quam ille Ariobarzanis pater, Satrapiae Datamis vicinus, et qui cum eo rebellare simulaverat. Aut igitur Diodorus narrat ὕστερον πρότερον, quae pridem acciderant, aut falsi sunt Aemilius Probus et Polyaenus: aliunde expectanda lux. Palm. Nulla hic difficultas. Mithridates, cuius regnum accepit Ariobarzanes, alius est atque is, cuius fraude Datames occubuit. Audi Cornel. Nepot. in Datame c. 10. *Hic tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo.* Patrem itaque Ariobarzanem habuit, hunc fortasse ipsum, qui regno Mithridatis dicitur potitus, quemque idem Cornelius praefectum Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae c. 6. vocat. Neque obesse multum poterit, quod pater regi hostis, filius amicus fuerit. Potuerunt enim contrarias uterque partes amplecti. De Ariobarzane videndus etiam Demosthenes est Or. de Rhod. Libert. p. 112. Wess.

73. 72. *Ἔχουσαν ἀκρόπολιν ἀξιόλογον*] Confer L. XVII. 23. et de Mausoli potentia et opibus Lucian. Dial. Mort. XXIV. Wess.

74. 74. *Τῶν δ' Ἰώνων Λύκιοί τε καὶ Πισίδαι*] Id vero novum. Ubi proditum quaeso usquam est, Lycios, Pisidas, Pamphylios et Cilices de Ionum fuisse gente? *Χωρὶς τὰ Φρυγῶν καὶ Μυσῶν ὁρίσματα*, ut nostri illi proverbio dicunt. Deest haud dubie vocabulum, sive id fuerit *μετὰ δὲ τῶν*, sive *τῶν δ' Ἰώνων σύμμαχοι*

sive aliud: quis enim affirmarit temere? Wess. Ionum nomine non Ionicos modo sed omnes saepe huius orae Graecos comprehendi satis notum est: qui hic eis accensentur hoc nomine nemo sanus complecti potuit. Operae pretium est videre quomodo Gemistus hunc locum conceperit: *μετὰ δὲ ταῦτα οἱ τὴν παράλιον οἰκοῦντες τῆς Ἀσίας ἀπέστησαν ἀπὸ Περσῶν καὶ Ἀρταξέρξου τοῦ βασιλέως, καί τινες δὲ σὺν αὐτοῖς τῶν σατραπῶν ἐπαναστάντες πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς βασιλέα· ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Ἀριοβαρζάνης μὲν ὁ τῆς Φρυγίας σατράπης, ὃς καὶ Μιθριδάτου τελευτήσαντος τῆς τούτου βασιλείας κεκυριευκὼς ἦν, Μαύσωλος δὲ Καρίας δυναστεύων καὶ πολλῶν ἐρυμάτων καὶ πόλεων ἀξιολόγων κυριεύων, ὧν ἑστίαν καὶ μητρόπολιν συνέβαινεν εἶναι τὴν Ἁλικαρνασσόν, πρὸς δὲ τούτοις Ὀρόντης μὲν Μυσίας σατράπης, Αὐτοφραδάτης δὲ Λυδίας. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ λόγου μάλιστα ἄξιοι τῶν ἀποστάντων σατραπῶν· ἔθνη δὲ ἀπέστη Ἴωνες, Λύκιοι, Πεισίδαι, Παμφύλιοι, Κίλικες, Σύροι, Φοίνικες* etc. Habuit is igitur haud dubie *Iones* in codice suo: quorum mentio apud Diodorum supervacanea est post commemoratas p. 73. 62. Graecorum in Asia urbes: eae sunt enim Ionum; non est apud Gemistum, qui eas urbes nondum dixerat. Contra non inepte apud Diodorum scribetur *τῶν δ' ἐθνῶν Λύκιοι* etc. structura non optima quidem, sed laboratura illa quomodocunque hic locus constituatur, nisi supplemento utaris quali Gemistus.

74. 82. *Εἵλοντο στρατηγὸν Ὀρόντην*] Idem videtur atque is, de quo Polyaen. Strateg. L. VII. 14. Pugnat ibidem, fateor, cum Autophradate, neque id efficit suspicioni: quamquam et Autophradates fluxa fide fuit; iussu enim regis bello eos persecutus, qui defecerant, regem ipsum destituit, quod Xenophon Agesil. p. 46. ed. Oxon. et Corn. Nepos Datam. c. 2., cum Nostro compositi, docent: atque id commune illi fuit cum aliis Persarum regis ducibus. Artabazus namque, Datamem oppugnans, in eundem labentibus annis perfide insurrexit, bello conflato. Testis ipsemet auctor L. XVI. 22. Wess.

74. 98. *Σατράπης Δατάμης*] Nimis tenuiter Datamis rebus gestis Diodorus defungitur. Copiosius Aristoteles Oeconom. L. II. p. 503., quem recte correxit Is. Casaubonus ad Polyaen. L. VII. 21., et Corn. Nepos in fortissimi ducis vita. Wess.

74. 3. *Χάριν βουλόμενος καταθέσθαι*] Vid. ad L. IV. 1. p. 247. Wess.

74. 17. *Τῶν δὲ ὡς πάλαι προδότην τιμωρουμένων*] Ordinem, quem scripti libri servant, quippe cultiorem, amplector. Perfidiam Mithrobarzanis, Datamis prudentia haud sane inultam, describunt Corn. Nepos Datam. c. 6., Polyaen. L. VII. 21. 7. et Frontinus L. II. 7. 9., sed inter sese, ut Lambinus admonuit, discordes. Wess.

75. 26. *Τὴν ἡσυχίαν ἦγον*] Non muto. Manu exarati libri in hoc genere variant saepe, lectoremque in dubio relinquunt,

utrum scriptoris esse opinetur. Vid. L. XI. 3. 45. XII. 56. Wess.

75. 34. *Δι' ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἐδολοφόνησεν*] Conf. Corn. Nepotem Datam. c. 9. et Polyaen. L. VII. 29. Wess.

75. 40. *Εἰς τὰς ὀνομαζομένας Λεύκας*] Superius *Λεύκην* adpellavit c. 18. ubi plura. Wess.

75. 50. *Καὶ τῶν μὲν μισθοφόρων τὴν ἡγεμονίαν* etc. *Ἀγησιλάῳ*] Haec principia simultatis, quae in Tachi perniciem verterunt. Agesilao promissum fuerat totius exercitus imperium: quod cum adventanti negaretur, accederentque alia, de quibus Athen. L. XIV. p. 616. D., alieniore ab rege coepit esse animo, ut Xenophon Vit. Ages. p. 48. ed. Oxon. et Plut. Ages. p. 617. A. docent. Wess.

75. 57. *Δημοσίᾳ μὲν ὑπὸ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπεσταλμένῳ*] Chabrias non libenter erat ante oculos civium suorum, quod et vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere: hinc sua sponte Aegyptios adiutum profectus classi praefuit. Docet Corn. Nepos in Chabria c. 3. ex Theopompo, cuius verba servavit Athen. L. XII. p. 532. B. Artem vero eius, qua ducentas Tachi naves intra breve tempus exercitato remige complevit, pete ex Polyaeno L. III. 11. 7. et verba corrupta ac hiantia refinge *ὀλίγαις ἡμέραις ἐλαύνειν ἐδίδασκε, (καὶ τὰς ναῦς) ἐρετῶν συγκεκροτημένων ἐπλήρωσεν*. Neque enim aliter sententia constabit. Wess.

75. 67. *Πρὸς τὸν υἱὸν Νεκτανεβῶ*] Eadem scriptionis discordia in Polyaeni libris Strateg. II. 1. 22., *Nectanabis* in Ages. Nepot. c. 8., Euseb. Chron. *Nectanebus*, apud Plut. Ages. p. 617. B. *Νεκτάναβις*· nam *Νεκτάβιος*, quod in Apophtheg. Lacon. p. 214. F., corruptum esse bene monuit Lambinus. Tacho sanguine coniunctus erat, quippe frater eius patruelis, teste Plutarcho. Itaque prave interpres *ad Nectanebum regis filium*. Pater Nectanebi absente Tacho, desciverat, filioque in consilii societatem pellecto persuaserat, ut regnum ipse capesseret. Wess.

75. 72. *Συγκάταινος — ταῖς τοῦ πατρὸς ἐπιβολαῖς*] Rhodomannus *ἐπιβουλαῖς* legendum opinatus, Latine dederat, *in instructas patri insidias consentiens*. Idem sibi placere, ad Xenophontis Agesil. p. 49. testatus est Hutchinsonius. Utrique scripti quidam libri patrocinantur. Praefero tamen vulgatum, cui et in not. Addend. primas Rhodomannus dedit, vertens, *cum aliis patris incepta probaret*. Ego versionem, ut paullo ante, correxi: ut enim doceam, *ἐπιβολὰς* et *ἐπιβουλὰς* a librariorum natione permisceri, nihil necesse est. Factum id abunde alias. Wess.

76. 77. *Ἐτόλμησε διὰ τῆς Ἀραβίας ἀναβῆναι*] Ex his perperam intellectis in Eusebii reperitur Chron. *Theo rex Aegypti fugit in Arabiam*. Errorem castigavit Ill. Scaliger ad ann. MDCXLVIII. Tachus, ab exercitu destitutus, fugit Sidonem. *ἀπεχώρησε φυγ*

εἰς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης, Xenophon inquit. Inde vero per Arabiam ad regem. Wess.

76. 84. Ἔτη τρία πρὸς τοῖς τετταράκοντα] Vide ad L. XIII. 108. De Ocho et sceleribus, quibus ad Persicum regnum fuit grassatus, Plutarch. in extrema vita Artoxerx. et Iustinus L. X. 3. Wess.

76. 91. Τοῦ βασιλέως Ταχὼ etc.] Haec Diodori narratio confusa videtur, forte et hiulca est. Sane multum diversa ab iis, quae de hoc negotio multo accuratius narrat Plutarchus in Agesilao: cum vide. Palm.

Ibid. Ἐπανελθόντος πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀγησίλαον etc.] Turpiter hic se Diodorus dedit. Fugisse *Tachum* ad Persas, atque in gratiam fuisse receptum, vero consentaneum est ob ea quae Athen. L. XIV. p. 616. D. et Aelian. Hist. Var. L. V. 1. Sed rediisse ad Agesilaum, illoque adiutore regnum reciperasse, non item. Rex Agesilaus, Tacho deserto, sese ad Nectanebum adiunxit, cumque eodem tempore Mendesius quidam Aegypti regnum sibi vindicaret, et in Nectanebum inferret arma, illum, cui operam addixerat, defendit, victoque Mendesio, regem confirmavit, donis propterea a Nectanebo egregiis auctus. Haec Plut. Ages. p. 618., consentientibus Xenophonte et Nepote in Agesil. c. 8. et Polyaeno L. II. 1. 22. Posuit ergo pro Nectanebo Tachum et in Mendesii eius locum Nectanebum. Conf. Cel. Iac. Perizon. ad Aelian. L. V. 1., errorem nostri scriptoris bene perstringentem. Wess.

76. 2. Εἴς τινα πόλιν εὐμεγέθη]. Plut. Ages. p. 617. E. εἰς πόλιν εὐερκῆ καὶ μέγαν ἔχουσαν περίβολον. Polyaen. L. II. 1. 22. εἰς χωρίον, urbis nomen praetereuntes. Tamen mire blanditur elegantissima T. Hemsterhusii coniectura, corrigentis εἰς Ταῦα πόλιν εὐμεγέθη. Res gesta in nomo est Mendesio, nec longe distabat *Tava* urbs, ut in eam sese opportune recipere potuerint. Id doleo, patrocinium urbi schedas vetustas negare, vulgatum mordicus retinentes. Vide quae scripta sunt Miscell. Observ. Vol. VI. p. 296. Wess.

77. 12. Τῷ πλήθει κεκυκλῶσθαι] Legendum puto κυκλώσεσθαι. Sed κεκυκλώσεσθαι fortasse alii malint, quod videatur facilior fuisse lapsus ex κεκυκλώσεσθαι in κεκυκλῶσθαι. Steph.

77. 13. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος etc.] Confer Plut. Ages. p. 618. D., aliter haec scriptione persecutum. Wess.

77. 26. Ἐν μέλιτι κομισθέντος εἰς τὴν Σπάρτην] Io. Kirchmannus de Fun. Rom. L. I. 8. multa hoc de more. Spartani reges peregre defunctos melle, ne corrumperentur et foeterent, muniebant. Hinc auctor Agesilao mel circumfundit, quo tamen litus non est. Nepos Cornelius Ages. c. 8. *Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, quod* MEL *non haberent, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.* Paria Plut. in extrema Agesilai vita. Wess.

77. 30. Πάλιν καθίστησαν τὸν πόλεμον] Addenda praepositio est, quae in his Pausaniae ὡς δὲ ἐς τὸν πόλεμον, τὸν ἱερὸν ὀνομασθέντα, οἱ Θηβαῖοι κατέστησαν L. VIII. p. 656. Wess.

77. 37. Καὶ δυσχερῶς φέρουσαι τὴν etc.] Videndus hac de re idem est Pausanias L. VIII. 27. Wess.

77. 48. Οὗτος δὲ παρελθὼν εἰς Μεγάλην πόλιν] Demiror Demosthenem Or. de Megalopolit. nihil horum attingere: occasio certe quidem accommoda erat. Wess.

77. 54. Ἀθάνας ὁ Συρακούσιος] Auctor ille a Plutarcho in Timoleonte p. 247. Ἀθάνις vocatur, non Ἀθάνας. Sic etiam Athenaeo L. III. 20. citatur Ἀθάνις ἐν πρώτῳ Σικελικῶν. Palm. Plutarchi vetus interpres Athanes legit, quod Codd. quidam ratum habent, ut Xylander et Brianus admonuerunt. Ille ergo cum Diodoro nihil admodum pugnat. Ex Athenaeo adparet, Athanam res maioris Dionysii primore Sicularum Rerum libro obiter perstrinxisse, et de poetico eius studio ineptisque verborum compositionibus quaedam admiscuisse. Wess.

77. 61. Νικοφήμου] Sic et Aeschin. Or. in Timarch. p. 15., ubi Schol. οὗτος ἦρξε πρὸ Θεμιστοκλέους errore manifesto, et Dionysius Halicarnasseus in Dinarcho p. 115. At Demostheni Or. in Steph. H. p. 635. ἐπὶ Νικοδήμου ἄρχοντος. Wess.

77. 63. Ἐπὶ δὲ τούτων Ἀλέξανδρος etc.] Superiore anno haec ab Alexandro fuisse inchoata, cum Molon Athenis Archon esset, ex Demosthenis Or. in Polycl. p. 667. constat. Wess.

77. 69. Στρατηγὸν Λεωσθένην ὑπολιπόντων] Haec ultima vox mendum redolet: forte legendum ἀποπεμπόντων. Forte aliquid deest, et forte integra linea. Palm. Ego vero in alia omnia transeo, locum nec defectum neque morbosum arbitratus. Alexander Thessalus Cycladas insulas, Tenum, Peparethum et alias infestabat: eodem tempore in Chersonese res fiebant novae: Proconnesii auxilium rogabant. Praeterea Byzantini, Cyziceni et Chalcedonii naves frumentarias, ex Ponto venientes, suos in portus deducebant. Ad omnia ea triremibus Atticis erat opus, opus etiam ducibus: horum ergo e numero Leosthenem ad Peparethum reliquerunt, alios ad alia loca dimissis. Haec sunt planissima ex Demosthene Or. in Polycl. p. 667. et seqq., cui adiungendus Polyaen. L. VI. 2. 1., e quo praeterea cognosces Panormum aut ipsa in Peparetho fuisse, aut certe non longe inde disiunctum. Wess. στρατηγὸν Λεωσθένη ἀπέστειλαν μετὰ νεῶν ex hoc loco Gemistus.

78. 87. Ὁ μὲν οὖν Χάρης etc.] Charetis mores perstrinxit Theopompus notaque perpetua inussit apud Athen. L. XII. p. 532., sed vide infra L. XVI. 86. et quae ad Nepot. Chabr. c. 3. congessit D. Lambinus. Wess.

78. 91. Τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον] Non dubito quin post ἱστορίαν desit participium συγγραψάμενοι aut

πραγματευσάμενοι. Fortasse autem et initio p. 457. ante *ἀπὸ* deest itidem *συγγραψάμενος* aut *πραγματευσάμενος*, ut sit *τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν ἀπὸ τῆς* etc. Steph. in Add. Supple *ἀναγράψαντες*. Rhod. Alterutra amplectenda expletio erit, nisi si minore molimine malueris *τῆς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίας — κατεστρόφασι τὰς συντάξεις*. *Dionysiodorus* idem esse censetur, de quo apud Diogen. Laert. L. II. 42. *Anaxim* qui praeter Nostrum memoraverit, nemo nunc quidem succurrit. Wess.

78. 94. *Αὐτοῦ παραγράφομεν*] Codd. consensui hoc negandum non erat. Ipsemet auctor suum agnoscit extremo L. II. *αὐτοῦ περιγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον.* et L. I. 41. *τὴν πρώτην μερίδα αὐτοῦ περιγράψομεν.* Atque hoc bene. Scribendum praeterea *περιγράφομεν* ob ea, quae dicta sunt ad L. I. 41. Wess.

ANNOTATIONES IN LIBRUM DECIMUM SEXTUM.

81. 8. *Καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν*] Videtur aut *γενέσθαι ἄν*, aut *γενήσεσθαι* sine *ἄν* legi debere. Steph.

81. 36. *Μεσολαβηθεὶς ὑπὸ τῆς πεπρωμένης*] Sic L. I. 3. Sed vide not. ad L. XI. 2. Wess.

82. 47. *Καλλιμήδους*] Non aliter Archontem adpellat Dionysius Halicarnasseus in Dinarcho. Diogenes Laert. II. 56. *ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου*, aut *Καλλιδήμου*, unde Io. Meursius de Archont. Ath. L. IV. 6. refingit *Καλλιμήδους*, Menagio probante. Stadii hac Olymp. victor *Πρῶρος* Pausaniae L. X. 2. p. 802., sed una litera auctior, ut bene monuit Sylburg., in Eusebio Chron. vocatur *Παῦρος Κυρηναῖος*. Wess. *Porus* Eusebius Maii p. 151.

82. 50. *Γναῖον Γενύκιον*] Hic *Γενύκιον* habent exemplaria, quum in locis praecedentibus habeant *Γενούκιον*. quae scriptura hic quoque servanda potius fuit. Steph. Livio Caius praenomen est. Sed Nostro Tabulae Capitolinae suffragantur. Rhod. *Γναῖον Γενούκιον*] Hoc praetuli, quod auctor ita soleat. De praenomine Genucii ad Livii L. VII. 3. Sigon. et Drakenborch. recte decernunt. Wess.

82. 58. *Παρέθεντο τοῖς Θηβαίοις*] Superioris libri c. 67. a fratre Alexandro Thebanis obses Philippus datur, opinionem, uti diximus, probantibus Iustino et Plutarcho. Utramque sententiam Gemist. Pletho coniungit, et primo ab Amynta, Illyriorum armis fracto, obsidem praebitum Thebasque amandatum, deinde a fratre Alexandro fidei pignus Pelopidae Thebanisque permissum et cum Epaminonda eductum pariter atque institutum adfirmat. Mihi rem penitius introspicienti utraque narratio difficultatibus premi videtur gravissimis. A patre enim obsidem si acceperint Illyrii et Thebis deposuerint, uti hic auctor fatetur et cum eo Libanius T. I. p. 106. A., admodum infans Thebas deductus est, nec dum habilis praeceptis philosophiae Pythagoricae. Aetas Philippi rem planissimam reddet. Decessit anno primo Olymp. CXI., annum

agens XLVII., Iustino auctore L. IX. 8. Itaque cum pater Amyntas anno tertio Olymp. CII. moreretur, annum aetatis XIII. attigerat. Fac iam ante duos tresve annos, neque enim tempus certo constat, ob adversam bello Illyrico fortunam a patre victoribus esse traditum, et puerum admodum habebis Philippum atque ad philosophicam Pythagoreorum disciplinam per aetatem minus aptum. Certe *φύσιν καὶ φιλοπονίαν*, ut auctoris verba annumerem, ad studia ea conferre eo tempore vix potuisse videtur. Adde, in Macedonia mox a parentis morte Philippum fuisse et a matre Iphicratis genubus admotum, ex Aeschin. Or. *περὶ Παραπρ.* p. 31. Sed dederit eum frater Alexander, atque hoc pignore fidem obstrinxerit Thebanis, ecce alia incommoda. Contigit ea obsidis traditio anno Olymp. CII. 4., aetatisque Philippi XIV.; quo tempore quin philosophiae admoveri potuerit, equidem non dubito. At eius artis aemulum et condiscipulum habuisse Epaminondam, qui credam? Erat tum ille annis XL maior, quippe aetatis XL. rebus gerendis inpositus, teste Plut. T. II. p. 1129. C. Reportaverat iam tum nobilem illam Leuctricam victoriam, inque eo cum maxime occupabatur, ut agrum Spartanum populationibus ageret et ferret. Et cum dicemus pueri Philippi ea tempestate fuisse condiscipulum? Huc adiunge, Lysidem illum Pythagoreum, *προστάτην τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας* Epaminondae et Philippi, uti volunt, anno quarto Olymp. CII. inter vivos haud fuisse. Mortem obierat ea tempestate, qua Thebani exsules redierant, oppressisque patriae proditoribus, Thebis libertatem atque *αὐτονομίαν* restituerant, sive anno Olymp. C. 3. Apertum hoc ex illis, quae Theanor memorat apud Plut. de Socrat. Gen. p. 584. Qua ergo ratione Philippus Lysim istum Pythagoreorum arcana explicantem audire potuit? Equidem sive a patre Amynta, sive ab Alexandro fratre obsidis loco Thebanis permissum arbitreris, sicuti ante sum professus, hinc me non extrico. Sed necdum finis. Auctor dicit, Philippum cognita fratris caede ex custodia Thebana elapsum regni curam in se transtulisse: at Speusippus apud Athen. L. XI. p. 506. F. Platonem perhibet ad Perdiccam ablegasse Euphraeum Oritem, unum e discipulis, qui regi persuaserit *ἀπομερίσαι τινὰ χώραν Φιλίππῳ. διατρέφων δ' ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς ἀπέθανε Περδίκκας, ἐξ ἑτοίμου τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, ἐπέπεσε (Φίλιππος) τοῖς πράγμασι.* Fuit proinde Philippus in Macedonia sub tempus mortis fraternae, suaque in regione, quam Perdiccas precibus Platonis expugnatus condonarat, exercitum alebat. Enimvero, ut paucis defungar, haud inconcinne neque inprudenter superioribus Athenaeus adstruit, *τοῦτο δ' εἴπερ οὕτως ἀληθείας ἔχει, θεὸς ἂν εἰδείη.* Wess.

82. 73. *Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης*] Modus, quo Ptolemaeus ille Alorites Alexandrum occidit, dignus erat recenseri: eum nos docet Athenaeus L. XIV. 7. Sub specie saltationis cuiusdam Macedo-

nisae, quas, ut puto, in armis fiebat, occisus est, et quidem, ut ait Trogus (L. VII. 5.) dolo matris Eurydices, cuius adulter erat, gener suus ex Euryone filia Ptolemaeus ille. Caeterum in eo, quod ait Diodorus, Perdiccam occidisse in praelio contra Illyrios, non concordat Trogus, qui eum per dolum matris Eurydices etiam occisum quoque asserit: nihil tamen obstat, quin ambo verum dixerint: nempe occidit in praelii calore per sicarios a matre ad id immissos, vel eodem modo quo Urias Hettaeus in medio hostium derelictus. Caeterum Georgius Syncellus regnum Ptolemaei ponit undecim annis altius. PALM. *Πτολεμαῖος δ' Ἀλωρίτης*] De eo supra L. XV. 71. WESS.

83. 82. *Περίφοβοι καθειστήκεισαν*] Sic praestabat. Mox auctor ipse c. 3. *ἐν ἀπορίᾳ τῇ μεγίστῃ καθειστήκεισαν*. Scio augmenti rationem in verbis huius generis negligi saepe, veluti *παρακεχωρήκεισαν* L. XV. 62., *προβεβήκεισαν* L. XIX. 30., *συνδεδραμήκεισαν* eiusdem lib. c. 65., et *κεκληρουχήκεσαν* in Appiani L. V. Bel. Civil. p. 1135. item *πεποιήκεσαν* p. 1160., tum *προγεγράφεσαν* p. 1164. Sed a scriptis libris ut abiremus, caussa non erat. WESS.

83. 87. *Παυσανίας δέ τις* etc.] Idem ille Pausanias, ut fato Amyntas concesserat, ex exsilio reversus Macedoniae regnum invaserat, eo tamen deiectus ab Iphicrate, Eurydicen armis Atheniensium adiuvante. Docet id Aeschines Or. *περὶ Παραπρ.* p. 31. et Suidas in *Κάρανος*. WESS.

83. 91. *Κατῆγον ἐπὶ τὴν βασ. Ἀργαῖον*] Vid. ad L. XIV. 92. Hic constanter veteres libri *Ἀργαῖον* vocitant, eumque illis Demosthen. Or. in Aristocrat. p. 422., Libanius Propempt. ad Iulian. p. 160. D. et Or. ad Theodos. p. 412. B. et Harpocrat. in *Ἀργαῖος*. Morellus *Ἀργαῖον κατάγειν Argeum pellere* aut *appellere* apud Libanium vertit, quasi mons esset *Argaeus*. Egregie profecto! WESS.

83. 5. *Ἐξοπλισίας*] *Ἐξιππασίας* in ora Steph. Vid. ad L. XV. 79. WESS.

83. 7. *Μιμησάμενος τὸν ἐν Τροίᾳ τῶν ἡρώων συνασπισμὸν*] Ad. Turnebus Advers. L. VI. 21. Diodorum respexisse censet ad Homericum illud Il. N. 131:

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
Νευόντων· ὣς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.

Prorsus ex vero. Namque et Polybius L. XVII. 25., ubi inter se Romanorum legionem et Macedonicam phalangem contendit, eosdem versus excitat. Curtius satis scite L. III. 2., ab Homerico non longe deflectens: *ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen. VIR VIRO, ARMIS ARMA conserta sunt: ad nutum monentis intenti, signa sequi, ordines servare didicerunt.* Plura Ezech. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 231. WESS.

83. 17. Ἀφεὶς αὐτὴν αὐτόνομον] Vide max. c. 8. et imprimis Polyaen. L. IV. 2. 17. artes Philippi in Amphipoli libera declaranda optime expedientem. Athenienses maximo opere restitutam sibi Amphipolim desiderabant, cumque Philippi Macedonumque imperio libera esset, ut suam in potestatem rediret, moliti, etsi frustraneo conatu, multa sunt, quae ex Theopompi fragmento apud Suidam in Τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς etc. peti possunt. Wess.

84. 34. Ὑποσπόνδους ἀφῆκε] Fuere hos inter Atheniensium aliqui, quos lenissime habitos, restitutis etiam amissis omnibus, liberos dimisit Philippus, amicitiam eius civitatis studiosissime quaerens. Vide Demosthenem Or. in Aristocrat. p. 422. Wess.

84. 38. Ὤκησαν — Κρινίδας] Repone ᾤκισαν, et pro Κρινίδας, Κρηνίδας. Rhod. Legendum Κρηνίδας ex Strabone. Palm. Ὤικισαν — Κρηνίδας] Reddidi auctori quod dederat ipse, quodque recurrit c. 8. sine menda; neque satis demirari possum, cur Basiliensem horum librorum editionem adeo contemtim viri docti habuerint, ut ne adire quidem atque inspicere sint dignati, haud raro tamen meliorem. Κρηνίδες, de quibus nos inferius, correxit ad Steph. quoque Berkelius. Wess.

84. 44. Ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν] Interpres *de v tamen inter haec discrepatur*, quasi fuisset ἐξ ὧν περὶ τῶν πέντε διαφωνοῦσι, vel ὧν περὶ τῶν etc. G. Io. Vossius de Hist. Graec. L. I. p. 32. διαφωνεῖν hoc esse loco ait, *extremum vocem edere, sive exspirare atque intercidere*. Sic sententia foret, *ex quibus quinque interciderunt*. Ea confirmatur a Photio Biblioth. Cod. CLXXVI. adfirmante ex Theopompi libris LVIII. iam olim quinque periisse, neque eos suo tempore reperiri. Fert eamdem vocis usum, de quo nos abunde supra L. III. 41. Hoc obstat, quod librum LV. Stephan. in Καρύα, L. LVI. Athenaeus L. XIII. 9. p. 639., librumque denique LVII. idem ille Stephanus in Μεσσαπέαι ad testimonium advocarint: illi enim cum lectitarint, quomodo Nostri aetate eos periisse dicemus? Discordia de vero eorum auctore si quae intercesserit, ut Rhodomannus versione sua indicavit, res omnis in vado foret. Elige ergo et sequere, quod libet. Hoc equidem iure adfirmare posse videor, Diodorum in Philippi rebus describendis Theopompi vestigia potissimum legisse. Id scriptoris fragmenta, suo quaeque loco excitanda, declarabunt. Wess. Nimirum, ut perspicue narrat Photius, non postremi quinque perierant.

84. 46. Κόϊντον Γενούκιον] Λεύκιον nominat Livius. Rhod. Λεύκιον Γενούκιον] Ita praestat ex Livio, ut bene Rhodom., L. VII. 4. Adde Fastos Pighii ad ann. CCCXCI. Wess.

84. 61. Βάρδυλις δ' ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασ.] Idem ille est, de quo Cicero de Offic. L. II. 11. *Itaque propter aequabilem praedae partitionem et Bardylis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit.* Origo hominis fuit vilissima: ex carbonario enim regiam dignitatem inter Illyrios adeptus est,

teste Hellādio Besantino in Χρηστομαθείᾳ apud Photium Biblioth. p. 1579. Βάρδυλις, αἰτ, δέ τις Ἰλλυριῶν ἐστρατήγησεν, ἀνθρακεὺς γεγονώς. quibus gemina reperies in Libanii Or. XXVIII. p. 632. B., sed flagitiose corrupta, restituta tamen in integrum felicissima Henr. Valesii medicina ad Excerpt. Diodori Nostri p. 121. Wess.

85. 81. Ἐρρωμένως συνεστήσαντο τὸν κίνδυνον] Etsi hoc minime damnem, suspicio tamen nasci poterit, ὑπεστήσαντο fuisse olim, idque mutatum ob praecedens συνεστήσατο μάχην. Habes θαυμασίους ἀγῶνας ὑπεστήσαντο L. XII. 61. Sed ea suspicio est, forsan iniusta. Wess.

85. 86. Ταλαντευόμενος ἀεὶ ταῖς etc.] Vid. not. in L. XI. 22. Auctor iterum Eclog. 1. lib. XXXVII. ταλαντευομένης ὥσπερ ἐπίτηδες παρὰ μέρος τῆς νίκης. Wess.

85. 94. Καὶ στήσας τρόπαιον] Atqui moris non erat Macedonici, ut victis de hostibus statueretur tropaeum: quare, si Pausaniae fides, nec Philippus neque Alexander usquam, etsi toties victores, tropaeum erexerunt. Adscribenda ex L. IX. 40. verba sunt: Φίλιππος δὲ οὐκ ἀνέθηκε ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν. οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. Haec sufficiunt: cetera, quae consuetudinis caussam et originem exponunt, indidem sumi poterunt. Et tamen non hoc tantum loco, sed et c. 87. et 89. tropaei Macedonici mentio occurrit: meminerunt praeterea alii, quos omnes absolvit, culpa in Pausaniam relata, Io. Freinshem. ad L. III. 12. 27. Curtii, sed eius opinionis non admodum certus, quod notata ad eiusdem Curtii L. VII. 7. 14. planissime indicant. Enimvero quanto magis Pausaniae disputationem considero, in eam abeo sententiam, revera Macedonum in more non fuisse ob hostes fusos et fugatos tropaea ponere: historicos, quod in usu ceteris id esset Graecis, ἀκύρως esse locutos. Wess.

85. 5. Ἄπρακτος δὲ ὤν] Vide Plut. Dion. p. 961. A. et Iustin. L. XXI. 1. Wess.

85. 20. Μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν] Δυναστείαν Vat. Basil. Reg. 2. Sed iustum est vulgatum. Vid. c. 1. Wess.

86. 21. Τὴν — λεγομένην ἀδάμαντι δεδέσθαι τυραννίδα] Infra c. 71. τήν τε περιβόητον τυραννίδα καὶ δεδεμένην, ὥς ἔφασαν, ἀδάμαντι. Nimirum quod egregie fundatum et firmum putabant, id *adamante vinctum* perhibebant. Aeschines in Ctesiph. p. 65. ἀλλὰ χαλκοῖς καὶ ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΙΣ τείχεσι τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε. Docent copiosius viri doctissimi Kuhn. et Perizon. ad Aelian. VI. 12. Wess.

86. 26. Κηφισοδότου] Sigonio dicitur *Cephisodorus*, quem ex Nostro et Dionysio T. II. p. 115. bene redarguit Sylburgius.

Wess. *Cephisodorum* vocat cum eodem Dionysio vol. V. p. 593. 10. R. marmor Arundelianum.

86. 28. *Δίων ὁ Ἱππαρίνου*] Rhodomannus *Hipparini frater* vertens alibi occupatum habuit animum. Ceterum res Dionis eundem hunc in annum Diodorus congessit, ut expeditionem, sequente susceptam, commodius eademque serie posset exsequi. Alioqui multo citius Dio ex Sicilia in Peloponnesum fuit deportatus; quod ne temere fecisse videar, libet in rem praesentem venire. Mortem obiit senior Dionysius Olymp. CIII. anno primo. Plato arcessitur in Siciliam sub annum eius Olymp. tertium: quarto ferme post philosophi adventum mense Dio in navem inponitur atque in Graeciam amandatur. Docet id Plato Epist. VII. p. 329. C. Ipse retinetur invitus in sequentis anni autumnum, aegreque inpetrat, ut dimittatur. Vid. Plut. Dion. p. 964. D. Fuit certe aestate anni 1. Olymp. CIV. in Peloponneso, spectavitque solemnes ludos, ut Epist. II. p. 310. C. indicat. Circumvoluto deinde anno iterum Plato evocatur a tyranno, missa in hunc finem triremi, de qua Epist. III. p. 317. B. Diu nectit Philosophus moras: tandem literis Archytae, amicorum Tarentinorum, ipsiusque Dionis expugnatur, sicuti Epist. VII. p. 339. D. docet. Abit ergo sub annum 2. Olymp. CIV., honestissimeque excipitur. Mox rixis exortis abitum adulta aestate molitur: inpedit tyrannus, aegreque Philosopho persuadet, ut eum annum in Sicilia moretur. Haec Plato Epist. VII. p. 345. 346. Oriuntur labentibus mensibus nova iurgia: philosophus contemtius duriusque habetur; liberatur tandem, Archyta aliisque ex Italia philosophis, missoque in Siciliam Lamisco, deprecantibus, exeunte Olymp. CIV. Sic ipse ibid. p. 350. et Plut. Dion. 966. B. Nam Diogenes Laert. L. III. 22. errorem excusare nullo potest modo. Ineunte Olymp. CV. Plato, nuper Syracusis redux, Dionem convenit in Peloponneso, cum ludi Olympici celebrarentur. Vide Epist. VII. p. 350. B. Tum Dio manum comparare, idque contentiore studio, ubi accepit uxorem Areten alii nuptum datam, filiumque sic educari, ut indulgendo turpissimis inbuatur cupiditatibus. Lentum tamen et spissum istud negotium, quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur et pauci ob eam caussam ad societatem periculi perducebantur. Tandem exeunte aestate anni IV. Olymp. CV. portu solvit, et luna deliquium patitur, teste Plut. Dion. p. 968. A. Volventibus dein dierum hebdomadibus Syracusae occupantur, et anno quidem VIII. et XL. quam amissa fuerat libertas, auctore eodem p. 970. D. Quae quidem omnia in istum, quem innui, annum optime congruere, si quae de hoc lunae defectu commentatus est Seth. Calvisius, et initia senioris Dionysii ac XXXVIII tyrannidis eius annos cum cura consideraveris, meum ipse fatebere. Atque haec paullo copiosius persequi placuit, quod et Platonis et Dionis illae res negligentius habitae videantur. Wess. in Add.

86. 37. *Καὶ Νυσαῖον*] Pravum videtur. Nisaei nomen integrius servavit Corn. Nepos Dion. c. 1. *Namque ille superior* (Dionysius) *Aristomachen, sororem Dionis habuit in matrimonio: ex qua duos filios, Hipparinum et* NISAEUM, *procreavit.* Et ex Theopompi L. XL. Athen. Deipnos. L. X. 10., et Plut. princip. Timoleon., etsi nunc prave ibi *Νησαῖος*. Vid. viros doctos ad Aelian. L. II. Var. Hist. c. 41. WESS.

86. 45. *Σύλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ*] Xenoph. *Ἀναβ.* L. I. p. 205. *ἔλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ.* Athen. X. 10. *ὥσπερ ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένος.* Sic enim ibi legendum videtur. Lucian. D. Mort. XII. 3. *καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ.* ubi huius loci Clarissim. L. Bos oblitus non est. WESS.

86. 49. *Μεγακλῆν καὶ Χαρικλείδην*] De Megacle res certa est. In *Charicilde*, etsi eumdem mox iterum nominet, haereo. Credo equidem non alium atque eum esse, de quo Nepos in Dion. c. 5. *Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit* HERACLIDES, *ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus fuerat equitum.* Ipse auctor c. 16. *Ἡρακλείδην* vocat, sicuti et Plut. Dion. p. 972. D. Iusta itaque suspicio est, *ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΝ* librariorum errore in *ΧΑΡΙΚΛΕΙΔΗΝ* abiisse. Consentit Simson. Chron. ad ann. 3648. WESS.

86. 56. *Καὶ φορτηγοὺς δύο ναῦς*] Sic iterum c. 9. At Plut. Dion. p. 968. D. *τοὺς δὲ στρατιώτας τοὺς Δίωνος ἐξεδέξαντο στρογγύλαι δύο νᾶες, τρίτον δὲ πλοῖον οὐ μέγα, καὶ δύο τριακόντοροι παρηκολούθουν*, paullo aliter. Demosthenes vero *πλοίῳ στρογγύλῳ καὶ στρατιώταις ὀλίγοις* Dionem ait tyrannide Dionysium deiecisse Or. adv. Leptin. p. 413., ubi schol. recte *φορτηγὸν* interpretatur. Sequitur oratorem Synesius Serm. ad Paeon. p. 309. A. Nostro tamen consentaneus est Corn. Nep. Dion. c. 5. Porro in militum numero, quem Plutarchus DCCC minorem fuisse adfirmat, magnus est Aristotelis dissensus, *μετὰ τρισχιλίων ὁπλιτῶν* Dionem in Siciliam transmisisse perhibentis Rhetor. ad Alex. c. 9. p. 181. Tanta saepe illustribus in factis inter decora scriptorum ingenia intercedit discordia. WESS.

86. 60. *Χαρικλείδην δὲ ἀπέλιπε*] Scripseris *Ἡρακλείδην*, loco pristina sanitas redibit. De priore dictum antea fuit: alterum firmat ipsemet auctor c. 16. Scio Plut. Dion. p. 972. D. in quibusdam cum Nostro discordare: certo tamen constat Heraclidem, cum Dion in Siciliam solveret, relictum fuisse in Peloponneso. Mox *ἄξοντα κατόπιν* bene reddit Interpres *paullo post adducturum.* WESS.

86. 63. *Ἀνδρόμαχος ὁ Ταυρομενίτης*] Laudat hominem Plut. Timol. p. 240. D. Quod vero Tauromenium condidisse dicitur, haud levem habere difficultatem videtur, de qua nos supra L. XIV. 59. WESS.

86. 66. *Οἰκήσας*] Falso pro *οἰκίσας*. RHOD.

87. 73. *Καίσαρος ἀναστήσαντος τοὺς Ταυρομενίτας*] Post Siculum bellum Caesar Octavianus Tauromenitanos, ob adversam ad eorum oppidum cladem apud Dion. Cassium L. XLIX. p. 450., alio traduxisse videtur, colonis Tauromenium deductis. Nam coloniae iuribus insigne deinceps fuisse testis etiam Plinius est N. Hist. L. III. 8. Wess.

87. 80. *Ὁτὲ μὲν οἱ Θηβαῖοι — ὁτὲ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι*] Auxilii, quod Athenienses Euboeensibus maturatum submiserunt, meminit Demosth. Olynth. I. p. 4., tum Or. in Androt. p. 386. et adv. Aristocrat. p. 431., id insuper docens, Thebanos victos abiisse atque *ὑποσπόνδους*. Inspice praeterea Ulpiani scholia et Aeschinem Or. in Ctesiphont. p. 65. Wess.

87. 95. *Μαυσώλου τοῦ Καρῶν δυνάστου*] Belli socialis Mausolum facem et signiferum fuisse, Demosthen. significat princip. Or. de Rhod. Libert. Videntur tamen Byzantii, Rhodii et Chii iam ante se iunxisse, a Thebanorum duce Epaminonda in foedus accensi, quod superiore libro c. 79. indicatum est. Wess.

87. 4. *Οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἄλλων νεῶν*] Vide Corn. Nep. Chabr. c. 4. et Demosth. Or. in Leptin. p. 294. et de filio eius, iuvene ingeniosissime nequam, Athen. L. IV. p. 165. E. Wess.

87. 9. *Μέχρι τῆς Λυχνίτιδος — λίμνης*] Sic et Scymnus Chius v. 429., ubi de Illyriis:

Ἔχει δὲ λίμνην εὖ μάλ' ἡ χώρα τινὰ
Μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.

In Polybii L. V. 108. *Λυχνιδία λίμνη*. Plura ad Strabon. L. VII. p. 503. Casaub. et Palmer. Graec. Antiq. L. I. 35. p. 205. Wess.

87. 16. *Καὶ πολλὰς ἀφορμὰς δόντων εἰς πόλεμον* etc.] Multa de hoc genere conduxit Pricaeus in Paullinam 1. ad Timoth. V. 14. Amphipolim Philippus adgressus est, *αὐτονομίᾳ* nuper concessa securam, pronam tamen in Athenienses, quos et legatis missis, ut quam citissime auxilio occurrerent urbemque occuparent, rogarat: sed lenta illic, ut saepe in populari statu, consilia. Demosthenem adi, et vere hunc in annum res Amphipolitanas coniectas adgnosces, Olynth. I. p. 4. Wess.

88. 22. *Τοὺς μὲν ἀλλοτρίως — ἐφυγάδευσε*] Et eos quidem inprimis, quorum opera urbe erat potitus. Sic certe Libanius T. I. p. 106. D. *Ἀμφιπολιτῶν τινας θεραπεύσας, εἶχεν Ἀμφίπολιν. ὡς δὲ ἦν δεσπότης, δι' ὧν εἰλήφει τὴν πόλιν, τούτους ἐξήλαυνε. πρός γε τοὺς Πυδναίους οὐ διέστησεν ἀπὸ τῶν σπονδῶν τὰς σφαγάς. ἀλλ' ἀνέμιξεν ἀμφότερα ταῖς αὐτοῦ τέχναις.* Quorum postrema Philippum, quod interpretem fugit, indicant inter ipsas libationes et iurisiurandi sollemnia Pydnaeorum plures obtruncasse. Docet ipse Liban. T. II. p. 698. B. et ad Demosthen. Olynth. I. p. 3. Scholiastes, de *Pydna* a Philippo intercepta adscribens plura, tum Aristides T. II. p. 227. Wess.

88. 32. *Διὰ τὸ πλῆθος τῶν ταύτην ἐνοικούντων*] Conf. Libanii Argum. ad Olynth. I. Olynthum Agatharchides de Rubr. Mar. p. 17. *πόλιν μυρίανδρον* vocat, et recte: florebat enim x millium numero, alebat equites mille, peregrinorum et conducticiorum x millia, praetereaque foedere sibi coniunctos habebat vicinos plerosque. Haec Demosthen. Or. de Leg. Fals. p. 257. et Olynth. III. p. 21. Non ergo sine ratione rex callidissimus hanc sibi urbem quovis modo adiungere connixus est. Dedit illi *Anthemuntem*, vicinum et controversum oppidum, *τῶν ταλαιπώρων Ὀλυνθίων δέλεαρ* apud Liban. T. I. p. 406. D. Promisit eidem *Potidaeam*, atque hoc benivolentiae colore Olynthios circumscripsit. Vid. Demosth. Philipp. II. p. 46. et Or. de Cherson. p. 62. Aristid. T. II. p. 224. Wess.

88. 39. *Καὶ φιλανθρώπως αὐτῇ προσενεγκάμενος*] Hoc verum. Atheniensium tamen colonos durius habuit, eorumque bona diripuit, ni fallit Demosth., seu quis alius auctor Or. de Halon. p. 49. Wess.

88. 42. *Τὴν δὲ Πύδναν ἐξανδραποδισάμενος* etc.] Videtur in his aliquid esse commissum. Docuit auctor, Philippum Olynthiis promisisse Potidaeam, pro qua tamen Pydna illis datur. Praeterea Pydna iuris fuerat Macedonici, Atheniensium Potidaea. Illam sibi rex receperat, hanc Atheniensibus ereptam Olynthiis, ut ab Atheniensium eos societate alienaret, condonaverat. Sic Demosthen. Olynth. III. p. 12. et ex Theopompo Scholiastes. Scripseris *τὴν δὲ Ποτίδαιαν*, quemadmodum censuisse video Cel. Barbeyracium ad Histor. Foed. P. I. p. 211., aut potius *τὴν δὲ πόλιν*, bene se locus habebit. Quid? Gemist. Pletho non aliter legit: nam postquam de Potidaea occupata et dimisso Atheniensium praesidio ex Nostro commentatus erat, subiungit continuo: *τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενος καὶ κατασκάψας Ὀλυνθίοις τοῖς ἀστυγείτοσιν οὖσι νέμεσθαι καὶ τὰς κτήσεις ἔδωκεν.* apertissime confirmans suspicionem nostram. Wess.

88. 46. *Μετωνόμασε Φιλίππους*] Appian. Bel. Civil. L. IV. p. 1040. *οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι, καὶ Κρηνίδες ἔτι πρὸ Δάτου. κρῆναι γάρ εἰσι περὶ τῷ λόφῳ ναμάτων πολλαί. Φίλιππος δὲ ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾷκας χωρίον ὠχύρωσέ τε καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν* etc., satis opportune: quamquam de *Dati* titulo quod addit, non ita liquidum videtur. Nostro certe quidem si auscultes, *Κρηνίδων* nomen urbs habebat, cum a Philippo instauraretur. *Datus* olim dicebatur, ut apud Herodot. IX. 74. Adde Harpocrat. in *Δάτος*, Zenobium Cent. III. 11. et Strabonem L. VII. p. 511. in *Κρηνίδων* nomine Diodoro consentaneum, sed *Datum* non recte, si tamen ei rei ipsemet auctor, distinguentem. Wess.

88. 57. *Διὰ τούτου προετρέψατο προδότας γενέσθαι*] Sic

bene. De largitionibus Philippi Graeciaeque proditoribus inferius c. 56. Wess.

88. 64. *Γάϊον Πόπλιον*] Mendose pro *Ποιτήλιον*. Rhod. *Γάϊον Ποιτήλιον*] Ausus sum *Poetelii* nomen ad hunc modum refingere, tum quod *Πετίλιον* marginis Stephani non longe recederet, tum quod Pighius in Fast. ad ann. CCCXCIII., forsan ex Granvellani scripto libro, id Diodoro tribuat, et Cospus id versione reddat. Wess.

89. 70. *Ναῦς — τετρακοσίας*] *Quingentas* Corn. Nep. Dion. c. 5. *Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum* QUINGENTIS *longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum.* Credo librariorum peccato. Auctor enim iterum c. 71. et Plutarchus Dion. p. 963. E. cum Aeliano V. Hist. L. VI. 12. Dionysio CCCC naves longas largiuntur. Wess.

89. 91. *Ὑπὸ Μίνωος ἐκτίσθη*] Aliter L. IV. 79., ubi vide. Wess.

89. 95. *Ὄνομα Πάραλος*] *Σύναλος* hic Plutarcho Dion. p. 969., quam recte, non dixero. Wess.

89. 4. *Ἔτι δὲ Καμαριναίους καὶ Μαδιναίους*] *Camarinaeorum*, ad Dionem sese adiungentium conmeminit Plutarchus; de *Madinaeis* nihil, quorum quidem nulla apud alios quoque, qui res Siculas attigerunt, mentio. Hinc Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 357. *Nullum*, inquit, *alii cuiquam memoratum est oppidum Μάδινα. Et, post Camarinenses quum idem Diodorus dicat Dionem assumsisse illos, qui in vulgatis eius exemplaribus leguntur Μαδιναῖοι· nullos alios hos fuisse iudico, quam Μοτυκαίους, id est*, Motyeenses. *Pro quo vocabulo corruptum illud suppositum. Nisi forte suspicari libeat, vocabulum Καμαριναίους ab imperito atque oscitante exscriptore bis positum fuisse, unde postea alius alterum eorum discerpserit in καὶ Μαδιναίους.* Quo Catone, interea dum meliores libri certiora doceant, simus contenti. Wess.

90. 21. *Ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως*] Placere hoc potest: neque improbum tamen *ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως* fuerit, si de proposito tyrannidis pessumdandae intelligatur. Vide ad L. XV. 70. Ceterum Timocrates, qui Dionis uxorem, Dionysii sororem, in matrimonio habebat, urbi cum maxime praeerat apud Plut. Dion. p. 969. D. Wess.

90. 27. *Τοῖς παρατυχοῦσιν ὅπλοις συνεσκεύασε*] Hoc rarius. Simplex simili potestate perfrequens Appiano, qui L. IV. Belli Civil. p. 985. *εἰς ἀνθρακέα ἐσκεύασε*, *instruxit eum carbonarii habitu.* Et p. 989. *καὶ τοὺς θεράποντας ἐς ὑπηρέτας σκευάσας.* tum ibid. *τοὺς θεράποντας ἐς στρατιώτας σκευάσαντες.* iterum post pauca, *καὶ ἐσκεύασεν* (*τοὺς θεράποντας*) *ἐς*

ὑπλίτας. Conf. Iac. Gronov. ad Arrian. Exp. Alex. L. II. 6. Wess.

90. 41. *Οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισμυρίων*] Nimium videtur. Plut. *ἦσαν δὲ πεντακισχιλίων οὐκ ἐλάττους*, in Dion. p. 970. A. Idem quinque duntaxat et viginti Syracusanorum exsulum Dioni sese comites expeditionis addidisse refert p. 967. C. Wess.

90. 48. *Μετημφιασμένης — τὴν ἐλευθερίαν*] Convenit Strabonis L. XV. p. 1041. B. *μεταμφιάσασθαι καὶ μεταθέσθαι τὴν δίαιταν*. Et Io. Chrysostomi de S. Pelag. T. II. p. 586. E. *καὶ εἰσελθοῦσα μετημφιάσατο ἀφθαρσίαν ἀντὶ φθορᾶς, ἀθανασίαν ἀντὶ θανάτου*, respicientis divini illud viri in altera ad Corinth. c. V. 2. 3. Wess.

90. 55. *Ἐγένετο δὲ* etc. *ὀλολυγμὸς πολὺς*] Iubilantium et rebus in laetis tripudiantium feminarum esse *ὀλολυγμὸν* et *ὀλολυγὴν* et *ὀλολύζειν*, abunde ostensum a viris est eruditis Is. Casaubono in Theophrasti Charact. c. 21. Aristoph. Equit. v. 613. et Ezech. Spanhem. ad Hymn. Callim. in Del. v. 258. Paucis itaque defungar. Heliodorus Aeth. L. III. p. 136. *ὠλόλυξαν μὲν αἱ γυναῖκες, ἠλάλαξαν δὲ οἱ ἄνδρες*. Nam male de *ploratu* interpres. Aeschylus VII. C. Theb. v. 273.

Κἀμῶν ἀκούσασ᾽ εὐγμάτων, ἔπειτα σὺ
Ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιώνισον.

ubi docte Schol. et Iulianus Misop. p. 345. A. Wess.

90. 59. *Πάντες δ᾽ ἀπεδέχοντο μειζόνως ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον*] Explicabit Plut. Dion. p. 970. E. *ἀνῄει διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα καὶ τραπέζας καὶ κρατῆρας ἱστάντων· καὶ καθ᾽ οὓς γένοιτο προχύταις τε βαλλόντων καὶ προστρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατευχαῖς*. Qui quidem Diis eorumque signis honos cum exhiberetur olim, turpi quadam adulatione ad homines fuit translatus; quod egregie docetur ab Is. Casaubono ad Sueton. Calig. c. 13., quem consulere operae fuerit pretium. Wess.

91. 82. *Τά τε περὶ τὰς φυλακὰς ῥαθύμως ἔχοντας*] Eadem Polyaenus Strat. L. V. 2. 7., sed verbis levi vitio maculatis. Editur *οἱ μὲν ἔπεμψαν (πρεσβευτὰς) καὶ ὑπὸ χαρᾶς ΕΞΕΧΥΣΑΝ τὰς φυλακὰς, ὡς ἤδη τυράννου τὴν ἀρχὴν ἀφέντος*. Tu lege *ΕΞΕΛΥΣΑΝ*, ut sententia constet. Wess.

91. 95. *Τῆς διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης*] *Forte sic corrigendum: τῆς ἔσω διατειχίου μάχης*. Haec Rhodomannus. At postea in not. Correct. et Addend. *hinc me non satis expedio*, inquit. *Atque haud scio, an locus iste non mendum habeat*. A quo non dissentio: certe placere vix potest *ἐν σταδίῳ· ὀλίγῳ δὲ διαστήματι*. Ang. Cospus, qui XVI. hunc librum Latino sermone convertit, legisse aliter videtur; sic enim dat: *cumque haud magnum loci spatium intercederet (quippe intra munitiones statim erat pugna) accurrit subito magna hostium vis in eum locum satis an-*

gustum et vix stadii unius. Sed neque id satis arridet. Mallem πολὺν ἐποίει φόνον· ἐν σταδίῳ δὲ καὶ ὀλίγῳ διαστήματι etc., nisi consultius esset, fideliorum Codd. opem exspectare. Wess.

91. 15. Ἐναπελείφθη μόνος τῷ πλήθει] Dubites utrum praeoptes, hoc an ἐναπελήφθη, quod Steph. expressit. Supra L. XV. 48. οἱ ἐναποληφθέντες τοῖς πτώμασιν conmode sedem tueri possunt: hic cum interprete prius eligo. Wess.

92. 19. Τοῖς πολεμίοις παρ' ὀλίγον ὑποχείριος ἐγένετο] Haec uberius apud Plut. Dion. p. 971. D. Wess.

92. 43. Ἐν τοσούτῳ δὲ τὸ λοιπὸν etc.] Negliguntur Dionis hae artes ab aliis, Dionysii tamen fraudes, quibus inter se Dion et Syracusani collidi coepti sunt, non praetereuntibus. Inspice Plut. Dion. p. 972. et Polyaen. L. V. 2. 8. Wess.

92. 57. Ναῦς μακρὰς πολλὰς ἔχοντες] Quae continuo sequuntur, praesentiam negandi vocis non ferunt: hinc eam induxi. Wess.

92. 63. Καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν etc.] Addi debuerat Pitholaus, quippe consiliorum et caedis particeps. Xenophon Hellen. L. VI. p. 470., Plut. extr. Pelop. vita, Conon Narr. 50., Cicero de Offic. L. II. 7. et Ovid. Ib. v. 323. ordinem patratae necis exsequuntur. Wess.

93. 66. Μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς] Erant e senibus, qui Theben dignissimam censebant, cui templum conderetur, si Serino fides apud Io. Stob. Tit. VII. p. 91. Sed illa marito interfecto retinuit dominationem, adscito nomine tenus fratre Tisiphono, sicuti Xenophon et Conon testantur. Wess.

93. 70. Οἱ δ' Ἀλευάδαι καλούμενοι] Vid. L. XV. 61. Demosthenis Schol. omnia alia refert de Aleuadis, Philippumque contra eos, tyrannidis studiosos, a Thessalis fuisse auxilio arcessitum, ad Olynth. I. p. 8. et II. p. 14., errans, uti opinor. Wess.

93. 76. Κατεπολέμησε τοὺς τυράννους] Conf. huius libri c. 37. et Polyaen. Strat. L. IV. 2. 19. Wess.

93. 82. Τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρὸς] Hinc apud Athen. L. VI. 4. Ἔφορος ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ. Caussa enim cur dubitet, ea est, quod Ephorus belli huius historiam filio pertexendam reliquerit. Monuit etiam Io. Ionsius de Script. Hist. Phil. L. I. 9. 2., sed haesitans, utpote horum Diodori non recordatus. Wess.

93. 87. Ἔτη ἕνδεκα] Anni bene habebunt, si belli sacri initia in hunc annum referas cum Pausan. L. X. 2. Nostro tamen aliud placet principium c. 23. Wess.

93. 90. Καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ] Eadem extremo L. XIV. Wess.

93. 92. Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος etc.] Ἀνὴρ Ἀθηναῖος, οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος, apud Plut. de Herod.

malign. p. 862. B. Est profecto celebre eius nomen, etsi saepe exscriptorum negligentia depravatum. Is. Casaubonum vide in Diogen. Laert. L. V. 76., ad Athen. L. IV. 14. et Maussac. ad Harpocrat. voc. Ἀριστίων. Scripsit historicum opus, cuius una pars ab inchoato Philomeli sacrilegio ad Perinthum Philippi armis occupatam decurrebat: altera usque ad Philippi exitum. Sic Noster c. 77. huius libri. Praeter id et aliud reliquisse censendus est, si de Demetrio Phalereo, ut bene suspicatur G. Io. Vossius de Hist. Graec. L. III. p. 360., quaedam sit commentatus apud Athen. L. XIII. 7. Quam quidem rem certam et claram Noster esse iubet L. XXI. Eclog. 5., ubi prave nunc Δίαλλος legitur. Dicit ibi descripsisse illum τὰς κοινὰς πράξεις libris XXVI., unde conficias haud iniuria, idem esse opus, quod a sacri belli initio Graeciae Siciliaeque res conplexum fuerit usque in ultimos Agathoclis tyranni annos; hoc amplius, rectiorem videri scripturam, a Stephano vetustis e libris depromptam, qua Diylli illud opus libris XXVI. absolvitur. Wess.

93. 97. Ἐλπίνου] Ἐλπίνης dicitur in Dionys. Hal. Dinarch. p. 115., sed Ἐλπινίκης in eiusdem Lysia p. 85., quod eius nomen praeoptat Sylburgius, neque respuit Io. Meursius de Archont. L. IV. 7., quibus equidem refragari nolo. Wess.

93. 99. Γναῖον Μαμέλιον Ἰμπεριῶσον] Hic Μάνλιον, et paullo ante Ποπίλιον scribe. Rhod. Coniectura non est Rhodomanni, sed ipsa veritas. Car. Sigon. praeterea Ποπίλλιον suo ex Cod. adfert ad Livii L. VII. 12., quod restituo. *Manlium* dat Cospus, incertum ex vetusto libro an suspicione. Porro stadii hac Olympiade victorem Euseb. Παῦρον Κυρηναῖον perhibet. Wess.

93. 10. Ἔπειτ' Ἀρπώνιον] Hanc urbem Gab. Barrius L. V. de Ant. et Sit. Calab. p. 185. ed. Lugd. nunc *Quarquarium* dici adfirmat, auctorem illi dans Diodorum, praeterea nihil. Mallem sinceram praestitisset scripturam et deinde situm inquisivisset. Ecquis enim *Arponio* patronus, Nostrum si seponas? Placet Ph. Cluverii coniectura, ἔπειτ' Ἱππώνιον legentis L. IV. Ital. Antiq. p. 1291. Eam suadet et propinquitas, non longe a Terina, et urbis Vibonis celebritas. Wess.

93. 13. Κατὰ γὰρ τὴν etc. οἱ δραπέται Βρέττιοι] Vide P. Leopardum Emend. L. IV. 12. Opportune Strabo, quem is excitavit, L. VI. p. 392. Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας. ἀπέστησαν δ', ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς (Λευκανοῖς) πρότερον, εἶθ' ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσεν Δίων Διονυσίῳ, καὶ ἐτάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. Firmat enim rem ipsam, et tempus Bruttiorum defectionis. Adde Ph. Cluver. Ital. Ant. Lib. IV. 15. Vide vero rerum humanarum vicissitudines. Iidem illi Bruttii, labentibus annis in non dissimile servitutis genus reciderunt, ob nimium Hannibalis altero Punico bello studium ad servilia ministeria Romanorum magistratibus praestanda

damnati apud Festum in *Brutiani* et Appian. fin. Hannibal. et alios. Wess.

94. 26. *Ἡρακλείδης δὲ ὁ καταλελειμμένος* etc.] Supra c. 6. Wess.

94. 30. *Ναῦς μὲν μακρὰς εἴκοσι*] Plutarchus dat illi VII triremes et tres alias naves, plura de hominis consiliis et cum Dione simultate adspergens in Dion. p. 972. Wess.

94. 40. *Ὕστερον δ' ἀπολειφθέντος ὑπὸ τῶν πολεμίων*] Antea bis ostendimus positum ληφθεὶς pro λειφθείς. sed vereor ne hic vice versa sit ἀπολειφθέντος pro ἀποληφθέντος. Steph. Recte Stephanus, cui Rhodomannus accedit. Idem vitium in his Io. Chrysostomi T. I. p. 345. B. de Imp. Valente, *ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀπολειφθεὶς μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν* etc. Ipse ἀποληφθεὶς reliquerat, sicuti ea, quae de imperatoris eius caede Zosim. L. IV. 24., declarant. Polyaen. L. V. 16. 5. *Παμμένης — ὑπὸ πλειόνων ἀποληφθείς*. ubi in scriptis idem est, ut saepe, peccatum. Wess.

94. 44. *Ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν*] Eadem Ephorus, insuper mortuo scriptione sua turpiter insultans. At Timonides, qui rebus gestis adfuerat, vivum in hostium potestatem venisse ac ludibrio fuisse, Speusippo perscripserat, referente Plut. Dion. p. 974., quem vide. Plutarchum sequitur Tzetzes, etsi solita iactantia in Timaeo, quem errans *Ἀνδροφόνου υἱὸν* pro *Ἀνδρομάχου* vocat, ea se lectitasse videri velit Chil. X. 850. Wess.

94. 65. *Τοὺς ἀρίστους τῶν μισθοφόρων ἀπέλιπε* etc.] Filium etiam Apollocratem, de quo ad Aelian. V. Hist. L. II. 41. Iac. Perizon., teste Plut. Dion. p. 974., qui haec et quae continuo succedunt, copiosius exsequitur. Wess.

95. 81. *Πολὺ τῶν Συρακουσίων — ὑπερεβάλλοντο*] Maluissem *τοὺς Συρακουσίους*, ut ipsemet atque alii plerumque adsolent. Vid. ad c. 88. libri XV. Wess. V. Schaef. ad schol. Apoll. p. 304.

95. 2. *Νύψιον τὸν Νεαπολίτην*] Videndus iterum est Plut. Dion. p. 976. A. Wess.

95. 5. *Ἐτέλει τὸν εἰς Συρακούσας πλοῦν*] Sic c. 68. *οὗτος μὲν οὖν κατὰ σπουδὴν ἐτέλει τὸν εἰς Ῥήγιον πλοῦν*. Alii, brevitatis studiosi, *τὸν πλοῦν* omittunt. Aristides T. III. p. 576. *ἴδοις δ' ἂν καὶ πρὶν εἰς Ἐλεφαντίνην τελέσαι*. Lucianus Hermot. c. 71. *αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ*, qui *τὴν ὁδὸν* intelligendam reliquit. Wess.

95. 17. *Καθωρμίσθη περὶ τὴν Ἀρέθουσαν*] Interpres *in Arethusae portu*, maluissem *propter fontem Arethusam*. Meminit, fateor, *λιμένος Ἀρεθούσης* Procopius Belli Vandal. L. I. 14. sed nusquam Diodorus, neque ante Procopium alii. Fons spectabat eam insulae partem, quae in magnum portum vergit, docente Ph. Cluverio Sicil. Antiq. L. I. p. 166. et Iac. Bonano L. I. Syrac. Antiq. c. 1. 7. etc. Wess.

96. 32. *Τινῶν δ' ἐγκρατεῖς κατέστησαν*] Quatuor navium potiti sunt, si Plutarch. in Dion. p. 976. A. audis. Wess.

96. 37. *Ῥαθύμως εἶχον τὰ περὶ τὰς φυλακὰς*] Alias ῥαθυμεῖν τὰ περὶ τὰς φυλακάς. Itaque nihil moveo. Vid. L. II. 19. et L. III. 55. et huius lib. c. 12., ubi eadem. Wess.

96. 39. *Ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν*] Conf. ad L. XIII. 87. *Ἀναμαχέσασθαι* auctoris atque aliorum adsuetudine satis est munitum. Namque et L. XIV. 2. *ἀναμαχόμενος δὲ τὸ περὶ τὸν βασιλέα γεγονὸς ἐλάττωμα·* et L. XVIII. 72. *ὁ δὲ Ἀντίγονος — ἀνεμαχέσατο τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα* reperies. Nic. Damascenus Excerpt. p. 482. *διενοεῖτο — τὴν ἐκείνου ἧτταν ἀναμαχέσασθαι.* Polyb. L. I. 55. *σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι τὴν γεγενημένην περιπέτειαν.* Liban. Basil. p. 133. D. *ἀναμαχεῖσθαι δὲ τὴν πληγὴν, οὐδὲ ὄναρ ἐλπίζουσιν.* Quae quidem ad verbi usum abunde erunt. Wess.

96. 49. *Ἐκ τῆς μέθης μεθύοντες*] Rhodomannus in not. suarum Addend. *pro μεθύοντες lego interim ἐγερθέντες·* quod probum foret, si Codd. patronos haberet. Ego vero non damno penitus vulgatum. Dixit Oppianus Halieut. V. 228. *ἐκ τ' ὀδυνάων θὴρ ὀλοὸς μεθύῃ.* et S. Ioannes Apocal. c. XVII. 2. *καὶ ἐμεθύσθησαν — ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς.* tum *γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων*, haud multa profecto varietatis dissimilitudine. Wess.

96. 73. *Ἐξαπέστειλαν ἱππεῖς*] Operosius haec Plut. in Dion. p. 976. D. exponit. Wess.

96. 75. *Δοριάλωτον γινομένην*] Sic infra L. XVIII. 46. et in Excerpt. Vales. p. 301., Euripid. Troas. v. 517., Synesius Encom. Calvit. p. 84. D. sed *δορυάλωτον* de Insom. p. 148. C., et Demosthen. de Coron. p. 170., Aeschin. *περὶ Παραπρ.* p. 32., Plut. T. II. p. 295. C.; quae scribendi discordia *δορύκτητον* et *δορίκτητον* quoque infestat. Vid. not. in L. XII. 83. Wess.

97. 82. *Καὶ διανύσας ὀξέως τὴν εἰς Συρακ.*] Quaedam rei gestae ordinem illustrantia negliguntur ab auctore, ex Plut. Dion. p. 977. C. petenda. De Hexapylis diximus alias. Tu vide Ph. Cluver. S. A. L. I. p. 145. Wess.

97. 14. *Τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἅπαντας ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων*] Considera sis magnum viri animum et mirare clementissimam lenitatem, qua Heraclidem et alios tractavit, apud Plut. Dion. p. 979. A. Wess.

97. 21. *Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα* etc.] Suo haec tempore narrantur. Sociale enim bellum Archontibus Agathocle et Elpinice potissimum fuit administratum. Dionysius in Lysia p. 87. *οὗτος δὲ ὁ πόλεμος (ὁ συμμαχικὸς) πίπτει κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκην ἄρχοντας.* Wess.

97. 29. *Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον*] Additi fuerunt Menestheo, cui belli eius curam Athenienses inposuerant. Corn. Nepos

Timoth. c. 3. *Fit Menestheus praetor, filius Iphicratis, gener Timothei, et, ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo usu sapientiaque praestantes, pater et socer, quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, amissa posse recuperari.* Idem docuerat Dionysius in Dinarch. p. 119., nisi orationem incuria quaedam corrupisset. Subveniamus scriptori optimo, suumque illi reddamus. Sic editur: εἴρηται γὰρ ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ Τιμοθέου ζῶντος, κατὰ τὸν χρόνον τὸν τῆς μετὰ ΝΕΜΕΣΘΕΣΕΩΣ στρατηγίας, ἐφ᾽ ἧ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἑάλω. Tu mecum ΜΕΝΕΣΘΕΩΣ refinge et felicem Sylburgii industriam ab vero longissime deflexisse, mirare. Wess.

98. 49. Ἐπιμαρτυρόμενος τοῖς στρατιώταις] Etsi non oblitus sim Paullini ex Ep. ad Galat. V. 3. μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ, mallem τοὺς στρατιώτας. Illud enim diversum est. De re ipsa Corn. Nepos Timoth. c. 3. Wess.

98. 52. Οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες] Iterum Nepos c. 3. *Ob eam rem in crimen vocabantur* (Iphicrates et Timotheus.) *Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat, accusatur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque eius aestimatur centum talentis.* Cui de centum talentis adsentitur Dinarchus Or. in Demosth. p. 92., sed levi vitio deturpatus: ἀλλ᾽ ἑκατὸν ταλάντοις ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ᾽ αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων. Quid? ipse se Timotheus detulit et repetundarum accusavit? nugae; neque enim adeo famae et capitis sui prodigus fuit. Dederat orator ὅτι χρήματ᾽ αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη. Aristophon actor erat, criminatusque est, Timotheum et Iphicratem pecunia corruptos rei gerendae occasionem neglexisse. Docet Polyaenus Strateg. L. III. 9. 29., et clarissime omnium Dinarchus ipsemet Or. in Aristogiton. p. 110., ubi verba, ut ea explevi, repetit. Porro Iphicrates, quem Diodorus in capitis hac caussa damnatum fuisse significat, absolutus est, Polyaen. dict. loc. et Corn. Nep. in Iphicrat. c. 3. cum Schotti nota, testificantibus. Wess.

98. 58. Ἀρταβάζου γὰρ ἀποστάντος] Accusabor fortasse temeritatis, qui receptam scripturam mutare sustinuerim, nihil Plethonem et veteres libros, in quibus Φαρνάβαζος, reveritus. Caussam accipe. *Artabazum* appellant omnes, Demosthen. in Aristocrat. p. 428., Polyaen. L. VII. 33., confundens tamen duos eiusdem nominis, auctor ipse c. 34. Eundem reperit suo in codice Ang. Cospus, restituendumque censuerunt viri doctissimi Simson. Chron. ad ann. 3649. et Barbeyrac. Hist. Foed. P. I. p. 216. Denique pertritum librariis est, Φαρνάβαζον et Ἀρτάβαζον, quod exemplis antea patefecimus, scribendo permiscere. Quae tibi levia si videbuntur, Φαρνάβαζον retine. Mihi alia mens, consilium aliud. Wess.

98. 77. Διαμείνας ἔτη τρία] Et hoc recepi Ang. Cospo

fideiussore. Accedit ipsemet auctor c. 7., cum de sociali bello, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία; firmaturque rei ordine. Susceptum est bellum Cephisodoto Archonte, et gestum acriter cum Agathocles et Elpinices Athenis praetores essent: sic Dionysius in Lysia p. 85. Non itaque ultra triennium propagatum est. Wess.

99. 78. *Μάρκον Φάβιον*] In Fastis *C. Fabium* adpellari, bene vidit Rhodomannus. Inspice Livium L. VII. 12. Wess. Monuit et Pighius L. IV. p. 282.

99. 80. *Καὶ διέμεινεν ἔτη ἐννέα.*] Maluissem ἔτη δέκα scripsisset, quemadmodum inferius c. 60. Bellum paullo conflatum citius, docente Pausan. L. X. 2., continuatum est in continuos decem annos. Id praeter Pausaniam agnoscunt et palam profitentur Aeschines Or. in Ctesiph. p. 74. et Athenaeus L. XIII. p. 560. B. Wess.

Ibid. *Φιλόμηλος γὰρ ὁ Φωκεὺς*] In Polyaeno *Φιλόμηδος*, quod Bongarsii monitu ad Iustin. L. VIII. 1. merito in postrema editione correctum est. Plut. Timol. p. 251. *Φιλόδημον* vocat, melius *Φιλόμηλον* T. II. p. 397. F. *Εὔμηλος* dicitur in schol. ad Pindari Pythion. Od. IV. 7., nec sine vitio tamen. Wess.

99. 89. *Οἱ δὲ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι* etc.] Iustinus aliter L. VIII. 1. *Lacedaemoniis crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent: Phocensibus, quod Boeotiam depopulati essent.* Sed verior caussa, quam Diodorus adfert. Pausanias quidem sibi non satis liquere ait L. X. 2., cur mulctam Amphictyones Phocensibus irrogarint, agri tamen Cirrhaei, de quo Demosthen. Or. de Coron. p. 165. Aeschin. in Ctesiph. p. 69. et Strabo L. IX. p. 641., a Phocensibus arati meminit, et mulctae eius nomine c. 15. eiusdem libri, ὅτε Φωκεῦσιν (*Ἀμφικτύονες*) ἐπεργαζομένοις τοῦ θεοῦ τὴν χώραν ἐπέβαλλον χρημάτων ζημίαν. Wess.

99. 92. *Οἱ μὲν Ἱερομνήμονες*] De his civitatium ad Amphictyonicum consessum legatis Aeschines Or. in Ctesiph. p. 69., Ulpianus ad Demosth. de Coron. p. 165. et Harpocration in Ἱερομνήμονες. Alius erant generis, de quibus Philosophus Polit. L. VI. 8. Wess.

99. 12. *Ἀφορμὰς ἔχειν ἀπέφαινε*] Ita postulant manu exaratae schedae. Pausan. eadem in re L. X. 2. οὗτος οὖν ὁ Φιλόμηλος σφίσι τε ἔκτισιν αὐτοῖς ἀδύνατον ἀπέφηνε τῶν χρημάτων. Wess.

99. 18. *Αὐτὰρ Φωκήων*] Non est de nihilo *Φωκείων*, quod Basileae vulgarunt. Duplici enim modo Homeri Il. *B*, 517. olim legebatur. *Τὸ δὲ Φωκήων*, Eustathius ait p. 273. 41. διφορεῖται κατὰ τοὺς παλαιούς, οἵ φασιν ὅτι ἐν τῇ Ἀριστάρχου διχῶς φέρεται· Φωκείων διὰ διφθόγγου δηλαδή, καὶ Φωκήων διὰ τοῦ ἤ. Secutus essem Basil., si ceteri Codd. suppetias ivissent. Wess.

100. 36. *Ἀχυρώσει*] *Ἀχυρῶσαι* non malum foret. Wess.

Ibid. *Ὁ δ' Ἀρχίδαμος ἀποδεξάμενος τὸν λόγον*] Non es

tantum ex causa, quod res in publicum videretur utilis, sed ob privatum etiam lucrum, ni fallit Theopompus. Namque is in literas retulit, Phocensium principes et Archidamum et Dinicham eius uxorem, quo maritum perpelleret, ingentibus donis corrupisse, apud Pausan. L. III. 10. Quid eos dico? non reges tantum, sed et Ephori senatoresque Spartani idem in crimen raptabantur, potissimum tamen a Messeniis, eodem indice L. IV. 5. Wess.

100. 45. *Τούς τε Θρακίδας καλουμένους τῶν Δελφῶν*] De caede constat ex Pausan. L. III. 10. *Thracidae* vero unde dicantur, et an sine vitio, decernere non audeo: sunt enim nusquam mihi, quod quidem meminerim, lecti. Videntur oraculi quidam administri fuisse, sive illi *Φοίβου Δελφοὶ θέραπες* in Ion. Euripidis v. 94. Wess.

100. 50. *Λοκροὶ μὲν οἱ πλησίον οἰκοῦντες*] Amphissenses fortasse, quos LX ferme stadiorum intercapedo Delphis dissociabat apud Aeschin. in Ctesiph. p. 71. Wess.

100. 55. *Ἔκ τε τῶν στηλῶν ἐξέκοψε*] Demosth., si tamen is auctor Or. in Neaer. p. 740. *καὶ ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἐκκόψαντας τὰ ἐλεγεῖα.* et Or. in Eubulid. p. 714. *καὶ τὸ ψήφισμα ἐκκόψαντες, ὃ ἐμοὶ ἐψηφίσαντο οἱ δημόται.* utrobique tamen libri veteres *ἐκκολάψαντες*, levi discrimine. Adde Dion. Chrysostom. Or. XXX. p. 335. D. Wess.

100. 63. *Ἐψηφίσαντο βοηθεῖν τῷ μαντείῳ*] Haud quidem iniuria Boeoti, si alias odii causas insuper habuissent. Debebant ex iurisiurandi religione *βοηθεῖν τῷ θεῷ καὶ χειρὶ, καὶ ποδὶ, καὶ πάσῃ δυνάμει.* Sin secus, imprecati sibi fuerant diras dirissimas, *μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα — καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ οἰκίας, καὶ τὸ γένος τὸ ἐκείνων*, apud Aeschin. Or. in Ctesiph. p. 69. et *περὶ Παραπρ.* p. 43. Wess.

100. 67. *Ἀναβιβάσας τοὺς μισθοὺς*] Amat hoc genus auctor. *Καὶ τὰς τιμὰς ἀναβιβάζοντες* L. V. 10. *Ἀναβιβάσας δὲ τοὺς στρατιωτικοὺς μισθοὺς* etc. in Excerpt. Vales. p. 266. Wess.

101. 83. *Ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους*] Vide Illust. H. Grotium de Iur. Belli et Pac. L. II. 19. 5. Athenis qui sacrum legerat, capite luebat et extra Atticae solum inhumabatur, Xenoph. Hellen. L. I. p. 351., par alibi poena, ut ex Dion. Chrysostom. Or. XXX. p. 336. A., et Philone Iud. apud Euseb. Praep. Evang. L. VIII. p. 392. D. cognosces. Wess.

101. 98. *Αἶξι μάλιστα χρηστηριάζονται*] Erant, uti eleganter Clemens Alexandrinus Protrept. p. 11. *συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας ΑΙΓΕΣ, αἱ ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι.* Dictum autem est, sicut *ὑσὶ μαντεύεσθαι* seu *caesis porcis oraculum petere* apud Pausan. L. VI. 2. p. 455. Namque eorum esse solet *χρηστηριάζεσθαι*, qui sciscitatum oracula veniunt. Infra L. XIX. 90. *ἐν μὲν γὰρ Βραγχίδαις χρηστηριαζομένου αὐτοῦ*, cum in

Branchidis oraculum consuleret. Etiam Strabo L. IX. p. 616. B. τοὺς δὲ Πελασγοὺς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρηστηριαζομένους ἀπελθεῖν. Et de Trophonii antro p. 634. C. καταβαίνει δ' αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος. tum L. XVI. p. 1105. B. καὶ ὁ χρηστηριαζόμενος ἦν τότε πολὺς, καὶ τρέχων εἰς μὲν Δωδώνην. Contra ea χρηστηριάζειν oraculi praeses, aut, numine eius plena, vates perhibetur. Sic de Apolline Strabo L. IX. p. 646. B. καὶ ἐσωφρόνιζε τοῖς μὲν ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΖΩΝ, καὶ τὰ μὲν ἐπιτάττων, τὰ δὲ ἀπαγορεύων. Mox vero Noster lege sancitum fuisse tradit, μηκέτι παρθένον ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΖΕΙΝ. quam quidem, mala si fide oraculum redderet, παραχρηστηριάζειν ferebant, sicuti Dodonaei Iovis antistitam Pelasgi apud Strabon. L. IX. p. 616. C. Usum parili modo χρᾶν et χρήσασθαι distinguere, notum est. Itaque transeo. Wess.

101. 1. Ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ] Descripsit haec Schol. ad Aristophanis Plut. v. 9. De capris et caprario, cui nomen Coretas, quaedam Plut. de Orac. Defect. p. 433. D., sicuti de profundo terrae foramine, quod in oracula patebat, Iustin. L. XXIV. 16. Wess.

101. 3. Καὶ περὶ τοῦτο γενομένων] Rhodomannus νεμομένων, satis eleganter. Solet tamen auctor vulgatum eo usu terere, ut esse atque aliqua in re versari exprimat. Vid. not. in L. XI. 75. et XIV. 26. Wess.

101. 17. Καὶ νομισθῆναι τῆς Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον] Oraculi possessio non eadem semper. Primas plerique omnes dant Terrae matri, Plut. de Pyth. Orac. p. 402. D. Aelian. Hist. Var. L. III. 1., quam propterea τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν Aeschyl. princip. Eumenid. vocat: Telluri tamen socium adiungit Pausan. Neptunum, L. X. 5. p. 809.; sed Terra tandem iure suo concessit, idque universum Themidi transcripsit, illa vero Apollini, aut, si Aeschylum audire malueris, Phoebae, quae id tandem Apollini in solidum condonavit:

— δίδωσιν δ' ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ. τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.

Hae veteratoribus olim artes, ut indoctam plebeculam pascerent, et oraculi originem quam antiquissimam facerent. Wess.

102. 23. Προφῆτιν τε μίαν πᾶσι καταστῆσαι γυναῖκα] Ita valuit primis et ultimis oraculi temporibus. At florentibus Graeciae rebus, et credula superstitione consultores Delphos compellente, duae fuerunt, quae et tertiam sibi vicariam, si sciscitantium frequentia expostularet, adsciscebant. Plutarchus de Orac. Defect. p. 414. B. ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ δόξαν οὕτως, ἥτε Ἑλλὰς ἐῤῥώσθη πόλεσι, καὶ τὸ χωρίον ἀνθρώποις ἐπλήθυε, ΔΥΣΙΝ ἐχρῶντο ΠΡΟΦΗΤΙΣΙΝ ἐν μέρει καθιεμέναις, καὶ ΤΡΙΤΗ δ' ΕΦΕΔΡΟΣ ἦν ἀποδεδειγμένη· νῦν δ' ἐστὶ μία ΠΡΟΦΗΤΙΣ, καὶ οὐκ ἐγκαλοῦμεν. ἐξαρκεῖ γὰρ αὐτὴ τοῖς δεομένοις. Ceterum om-

sium prima fuisse perhibetur *Phemonoë*, de qua Clemens Strom. L. I. p. 383., quam quidem insecutae plerumque capiebantur ἐξ οἰκίας γεωργῶν πενήτων, quippe inposterum artibus habiliores, apud Plut. de Pyth. Orac. p. 405. C. Wess.

102. 28. *Ἀφ᾽ ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι*] Athen. L. II. p. 38. B. *τρίποδα δὲ τὴν ὑπόβασιν ἔχοντες, ΤΡΙΠΟΔΕΣ ὠνομάζοντο.* Pythias eum insidebat, et *ἐγκύμων τῆς δαιμονίου δυνάμεως*, uti Longinus ait, oracula fundebat. Euripides Ion. v. 91.

Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον
Δελφὶς, ἀείδουσ᾽ Ἕλλησι βοὰς
Ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.

Plura non addo. Vide Langbaen. in Longin. sect. XIII. p. 97., Davisium ad Max. Tyrium Diss. XIV. p. 547. et de tripode eiusque figura Ez. Spanhem. ad Callim. H. Del. v. 90. p. 384., Schottum Explicat. Apotheos. Homer. p. 80., denique de cortinis, ad exemplum Delphici tripodis dedicari solitis, Is. Casaubon. in Sueton. Aug. c. 52. Wess.

102. 43. *Μηκέτι παρθένον χρηστηριάζειν*] Consuetudinem respicit Aelianus de Animal. L. XI. 10. *μάντις τε ἦν ἄρα ἀγαθὸς ὁ Ἄπις, οὐ καθίζων, μὰ Δία, κόρας, ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας ἐπί τινων τριπόδων.* Et Plutarchus Num. p. 66. B. *οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων, ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν*, ignis videlicet, qui perpetuus Delphis et Athenis servabatur. Tametsi autem vetula esset, dabatur studiosissime opera, ut *ἁγνὴ διὰ βίου καὶ καθαρεύουσα* perseveraret, Plut. Orac. Defect. p. 435. D. Porro simili ex caussa Arcades sacerdotem Hymniae Dianae, quae virgo esse debebat, nuptam mulierem esse iusserunt, *ὁμιλίας ἀνδρῶν ἀποχρώντως ἔχουσαν*, Pausan. L. VIII. 5. p. 609. Haud illi quidem inprudenter. Oves lupis committere, nemo prudens instituat. Et fieri tamen persaepe solet. Wess.

102. 46. *Ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς προφήτιδος*] Optime Reg. 1. Pythiae sollemnis hic titulus. *Ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἱ πάλαι προφήτιδες*, Noster L. XIV. 13. et hoc cap., Plut. T. II. p. 397., Iamblichus de Myster. Sect. III. 11. p. 73., alii. Vulgatum *προφητείας* loci sententiae tenebras obducebat. Wess.

102. 48. *Ἡμεῖς δ᾽ ἐπανάξομεν*] Rhodomannus genuinum esse censuit *ἐπανήξομεν*, cui etsi obviam ire nolim, videndum tamen, possitne salvum esse, quod scripti Codd. prae se ferunt. Fac subintelligendum reliquisse auctorem *τὸν λόγον*, quid tandem ad plenam orationem magnopere desiderabitur? Wess.

102. 52. *Ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ πάτρια*] Vir diligentissimus Ant. van Dale, cum hunc locum Dissert. I. de Oracul. p. 137. exscriptum dedisset, videri sibi defectum et lacerum significavit; neque iniuria, ut ego quidem arbitror. Minae, quas Pythiae ob responsum illud intentavit Philomelus, id illi gratum non accidisse, patefaciunt. Puto negandi particulam excidisse, rogantique vatem dixisse, non haec

esse patrii moris. Imperat Philomelus, ut statim e tripode vaticinetur. Atqui non licebat id quovis tempore, sed statis diebus, et olim quidem solo mense, quem Bysium Delphi adpellabant, Callisthene et Anaxandride auctoribus in Quaest. Graec. Plutarchi p. 292. F., seriore tempestate *ἅπαξ ἑκάστου μηνὸς* sive singulis mensibus semel, eodem teste Plut. de Pyth. Orac. p. 398. A. Opus praeterea multo erat ambitu, mactandaeque victimae, quae tum demum litabant, ubi toto corpore contremiscerent. *'Εὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὔ φασι χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν* iterum Plutarch. de Orac. Def. p. 435. C. Horum aliquid si fuerit neglectum, iurene Pythias *οὐκ εἶναι ταῦτα πάτρια* dixerit? Mecum sentit in not. Addend. Rhodomannus, qui *ταῦτά ἐστι παρὰ τὰ πάτρια*, vel *ὅτι ταῦτα οὐκ ἐστὶ τὰ πάτρια*, se malle testatus est. Wess.

102. 65. *'Υπερπετόμενος*] *'Υπερπετώμενος* Reg. 1. Vid. ad L. IV. 77. p. 321. Wess.

103. 67. *Τὰς τρεφομένας ἐν τῷ ἱερῷ*] Forte eas respicit apud Euripidem cognominis fabulae v. 172. Ion:

'Εὰ, 'Εὰ, τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα;
Μῶν ὑπὸ θριγκοὺς, εὐναίας
Καρφυρὰς θήσων τέκνοις;

Sic lege. Nam *καρφηρὰς*, quod sedem eam invasit, ineptum est, sicuti et ea, quae Burdelot. notavit ad Heliodor. p. 16. Melius praestantissimus, dum superabat, G. Arnaldus Lect. Graec. L. I. 11. p. 76. ex Hesychio in *Καρφυλαί*. Ion vero, ut ad eum redeam, hoc praeter cetera ministerii obibat, ut a donariis, ne ab avibus inquinarentur, eas arceret: unde

— — πτηνῶν τ' ἀγέλας,
Αἳ βλάπτουσιν
Σέμν' ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς
Φυγάδας θήσομεν.

vers. 106. inquit. Wess.

103. 81. *Καὶ τόν τε σταθμὸν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναθημάτων*] Liquet hinc, quod et aliunde constat, donariis singula pondera fuisse inscripta, eorumdemque numerum, quo quaeque loco in thesauris erant reposita, tabulis insertum. Rem illustrabit Herodotus L. I. 5. et monumentum inter Antiq. Asiat. Edm. Chishull. p. 69. etc. Wess.

103. 94. *Γαΐον Μάρκιον* etc.] Conf. Livium L. VII. 15. Wess.

103. 6. *Περὶ τὰς Φαιδριάδας καλουμένας πέτρας*] De Aesopo Suidas in *Αἴσωπος* et *Φαιδριὰς*, perisse eum perhibent *κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν*. quae eadem saxa. Plutarchus fabulatorem eum praecipitem ex rupe, cui *Hyampiae* nomen erat, actum refert T. II. p. 557., insuper addens, Delphos, cum poenas Aesopo dedissent, sacrilegorum sup-

plicium ἐπὶ τὴν Ναυπλίαν ἀπὸ τῆς Ὑαμπείας transtulisse; qua re suspicionem movit Ampl. G. Cupero Obs. L. IV. 4. petras illas communi nomine *Phaedriadas* fuisse vocatas, et eam quidem non absurdam, incertam tamen. Id constat, saxum illud, unde sacrilegos deiiciebant, prope Delphorum urbem fuisse. Οὐ πάνυ πόῤῥω τῆς πόλεως εἶναι λέγεται ἡ πέτρα Lucian. Phal. I. 6., quorum si recordatus fuisset Iac. Palmer. Graec. Ant. L. VI. 11., citra dubium esse pronuntiasset, quod coniectando divinabat. Wess.

104. 26. Βοηθεῖν ἔγνωσαν Βοιωτοὶ καὶ Λοκροὶ etc.] Quotquot concilii Amphictyonici participes erant, iurisiurandi quadam religione opem hanc templo debebant. Populi erant XII, qui in concilium coibant: Thessali, Boeoti, Dores, Iones, Perrhaebi, Dolopes, Magnetes, Locri, Oetaei, Phthiotae, Malienses, Phocenses, in Aeschin. Or. περὶ Παραπρ. 43. Aliter paullo Pausan. L. X. 8., aliterque Libanius T. II. p. 694. A. et Harpocration in Ἀμφικτύονες, sed levi discrimine ac propterea nato, quod generaliore nomine nonnunquam alii contineantur, monente doctissimo Prideaux ad Marm. Oxon. p. 123. Pleraeque, ut Nostri catalogus innuit, gentes templo suppetias venerunt, cum Phocensibus ex Ionibus adessent Athenienses, atque ex Doribus Lacedaemonii: ceteri enim Dores, qui ad Pindum accolebant, Apollini auxilium haud negarunt. Mox Ἀχαιοὶ Φθιῶται sine copula verum est, uti apud Strabon. L. VIII. p. 561., Libanium, Harpocrat. dictis loc., Nostrum L. XV. 80. Bene ergo Cospus. Wess.

104. 30. Συνεμάχουν Ἀθηναῖοι] Tabulas foederis recitavit Demosthen. Or. περὶ Παραπρ. p. 211., conficitque Phocensibus et Atheniensibus mutuam fuisse φιλίαν, συμμαχίαν καὶ βοήθειαν. Wess.

104. 31. Καί τινες ἕτεροι] Tolle haec verba, quippe imprudenter ex praecedentibus repetita. Wess. Non versu 31. sed 32. verba eadem deleri iussit Wesselingus, quamvis typographus manum eius perperam reddiderit. Reisk.

104. 40. Τὸν ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων καιρὸν] Suas sibi leges Amphictyonicum habebat concilium, quas Amphictyon aut certe Acrisius rogasse ferebatur: νόμους καταστησάμενος ἔξω τῶν ἰδίων, οὓς ἑκάστη πόλις εἶχε, τοὺς κοινοὺς ἅπασιν, οὓς καλοῦσιν Ἀμφικτυονικοὺς Dionysius Halicarnasseus R. Ant. L. IV. p. 229. Wess.

104. 58. Καὶ συλᾷν τὸ μαντεῖον] Conf. Pausan. L. X. 8. p. 817., Athen. L. XIII. p. 605. C., Polyaen. Strateg. L. V. 45. Wess.

105. 77. Περὶ λόφον Ἀργόλαν ὀνομαζόμενον] Collem *Argolam* alibi legere non recordor. Etymologus et Suidas serpentes Ἀργόλας habent, sed fabulosos, quorum originem optime mihi explicasse videtur vir magnus et reconditae eruditionis S. Bochartus Hierozoic. P. II. Lib. IV. 2. p. 449. Wess.

105. 88. *Θανάτῳ κολάζουσιν*] Vide not. c. 25. Wess.

105. 95. *Ἀνήγαγον*] Positum est loco *ἀπήγαγον*, quod de captivis et in carcerem ac supplicium ductis multo tritius. Vid. Desid. Heraldum Advers. L. I. 11. Porro in *ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς — τιμωρίας* praepositio subintelligenda: ceteroqui casus quartus fuisset ex usu magis. Wess. Appianus Bel. Civ. III. 29. *τῆς γνώμης μετατίθεσθαι*.

105. 10. *Ἑαυτὸν κατεκρήμνισε*] Pugnato adverso ad urbem Neonem, qua de Iac. Palmer. Graec. Ant. L. VI. 11. praelio, victus Philomelus ex praerupto, in quod fugerat, saxo sese praecipitem dedit. *Ὁ Φιλόμηλος ῥίπτει τε ἑαυτὸν ἐν τῇ φυγῇ κατὰ ὑψηλοῦ καὶ ἀποτόμου κρημνοῦ, καὶ ἀφίησιν οὕτω τὴν ψυχήν*, Pausan. L. X. 2. p. 802. Meminit etiam Philo Iud., sed rupta petra deiectum fuisse sacrilegum, *τὸν μὲν γὰρ (Φιλόμηλον) διὰ λόφου τραχέος καὶ λιθώδους, ῥαγείσης τῆς πέτρας κατακρημνισθῆναί τε καὶ καταλευσθῆναι*, apud Euseb. Praep. Evang. L. VIII. 14. p. 392. D. Wess.

105. 12. *Ὀνόμαρχος*] Philomeli frater, ut docetur inferius c. 62. Wess.

106. 17. *Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας*] Serius contigit, si non fallit ipsemet auctor c. 34. *Methonen* tamen ante Pagasas occupatam collocat Demosthen. Olynth. I. p. 4. Wess.

106. 18. *Παγὰς δὲ χειρωσάμενος*] Fuisse puto *Παγασὰς*, quam urbem a Philippo armis domitam ac ditioni subditam ex Diodoro perhibet Gemist. Pletho. Nec dissentit Demosthenes Olynth. I. et II. p. 13. *Pagae*, quod quidem sciam, nullae hoc erant tractu. Wess.

106. 20. *Ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα*] Vid. not. in L. XIV. 96. Dio Chrysost. illis regibus Leuconem accenset, qui vitae moderato instituto aevum ultimam in senectutem extenderunt. Or. II. p. 35. D. Fuisse vero anno superiore superstitem, ex Demosthen. Or. in Leptin. p. 285., quam Archonte Callistrato recitatam ex Dionysio novimus, certa claraque res est: non item, Leuconem eundem esse, de quo Ovidius Ib. v. 311. De Spartaco in Dissert. de Bospori reg. p. 57. P. E. Souciet. Wess.

106. 23. *Πρὸς Φαλίσκους*] Adi Livium L. VII. 16. Wess.

106. 27. *Ὑπὸ Ζακυνθίων τῶν μισθοφόρων*] Nimis brevi sermone extremis viri praestantissimi gestis auctor defungitur. Copiosius Cor. Nepos Dion. c. 9. et Plut. Dion. p. 983. Callippus, qui Nepoti Callicrates, homo et callidus et ad fraudem acutus, sed sine ulla religione et fide, domo Atheniensis, in breve tempus Syracusis principatum obtinuit, dein eodem gladio, quo amicum Dionem confecerat, iugulatus, teste ibidem Plutarcho, et de Sera Num. Vind. p. 553. D., cui iunge Platonem Epist. VII. p. 334. et Athen. L. XI. p. 508. F. Wess.

106. 31. *Εὐδήμου*] Dionysius Epist. ad Amm. p. 121. *ἐπὶ Θεοδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος*. Sed melius, quod et Sylburg. advertit, in Dinarch. p. 115. Wess. Veram scripturam esse *Θεοδήμου* vel *Θουδήμου* constat iam ex lapide Odericiano.

106. 32. *Μάρκον Πόπλιον*] Scribe *Ποπίλιον*. Rhod. *Μάρκον Ποπίλλιον*] Refingo id nomen, tum quod exemplum praebeat Coepus, haud multum a recto recedens, tum quod res sit aperta, atque inter *Πόπλιον* et *Ποπίλλιον* non magnum discrimen. Wess.

106. 41. *Πρὸς τὴν εἰρήνην ἔρρεπον*] Sequor meliores schedas. Aeschylus VII C. Theb. v. 21. *καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός*. Diodorus L. XII. 9. *τὸ μὲν πρῶτον ἔρρεπε — τὸ πλῆθος πρὸς τὴν ἀπόδοσιν*. Et L. XIII. 53. *οἱ μὲν ἐπιεικέστατοι τῶν Ἀθηναίων ἔρρεπον — πρὸς τὴν εἰρήνην*. Wess.

106. 43. *Περιεβλέποντο*] Ill. Scaliger et Vossius *περιέβλεπον*. quod multo certe tritius est. Wess. in Add.

106. 53. *Παρώξυνε τηρεῖν τὴν ὑπόστασιν*] Illustrat hoc genus Is. Casaubonus ad Polyb. L. I. p. 111. ed. Gron. Wess.

106. 64. *Ὃν ἀνέθηκαν—οἱ Ἀμφικτύονες*] Colossum hunc reperire non memini. Habet Pausanias duo Apollinis signa, ab Amphictyonibus ex mulctatitio Phocensium aere dedicata L. X. 15. Wess.

107. 69. *Διὰ τὸ τοὺς Ἀμφικτύονας* etc.] Hic mendum esse non ab re suspiceris, cum syntaxis non constet. Aut enim aliquid desideratur, quod accusativo *Ἀμφικτύονας* respondens sententiam absolvat; aut aliquid mutandum. Quid ergo? Si *τὸ* post *διὰ* in *γὰρ* vertas hoc sensu: *Nam cum propter Amphictyones, a multatione in templum nefarie deliquissent, et propterea novae obnoxii multae essent* etc. Rhod. De mendo dubium esse non potest: medicina non admodum placet. Puto post *τῶν Φοκέων*, quod in sequente oratione idem repeteretur vocabulum, pauca excidisse, quae *τὸν κολοττὸν ἀνατεθεικέναι, καὶ πάλιν τῶν Φωκέων εἰς τὸ ἱερὸν* etc., an alia fuerint, non temere decrevero. Id in confesso est, hoc vitii genere nihil esse frequentius. Wess.

107. 86. *Θρόνιον μὲν ἐκπολιορκήσας*] Gemist. Pletho, *Θρόνιον μὲν τῆς Ὀπουντίας Λοκρίδος ἐκπολιορκήσας ἐξηνδραποδίσατο. Ἀμφισσέας δὲ τῆς ἑτέρας Λοκρίδος καταπληξάμενος ἐπέταξεν ἑαυτῷ*, errans in *Thronii* vero situ, qui in Locris Epicnemidiis, sicuti *Amphissae* in Ozolis. Vid. Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. V. 2. et 5. Wess.

107. 93. *Ἀρτάβαζος ἀποστάτης ὢν* etc.] Vid. supr. c. 22. Wess.

107. 1. *Οἱ δὲ Παμμένη στρατηγὸν ἑλόμενοι*] Idem est, de quo Polyaen. Strat. L. V. 16. et Frontin. L. II. 3. 3. cum nota Clariss. Oudendorpii. Nec diversum puto Pammenem in Plutarch. Sympos. L. I. p. 618. D.; quae enim de eo praedicantur, in hominem optime congruunt, ob amores, et Philippi quidem, non bene audientem in Libanii Or. in Aeschin. p. 702. D. et T. I. p. 106. A., ubi

si scripseris ἀλλ' ἔμενεν αὐτοῦ (Φίλιππος) Παμμένους ἐρώμενος καὶ νέος ἐραστής, hians antea ac defecta oratio decurret recto tramite. Wess.

107. 11. Περὶ πόλιν 'Ορνεὰς] Conf. L. XII. 81. Wess.

108. 20. Πλὴν Καρδίας] Cardianorum urbem, loco opportuno atque ipso in aditu Chersonesi positam, sibi retinuit, indignante Oratore Or. adv. Aristocrat. p. 432. et Or. extrema de Pac. p. 43. Ipsi Cardiani, cum tractus eius urbes Atheniensium colonos admitterent, eos excluserunt, λέγοντες ἰδίαν χώραν οἰκεῖν καὶ οὐκ 'Αθηναίων in Libanii Argum. Or. Demosthen. de Rebus in Cherson., ubi ductu Diopithis, patris Menandri poetae, colonos hos eam in regionem deductos ostendit. Ἦν μὲν γάρ, inquit, Χεῤῥόνησος, ἡ πρὸς Θρᾴκην, τῶν 'Αθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον. εἰς δὲ ταύτην ἀπέστειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς κληρούχους ἑαυτῶν etc. De Cersoblepte Cotyis F., Atheniensium amico, idem Libanius T. II. p. 687. C. Wess.

108. 25. Ἔπειτα κατισχυόμενοι] Vid. Polyaen. L. IV. 2. 15. Mox ἔχοντας ἓν ἱμάτιον ἕκαστον offensioni esse non debet. S. Lucas A. A. c. 2. 6. ἤκουον εἷς ἕκαστος. tum πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν εἷς ἕκαστος; S. Paullus Ep. ad Philipp. c. 2. 4. μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε. Ioseph. Prooem. sect. 11. Bel. Iud. καὶ εἰς ἣν ἕκαστος τύχην διενεμήθησαν. Sic enim Codd. scripti. Longinus περὶ Ὕψ. sect. ult. p. 240. ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι. Placet et Latinis, Virgil. Aen. XII. 552. *Pro se quisque ruunt.* Vide N. Heinsium et P. Burman. ad Ovid. Metam. V. 212. Wess.

108. 30. Συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα etc.] Inflicti vulneris auctor *Aster* notissimus est ex Suida in Κάρανος, Ulpiano ad Olynth. III. p. 21., Luciano inprimis de Conscrib. Histor. c. 38., quem tamen inconsiderantia aberrantem in viam reduxit Iac. Palmer. Exercit. p. 557. Ob eam vero debilitatem Demosthenes satis criminose Philippum τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, traducit et taxat Or. pro Coron. p. 146. At multo asperius et vehementius Libanius T. I. p. 107. D. καὶ μὴν καὶ τὸ σῶμα τοιοῦτος, οἷον ἄν τις ἰδὼν οἰωνίσαιτο. χωλεύων, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένος, πολλὰ τῶν μελῶν πεπηρωμένος. Talem enim describit, quem quis ut naturae ludibrium malique ominis occurrentem aversatur. Mutuatus est colorem ex Demosthenis illo loco, et altero Or. I. in Aristogit. p. 492. ὁ λοιμός, ὃν οἰωνίσαιτ' ἄν τις μᾶλλον ἰδών, ἢ προσειπεῖν βούλοιτο. Morellus, interpres Libanii, antiquum obtinet. Wess.

108. 34. Πρὸς Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον] Conf. ad c. 14. Wess.

108. 49. Μόλις] Μόγις Reg. uterque, frequenti confusione. Vid. T. Hemsterh. ad Luciani Iud. Vocal. c. 4. Wess.

109. 67. *Καὶ τυχικῶς παραπλέοντος τοῦ Ἀθηναίου Χάρητος* etc.] Haec non quadrant nec secum, nec cum anterioribus, nec cum sequentibus. Nam ex his verbis videtur causam occisionis Phocensium praesentiae navium Atheniensium tribuere: at contra est. Nam Athenienses rebus Phocensium favebant quam maxime: dixit enim supra, *τοῖς δὲ Φωκεῦσι συνεμάχουν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι.* et infra etiam hac eadem pagina, dum recenset eos, qui in auxilium Phocensium copias miserunt, ait: *Ἀθηναῖοι δὲ πεζοὺς μὲν πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους.* Tum etiam Pausanias nos docet, quomodo Onomarchus perierit, in Phoc. c. 2. *Ὀνόμαρχος γὰρ φεύγων καὶ ἐπὶ θάλασσαν ἀφικόμενος ἐνταῦθα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατηκοντίσθη τῶν οἰκείων.* quod intelligo, non ut a suis proditus, sed in turba enatare conantium: et Philippus non ipsum Onomarchum, sed Onomarchi cadaver cruci suspensum affixit. Ita videtur deesse aliquid in Diodori textu inter *Ὀνόμαρχος* et *τέλος δὲ τῶν Φωκέων*, et est proculdubio imperfecta narratio et textus hiulcus. Sed apud Pausaniam pro *κατηκοντίσθη* lego *κατεποντίσθη*, quod multo melius. Nam quando hoc loco ait Diodorus Onomarchum in turba suorum enatare ad triremes Atheniensium conatum esse, quomodo ab iis, qui secum enatabant, et arma sua proiecerant, confixus fuisset iaculis? PALM. Aberrat, pace eius dictum sit, vir doctissimus a mente scriptoris, cuius oratio defecta non est. Erant sane Athenienses Phocensium amici et adiutores, et soli quidem ex universa Graecia hoc tempore, si verum dicit Demosthen. Or. *περὶ Παραπρ.* p. 267. Quare eorum cum forte classis praeternavigaret, pressi adverso praelio ad mare citi pergunt, nando, si possent, ad naves evasuri. Instante vero et urgente Philippo, conficiuntur conductitii milites iaculis, et inter eos Onomarchus, dux et signifer. Haec auctoris sententia, cui si tu opponas Pausaniam, nihil profecto promoveris: dissidet enim a Diodoro, cum Onomarchum a suis transfixum ait, quod in eiusmodi rebus haud praeter morem accidit. Ecce tibi, ne longius abeam, Philonem Iud. de Onomarcho apud Euseb. Praep. Evang. L. VIII. p. 392. D. *τὸν δὲ (Ὀνόμαρχον) ἀφηνιάσαντος τοῦ κομίζοντος ἵππου καὶ μέχρι θαλάσσης καταβάντος, ἐπιδραμόντος τοῦ πελάγους, εἰς ἀχανῆ βυθὸν αὐτῷ ζώῳ καταδῦναι.* Nihil de praelio, de fuga, nihil de iaculis: sed ab equo excussis habenis ad mare delatum, exundantibusque fluctibus raptum, atque una cum equo in voraginem pessum ivisse. Potes eum quidem *κατεποντίσθη*, quae Palmerii suspicio in Pausania, stabilire; at secus habet. Aliud ille, Pausanias aliud sectatus est. Mitto nunc, Pausaniae patrocinio esse Diodorum huius libri c. 62., ubi Onomarchus *καταχοπεὶς ἐσταυρώθη*. WESS.

109. 75. *Τοὺς δ' ἄλλους ὡς ἱεροσύλους κατεπόντισε*] *Ἐφῆκεν ἐλλοῖς Ἰχθῦσι διαφθορὰν* Sophocles Aiac. v. 1316. Frequens olim supplicium, quo reos oneratis gravi pondere cervicibus in

flumen aut mare praecipitabant. *Ὅταν γὰρ κατεπόντουν τινὰς, βάρος ἀπὸ τῶν τραχήλων ἐκρέμων* Schol. ad Aristoph. Equit. v. 1360. Sic Turnus *novo lethi genere deiectus ad caput aquae Ferentinae, crate superne iniecta, saxisque ingestis mergitur,* apud Livium L. I. 51. et in S. Matth. Evang. c. XVIII. 6. *ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.* Notavit aliqua Potterus ad Lycophron. v. 239., sed melius Is. Casaubonus in Sueton. Aug. c. 67. Ceterum inter legitimas sacrilegorum poenas et *καταποντισμὸς* censebatur. Philo Iud. *νόμου κειμένου, τὸν ἱερόσυλον κατακρημνίζεσθαι, ἢ καταποντοῦσθαι, ἢ καταπίμπρασθαι* dicto apud Euseb. loco, cui de ignis supplicio consentit Lucian. de Peregrini mort. 24. Wess.

109. 84. *Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν*] Decessisse Mausolum circa hoc tempus ex Demosth. Or. de Rhod. Liber. p. 117. quam Thessalo Archonte recitavit, conficias. Quod ergo extrema Or. de Pac. dicit, *ἐῶμεν τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν*, non hunc, sed Idrieum designat. Serius enim ea peroravit, Archonte Athenis Sosigene, uti ex Dionysii ad Amm. Epist. notum. Wess.

109. 88. *Διονυσίων ὄντων ἐπὶ θέαν βαδίζων ἀνῃρέθη*] Memnon apud Phot. Biblioth. Cod. CCXXIV. p. 705. *ἔθυε μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος.* Bacchanalia fuisse, ultima ostendit Chionis Epistola inter Graecan. p. 35., qua Platoni, certum sibi esse Bacchanalibus tyrannum adgredi, perscribit. Adde Iustin. L. XVI. 5., qui quoque Satyrum illi sufficit. Wess.

109. 89. *Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Τιμόθεος*] Successit Timotheus, nec statim tamen. Clearcho enim interfecto Heracleae tyrannidis curam capessivit Satyrus, illius frater, Timothei patruus et tutor, homo inmanis et crudelitate supra Clearchum, quem Diodorus neglexisse videtur, quod Timothei nomine Heracleae praeesset. Timotheus ipse vir leni fuit animo, crudelitatemque exosus civibus sese probavit. Vid. Isocratis ad eum Epistol. p. 624. et Memnonem c. 3. et 4. Wess.

109. 92. *Καὶ μέχρι τοῦ Τιβέρεως*] Tangit Etruscum id bellum Livius L. VII. 17. Wess.

109. 97. *Ἱππαρίνου τοῦ Διονυσίου καταπλεύσαντος*] Emenda *τοῦ Δίωνος* ex Plutarcho in Dione p. 972. A. Repetitum est in nepote avi nomen, ut amat fieri: nam Dion fuit Hipparini filius. Palm. Cave audias, tametsi viro doctissimo faveat Cospus. Dionis enim F. Hipparino locus hic esse non potest, qui, postquam in patriam rediit pater, cum a pristino victu, quem flagitiosissimum sectabatur, abduci nollet, se de superiore parte aedium deiecerat, atque ita interierat, auctore Nepote in Dion. c. 4. Conmodissimus vero Hipparino Dionysii F., Dionysii iunioris germano, quem ipsemet auctor huius libri c. 6., et Plato Epist. VIII. p. 357. C. memorant,

et quem Theopompus, occupata tyrannide, ebrium tradit confossum in Athen. L. X. 10. p. 436. A. Cogitasset vir praestantissimus, *πατρῴαν δυναστείαν*, ut Noster ait, Hipparinum illum recuperasse, Eusebiumque in Chron. auctori consentire, et Dionis Hipparinum missum fecisset. Porro viam et modum, quibus ad Syracusanae urbis dominationem grassatus est, persequitur Polyaen. Strat. L. V. 4. Wess.

110. 3. *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθην. Ἀριστοδήμου*] Haec praetore Athenienses insulam Samum colonis suis descripserunt, Philochoro teste in Dionysii Dinarcho p. 118. Praeterea stadii victor Eusebio *Μικρίνας*, sicuti in Steph. margine, dicitur, levi vel nullo discrimine. Quid enim *σμάραγδος*, *μάραγδος*, *σμήρινθος*, *μήρινθος*, *σμικρὸς*, *μικρὸς*, nisi dialecto, discrepant? Wess.

110. 13. *Ἀναίδην χρώμενος*] Vulgatum retineant, quibus placere poterit: mihi *ἀνέδην* Diodori videtur. Vitium peperit soni vicinia, etiam in his Musonii apud Io. Stob. Tit. CXVI. p. 595. *Ἵππος ἐσθίων μὲν καὶ πίνων καὶ ὀχεύων ἀναίδην*. Et Eusebii H. E. Lib. VIII. 14. IX. 8., cuius loca, a Davisio occupata ad Max. Tyrium Diss. XXVIII. p. 604., non exscribo. Vide not. ad L. II. 59. Wess.

110. 20. *Καὶ Πειθόλαος*] In Plutarchi Erotico p. 768. F. et Cononis Narrat. L., sed ex Hoeschelii correctione, *Πυθόλαος*. Noster sibi congruit et constat c. 39., utiturque adstipulatore Aristotele Rhet. L. III. 9. et 10. p. 132. 134. Wess.

110. 34. *Παρὰ τὸν Κηφισσὸν*] Quae hic in nobilissimi fluvii nomine scribendo discordia, ea apud Pausaniam aliosque perfrequens. Eam adi L. X. 8. p. 817. et c. 33. p. 883. Praestat tamen *Κηφισσὸς*, locupletium auctoritate munitior apud Eustath. in Iliad. *B*. p. 275. De militum numero, qui vel ceciderint vel victorum venerint in potestatem, nihil decerno. Litem diiudicabunt fideliores membranae. Wess.

110. 45. *Τὰ κατὰ τὴν Θετταλίαν καταστήσας*] Universam *φρουραῖς καὶ τετραδαρχίαις κατειληφὼς* Aristides inquit T. II. p. 229., secutus Demosthenem Philipp. III. p. 68. *οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν (Θετταλῶν Φίλιππος) παρῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύσωσιν*. Quae ex Theopompo illustrat in *Τετραρχία* Harpocration. Wess.

111. 52. *Ἐπικνημιδίους*] Sic plerique adpellant a Cnemide monte: *Ὑποκνημιδίους* tamen Pausanias L. X. 1. cum accuratissimi Sylburgii nota. Wess.

111. 53. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἀρύκαν*] Praestat *Ναρύκαν*, et post pauca *Ναρυκαίων*. Vidit errorem et correxit Celeb. Iac. Gronovius ad Stephani *Νάρυξ*. Confer not. in L. XIV. 82. Wess.

111. 57. *Ἄβας*] Haud aliter inferius c. 59., aliis *Ἀβαί*. Sylburg. adi ad Pausan. L. IV. 32. p. 360. et P. Leopardum L. VI. Emend. c. 22. Wess.

111. 65. *Περιπεσὼν νόσῳ φθινάδι*] Eadem de Phayllo Pausanias L. X. 2. p. 803. At Philo Iud. duplicem de interitu eius famam fuisse significat in Euseb. Praep. Evang. L. VIII. p. 392. D. *Φάϋλλον δὲ φθινώδει νόσῳ, διττὸς γὰρ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος, συντακῆναι, ἢ ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ συνεμπρησθέντα ἀπολέσθαι.* qui quidem rumor diditus in vulgus videtur, quod sacrilegorum plures Abis in Apollinis templo deflagrarint, de quibus c. 59. Wess.

111. 68. *Φάλαικον, τὸν Ὀνομάρχου υἱὸν*] Pausanias L. X. 2. filium Phaylli facit, quod Diodoro contrarium non erit, si de adoptione cogites. Latet eius, aut certe Phaylli, nomen in his Libanii T. I. p. 451. D. *ἀνῄρηκε Φωκέας* (Philippus) *Ὀνομάρχῳ δεῖ μέλειν. Φαϊάλῳ μέλειν.* quod enim editur exscriptumque vides, *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.* Wess.

111. 82. *Οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται παροξυνθέντες*] Miserunt etiam legatos Athenas, opem rogaturos: qua occasione Demosthenes Orat. *Ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν* civibus suis suasit, ne Megalopolitas opprimi paterentur: persuasisse tamen non videtur. Inter auxilia certe quidem Athenienses non recensentur. De tempore sumpti belli non discordat Pausan. L. VIII. 27. p. 656. Wess.

112. 7. *Καὶ πόλιν Ἑλισσοῦντα* etc.] Semper Pausaniae haec urbs *Ἑλισσὼν*, quamquam fluvium, unde oppido nomen, semel *Ἑλισσοῦντα* vocat, inprobante Sylburgio. Vid. L. VIII. 3. 29. 29. 30. Eius et Plethonis exemplo vocem spiritu asperiorem esse iussi. Wess.

112. 11. *Περὶ Τέλφουσαν*] Haud aliter Ethnicographus in *Τέλφουσα.* At Pausanias *Θέλπουσαν* vocare solet. Vide Sylburg. ad L. VIII. 24. p. 645. et Holsten. in Stephanum. Wess.

112. 28. *Θεσσάλου*] Dionysio *Θεσσαλὸς* et multo deterius *Θέελος* T. II. p. 117. et 121. Sed vide ad eius Dinarch. p. 115. Sylburg., et de consulibus Romanis Livium L. VII. 18. Wess.

112. 32. *Παρακαλοῦντες εἰσευπορῆσαι* etc.] Pletho *προσπορίσαι* habet, incertum an ex Diodoro. Mutat enim multa. Praeferrem, si quid novandum, *εἰσπορίσαι*, quod hoc usu non sprevit Isocrates Or. ad Philipp. p. 156. Sed vide not. in L. II. 31. Mox *δωρεὰν* cur praescribatur, praegnans non est ratio. Auctor inducendum negat L. XVIII. 58. *ὅτι πεντακόσια μὲν τάλαντα δεδώκασιν αὐτῷ δωρεὰν οἱ βασιλεῖς.* Et L. XX. 95. *καὶ δωρεὰν ἔδωκαν ἀργυρίου τάλαντα πέντε.* Athenaeus L. IV. 1. *ἐδόθησαν φιάλαι ἀργυραῖ ἑκάστῳ μία δωρεάν.* Sic enim optime Casaubonus. Wess.

112. 35. *Δωρεὰν*] *Δωρεὰν* ante *ἀργυρίου* nothum videtur. Rhod.

112. 54. *Διά τε τὴν ἀργίαν* etc.] Aegyptii, qua erant dicacitate, regem Ochum, *τὸ νωθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης διαβάλλοντες*, adpellabant *ὄνον* asinum apud Aelian. Hist. Var. L. IV. 8. cum nota Perizonii. Rex ipse prima expeditione non tantum victus

abiit, ἀλλὰ καὶ καταγελασθείς· καὶ δόξας οὔτε βασιλεύειν οὔτε στρατηγεῖν ἄξιος εἶναι, auctore Isocrate Orat. ad Philipp. p. 149. Wess.

113. 59. Ἔκρινε πολεμεῖν τοὺς ἀφεστ.] Adscripserat Scaliger ἔκρ. καταπολεμεῖν, aut ἔκρ. πόλεμ. πρὸς τούς. Neutro opus est. Saepissime Diodorus hoc loquendi genere usus est. Wess. in Add.

113. 68. Ἤρξατο Φοίνικας πολεμεῖν] Sic c. 42. συνελθόντες ἐπολέμουν τοὺς Φοίνικας. Et paullo ante, ἔκρινε πολεμεῖν τοὺς ἀφεστηκότας. Plura ad L. IV. 61. Wess.

113. 71. Τρεῖς γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ πόλεις] De Tripoli hac Scylax Peripli p. 99. αὕτη ἐστὶν Ἀράδου καὶ Τύρου, καὶ Σιδῶνος· ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον εἶχεν. bene ad Diodori descriptionem. Iunge Strabon. L. XVI. p. 1094. et H. Norisium Diss. II. 4. de Epoch. Syromaced. Wess.

113. 78. Κατὰ τὰς τῶν πραγμάτων ἐπιταγὰς etc.] Hoc reliquerat auctor. Προσταγμάτων vocabulum extudit brevior scriptura, quae πράττειν et προστάττειν saepissime permiscuit. Adi not. in L. I. 2. et L. III. 53. Wess.

113. 83. Πρὸς τὸν Αἰγ. βασιλέα Νεκτανεβῶ] De eo scripsit L. XV. 62. Wess.

113. 93. Τὸν μὲν βασιλικὸν παράδεισον etc.] Habet τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας L. XVIII. 39. Sed fortasse alium. Hunc in ipsa Sidoniorum urbe, quod Barn. Brissonio in cogitationem venit, Paradisum fuisse, non liquet. Eum tamen adi L. I. 78. de Regn. Pers. Wess.

113. 6. Ἐν ὅσῳ δ' οὗτος — — ἐβάδιζεν, Βέλεσυς ὁ τῆς etc.] Bene sit scribis Codd. Reg., qui Syriae huic satrapae suum nomen haud inviderunt. Id requiri ad sententiam, ordo verborum patefacit, esse vero barbaricum, *Belesys*, Sardanapali adversarius, ostendit L. II. 24. H. Stephanus a vero non multum abfuit. *Melius* οὗτος, inquit not. Correct. *et* Βασιλεὺς *cum maiuscula litera; utpote nomen proprium, interpunctione posita post* ἐβάδιζεν, *non post* Βασιλεύς. Wess.

113. 9. Μέντωρ δ' ὁ τῆς Σιδῶνος βασιλεὺς] Hic enormis transpositio seu inversio facta est, qua Tennes Sidonius in Mentorem Rhodium, et, vicissim Mentor in Tennem transformatur, Restitue igitur suum utrique locum, Tenne primum, Mentori secundum, Τέννης δ' ὁ τῆς Σιδῶνος. Et στρατηγὸς Μέντωρ ὁ Ῥόδιος. Rhod. Τέννης δ' ὁ τῆς Σιδ. βασιλεὺς]. Recte Rhodomannus, quem mirarer confusionem tolerare potuisse, nisi Stephani ἔκδοσιν pressius sequi constituisset. Stephanus excusari vix potest, cum Cospus errorem vitarit, et Basileae verum fuerint amplexi. Constat praeterea Mentorem fuisse Rhodium, non Tennem. Wess.

114. 18. Πόλεις ἦσαν — ἐννέα] Annumerat eas Io. Meursius de Cypro L. II. 7., sed, quod alias commonstrabitur, pravo catalogo. De Cypro Mela L. II. 7. *ingens, ut quae aliquando no-*

vem regna ceperit; atque ex eo Plinius V. 31. Quod statim succedit τὰ προσκυροῦντα per quiden rarum est. Alias τὰ προσορίζοντα dicere adsuevit. Wess.

114. 19. Ὑπῆρχε τεταγμένα μικρὰ πολίσματα] Ὑπῆρχον Basil. Vat. Reg. 2. non male. Vid. ad L. V. 8. Wess.

114. 27. Πρὸς τὸν Ἰδριέα] Esse legendum Ἰδριέα, ut posui in contextu, non Γαριέα, nec Ἀρσιέα, quas diversas lectiones in margine adnotavi, ex Arriano probari potest, cuius verba sunt L. I. 24. τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν ἔταξεν Ἄδαν, θυγατέρα μὲν Ἑκατόμνω, γυναῖκα δὲ Ἰδριέως· ὃς καὶ ἀδελφὸς αὐτῇ ὢν, κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ξυνῴκει. καὶ ὁ μὲν Ἰδριεὺς τελευτῶν ταύτῃ ἐπέτρεψε τὰ πράγματα, νενομισμένον etc. Diodorus autem p. 546. loquens de eodem, eadem scribit: haec videlicet, κατὰ δὲ τὴν Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη ἑπτά· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἐδυνάστευσεν ἔτη τέσσαρα. Steph. Cospi membranae verum dynastae nomen praetulerunt. Successit is Artemisiae sorori hoc ipso anno, uti c. 45. proditum ab auctore est, valebatque praeter ceteros opibus et adparatu, nec fidum tamen Persae fore, nisi segnis et rerum suarum ignarus fuerit, suspicabatur Isocrates Or. ad Philipp. p. 149. Wess.

114. 34. Φωκίωνα τὸν Ἀθην. καὶ Εὐαγόραν] Cave hoc accipias de Euagora, de quo Isocrates orationem scripsit: supra enim p. 482. (Lib. XV. c. 47.) narravit eius mortem. Hic fuit eius filius, qui fratre Protagora pulso regnavit, et a Persis Protagora restituto, satrapiam in Asia accepit. Sed aliud est, quod me torsit in hoc loco. Nam Diodoro Plutarchus non concordat, qui ex proposito vitam Phocionis scripsit, quomodo tacuit de illo celebri ducatu et de ea Salaminae obsidione? Id certe mihi mirum videbatur. Sed curiosius perlecta Phocionis vita apud Plutarchum animadverti eum auctorem Phocionis mores tantum exprimere voluisse, sed de eius rebus gestis ieiune admodum et stricte disseruisse. Nam cum dicat de eo, ὅτι πέντε καὶ τεσσαράκοντα στρατηγίας ἔλαβεν, vix de una aut altera mentionem facit, et cum curiose eius dicta aliquid acuminis habentia notaverit, de eius expeditionibus tacet. Ergo non potest absolvi Plutarchus, quin supine et negligenter eius viri vitam scripserit, nec est dubitandum de fide Diodori, quin eum ipsum Phocionem, de quo Plutarchus scripsit, putemus fuisse in obsidione Salaminae ducem Atheniensium, qui Euagorae auxiliabantur. Palm. Offenderunt ad Phocionem et Evagoram hunc, etsi nulla caussa, viri docti. Lambinus eraso Phocioni Chabriam substituebat, quem certum est, nusquam hoc tempore inter vivos fuisse, meritoque adeo censoriam Bosii notam commeruit ad Corn. Nepot. Chab. c. 2. Wolfio in mentem venerat, Evagoram eum ipsum esse, qui Artaxerxe Mnemone Cypri possessionem capessivit, cuiusque vitam Isocrates eleganti commentario delineavit

Illi nos satisfecimus ad L. XV. 47. Melius Palmerius et Io. Meursius Cypri L. II. 12. instituerunt. Wess.

114. 46. *Συνέδρεον ἐθελοντὶ*] Si *ἐθελονταὶ* aut *ἐθελοντὴν*, quo modo Polyb. L. VIII. 11. et L. IX. 22. vetustis e libris produxisset Stephanus, ferri posset. Nunc nihil moveri, satius fuerit. Vid. ad L. I. 67. Wess.

114. 54. *Ὁ δὲ τῆς Σιδῶνος δυνάστης Μέντωρ*] Pro *δυνάστης* refice *στρατηγός*. Rhod. *Ὁ δὲ τῆς Σιδῶνος δυνάστης Τέννης*] Ea quidem vis est. Quanto melius Venet. et Reg. 2. liber? Tennen consilia Sidonis produndae architectatum fuisse, eaque cum Mentore deinde communicasse, confirmant sequentia. Ipse a rege desciverat, non Mentor, homo Graecae originis et Graecorum conductitiorum dux, propterea etiam indigus veniae, quam misso Thessalione sibi pactus est. Eum ergo suum in locum revoco. Id tamen, ne quid dissimulem, in hac proditionis descriptione satis incommodum accidit, quod praeteritum prorsus sit, quo modo gratiam regis Mentor sit promeritus, quodque fidei suae pignus Artaxerxes sanctum non servarit. Sed hoc tanti non est in principe crudeli et sanguinis avido. Wess.

115. 80. *Ἔστι δ' ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις*] Nota omnia sunt, et copiosissime illustrata a B. Brissonio de Reg. Persar. L. I. 163. et Freinshemio ad Curtium L. VI. 4. Itaque praetereo. Wess.

115. 94. *Νικόστρατον στρατηγὸν*] Is est, cuius in Archidamum egregie dictum Plutarchus Apophthegm. p. 192. A. et de Vitios. Pudor. p. 535. A., cuiusque adulandi artes pravosque mores exposuit Theopompus in Athen. L. VI. p. 252. A. Multo recentior Nicostratus et alius originis apud Lucianum de Scrib. Histor. c. 9., etsi viris doctis visum sit aliter. Wess.

115. 99. *Καὶ λεοντῆν ἐφόρει καὶ ῥόπαλον*] Vid. ad L. I. 17. et Lucianum de Scrib. Hist. c. 10. Wess.

116. 13. *Ταῖς τῶν μαχῶν εὐεξίαις*] Lege *σωμάτων*. Rhod. *Ταῖς τῶν σωμάτων* etc.] Hoc probo. Praeivit Cospus, in cuius id fuit membranis, et favet quodam modo Reg. 1. Recte Philo Iud. de Rer. Divin. Hered. p. 521. C. *δορυφορεῖται δὲ σῶμα μὲν εὐεξίᾳ καὶ περιουσίᾳ καὶ ἀφθονίᾳ πλούτου· ψυχὴ δὲ τῷ τοῦ σώματος ὁλοκλήρῳ καὶ κατὰ πάντα ὑγιεινῷ*. Sic enim scripsit: namque *εὐδοξίᾳ*, quod in editis, male congruit, atque a scriptis libris damnatur. Wess.

116. 18. *Ὁ δὲ Μέντωρ κοινωσάμενος*] Superior permutatio locorum Tennae et Mentoris redit. Corrige igitur sic, *ὁ δὲ Τέννης κοινωσάμενος τὴν προδοσίαν τῷ Μέντορι*. Rhod. *Ὁ δὲ Τέννης* etc.] Id bene. Iubent manu exarati Codd. resque ipsa. Mentor militibus, aere conductis, praeerat: Tennes Sidoni, cuius primores centum quasi ad sollemnem Phoenicum conventum, cum quo nihil sane Mentori commune, abducit. Wess.

116. 44. *Τὸν Τέννην — ἀνεῖλεν*] Eumdem esse coniiciunt viri docti ac *Stratonem*, quo de Hieronymus L. I. adv. Iovinian. p. 49. ad hunc modum: *Strato regulus Sidonis manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum foedus Aegyptii regis societate neglexerat, retrahebatur formidine, et gladium, quem arripuerat, circumspectans, hostium pavidus exspectabat adventum. Quem iam iamque capiendum uxor intelligens, extorsit acinacem de manu, et latus eius transverberavit: compositoque ex more cadaveri se moriens superiecit.* In quibus id quidem Stratoni cum Tenne commune est, quod Persarum foedus Aegyptii regis societate neglexerat. Cetera disparia sunt. Tennes ultro se regis fidei permisit, dextram pactus, interficiturque Ochi scelere post navatam egregie operam, nulla, quod quidem adpareat, uxoris ope. Itaque alium eum censeo, et Tenne priorem, cui superioribus annis, quum Tachos Aegyptius Persarum imperium detrectaret, inque Phoenice multa moliretur, ea calamitas usu venerit. Vide tamen Cel. Iac. Perizon. ad Aeliani Hist. Var. L. VII. 2. WESS.

116. 48. *Ἰδίαν σωτηρίαν πορίζεσθαι*] Praestat *ἰδίᾳ*, ut superius c. 43. *τὴν σωτηρίαν ἰδίᾳ πορίζειν ἔκρινε.* et L. XVIII. 17. *ὁρμῆς ἐμπεσούσης — ἰδίᾳ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν.* WESS.

117. 56. *Τῆς πόλεως ὅλης — ἀφανισθείσης*] Hieronymus in Chronici Eusebiani Latinis, *Ochus Sidonem subvertit*; satis generaliter, ut bene Scaliger ad ann. MDCLXIX. Civitas ipsa brevi instaurata priorem opum copiam recuperavit, regesque habuit, de quibus ad Curtii L. IV. 1. Freinshemius, nunquam tamen deposita in Persas ira, qua etiam duce cupidissime in Alexandri partes transiit, referente Arriano Exp. Alex. L. I. 15. WESS.

117. 63. *Βραχὺ δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων etc.*] Haud multum profecto. Nam cum Demosthenes orationem de Rhodiorum libertate Athenis Archonte Thessalo recitaret, inter vivos Artemisia durabat. Quid? cum Artaxerxes in Aegyptios et Phoenicas expeditionem ingrederetur, needum mortem cum vita commutarat, ut eius Or. p. 115. designatur clarissime. Nummum *ΙΔΡΙΕΩΣ* nomine inscriptum in Select. Seguini Numism. p. 36. videbis. WESS.

117. 68. *Πρὸς δὲ Σαμνίτας etc.*] Livium vide L. VII. 19., qui in Tarquinienses acerbe saevitum, atque ex ingenti captivorum numero trecentos quinquaginta octo delectos, medioque in foro virgis caesos ac securi percussos refert. Sigonius ibi ex Nostro citat, *Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ'. καὶ ξ'. δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ*, quae quidem si schedas veteres habuerint auctores, cum Livio nihil admodum dissentit Diodorus. At Cospus ceterique et scripti et editi libri contra veniunt. Forsan ergo Sigonii ea coniectura. *Ταρκυνίους* recipio, quoniam ita plerique adsolent. Confer Ph. Cluverii Ital. Antiq. L. II. p. 518. WESS.

117. 72. Φρουρούμενον ὑπὸ Διονυσίου] Urbem a patre eversam filius ex parte quadam instauraverat, *Phoebiae* nomine imposito. Docet Strabo L. VI. p. 397. A., sed verbis male interpunctis: ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ (Διονυσίου) μέρος τι τοῦ κτίσματος ἀναλαβὼν Φοιβίαν ἐκάλεσεν ἐπὶ Πύῤῥου· ἡ δὲ τῶν Καμπανῶν φρουρὰ παρασπονδηθέντας διέφθειρε τοὺς πλείστους. Absurde; neque enim Dionysius iunior et Pyrrhus aequales. Scripserat Strabo Φοιβίαν ἐκάλεσεν. Ἐπὶ Πύῤῥου δὲ ἡ Καμπανῶν etc. Pyrrhi aetate Campanos Rheginorum ingentem multitudinem insigni perfidia contrucidasse, videbimus L. XXII. Eclog. 2. Ceterum Callippus non multo post Rhegii fraudibus Leptinis occubuit Dionique poenas dedit, de qua re Plutarchus Dion. p. 983. D. Fuit autem domo Atheniensis: nam quod paullo superius legitur Λεπτίνης καὶ Κάλλιππος οἱ Συρακούσιοι, Leptinem potissimum spectat: quamquam fieri potuit, ut in Syracusanos cives Callippus transcriberetur. Wess.

117. 81. Πρωταγόρας] Habuimus regis Evagorae filium Pythagoram, quem Isocrates Evag. p. 293. Πρωταγόραν vocat, Lib. XV. 4., sed is una cum patre turpibus amoribus inplicitus interiit. Hunc Πνυταγόραν Arrianus, Athenaeus, Curtius, et rectius, arbitro Celeb. Iac. Perizonio in Aelian. Var. Histor. L. VII. 2. adpellant. Retinuit quietam regni possessionem Pnytagoras in Alexandri usque principatum et ultra. Wess.

117. 98. Ἐπὶ τὴν μεγάλην λίμνην] Serbonidem lacum intelligit, propter quem *Barathra*. Vid. L. XX. 74. et ad Lib. I. c. 30. Wess.

118. 3. Ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ] Conf. L. I. 30. Wess.

118. 14. Καὶ μάλιστα κείμενον εὐκαίρως] Livio propterea L. XLV. 11. *claustra Aegypti.* Sed Nostrum vide L. XV. 42. Wess.

118. 38. Οὗτος δ' ἦν εἰσαγγελεὺς τοῦ βασιλέως] Id illi muneris in aula Persica erat, ut res nuntiatas ad regem perferret, exterarum gentium legatos et ceteros, quibus rege convento erat opus, introduceret. Vid. Synesium Or. de Regno p. 18. A. et Heliodorum Aeth. L. X. p. 491. Solis tamen septem illis, qui Magos interfecerant, ἄνευ εἰσαγγελέως in regiam, quando commodum erat, introire licebat, teste Herodoto L. III. 84. Nomen Persicum *Admissionum magistri*, sic enim Latini vocant, ut Ammianus L. XV. 5. cum Valesii nota, servavit Hesychius, Ἀζαραπατεῖς, οἱ εἰσαγγελεῖς παρὰ Πέρσαις. Wess.

118. 55. Τοὺς μαχίμους] De illis scripsit L. I. 73. Wess.

119. 67. Κατὰ τὴν πρὸ ταύτης γεγεν. στρατείαν] Noster hanc plane praeteriit: neque enim illa est, qua victor Nectanebus regnum sibi Agesilai consiliis atque auxilio stabilivit. Tangit eam Isocrates Or. ad Philipp. p. 149. Wess.

119. 81. Ὧν ἦσαν ὅμηροι παῖδες etc.] Pignora videlicet fidei parentum ac maritorum: ὅμηρα τῆς τε εὐνοίας αὐτῶν καὶ πίστεως, ut Herodianus de Commodo Imp., solito liberos eorum,

qui ad regendas provincias mittebantur, Romae retinere, L. III. 2. Ipse Nicostratus, novo inter Graecos exemplo, quo fidem regi obstringeret, filium illi permiserat apud Athen. L. VI. p. 252. B. Wess.

119. 90. *Κλείνιος ὁ Κῷος*] Sic constanter veteres membranae; neque ego damno, etsi tritius multo *Κλεινίας*. Wess.

119. 1. *Ἐπ' αὐτὴν ἧξειν τὴν Μέμφιν*] Erat ea *ἐπικαιροτάτη πόλις τῶν κατ' Αἴγυπτον*, inque eius conservatione regni salus vertebatur. Vid. supra L. XV. 43. Wess.

120. 27. *Καί τινας καταλαβὼν*] Scribo *καταβαλών*. Rhod. *Καί τινας καταβαλὼν*] Optime vir doctus, qui si Basil. *ἔκδοσιν* inspicere dignatus fuisset, non eam coniecturam, sed veritatem ipsam censuisset. Conf. ad L. XV. 85. Wess.

120. 34. *Ἡγούμενος, καὶ*] Hic sequens *καὶ* repudiator. Rhod.

Ibid. Βούβαστον] Herodoto *Βούβαστις*. Conf. Holsten. ad Steph. in *Βούβαστος* et Cellar. Geogr. Vet. L. IV. 1. p. 33. Adposita erat Bubastico flumini, quod Delta ab ortu quaque in Arabiam vergit, claudit. Wess.

120. 52. *Ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδος ἠλαττοῦντο*] Pro *ἐλπίδος* legendum puto *ἐλπίδας*, et *ἠλλάττοντο* pro *ἠλαττοῦντο*. Nam quum nullus sensus ex his elici possit verbis *τῆς χάριτος ταύτης ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδος ἠλαττοῦντο*: contra et aptus et perspicuus elicietur ex istis *τῆς χάριτος ταύτης ἰδίας ἀγαθῶν ἐλπίδας ἠλλάττοντο*. Steph. *Ἰδίας ἀγ. ἐλπίδας ἠλλάττοντο*] Adstipulatur Rhodomannus, et merito. Ordo verborum geniusque linguae correctionem firmant, quam quidem, etsi opem schedae veteres negarint, ausus sum suam in sedem revocare. Quis enim perpetuo ferat, hoc genus, scribarum negligentia natum, propagari? Wess.

120. 60. *Καὶ φόβον ἐπικρεμάσαντες*] Supra L. XIII. 91. *καὶ μεγάλων φόβων ἐπικρεμαμένων*. Perfrequens est de periculo in quod adducimur. Philo Iud. de Agricult. p. 209. B. *ἀνδραποδισμοῦ καὶ πορθήσεως ἴδιός τε καὶ κοινὸς ἐπικρέμαται κίνδυνος*. Et Leg. ad Cai. p. 1023. E. *ἐπικρέμαται δή μοι κίνδυνος ὁ περὶ ψυχῆς*. Hipparchus apud Io. Stob. Tit. CVI. p. 573. *καὶ πάντων χαλεπωτάτων αὐτοῖς ἐπικρεμαμένων*. Neque inprobant Christianorum scriptores cultissimi: Basilius M. adv. Eunomium L. I. p. 210. A. *τοῖς δὲ περὶ τοῦ ζῆν ἐπικρεμῶντες κίνδυνον*. Io. Chrysostomus Homil. ad Antiochen. II. p. 24. E. T. II. *καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπικρεμασθῆναι πᾶσι κίνδυνον*. Aliter paullo, sed idem innuens, Philostrat. Heroic. XIX. 15. *λίθοι οὖν ἐπικρέμανταί σφισιν*. ubi doctissimum Olearium vidisse, operae fuerit pretium. Wess.

121. 81. *Τὴν μὲν ἀναγραφὴν τοῦ προτερήματος* etc.] Pro *ἀναγραφὴν* repono *ἐπιγραφήν*, ut p. 555. *καὶ τῆς νίκης τὴν ἐπιγραφὴν οὐδ' αὐτῷ παραχωρεῖν τῷ Ἀλεξάνδρῳ*. Item p. 559. *ἐπιτευγμάτων ἐπιγραφήν*. Sed et antea p. 305. *τὴν ἐπιγραφὴν*

ῆς ἀποικίας ἑαυτοῖς ἔφησαν δεῖν προσάπτεσθαι. Plut. de Alex. ort. L. I. p. 326. οἶμαι δ' ἂν αὐτὸν εἰπεῖν πρὸς τὴν τύχην, τοῖς ατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν: Steph. Nihil a Stephano issentio. Addam locis ab eo conductis, ut ne quod dubium restet, olybium L. II. 27. πεπεισμένος τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόντων λεῖστον οὕτω κληρονομήσειν. Et L. X. 23. τὴν ἐπιγραφὴν τῶν κβαινόντων ἡ φάλαγξ καὶ τὰ βαρέα λαμβάνει τῶν ὅπλων. Tum xcerpt. p. 1474. ἐπελθὼν ἕτερος ἀκονιτὶ λάβῃ τὴν ἐπιγραφὴν ῶν ἐκείνου πόνων. Aelianum de Animal. L. VIII. 2. τοῖς ἀλλοτρίοις ἑαυτὸν πόνοις οὐκ ἐπιγράφων. Paullo diversum est Aeschinis in Ctesiph. p. 77. καὶ σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις. t Heliodori Aeth. L. VIII. p. 387. καὶ θεοῖς τὸ ἔργον ἐπιγράφοντες, odem tamen recidens. Wess. Conf. Schaefer. ad Bos. Ell. p. 417.

121. 94. Ἅπαντα διοικῶν] Ubi hic διοικῶν, in exemplaibus est διωκηκὼς, et vice versa διωκηκὼς, ubi διοικῶν. Sed ermutatam fuisse perperam horum participiorum sedem quivis ossit animadvertere, qui quidem locum expenderit. Steph.

121. 99. Τοὺς διαδόχους etc. ἀπεδείκνυε] Conf. L. XVII. 5. Wess.

121. 11. Ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν] Lynceus regem vitum, et captum coenaeque adhibitum abs Ocho, perscripsit apud Athenaeum L. IV. p. 150. B. At Hieronymus in Latinis Euseb. Chron. *Ochus Aegyptum tenuit, Nectanebo in Aethiopiam pulso, n quo Aegyptiorum regnum destructum est.* Verius atque ex ipso Diodori hoc loco; adsentitur enim Manetho. Vide vero ineptias ecentiorum scriptorum, Malalae, Glycae, Cedreni, qui Nectaneum, λεκανομαντείας egregie callentem, in Macedoniam ipsamque Pellam deducunt, ut, Olympiade furtivis magicisque amoribus cognita, Alexandrum gigneret. Tangit et has nugas Georg. Syncellus Chronograph. p. 256. et copiosissime Gorionides L. I. 6., ine dubio depromptas ex Pseudo-Callisthenis Alexandri rerum Historia. Vid. Casaubon. Epist. ad Ios. Scaliger. CCCCII et CCCCXIII. Wess.

121. 13. Τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας] Ochi θεοσυλίας, quaque ratione Apim occiderit, asino eius in locum consecrato, exponit Aelian. de Animal. L. X. 28. et Hist. Var. L. VI. 8. Wess.

122. 16. Πολλῶν χρημάτων ἀνελύτρωσε] Malit quispiam fortasse ἀπελύτρωσε. Steph. Semper alias Diodorus ἀπελύτρωσε. Sic L. IV. 16. Μελανίππην δὲ ἀπελύτρωσε. Et L. XIII. 24. καὶ λαβόντες αἰχμαλώτους ἀπελύτρωσαν τοῖς Σπαρτιάταις. Tum XVIII. 38. οὓς δὲ ἀπελύτρωσαν. Rex Philippus in Epist. apud Demosth. Or. in eam Ep. p. 92., ὥστε Ἀμφίλοχον — συλλαβὼν — ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα. Quem etiam in modum optimus quisque, Polybius L. II. 6., Plutarchus T. II. p. 343. B. etc. Wess.

122. 26. *Μάρκον Φάβιον*] Mendose pro *Γάϊον Μάρ*
RHOD. *Μάρκιον Γάϊον*] Ut ita refingerem, motus sum vete
Codd. auctoritate: praeferunt *Μάρκον Γάϊον* praestantiores om
manifestoque ostendunt *Φάβιον* hinc longissime amandandum:
cessit Fastorum et Livii iudicium L. VII. 21. Illis inpûta, si q
audacius admissum putaveris. WESS.

122. 43. *Ἐκ τῆς Μέντορος καὶ Μέμνονος ἀδελφῆς*] D
mostheni propterea ὁ *Μέμνων καὶ ὁ Μέντωρ, οἱ κηδεσταὶ*
Ἀρταβάζου, ἄνθρωποι νέοι, καὶ κεχρημένοι ἀπροσδοκήτῳ
τυχίᾳ τῇ τοῦ Ἀρταβάζου κηδείᾳ, Or. in Aristocrat. p. 429.
tamen felicitate et ipsi et uxores et Artabazus exciderunt, fug
in Macedoniam adacti. Clearchus Solensis feminarum earum i
modicum et paene incredibilem luxum descripserat, quoque m
in currum escendere ac descendere adhibitis mulieribus, quae κλ
μακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν, et ob id officium *κλιμακίδες*
diebant, fuerant solitae. Dederunt deinde poenas utraque.
eum audiamus in Athen. L. VI. p. 256. E. *τριγαροῦν αὗται*
ἐκ τῶν λίαν μαλακῶν ὑπὸ τῆς τύχης μεταβιβασθεῖσαι, σκλη
ἐβίωσαν ἐπὶ γήρως. αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν διδαξάμεναι, ἐκπε
σαι ἐκ τῆς ἐξουσίας κατῆραν εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὰς τῶν
κορίας τε καὶ βασιλίδας etc. Sic legendum. Nam *ὑπὸ τῆς τύχ*
ferri non potest, multoque minus *τῶν παρ' ἡμῖν διαδεξαμέ*
quod et epitomatorem ita offendit, ut plane praeteriret. Ait a
latrices feminas, quibus *κλιμακίδων* nomen, ex molli ea vita
lectas a fortuna difficulter extrema senectute vitam tolerasse:
las autem, Artabazi et Mentoris uxores, quae luxum eiusque
dum ab istis edoctae erant, in Macedoniam, postquam pote
inminuta erat, fugere conpulsas. Cetera pete ex Is. Casaub
Animadversionibus. WESS.

122. 49. *Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέων*] Posterius inprobum
erit, si de civibus intelligas: praestitisset alioqui *τοῦ Ἀταρν*
nam *Ἀταρνεὺς* oppido nomen. Unde *Ἀταρνέως ὄντα τύραν*
Diogen. L. V. 3., *τὸν Ἀταρνέως τύραννον* Dionysius Epist.
Amm. p. 121., *τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον* Lucian. Eun
c. 9. semivirum hunc adpellant: in Diogenis tamen scripto li
prorsus ut hic, *Ἀταρνέων* se reperisse, Th. Galaeus testatur
Demetr. Phaler. *περὶ Ἑρμ.* c. 314. Prius pingendum perpetuo
Ἑρμίαν, modo Harpocrationis in *Ἑρμίας* decretum valeat: *τοῦ*
τον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ι. Sed ei non paren
scriptores, quos excitavi, nedum Aristoteles Oecon. L. II. p. 502
Aristocles in Euseb. Praep. Evang. L. XV. 2., Athen. L. XV. p
696., Polyaen. Strat. VI. 49. aliique. Nactus autem eunuchus il
lustrius nomen est et adfinitate Aristotelis, et Hymno, quo philoso
phus iste hominis memoriam consecravit, prorsus excellente. WESS

122. 51. *Πείσειν τὸν βασιλέα, καὶ — ἀπολῦσαι*] Rectiu
ἀπολύσειν, ut *πείσειν*. STEPH. Tolle *καὶ*, et si placet pro e

colloca αὐτόν. Rhod. Haud scio, an nimia haec sint. Favet Rhodomanno quod paullo ante scriptum reperitur, ἔπεισεν αὐτὸν ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων. Et L. XVII. 15. ἔπεισε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων. Sed addere et delere pro arbitrio, audacius videtur. Hoc itaque si inprobes, vide an πείθειν hic sit *conciliare*, *in gratiam reducere*, ut saepe? Conf. doctissimum Elsnerum ad S. Paulli Epist. ad Galat. c. I. 10.; et ἀπολῦσαι cum effectu ponatur? Nam tempora illa rite coniungi, dubitare non licet. Conf. virum spectatissimae eruditionis ad Xenophont. Ephes. Miscellan. Observat. Vol. IV. p. 286. et supra L. XIV. 95. Wess.

122. 54. *Κυριεύσας δὲ τοῦ δακτυλίου*] Strabo Memnoni Rhodio has artes tribuit L. XIII. p. 908. E., errans, ut monuit vir summus. Nostro adsentitur Polyaen. L. VI. 48. et Philosophus Oeconom. L. II. p. 502. Serius tamen omnia haec contigerunt, siquidem Aristoteles post Platonis mortem, Archonte Theophilo ad Hermiam sese contulerit, atque eius hospitio et familiaritate per trium annorum decursum sit usus. Testem fero Dionysium Epist. ad Amm. p. 121. ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας etc. Praeterea Apollodorum in Chronicis apud Diogen. Laert. L. V. 9. Wess.

123. 71. *Γεῖραν μὲν φρούριον ἐκπολιορκήσας*] Nusquam *Γεῖραν* hanc, neque *Ζεῖραν*, ut in Stephani margine et Veneto, reperire memini: proxime a posteriore abest *Ζειρινία πόλις Θρᾴκης*, quam ex Theopompi Philipp. L. III. excitavit Ethnicographus. Fuisse videtur inter Chalcidicas *δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης*, quas Philippum prorsus sustulisse clamat Demosthen. Philipp. III. p. 68., et post eum Aristides T. II. p. 225. etc., Libanius T. I. p. 106. D. et Apol. Demosth. p. 441. C. Suidas in *Κάρανος*. In tempore belli huius Diodoro adsentitur Philochorus apud Dionysium Epist. ad Amm. p. 122. Wess.

123. 78. *Ἐπὶ δὲ τὰς Φερὰς τῆς Θετταλίας etc.*] Aut Pitholaus Pheras Thessaliae, unde armis Philippi exciderat, suam iterum in ditionem redegit, aut haec repetita inprudenter sunt. Vid. supr. c. 37. 38. Wess.

123. 78. *Παρυσάδης*] Sic iterum L. XX. 22. At Demostheni Or. in Phorm. p. 542. *Παρεισάδης*, Straboni L. VII. p. 476. et Polyaen. L. VII. 37. *Παρισάδης*, fortasse melius. Est praeterea numus *ΠΑΙΡΙΣΑΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ*, qui si huius sit, aut Parisadae II., a quo Mithridati regnum traditum Strabo ait, prior etiam nominis pars refingenda erit. Explicatur a doctissimo De Boze Comment. Acad. Inscript. T. IX. p. 251. diligenter, cui quidem adsentiri, re curatius examinata, nunc non possum, *Berisadem*, de quo Dinarchus Or. in Demosthen. p. 95., eundem ac Parisadem arbitrato. Nam *Berisades* ille in parte Thraciae

regnavit, nunquam Ponti rex. Docet id clarissime Demosthenes Or. in Aristocrat. p. 430. Wess.

123. 81. *Θεόφιλος*] Ex Demosthene in Oratione pro Corona in duobus decretis (p. 138. et 140.) vocatur eiusdem anni *ἄρχων Μνησίφιλος*. Pausanias tamen in Phocicis c. 3. Theophilum habet, ut etiam Dionysius Halicarnasseus in Epist. ad Ammaeum p. 123. et ipse Demosthenes alibi in Paragraphe adversus Pantaenetum p. 564. Theophilum Archontem nominat. Itaque suspicor, in decretis, quae citantur a Demosthene, non notari Archontem Eponymum, sed alium e Thesmothetis. Palm. Vide Io. Meursium de Archont. L. IV. 9. et Sylburg. ad Dionysii Dinarch. p. 115. Wess.

123. 82. *Γάϊος Κοΐντιος*] Livio et Fastis *Τῖτος* est praenomen. Rhod. Id verum est. Sed addit Livius L. VII. 22. *quidam Kaesonem, alii Caium nomen Quinctio adiiciunt.* Non ergo prave Noster. Wess.

123. 86. *Μηκύβερναν*] Ita oportuit. Vid. ad L. XII. 77. In Olynthios Philippus superiore anno movit, hoc vero eosdem subegit, testibus Philochoro in Dionysii ad Amm. Epist. p. 123. et Plutarcho T. II. p. 845. D., si tamen is vitae Demosthenis auctor. Wess.

123. 94. *Εὐθυκράτην τε καὶ Λασθένην*] Perstringit perpetua inustos nota proditores Demosthen. Or. de Cherson. p. 59. et de Leg. perper. administr. p. 257., eiusque exemplo Aristides T. II. p. 252. et Libanius T. I. p. 110. Ipsi Macedones proditores eos vero nomine adpellabant; quod quidem aegrius cum ferrent et quererentur apud Philippum, ille *σκαιοὺς ἔφη φύσει καὶ ἀγροίκους εἶναι Μακεδόνας, καὶ τὴν σκάφην, σκάφην λέγοντας*, prorsus eleganter, in Plut. Apophtheg. p. 178. B. Wess.

124. 97. *Ἐλαφυροπώλησε*] Aristotelem in his auctionibus hastae Philippo flagitiosissimam operam navasse, inimici criminabantur. *Ἔτι δὲ κατασκαφείσης Ὀλύνθου μηνύειν ἐπὶ λαφυροπωλείου Φιλίππῳ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυνθίων* Aristocles in Eusebii Praep. Evang. L. XV. 2. p. 792. B. Quae calumniae ipsa temporis ratione profligantur. Aristoteles hoc anno et sequenti in Mysia morabatur, Hermiae Atarnensium hospitio usus. Ad Philippum vero Archonte Eubulo aut certe Pythodoro profectus in Macedoniam est, testibus Apollodoro in Diogenis L. V. 9. et Dionysio Epist. ad Amm. p. 121. Wess.

124. 4. *Πολλοὺς μᾶλλον*] Rhodomannus *πολλῷ μᾶλλον* corrigit. Mallem *πολὺ*, unde *πολλοῦ* Vatic. natum videtur. Wess.

124. 14. *Μάλιστα δ' αὐτοὺς παρώξυνε — Δημοσθένης*] Orationibus Olynthiacis, quas superiore anno recitavit, ceterisque Philippicis, in quarum iustum tempus Dionysius in ea, quam dixi, ad Amm. Epistola inquirit. De legationibus ad commune totius Graeciae contra Philippum missis Aeschin. in Ctesiph. p. 62. Wess.

124. 19. *Τοιαύτη φορά τις προδοτῶν ὑπῆρξε* etc.] Multo mihi nunc grandius videtur: orationem enim haud parum minuebat adscriptum *γάρ*. Sumpsit Diodorus colorem ex Demosthenis Or. pro Coron. p. 145. *παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως, ΦΟΡΑΝ προδοτῶν, καὶ δωροδόκων, καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων συνέβη γενέσθαι καὶ τοσαύτην, ὅσην οὐδείς πω πρότερον μέμνηται γεγονυῖαν.* Quorum quidem si recordatus esset L. Rhodomannus, non, puto, vertisset, *tam concitatus proditorum impetus*, sed potius, *tanta ubertas*, *tantus proditorum proventus*. Parili usu, ut alios missos faciam, Aristides T. III. p. 376. *κάλλιστον δὲ πάντων κερδῶν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορά.* Ceterum catalogum horum proditorum habet Orator in eadem pro Coron. p. 188. Wess.

124. 24. *Ὅτι τὰ τοῖς ὅπλοις ἀδύνατα* etc.] Usus his est Antonius Melissa inter Stobaei Sermones Tit. LV. p. 227. ed. Francof. Pulchre Horatius L. III. Od. 16. 9. *Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo — diffidit urbium Portas vir Macedo et subruit aemulos Reges muneribus.* Cui Libanium adiunge T. I. p. 85. D. Wess.

124. 29. *Ταῖς πονηραῖς ὁμιλίαις διέφθειρε τὰ ἤθη*] Vid. ad L. XII. 12. Quam vero perditi et ingeniose nequam plerique regis fuerint sodales, docebit Demosthen. Olynth. II. p. 15. et praeter ceteros Theopompus, in Philippo et familiaribus eius traducendis multo acerrimus, apud Athen. L. IV. p. 167. A. et L. VI. p. 260. E. Wess.

124. 31. *Ὀλύμπια ποιήσας τοῖς θεοῖς*] Eorum inter Macedones princeps auctor rex Archelaus fuit. Ulpianus in Or. *περὶ Παραπρ.* p. 242. *τὰ Ὀλύμπια δὲ πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν. ἤγετο δ' ἐπ' ἐννέα, ὥς φασιν, ἡμέρας, ἰσαρίθμους ταῖς Μούσαις.* Sacra ergo Musis erant certamina. Hinc lux adfulget clarissima Dioni Chrysost. Or. II. p. 18. C. *ἐν Δίῳ τῆς Πιερίας ἔθυον ταῖς Μούσαις καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων ἐτίθεσαν, ὅν φασιν ἀρχαῖον εἶναι παρ' αὐτοῖς.* et Philostrato de Vit. Apollon. L. I. 35. p. 44. *εἰ δὲ θύοι Φίλιππος Ὀλύμπια πόλεις ἡρηκώς.* Respiciunt enim uterque hunc agonem. Vide etiam infra L. XVII. 16. Wess.

124. 36. *Πολλοῖς μὲν ποτήρια διδοὺς* etc.] Putes ex Demosthene *περὶ Παραπρ.* p. 230. formatum, quem adi. Wess.

124. 43. *Τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι βούλεται* etc.] Plenius et cultius Satyri memorabilem petitionem exsequitur Orator ead. Or. p. 242., unde et sumpsit Liban. T. I. p. 417. C. Wess.

125. 64. *Γάϊος Κορνήλιος*] Is T. Livio L. VII. 23. est *Λεύκιος*. Rhod.

125. 66. *Πολλὴν τῆς Φωκίδος χώραν*] *Χώρας* Reg. 1. quo quidem nihil indigemus. Vid. supra c. 36. Wess.

125. 67. *Περὶ τὴν ὀνομ. Ὑάμπολιν*] Sita erat in ipso Phocidis ex Thessalia et Boeotia aditu apud Herodot. L. VIII. 28. Plura Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. VI. 15. De Boeotorum clade sic Demosth. Or. de Legat. prave gest. p. 232. *εἶχον γὰρ (οἱ Φωκεῖς) Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ τὸ Τιλφωσσαῖον, καὶ τοὺς ἐν Νέωσιν ἀπειλήφεσαν αὐτῶν, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίους ἀπεκτόνεσαν ἐπὶ τῷ Ἡδυλείῳ, καὶ τρόπαιον εἱστήκει καὶ ἱπποκράτουν, καὶ κακῶν Ἰλιὰς περιειστήκει Θηβαίους.* ubi Ulpian. vide et mox Nostrum c. 59. Wess.

125. 86. *Οἱ δὲ νοσφισάμενοι*] Scribe *οἱ μὲν νοσφισάμενοι.* Rhod.

125. 90. *Ἀπέσχετο τῶν ἀναθημάτων*] Quid illis ergo fiet, quae superius c. 30. perscripta de Philomelo sunt, et in Plut. de Pyth. Orac. p. 397. F.? Fuit ille fortasse in contrectandis donariis modestior fratribus, absolvi tamen difficulter poterit. Wess.

125. 95. *Μισθοφορᾶς*] *Μισθοφορίας* Reg. 2. Basil. Eadem infra L. XVIII. 52. et huius lib. c. 82. discordia. Wess.

126. 97. *Χρυσᾶς πλίνθους*] Vid. T. Hemsterhus. ad Luciani Contempl. c. 12. Diligentissime laterum horum mensuram et modum exegit Herodotus, Nostro non plane consentaneus, L. I. 50. Ait fuisse numero *ἡμιπλίνθια* CXVII, quorum quatuor erant auri purissimi, *ἀπέφθου χρυσοῦ*, singuli pondo unius et dimidii talenti: reliqui ex albido auro, binum talentorum pondo. Aequant ergo Herodoti lateres auri talenta CCXXXII, cuius mihi discriminis ratio non apparet. Wess.

126. 99. *Λέοντα χρυσοῦν καὶ γυναῖκα*] Conmeminit leonis aurei ibid. Herodotus, quem primitus decem talentorum pondo fuisse, postea igne Delphici Apollinis templo consumpto, sex talentorum ac dimidii, eliquatis illo incendio tribus talentis et dimidio. Addit mulieris eius statuam auream tricubitalem fuisse, de cuius dedicatae caussa plura Plutarchus de Pyth. Orac. p. 401. E. Id vero dubites, velitne auctor, phialas illas CCCLX una cum leone et femina aequasse auri talenta XXX, an leonem et mulierem id habuisse pondus? Prius ipse verborum ordo videtur exigere resque ipsa, haud sane ferens, ut feminae illud signum auri talenta XXIII excedat. Pro posteriore tamen stabunt fortasse ea, quae auctor de argenti valore mox disputat. Wess.

126. 3. *Εὑρίσκεσθαι τάλαντα τετρακισχίλια*] Itane vero? Atqui auri potestas ad argentum decupla erat. Pollux IX. 76. *τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἄν τις ἐκ τῆς Μενάνδρου Παρακαταθήκης μάθοι· προειπὼν γὰρ*

Ὁλκὴν ταλάντου χρυσίου σοι παιδίον
Ἕστηκα τηρῶν. —

Ἐπάγει μετὰ ταῦτα περὶ ταυτοῦ λέγων· Μακάριος ἐκεῖνος δεκατάλαντον καταφαγών. Talentum auri, decem talenta Menander vocat. Qua itaque ratione CCLXX auri talenta, aut, si seorsum in

summam addideris phialarum CCCLX pondus, CCLXXXII, aequabunt argenti talentorum millia quatuor? Equidem nil video, nisi si alia auri ad argentum proportione Diodorus sit usus: non enim eadem semper, etsi Pollux generalius loquatur, fuisse censenda est. Herodotus certe L. III. 95. χρυσίον τρισκαιδεκαστάσιον, sive *ter decies argento rependendum*, dixit. Atque hoc malim. Wess.

126. 10. Τῶν ἐν τοῖς Περσικοῖς θησαυροῖς etc.] Vide L. XVII. 66. et 71. Egit de donariis Delphici templi, a Phocensibus direptis, copiosius, uti ex Athen. L. VI. p. 232. A. colligas, Theopompus. Wess.

126. 14. Καὶ τὰ περὶ τὴν ἑστίαν καὶ τὸν τρίποδα etc.] Iisdem paene verbis rem hanc exsequitur Aelian. Hist. Var. L. VI. 9. Mox ἀφήτορος οὐδὸν in Homeri Il. *I.* vers. 404. Rhodomannus vertit *solum Phoebi, qui spicula torquet*, bene ex Grammaticorum sententia, sed Phocenses ἀφήτορος οὐδὸν explicabant τὸν κατὰ γῆς θησαυρισμὸν, teste Strabone L. IX. p. 664., qui Onomarchum noctu eas opes effodere adgressum, sed magnis etiam terrae tremoribus fuisse inpeditum addit. Tu vide Iac. Perizonii not. ad Aelian. Wess.

126. 29. Μετέσχον δὲ τῆς αἱρέσεως Ἀθ. καὶ Λακεδ.] Confer Pausan. L. III. 10. et IV. 5. Wess.

126. 33. Ἰφικράτους διατρίβοντος περὶ Κέρκυραν] Eo fortasse tempore, de quo auctor L. XV. 47. Wess.

127. 52. Περὶ τοὺς μεγίστους τῶν θεῶν ἠσεβήκατε] *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα Aelian. Var. Hist. L. I. 20. Et Atheniensibus tamen sacrilegia exprobrat? Wess.

127. 56. Εὐχόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα πατρῷον εἶναι] Vid. Io. Meursium Athen. Attic. L. II. 12. et Steph. Bergler. ad Alciphron. L. II. Ep. 4. p. 264. Frequens is Apollini titulus apud Athenienses, quippe generis auctori ob Ionem ex Creusa filium, a quo Athenienses Iones olim dicti. Aristides T. I. p. 169. καὶ τίκτει δὴ τοὺς θεοὺς τήν τε Ἄρτεμιν καὶ τὸν πατρῷον Ἀπόλλω τῇ πόλει. ubi bene Scholiastes. Et p. 193. προσλαβοῦσα γὰρ τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητὴν, ἑαυτῇ δὲ πατρῷον Ἀπόλλω τὸν Πύθιον. Adde Demosthen. pro Coron. p. 163. et Or. in Eubulid. p. 713. Philostrat. Epist. XLVI. Wess.

127. 60. Περὶ τῶν μεγίστων ἔτι καὶ νῦν τὸν θεὸν ἐπερωτῶντες] Mittebantur Sparta legati, quibus *Pythiorum* nomen. Οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς Herodot. L. VI. 57. quem quidem titulum aut ab Apolline Pythio, aut a sciscitandi studio, πυθέσθαι, ut bene N. Cragius de Laced. Rep. L. II. 9., inpetrarant. Erant enim, si qui Graecorum, oraculis maxime deditι Spartani: μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντες dixit supra Noster L. XIV. 13. Wess.

127. 64. Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ Κορσιὰς] Saepe

Demosthenes Orchomenum et Coroniam a Phocensibus inseslas et a Boeotis studiosissime repetitas memorat Orat. de Pac. p. 42. et de Leg. fals. p. 223. et p. 230., ubi *Κορσιὰς* adiungit. Habet easdem ex eo loco Harpocration, qui testem citat Theopompum. In Stephano *Χορσία*, ex Pausania L. IX. 24., sed cui ea urbs *Κορσεία*· ut adeo Ethnicographus vitiosum codicem sit secutus. Is. Vossium vide ad Scylac. p. 33. Wess.

127. 73. *Καὶ βουλόμενος τὰ Λευκτρικὰ φρον. συστεῖλαι*] Orator Aeschines, qui hoc tempore legatus ad Philippum ierat, renuntiaverat non dissimilia civibus suis, modo fidere liceat eius adversario Demostheni: *οὗτος μὲν γὰρ ἔφη Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν (Φίλιππον) τειχιεῖν, καὶ τοὺς μὲν Φώκεας οὐκ ἀπολεῖν, τὴν δὲ Θηβαίων ὕβριν ὑμῖν καταλύσειν* Or. de Leg. Fals. p. 223. et Or. pro Coron. p. 142. Sed haec in speciem erant dicta, utque Athenienses circumscriberentur, docente Libanio in Or. eius Argumento. Adde Aeschinem *περὶ Παραπρ.* p. 46. et Iustinum L. VIII. 4. Wess.

127. 78. *Καθ' ἃς ἐστιν Ἀπολλ. ἅγιον ἱερὸν*] Apollinis oraculo et donariorum copia templum id insigne erat. Vid. ad Strabon. L. IX. p. 647. Casaubon. et Graec. Antiq. L. VI. 15. Iac. Palmerii. Wess.

128. 90. *Συνέβη τῆς στιβάδος ἐκκαυθείσης* etc.] *Σέλινα εἰς τὰς στιβάδας* infra c. 80., *καὶ ἐκ φυλλάδος στιβάδας ἀποσωρεύσας* Longus Pastor. L. II. p. 78., *ἄλλοι δὲ στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων* S. Marcus Evang. XI. 8.; e quibus latior vocis usus adparet. Sed id leve. Quod auctor casui et fortunae tribuit incendium, id Pausanias Thebanis: *ἐς δ (ἱερὸν) ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Φωκικῷ βιασθέντας μάχῃ Φωκέων ἄνδρας καὶ ἐς Ἄβας ἐκπεφευγότας, αὐτούς τε οἱ Θηβαῖοι τοὺς ἱκέτας καὶ τὸ ἱερὸν — ἔδοσαν πυρὶ* L. X. 35. Wess.

128. 97. *Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Τίτον Κοΐντιον*] Pro his Livius edit (L. VII. 24.) L. Furium Camillum et P. Claudium. Idque Cicero in Catone (cap. 12.) et Agellius lib. IX. 11. confirmant. Rhod. Credibile est, Diodorum alios esse Fastos secutum, monente Pighio ad ann. CDIV. p. 294. Praenomen Claudii Rhodomannus sumpsit ex Sigonio. Tu vide Clariss. Arnold. Drakenborch. ad Livii L. VII. 24. Wess.

128. 98. *Ἐπὶ δὲ τούτων ὁ Φωκικὸς πόλεμος* etc. *κατελύθη*] Uno anno videtur excedere suum numerum calculus Diodori: supra enim p. 517. (huius lib. c. 14.) Agathocle Archonte coepisse hoc bellum ait, et durasse annos undecim. Sed ex aliis auctoribus videtur constare finitum fuisse hoc bellum anno decimo, et quidem Theophilo archonte. Pausanias in Phocicis c. 3. expresse *δεκάτῳ δὲ ὕστερον ἔτει μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν ἐπέθηκεν ὁ Φίλιππος πέρας τῷ πολέμῳ Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ κληθέντι αὐτῷ, Θεοφίλου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ, ἣν Πολυκλῆς ἐνίκα στάδιον*. Id est, *decimo vero anno post templi*

sacri direptionem, Philippus imposuit finem bello Phocico et Sacro appellato, Theophilo Athenis praetore, Olympiadis centesimae octavae anno primo, qua stadium vicit Polycles. In quo Pausaniae loco notanda est locutio insolita *ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ.* raro ita loquebantur Graeci de anno primo Olympiadis, sed dixissent *Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ καὶ ἑκατοστῇ.* unde colligo pro *ἔτει πρώτῳ* legendum esse *ἔτει τρίτῳ.* et ita legendum esse omnino me persuadet et cogit credere Demosthenes: nam in oratione de falsa legatione (p. 227.) ait ex Phocensium excidio tantum dolorem accepisse Athenienses, ut ex consternatione moris patrii obliti, neque concilium neque Thesmothetae curam habuerint mittendi *θεωροὺς*, sacros legatos ad Pythia: unde elicitur excidium Phocensium et belli finem incidisse in annum, quo Pythia celebrabantur, quod fiebat tertio Olympiadis uniuscuiusque anno, quod quadrat cum Archia Archonte secundum Diodori calculum: et id notavit Petavius in suo Rationario (Part. 1. L. III. 11.), et est nodus vindice dignus. Palm. Durasse Phocicum bellum continuos decem annos non uno loco Aeschines profitetur Or. de Legat. fals. p. 45. et in Ctesiph. p. 74. Idem alii adfirmant. Diodorus supr. c. 14. spatium XI illi annorum tribuit, quod Archonte Agathocle turbarum prima nata sint initia, atque ab eo anno Demophilus res Phocensium scribere sit ingressus. Pausanias eodem Archonte sumtum et continuo gestum censuit per decem annos usque ad Praetorem Atheniensium Theophilum sive annum primum Olymp. CVIII. Male posterius. Nam, quod verissime observavit D. Petavius ex Demosthene, Phocenses a Philippo fracti tum sunt, cum Pythia agerentur. Atqui Pythia exeunte anno secundo tetracteridos Olympiacae peragebantur. Recte ergo Diodorus finem belli in annum tertium Olymp. CVIII. retulit. Par Pausaniae foret ratio, modo ferri posset eruditissimi Palmerii coniectura. Sed non potest. Nam belli initium manifeste illi anno tribuit, qui Archontem habuit Agathoclem, sive Olymp. CV. 4. L. X. 2. Ab Agathocle ad Theophilum, quo terminatum ait bellum, anni sunt X. Porro si *ἔτει τρίτῳ* legas, mutandum etiam erit Theophili Archontis nomen: neque enim illi locus est anno tertio Olymp. CVIII., quo eo munere Athenis fungebatur Archias. Iam quod de insolita dictione *ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ* adiungit, id enimvero permovere illum non debuerat. Ecce iterum Pausaniam L. X. 5. *κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς.* Eadem ibi locutio. Id quoque non optimi commatis, quod de concilio et Thesmothetis ait. Tu vide Ulpianum ad Demosthen. *περὶ Παραπρ.* p. 227. Wess.

128. 3. *Στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Ἀρχίδαμον*] Venit et ille in Phocidem, pollicitusque est, angustias se Thermopylarum ita insessurum, modo opportuna sibi loca traderentur, ne qui Philippo transitus pateat. Sed cunctabantur Phocenses, dictitantes *τὰ τῆς*

Σπάρτης δεινὰ δεδιέναι in Aeschin. Or. de Legat. fals. p. 45. Paullo aliter in eiusd. Argumenti Orat. p. 215. Demosthenes. Wess.

128. 8. *Φάλαικον πάλαι — ἠξιωμένον*] Recte in margine assignatum est *πάλιν*. Rhod.

128. 11. *Ἐν τῇ Νικαίᾳ διατρίβων*] Hanc et Alponum ac Thronium *τὰ τῶν παρόδων τῶν εἰς πύλας χωρία κύρια* Aeschines vocat Or. *περὶ Παραπρ.* p. 45., meminit et Demosthen. Philipp. II. p. 46. et Or. in Philippi Epist. p. 89. ubi bene Schol. Vid. Iac. Palmerii Graec. Antiq. L. V. 2. Ea ergo oppida Phalaecus praesidio tenebat, ut Philippum transitu prohiberet. Wess.

128. 15. *Οὗτος μὲν ὑπόσπονδος — ἀνεχώρησε*] Eadem Aeschin. Or. de Legat. fals. p. 47. Phalaecus rei militaris usu defectus in angustiis rei pecuniariae post tot sacrilegia versabatur. Secutae sunt, ut adsolet, conductitiorum militum seditiones: accesserunt amicorum promissa haud sane fida. Atque haec hominem gentemque universam pessum dederunt. Vid. eundem Oratorem p. 45. Alia Iustin. L. VIII. 2., sed parum vero similia. Paratragoediat enim. Wess.

129. 19. *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἄνευ μάχης* etc.] Rex ipse literis Athenas missis eadem testatur apud Oratorem pro Corona p. 140., seque urbes, sponte sese dedentes, praesidiis occupasse, reliquas, quae imperata facere detrectaverant, armis domuisse: quod ultimum negat Demosthenes Or. de Leg. perperam administrata p. 210. *τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων, τῶν ἐν Φωκεῦσιν, ἁλῶναι πολιορκίᾳ, μηδ᾽ ἐκ προσβολῆς κατὰ κράτος. ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ σπείσασθαι, πάντας ἄρδην ἀπολέσθαι* etc. et p. 226. fortasse, ut tanto arctius adversarium crimine proditorum Phocensium premeret. Wess.

129. 25. *Καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον — εἶχον*] Singulae gentes, quibus societas Amphictyonici concilii, bina suffragia ferebant, Aeschine *περὶ Παραπρ.* p. 43. teste. Exclusis ob sacrilegia Phocensibus, Philippo eiusque posteris condonatum id fuit, quod illorum antea fuerat: unde *τὰς τῶν Φωκέων ψήφους* in Macedonum esse potestate saepe Rhetores indignantur, uti Libanius T. II. p. 685. D. et p. 703., Demosthen. secutus Or. de Leg. fals. p. 268. Atque hoc quidem nihil obscuri habet. Difficilius prima fronte videtur, quod de Thessalis Demosthen. Or. de Pac. p. 43., bellum eos cum Phocensibus cupidissime ingressos esse, ut in concilium apud Thermopylas adsciscerentur, et duum Delphis suffragiorum conpotes fierent: *τῆς Πυλαίας ἐπεθύμουν, καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι γενέσθαι.* Atqui Thessali a prima concilii origine inter Amphictyonas et dignitatem et suffragiorum ius habebant, principe propterea loco collocati ab Aeschine Or. *περὶ Παραπρ.* p. 43. Quod quidem dubium ut amoliretur, multa disputavit And. Dounaeus Praelect. in Demosthen. p. 171., sed quae damnasset ipse, si recordatus esset eorum, quae

Anonymus auctor Argumenti Demosth. περὶ Παραπρ. ita commentatur: εὔδηλον γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας, ὅτι τῶν μὲν (Θηβαίων) παρείλοντο τὰς δύο πόλεις γειτνιώσας αὐτοῖς. Θετταλοὺς δὲ παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν ἅτε ἐν μέσῃ Φωκίδι τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἱδρυμένην. Hinc enim constat, Thessalos veteri possessione fuisse a Phocensibus deiectos et plane exutos, eamque adeo hoc bello, ut Demosthenes monet, recuperare studuisse. Ceterum Phocenses suffragiorum ius, quod hoc tempore amiserunt, multis elapsis annis sibi iterum asseruerunt, egregia in Gallos, qui duce Brenno Graeciam ac Delphos invaserant, opera navata, uti a Pausania docetur L. X. 8. Idem And. Dounaeus admonet, sed mire fluctuans in Brenno, quem eundem censet atque illum, cuius ductu urbs et Capitolium multis ante annis occupata perhibentur. Inconsiderate profecto. Wess.

129. 27. Τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι τριῶν πόλεων περ. τὰ τείχη] Haec sunt obscurissima, et sequentibus parum congrua. Iubent Amphictyones post pauca omnes Phocensium urbes solo aequari. Sunt quoque cunctae eversae ex decreto, teste Pausania L. X. 3. Quare Demosthenes Or. de Leg. fals. p. 230. non tantum ὅλων τῶν τειχῶν καὶ πόλεων ἀναίρεσιν per Phocidem indignatur, sed cum Delphos pergeret, vidisse ait ibid. p. 212. οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, χώραν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίᾳ. Et p. 268. τὰ τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων Φωκέων τείχη κατεσκάπτετο. Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατασκάπτοντες. Quid dicemus? An τείχη munitiones esse, non moenia? Ita nodum solvi posse, consultissimus Barbeyracius Histor. Foed. Part. I. p. 226. censuisse videtur. Sed qui urbes omnes disiectas et eversas volunt, illosne plerarumque munitionibus pepercisse credemus? An trium praecipuarum et opportunarum, τῶν ἐπικαιροτάτων, quod Pletho de suo admensus est vocabulum, muros esse pessumdatos? ut reliquorum moenia, tanquam perpetuum poenae Phocensium monumentum, durarent. Id sequar: nisi si qui libri praeferant τῶν δ' ἐν Φωκεῦσι δύο καὶ εἴκοσι πόλεων etc., Namque eo nihil verius. Viginti enim et duae Phocensium erant urbes, quae omnes, unis fortasse Abis exceptis, eversae sunt. Καὶ δύο καὶ εἴκοσι πόλεις πιστεύσασαι διῳκίσθησαν Libanius inquit T. I. p. 107. et ante eum Demosthen. Or. de Leg. fals. p. 226., ne quid de Pausaniae citato loco dicam. Wess. Comparato c. 58. κατὰ τὴν Βοιωτίαν οἱ μὲν Φωκεῖς τρεῖς ἔχοντες πόλεις ὠχυρωμένας Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν καὶ Κορσιὰς eas ipsas urbes Boeotias hic intelligi coniicit Weiskius de hyperbole p. I. p. 30., unde reponit τῶν ὑπὸ Φωκεῦσι. Quam coniecturam adversus eos si qui τριῶν πόλεων de ternis in Phocide Amphictyonicis urbibus accipiant tuetur p. II. p. 30.

129. 36. Καὶ μετοικίσαι εἰς κώμας] Pausanias dicto loc. τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι (Φωκέων πόλεις) καὶ εἰς κώμας — ᾠκίσθησαν. Propterea Demostheni Pho-

censes *διῳκισμένοι κατὰ κώμας* Or. *περὶ Παραπρ.* p. 216. Wess.

129. 41. *Τιθέναι δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Φίλιππον* etc.] In caussis belli sacri, a Philippo in Phocenses sumpti, recenset Demosthen. Or. de Pac. p. 40. *καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ*, *ut Pythiorum ludorum moderator esset et praeses.* Id obtinuit confecto bello, estque satis expeditum. At quid sibi volunt, *διὰ τὸ Κορινθίους μετεσχηκέναι τοῖς Φωκεῦσι τῆς εἰς τὸ θεῖον παρανομίας*, *quod Corinthii in scelerati facinoris Phocensium consortio fuerunt?* Viri eruditi, quibus exscribere et illustrare libuit hoc Amphictyonum decretum, Ant. van Dale Dissert. de Concil. Amphictyon. p. 440. et Barbeyracius Hist. Foeder. P. I. p. 227., intacta transmittunt. Mihi multo difficillima semper sunt visa. Nam quae illa ratio, Philippum cum Thessalis et Thebanis Pythiorum fore praesidem, quod Corinthii socii Phocensium in sacris fuerint legundis? Corinthiine praeter ceteros Pythiorum ante hoc tempus fuere moderatores? Atqui certamen erat *κοινὸν τῆς Ἑλλάδος*, ut dicit Philipp. III. p. 69. Demosthenes. Praesides Amphictyones. *Πρώτην ἐπὶ ταῖς δέκα ἐτίθεσαν Πυθιάδα Ἀμφικτύονες* Pausan. L. VIII. 18. p. 636. Inde *ἐν Πυθίοις Καλλίστρατος τῶν Ἀμφικτυόνων ἐπιμελητὴς* tibicinem quendam, quod serius venisset, nomen profiteri non est passus apud Plut. Sympos. L. VII. 5. Ludi ipsi *τῶν Ἀμφικτυόνων ἆθλοι* in inscriptione, de qua Pausan. L. X. 7. Itaque nihil praecipuum in ludorum dispositione Corinthiis. Porro accusantur sacrilegii, proptereaque excluduntur, qui nusquam inter Phocensium adiutores nominatim ab auctore sunt recensiti. Quid? eo nomine si Corinthii fuerunt mulctandi, cur Lacedaemonii hoc decreto sine noxa dimittuntur? qui tamen Phocensibus in primis auxilio fuerunt, in praedam partemque sacrae pecuniae vocati. Immo vero soli illi Dorico ex genere Amphictyoniae possessione ob illud crimen sunt deiecti. *Φωκέων δὲ τὸ ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ Δωρικοῦ Λακεδαιμόνιοι μετασχόντες ἐπαύσαντο Ἀμφικτυονίας* Pausan. L. X. 8. p. 816. Hoc amplius, indignatur Demosthenes Philipp. III. p. 69. Philippum ludis Pythiis praesidere, et *προμαντείαν τοῦ θεοῦ* sibi sumere, depulsis Atheniensibus, Doriensibus et Thessalis, ceterisque Amphictyonibus: *τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσαντας πέμπει — ἔχει δὲ καὶ τὴν προμαντείαν τοῦ θεοῦ, παρώσας ἡμᾶς καὶ Θετταλοὺς καὶ Δωριέας καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύονας.* Qui quidem, si Amphictyones cura ludorum Pythiorum fuissent decreto prohibiti, haud sane tacuisset. Quare, ut verba compendifaciam, sic censeo, sententiam Amphictyonicam non esse integram, et haud pauca ante *διὰ τὸ Κορινθίους* etc. desiderari. Succurrere potuisset Demosthenes, a quo *δόγμα* hoc Amphictyonicum Or. *περὶ Παραπρ.* p. 211. recitatum fuit, modo integrum orationi inseruisset. Wess.

130. 46. *Καταπετροκοπῆσαι*] Verbum elegans, sed nu quam mihi lectum. Arma Phocensibus fuisse adempta, non praeter Demosthen. de Legat. fals. p. 216. Porro de conbustis armis qu additur, satis illustraverunt viri docti Freinshem. et Duker. Flori L. II. 4. 5. Wess.

130. 54. *Οὐ μόνον δόξαν εὐσεβείας etc.*] Pulchre Iustin L. VIII. 2. *Incredibile quantum ea res apud omnes nationes P lippo gloriae dedit. Illum vindicem sacrilegii, illum ultor religionum: quod orbis viribus expiari debuit, illum qui piac exigeret extitisse. Dignum itaque qui diis proximus ha retur, per quem deorum maiestas vindicata.* Adde Demosth Or. de Pac. p. 42. Wess.

130. 68. *Ἀρχιτέκτων τῆς καταλήψεως*] Ita ἀρχιτέκτ τῶν κακῶν in Excerpt. Vales. p. 305. *Princeps et architec sceleris* in Or. Ciceron. pro Cluent. c. 22. De voluntaria Phi meli nece supr. c. 31. Wess.

130. 73. *Κατακοπεὶς ἐσταυρώθη*] Vid. huius lib. c. 3 et de Phaylli tabe c. 38. Wess.

130. 83. *Μετὰ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας φυγὴν*] Atqui f accepta liber discessit, nulla constrictus captivitate c. 60. Ita aut supervacanea praepositio est, aut laxius accipiendum αἰχμ λωσίας vocabulum. Wess.

130. 88. *Τέσσαρας ἔχων ἡμιολίους*] Infra L. XIX. ναῦς ἡμιολίας vocat, firmans scriptorum Codd. lectionem, S leve id et paene arbitrarium est. Quae vero fuerint ἡμιόλιαι qua amplitudine, post sollicitam virorum doctorum inquisition nondum adparet certo. Vide sis Cl. Salmasium Observ. in Ius A et Rom. c. 28. p. 703. et Io. Scheffer. Milit. Nav. L. II. 2. We

131. 11. *Τοὺς Κνωσσίους*] Hoc melius et mox Κνωσσ Sic enim solet auctor. Vid. L. V. 77. Wess.

131. 17. *Τοῖς δὲ Λυκτίοις ἐκ τῆς πατρίδος etc.*] Er Cnossiis et Lyctiis, ut saepe vicinis, perpetuae inimicitiae, q rum finis idem qui Lycti: neque enim positae sunt, nisi Ly eversa, ut Polyb. L. IV. 54. et Strabo L. X. p. 734. testan Inplorant autem Lyctii Spartanos, quod eorum essent coloni, uti ibid. Polybius, et eo prior Aristoteles Politic. L. II. 8. in cant. Porro *Λύκτος* et *Λύκτιοι* scripti libri: antiquissimum men nomen *Λύττος* et *Λύττιοι*, ut apud Homerum et Polyb inque numis. Sita urbs erat loco celsiore: τὸ vero ἄνω καὶ ὑ λὸν vocabant λύττον, auctoribus Hesychio et Stephano. Vid. Spanh. ad Callim. H. Apoll. v. 33. Wess.

131. 31. *Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἀρχίδαμος etc.*] Mem expeditionis Strabo L. VI. p. 429. B., quae multo serius conti Auctor una serie eorum calamitates exsequitur, qui sacrilegii lique sacri fuerant participes. Wess.

131. 35. *Κατὰ δὲ τὴν πρὸς Φωκ. συμμαχίαν βλασφημούμενος*] Illustrabit haec Pausanias L. III. 10. Vid. not. ad c. 24. Wess.

131. 38. *Ἐβασίλευσε — ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι*] Convenient numeri, si repetas ab Archonte Nicophemo, sub cuius praetura Agesilaus in reditu ex Aegypto obiit supr. L. XV. 93., finiasque in Archontis Chaerondae magistratu, quo Archidamus, re infeliciter gesta, in Italia occubuit. Vid. huius lib. c. 89. Wess.

131. 40. *Ἔτη πεντεκαίδεκα*] In his annis vitium inest. Regnavit post patris Archidami obitum per annos IX, ut bene infra c. 89. Decessit contra Antipatrum pro Graeciae libertate depugnans apud Pausan. L. III. 10., Archonte Athenis Aristophonte, quemadmodum in Nostri L. XVII. 63. perscriptum est. Peccatum acceptum referri debet scribae nimiae diligentiae. Ab Archia praetore, cuius in praefectura mortem Archidami auctor obiter memorat, ad Aristophontem anni abierunt ferme quindecim. Id hominem in errorem induit. Wess.

131. 49. *Ἐν οἷς ἦν — Φάλαικος*] Ad obsessam Cretae Cydoniam, quod incolae pecuniam conferre recusarent, exstinctum esse Phalaecum, significat quoque Pausanias L. X. 2. Wess.

132. 52. *Ὑπὸ τῶν Ἠλείων φυγάδων*] Seditionem, qua sub hoc tempus Elei *συγγενεῖς αὐτῶν καὶ πολίτας μιαιφρονεῖν* instituerunt, tangit Demosthenes Or. *περὶ Παραπρ.* p. 256., culpam facinoris in Philippum invidiose conferens. Wess.

132. 70. *Ἡ μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἑλένης γεγενημένον* etc.] Rem eamdem ex Demophilo commemorat Athen. L. VI. p. 232. A. Wess.

132. 73. *Ἡ δὲ τὸν τῆς Ἐριφύλης* etc.] De fatali hoc monili Apollodorus Bibl. L. III. 7. 7. p. 186. et Athen. cit. loc. Abstulit id Phayllus, donoque misit Aristonis Oetaei uxori, quam amabat. Mulier, postquam aliquot in annos eo sese iactaverat, incensa a *minore filio*, sed furore correpto, domo, una cum aedibus deflagravit. Sic Parthenius Erot. c. 25. At Plut. de Ser. Num. Vind. p. 553. D. Aristonem ipsum, permittentibus Tyrannis, detractum id monile uxori misisse: filium vero matri quibusdam ex caussis iratum domo ignem subiecisse eamque pariter cum matre exussisse: discrimine haud magno. Wess.

132. 81. *Καὶ μεγάλην βασιλείαν*] H. Steph. non dubitat, quin *μεγίστην* Diodorus scripserit: cui non refragor. Vide huius libri initium, et Exc. Vales. p. 338. Wess.

132. 86. *Καὶ τυραννίσι πολλαῖς καὶ μεγάλαις*] Si addixissent schedae veteres, bina ultima induxissem. Solet enim auctor *πολλὰς καὶ ποικίλας* frequenter connectere, omissis ceteris. Vid. L. XVII. 13. Rhodomanni non alia est sententia. Ceterum pressi fuerant Syracusani post Hipparini necem Nysaei, sic enim scripsit Plutarchus, et sua aetate legit Gemist. Pletho, tyrannide,

quo delecto redierat in pristinam possessionem Dionysius, cum maxime bello petitus ab Hiceta, dominationi itidem inhiante. Haec ex Plut. princip. Timoleont. Wess.

132. 92. *Τιμολέοντα Τιμαινέτου*] *Τὸν Τιμοδήμου* Plut. Timol. p. 237. A., uter melius, non temere adfirmavero. Wess.

133. 7. *Ἀεὶ καὶ μᾶλλον*] Vid. not. in L. XI. 23. Wess.

133. 8. *Περιπατῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀπέσφαξε*] Aliter Corn. Nepos Timol. c. 1. Timoleon *fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne adspicere quidem fraternum sanguinem voluit*; quicum consentit Plut. Timol. p. 237. E. Wess.

133. 25. *Διεβεβαιώσαντο γὰρ, ἐὰν μὲν* etc.] Telecliđi, civitatis principi, dictum hoc Plut. tribuit, id praeterea docens, inter Timophanis caedem et imperium hoc Timoleonti traditum intercessisse ad viginti annos. Vide Timol. eius p. 238. E, Wess.

133. 40. *Εὐβούλου*] Vide Sylburg. ad Dionysii Dinarch. p. 116. Wess. *Eubulum* vocat etiam inscriptio apud Boeckhium I. p. 246.

133. 41. *Μάρκον Φάβιον καὶ Σερούϊον Σουλπίκιον*] Hos quadriennio post edit Livius L. VII. 28. Rhod. Secutus et hic Diodorus alios est Fastos. Conf. Pigh. ad ann. CDVIII. Wess.

133. 46. *Τέσσαρας τριήρεις πληρώσας*] Totidem illi naves ad hanc expeditionem dat Plut. Timol. p. 239. C., Aristoteles Rhet. ad Alexand. sect. 9. p. 181. duntaxat novem. Wess.

133. 55. *Προηγεῖτο λαμπὰς καομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν*] Thrasybulo, in Atheniensium tyrannos moventi ex Phyla, simile sese prodigium obtulit. Clemens Alexandrinus Stromat. L. I. p. 418. *τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ — πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον. ὅπερ αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπε.* Quin et *Aeneam, ex quo de Troia egressus est, Veneris per diem quotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentium veniret*, ex Varrone refert Servius in Aeneid. L. I. 386. Quorum ego hoc fabulosum, illud dubiae fidei, certe nusquam alibi memoriae proditum, opinor. Fax, qua de Diodorus, etsi caussis naturalibus tribui possit, eiusdem videtur generis, fortasse etiam ex Timaeo, qui Timoleontis gestas res mirifice extulit, Polybio teste Excerpt. p. 1399., sumta. Nollem quidem certe admotam illustrandae stellae, qua duce magi Christum venerati sunt, ut Sacris in Nov. Test. Observationibus factum video. Cautius multo Celeb. Camp. Vitringa Observat. L. V. 16. Wess.

134. 59. *Αἱ θεαὶ προήγγειλαν*] Hoc malui, quippe opportunius. Vide Plutarchum Timol. p. 239. D. Wess.

134. 66. *Εἰς τὸ Μεταπόντιον*] Sic Graeci, quos pressius secutus interpres erat. Latini *Metapontum* vocare solent. Conf. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. p. 1277. Wess.

134. 83. *Πρὸς Ἱκέταν τὸν τῶν Συρακ. δυναστεύοντα*]

Fuit ex Dionis amicis, cuius tamen familiae non constanter favit, ut ex Plut. extrema Dion. vita cognoscet. Callippo interfecto, quum Hipparinus et dein Nysaeus tyrannide Syracusanos premerent, rediret etiam Dionysius, visus est dominationi Tyrannorum inimicissimus, sed revera id animo agitans, ut patriam eiusque libertatem pessum daret. Docet idem Plut. princip. Timol. Ad eum referunt Syracusanorum numos, *ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ* inscriptos, in Thes. Brand. T. I. p. 387. et Parutae Tab. xxxv. etc., qui alius et longe quidem serioris sunt: neque enim hic de Syracusanis ita promeritus est, nedum urbem imperio tamdiu subditam vidit, ut suum in honorem tot numi procuderentur. De altero Hiceta auctor L. XXII. Ecl. 2. et 6. Wess.

134. 87. *Ἄννωνα στρατηγὸν*] Plut. Magonem copiis Punicis ducem inponit, parti classis Hannonem Timol. p. 244. et 245. B. Wess.

134. 96. *Καμπανοὶ*] Vid. L. XIV. 9. 61., ubi et Aetnae Campani. Quorum quidem si memores fuissent viri docti, possessione non deiecissent Campanos, de quibus Plut. Dion. p. 969. F. Wess.

135. 1. *Οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν οἰκοῦντες*] *Γαλαρίαν* et statim *Γαλαρινῶν* praestat. Sic auctor L. XIX. 104., sic alii. Vid. Ph. Cluver. Sicil. Ant. L. II. p. 330. Wess.

135. 12. *Περὶ τὸ Ὀλύμπιον*] Ita L. XIII. 6. ubi vide. *Ὀλυμπίειον* alioqui recipi potuisset. Wess.

135. 38. *Περὶ τοὺς ἐγκαθέτως δημηγοροῦντας*] Conf. Plut. Timol. p. 240. *Ἐγκαθέτως* subdole atque *insidiose*. Namque *ἐγκάθετοι* qui subornantur ad fraudem, apud Ioseph. L. II. Belli Iud. c. 2. 5., S. Lucam Evang. c. XX. 21. et Demosthen. Epist. 4. Wess.

135. 47. *Ἀνδρόμαχος*] De eo huius lib. c. 7. Wess.

135. 51. *Ἐπὶ τοὺς Ἀδρανίτας*] Vide not. in L. XIV. 37. Wess.

135. 60. *Πλείους τῶν τριακοσίων*] Verum hoc praestabit Plut. Timol. p. 241. E. Wess.

136. 69. *Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Μάρκον Πόπλιον*] Hi consulatum L. Furii Camilli et P. Claudii statim Livio subsequuntur. Et hoc Capitolinis Tabulis confirmatur. Est autem is M. Valerius, qui ex singulari pugna cum Gallo *Corvi* cognomen accepit. Alterum non *Πόπλιον*, sed *Ποπίλλιον* Livius nominat. Rhod. Eadem hic, quae supra, Fastorum discrepantia. Vid. Livium L. VII. 26. et Pighium ad ann. cdvii. *Πόπλιον* in *Ποπίλλιον* mutavi, quod schedae veteres haud multum a vero deflecterent. Wess.

136. 72. *Πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο*] Cum Carthaginiensibus legatis Romae his Consulibus foedus ictum, quum amicitiam ac societatem petentes venissent, docet Livius L. VII. 27. Foederis formulam servavit Polyb. L. III. 24. At primum hoc Romanos inter et Carthaginienses coaluisse, negat idem Polyb.

c. 22., aliud, quod statim a regibus exactis convenerat, exhibens. V. consultissimi Barbeyracii Hist. Foeder. P. I. p. 75. et 222. Wess.

136. 75. *Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνή*] Eadem Strabo L. XIV. p. 970. B. Conf. infra c. 75. Wess.

136. 82. *Τιμολέοντος δὲ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως* etc.] In his longe diversus abit Plut. Timol. p. 242., Timoleonti Insulam ipsumque tyrannum Dionysium pactione tradens. Consentit Aristoteles Rhet. ad Alex. c. 9. p. 181. Wess.

136. 89. *Μάμερκος ὁ τῶν Καταναίων τύραννος*] Reddidi Tyranno verum nomen ex Corn. Nepote et Plutarcho, obsecutus Lambino ad Nep. Timol. c. 2., Is. Casaubono in Polyb. L. I. p. 125. ed. Gron., aliisque eruditorum pluribus. Wess.

136. 99. *Περιγενόμενος τῶν πολεμίων*] Hoc vero congruum est. Carthaginiensium enim duce turpem fugam ingresso, Timoleon Hicetam eiusque milites, quos adversarios habebat, fudit, urbemque occupavit, Plut. Timol. p. 246. Wess.

136. 5. *Διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων*] *Ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον* L. I. 23.; *ἀμετάθετον ὠμότητα* et *ἔχθραν ἀμετάθετον* L. XIII. 21., *ὀργὴν ἀμετάθετον* huius lib. cap. 95. et *νόμους ἀμεταθέτους* c. 83., *τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς* in Epist. ad Hebr. VI. 17., ubi Raphelius ex Polybio nonnulla reperies. Wess.

137. 17. *Πυθοδότου*] Sic oportet. *Πυθόδοτον* vocant Demosthen. Or. in Olympiodor. p. 652., ubi in vetustis schedis similis discordia, Dionysius in Dinarcho p. 116. et Epist. ad Amm. p. 121., et Diogen. Laert. V. 9. Wess. *Πυθοδότου* correxit et Scaliger verissime. Idem in Add.

137. 26. *Καὶ κατεβίωσεν ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ*] Aelianus Hist. Var. L. VI. 12. *Αὐτὸς δὲ (Διονύσιος) ἐν πενίᾳ μυρίᾳ κατέστρεψε τὸν βίον γηραιός*. quibus non dissimilia L. IX. 8. Quid? eo paupertatis devenit, ut Corinthi literas doceret. Demetrius Phaler. *περὶ Ἑρμ.* Sect. CCLII. *πτωχεύει ἐν Κορίνθῳ (Διονύσιος) διδάσκων γράμματα*. Philo Iud. de Ioseph. p. 545. B. *Διονύσιος — ἐκπεσὼν δὲ τῆς ἡγεμονίας εἰς Κόρινθον καταφεύγει, καὶ γραμματιστὴς ὁ τοσοῦτος ἡγεμὼν γίνεται*. Mitto Ciceronis, Pompeii Trogi, Valerii Maximi, Luciani, aliorumque scriptorum loca, quae nuper antestatus est et contra Cl. Heumannum, literarium hunc ludum a Dionysii persona amolientem, dextre defendit Frid. Guil. Roloffius illis Dissertationibus, quibus Dionysii tyranni fata conplexus est. Wess.

137. 29. *Τετρακοσίας τριήρεις*] Conf. not. in huius lib. cap. 9. Wess.

137. 33. *Τὰς μὲν κατὰ τῆς νήσου* etc.] Scribendum esse *τὴν νῆσον* bene monuit Rhodomannus. Timoleon enim arcem Syracusis, quam in insula munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disiecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est, deditque operam, ut quam minime multa vestigia ser-

vitutis manerent, Cornelio Nep. Timol. c. 3. et Plutarcho p. 246. E. auctoribus. Wess.

137. 37. *Τὰ περὶ τῶν ἰδ. συμβ. δίκαια etc.*] Distinctius haec traduntur inferius c. 83. Wess.

137. 40. *Ἣν Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου — καλοῦσι*] Sunt ἀμφίπολοι administri et sacerdotes, cuiusmodi ἀμφίπολος Ἀπόλλωνος apud Plut. Quaest. Graec. p. 297. A. et *Η ΔΙΟΣ ΑΜΦΙΠΟΛΟΣ ΧΕΛΕΙΔΩΝ* in lapide Doniano p. 558. Optime ergo Cicero L. II. Verr. 51. *Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos IOVIS SACERDOTEM sortito capi iubebat: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur.* Vid. Clarissim. Havercampum ad Parutae numos p. 308. A Syracusanis hoc sacerdotium in Melitam insulam transiisse credibile fit. Nam Prudens *ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ ΑΡΞΑΣ ΚΑΙ ΑΜΦΙΠΟΛΕΥΣΑΣ ΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ* in Gruteri Thes. p. 388. 4. et Reinesii Cl. V. 7. ex simili sacerdotum genere fuit, sicuti Ignat. Georgius Inspect. Anticrit. de S. Pauli naufragio IV. Diatrib. I. p. 183. erudite ostendit. Wess.

137. 48. *Ἔτη πλείω τῶν τριακοσίων*] Conveniunt anni. Debent coloniae ius Imp. Augusto. Vid. supra c. 7. et ad L. XIII. 35. Wess.

137. 51. *Τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ πόλεις*] Ἐπὶ Θρᾴκης, ut Demosthen. Or. de Cherson. p. 63., ubi harum urbium et Cersobleptae, in ordinem a Philippo redacti, conmeminit, et Aeschines Or. *περὶ Παραπρ.* p. 29. et in Ctesiphont. p. 63., tum rex Philippus Epist. ad Athenienses apud Demosthen. p. 93. Wess.

138. 69. *Διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα*] Haec vera esse non poterunt, si Theopompus cum ipso tyrannidis Dionysianae principio exorsus fuerit: incidit ea in annum tertium Olymp. XCIII., a qua ad hunc annum abierunt plus sexaginta. Vidit et hoc Ionsius de Script. Hist. Philosoph. L. I. 9. 3. Porro XLI. XLII. XLIII. libri Hist. Philipp. Theopompi ex Nostri testimonio res Siculas conplectebantur, et tamen ex L. XXI. et L. XXXIX. ac XL. talia citat Athenaeus L. VI. p. 261. A. tum L. X. p. 435. F., quae Dionysium maiorem eiusque familiam praecipue tangunt. Wess.

138. 71. *Ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς*] Ad historiae complementum et ad huius anni gesta addi potest ex Demosthene in oratione contra Olympiodorum p. 652. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι στρατιὰν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν πέμπουσι ὑπὸ ῥητόρων πεισθέντες.* Palm.

138. 74. *Μάρκον Πόπλιον*] Consulem alterum ex Tab. Capitolinis restitue *Γάϊον Ποιτήλιον*. Rhod. *Ποιτήλιον* sine dubio verum erat, quod citra aliquam librorum auctoritatem refingere non sustineo. Livium adi L. VII. 27. Wess.

138. 75. *Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολ. βασιλεὺς ἐτελεύτησεν*] Varie scribunt regis nomen. Pausaniae L. I. 11. modo *Ἀρύββας*,

modo *Ἀρύμβας* est. Apud Plut. princ. Vit. Pyrrh. *Ἀρύβας*, in Iustino L. VIII. 6. *Arrybas*. Demosthenes Olynth. I. p. 5., eumque secuti Ulpianus et Harpocration, *Ἀρίυβαν*, sicuti Diodorus, adpellant. Mortuo successisse Alexandrum negat Iustinus, sed regni possessione a Philippo deiecto. Wess.

138. 87. *Πρὸς πόλιν Ἔγγυον*] Vid. not. ad L. IV. 79. et de Leptine, urbis tyranno, Plut. Timol. p. 247. F. Wess.

138. 90. *Τοῖς δ' Ἐγγυΐνοις*] Praeivit corrigenti Venet., sed parum adiutus. *Τὸ γὰρ ἐθνικὸν Ἐγγυῖνος, ὡς Ῥηγῖνος*, apud Stephanum: propterea *Enguini* in Ciceronis Verrin. L. IV. 44. Conf. Ph. Cluverii Sic. Antiq. L. II. 11. p. 365. Wess.

138. 96. *Ἐνδεικνύμενος τοῖς Ἕλλησι* etc.] Non dissimilia de hoc Timoleontis studio Plut. Timol. p. 248. A. Wess.

138. 3. *Εἰς τὰς τῶν ξένων μισθοδοσίας*] Elegans aeque est *εἰς τὰς τῶν ξένων μισθαποδοσίας*. Utitur, etsi alia sententia, divinus auctor Epist. ad Hebr. c. II. 2. et XI. 26. Nil tamen mutare volui, quod *μισθοδοτεῖν* Noster atque alii saepe de mercede et stipendio adhibeant. Utar solo Philone Iud., ut auxilium illi, quo eget, feram. *Μισθοδοτήσας τοὺς ἀλειφοβίους καὶ φωνομαζεῖν εἰωθότας, οἳ τὰς καταβοήσεις ὥσπερ ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσι* scribit de Isidoro lib. in Flacc. p. 985. A. At qui tandem illi *ἀλειφόβιοι καὶ φωνομαζεῖν εἰωθότες*; vertunt, *conducta opera hominum aliena quadra viventium*. Haec equidem intelligo, non item Graeca. Scripseris *τοὺς ἀλειφομένους καὶ φωνασκεῖν εἰωθότας*, *conducta eorum opera, qui se aliosque inflammant et clamorem exercent*, neque ad sententiam quidquam desiderabitur. Firmat ipse Philo *ἀλείφειν* et *ἀλείφεσθαι* hoc usu terens, ut L. I Vit. Mos. p 648. et in Flacc. p. 966. A. tum Leg. ad Cai. p. 997. E., et praeter cetera vetus liber, quem Canterus adhibuit. Atque haec, etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco monuisse. Wess.

139. 18. *Πολλαὶ διεπ. πόλεις σπεύδουσαι πάλιν παραληφθ.*] Aufer *πόλεις* et *πάλιν*. Rhod.

139. 21. *Ἀγεννῶς τὸν πόλεμον διοικοῦντας*] Magonem, qui sibi ipse mortem consciverat, in crucem Poeni ob rem pessime gestam egerunt, Plut. Timol. p. 247. B., suffeceruntque eius in locum Asdrubalem et Hamilcarem ibid. p. 248. B. Wess.

139. 31. *Γάϊον Μάρκιον* etc.] Livius L. VII. 28. superioris anni consulibus successores dat M. Fabium et Ser. Sulpicium, quos auctor ante hos quatuor annos urbi inposuit c. 67., nescio quos Fastos secutus. Wess.

139. 33. *Κατεπολέμησε Κλείταρχον*] Putes ex Plut. Phocion. p. 746. F. *Πλούταρχον* esse legendum: hunc enim Phocion auxilio arcessitus Eretria et tyrannidis possessione evertit. Sed salva res est. Meminit eius expeditionis Demosthen. Or. de Pac. p. 40., quam Archia Archonte recitavit. Itaque prior est hoc anno,

et plane alia. In Plutarchi locum suffectus deinde Philippi opera est Clitarchus, docente eodem Philipp. III. p. 72. et Or. de Coron. p. 147., contra quem Phocion cum maxime copias duxit. Wess.

139. 35. *Πηξώδορος*] Ab Arriano (L. I. 24.) non *Πηξιώδορος* nec *Πιζώδαρος* hic nominatur, sed *Πηξόδαρος*. Scribit enim, *Πηξόδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα*. Intellige autem per *τὴν* ipsam Adam. Steph. Videtur ex hoc loco emergere dubium, si cum alio Diodori loco conferatur infra p. 574. (Lib. XVII. 24.) Nam ibi Ctesicle Archonte Adam ab Alexandro restitutam fuisse ait. Sed videtur hic Pexodorus sic annos septem dominatum Cariae tenuisse, non vero quinque, ut hic ponitur. Sed solvit dubium Strabo L. XIV. p. 970. et Arrianus L. I. 24.; ex illis enim discimus post mortem Pexodori quendam Persam Satrapam rerum potitum fuisse neglecta Ada. Caeterum alii *Πιξώδαρον*, ut Plutarchus et Strabo, alii *Πηξώδαρον*, ut Arrianus, vocant hunc Carem. Palm. *Πιξώδαρος*] Sic scripsi ex vestigiis discrepantium Codd., ob *ΠΙΞΩΔΑΡΟΥ* huius numos in Thes. Brandenb. T. III. p. 15. et Ez. Spanhem. Dissert. VIII. de Numism. p. 529. Fratrum Mausoli et Idriei natu erat minimus, quod praeter Diodorum testatur Strabo. Vide Beger. et Gronov. in Arrian. L. I. 24. Wess.

139. 44. *Ὑπεραίροντας πολὺ τῶν κατὰ* etc.] Mallet fortasse quis *τοὺς κατὰ Πέρινθον πύργους*, ut plerumque solent Graeci. Sed intercedit auctor c. 84. *οἶκος — τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἔργων ὑπεραίρων τῷ μεγέθει*. Et L. XX. 29. *ἑλέπολιν, ὑπεραίρουσαν πολὺ τῷ μεγέθει τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων*. Wess.

139. 47. *Ὑπορύττων ἐπὶ πολὺ, μέρος* etc. *κατέβαλεν*] Non admodum placet *ἐπὶ*, quod si cum ipsa distinctione procul abiret, non equidem indignarer. Quisque intelligit, quorsum *ὑπορύττων* spectet, ut c. 76. *τοῖς κριοῖς τύπτων τὰ τείχη συνεχῶς κατέβαλλεν*. Wess. XVII. 43. *κατέβαλεν ἐπὶ πλέθρον τοῦ τείχους*. 115. *τοῦ τείχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σταδίους*.

140. 56. *Καταπέλτας*] Reddidi Diodoro ex libro, quem Stephanus vidit. Nam post *συμμαχίαν* quid opus erat *καὶ πελταστὰς* adiungere? Tela et catapultae socia sunt. Wess.

140. 74. *Ὁ βασιλεὺς, ὑφορώμενος*] Persam intelligi, apertissimum est. Meminit auxilii, ab Ocho Perinthiis ipso in tempore submissi, Demosth. Or. ad Philippi Epist. p. 89. et Arrian. L. II. 14. Wess.

140. 80. *Ὁμοίως δὲ καὶ Βυζάντιοι*] *Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet*. Hoc movit Byzantios. Accessit artissimum foedus, quo *συγγενεῖς* ipsi mutuo *συμπολιτείας* iure gaudebant. Vid. Polyb. L. XVII. 2. et Demosthen. pro Coron. p. 151. Wess.

140. 86. *Καὶ διὰ τῶν ὀξυβελῶν ἀνείργων τοὺς* etc.] *Et missilibus ferratis urbicos depellens*, interpres. Ego, etsi *ὀξυβελεῖς* tela grandiora subinde dici norim, *catapultis* mallem. Solet

auctor ὀξυβελεῖς καταπέλτας et saepissime ὀξυβελεῖς vocare, quemadmodum et Iosephus Belli Iud. L. II. 19. 9. Prius dabit etiam Philo in Belopoeic. p. 89., et ὀξυβελὴς ὄργανον p. 56. Wess.

140. 3. Ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ χεῤῥονήσου] Conf. Plin. L. IV. 11. et Ammian. L. XXII. 8. et quae adscripta sunt Itiner. Antonin. p. 323. Wess.

141. 9. Διοικοδομοῦντες γὰρ τοὺς στενωποὺς] Not. in L. XIII. 56. adi. Sequentia verterat interpres, *superiores subinde demos loco muri insidebant*, nescio quid secutus: nam Steph. margo et Venet. illi non favent. Ego in vulgato acquiesco. Wess.

141. 20. Αὐτὸς προσέπεσεν ἄφνω τῷ Βυζαντίῳ] Sumptum in Byzantios Archonte Nicomacho bellum a Philippo fuisse Demosth. Philipp. IV. p. 86., quam hoc anno peroravit, et Dionys. Epist. ad Amm. p. 123. ostendunt. De eo Iustinus L. IX. 1. Wess.

141. 29. Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου] Vide L. IV. 1. et Ger. Io. Vossium de Hist. Graec. L. I. 7. Wess.

141. 35. Μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς] Disputavimus hac de re ad huius lib. c. 14. Wess.

141. 40. Ἀντικλῆς ὁ Ἀθηναῖος] Reddi victor hic debet Eusebii Catalogo, unde excidit. De consulibus huius anni Livius L. VII. 28. Wess.

141. 42. Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν τὸν Φίλιππον etc.] Theophrasto Archonte, pacem, quae Philippum inter et Athenienses post Olynthum captam coaluerat, dissociatam fuisse, Philochorus itidem docet in Dionysii Epist. ad Amm. p. 124. Signifer et fax Demosthenes erat, qua re sese iactat Or. pro Coron. p. 152. Adde Plut. in Demosth. p. 853. D. Wess.

141. 44. Δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν] Classi praefectus fuit Phocion, ut ex Plut. Phoc. p. 748. A. constat, qui navibus CXX Byzantios et Perinthios periculo, quod urgebat, expedivit. Ipsi propterea in decreto, quo gratum animum Atheniensibus profitentur, βοηθήσας (ὁ δᾶμος τῶν Ἀθηναίων) πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, καὶ σίτῳ, καὶ βέλεσι, καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἅμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων in Demosthen. Or. pro Coron. p. 151. Wess.

141. 49. Καὶ πρὸς Ἀθηναίους etc. συνέθετο τὴν εἰρήνην] De hac pace licet dubitare: nam et Demosthen. Or. in Philippi Epist., quam cum maxime dixit, cives suos bello accendit, utque ceteros Graecorum incitent, cohortatur, et Philochorus in Dionysii ad Amm. Epist. p. 124. locuples testis est, hoc et sequenti anno continuatum fuisse bellum. Itaque si ea coaluit, quod auctor adfirmat et Demosthenes innuit Or. pro Cor. p. 170., paucorum fuit mensium, quorum spatio Scythas Philippus invasit et adflixit, docente Iustino L. IX. 2. Wess.

141. 57. Ναῦς δὲ μακρὰς μὲν διακοσίας] Sic optime. Vide Plutarchum Timol. p. 248. B. Wess.

142. 76. *Οὐ πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων*] Plutarchus illi ad VII millia dat, magno discrimine: quod genus, cum numeris absolvatur, haud infrequens. Eccum tibi Polyaen., Carthaginiensium exercitum, qui Diodoro et Plutarcho LXX millium numero non inferior, quinquaginta duntaxat millibus aequantem Strateg. L. V. 12. 3. WESS.

142. 92. *Ἐναποκυβεύων ταῖς τῶν μισθοφόρων ψυχαῖς*] Non illi quidem invenuste. *Scilicet, ut Turno contingat regia coniux, Nos, animae viles, inhumata, infletaque turba Sternamur campis.* Dictum est, ut apud Polybium L. II. 63. *διότι δεῖ τὴν ταχίστην ἐκκυβεύειν τοῖς ὅλοις.* Et L. III. 94. *οὐδαμῶς κρίνων ἐκκυβεύειν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις.* Tum quod propius abest, *παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν ἐν τῷ βίῳ* apud Suidam in *Κύβος*. Conf. Gataker. ad Anton. L. I. 8. WESS.

142. 99. *Μόγις, πολλὰ* etc.] Ante *μόγις* desiderari videtur *ὁ Τιμολέων*. RHOD. in Add.

143. 13. *Ὑπέμνησε δὲ τῆς Γέλωνος εὐημερίας*] Copiose describitur L. XI. 22. WESS.

143. 16. *Ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων*] Res militibus plerisque parum videbatur fausta, quod nexis ex apio coronis mortuorum sepulcra ornare moris esset: *τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν στεφανοῦν σελίνοις* Plut. Timol. p. 248. D. Unde et apium *ἱερὸν τῶν καταχθονίων* in Schol. ad Pindari Olympia Od. XIII. 45., et si qui id portarent, *οὐ χρηστὸν σύμβολον* occurrentibus praebebant, quemadmodum Timaeus apud Plut. Sympos. L. V. 3. p. 676. D. innuit. WESS.

143. 18. *Τὸν γὰρ Ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι*] Vide P. Fabri Agonist. L. II. 23. Pinea corona Plutarchi aetate et Aeliani, cui propterea *πίτυς Ἰσθμική* de Anim. L. VI., 1. Isthmionicae donabantur, sed hoc tempore ex apio, arido tamen, ut a Nemea, quae ex viridi concinnabatur, differret. Docet Plutarchus dicto loco et Schol. Nicandri Alexiph. v. 605. WESS.

143. 36. *Καὶ τῶν Φοινίκων τῷ πλήθει περιχεομένων*] Vitium animadvertit Augustin. Bryanus ad Plut. T. II. p. 570. ed. Londin., *περικεχυμένων* refingens, quod nimium. Lenior medicina quam adhibui, autore probante in Excerpt. Vales. p. 402. *περιεχέοντο τὰς πολεμίας ναῦς*. Plura ad L. XIII. 51. WESS.

143. 48. *Καὶ τῶν ἁρμάτων ἅμα τούτοις φυρομένων*] Lege *φερομένων*. RHOD. Ferri *φυρομένων* potest, etsi *ἀναμὶξ* praecesserit. Solent alioqui haec verba permisceri. Exempli causa Philoni Iud. tribuuntur eo libro, quo deter. potiori insidiari solere disputat p. 169. D. *πάντα διὰ πάντων συγχέουσι καὶ φύρουσι.* Dederat ipse *καὶ φύρουσι*, quemadmodum de Agricult. p. 206. A. *ἔδει γὰρ μὴ φύραι καὶ συγχέαι.* Et de Leg. Spec. p. 809. D. *πάντα φύρων καὶ συγχέων.* Putares eiusdem Philonis in Flacc. p. 984. E. *ὄχλον ἀσύντακτον καὶ πεφορημένον* convertendum

esse in πεφυρμένον nisi vetaret ipse p. 980. D. πλῆθος ἀσύντακτον καὶ πεφορημένον, et Leg. Cai. p. 1009. A. μιγάδα καὶ πεφορημένον ὄχλον edens. Ne vero opineris eodem in luto omnia illa adhaerescere, dixit συμπεφορημένας καὶ συγκεκριμένας οὐσίας de Sacrif. Abel. p. 148. D., συμφορητὸν ὄχλον Dionysius Halicarnasseus T. II. p. 185.; φύσιν συμπεφορημένην Maximus Tyr. Diss. XVII. 7., ubi D. Heinsium συμπεφυρμένην corrigentem exemplorum cumulo redarguit Davisius. Wess.

143. 56. Διὰ τὰς ἐν τῷ ῥεῖθρῳ δυσχερείας] Hine non recedo, etsi δυσχωρίαι patrocinium e Plut. Symp. L. V. p. 680. B. habere possint. Polybii δυσχέρεια τῶν τόπων L. X. 26. vulgatum tuebitur. Wess.

143. 61. Τὸν ἱερὸν λόχον] Iteratur eius mentio L. XX. 10. Similem Thebanorum cohortem alias vidimus. Wess.

144. 67. Οὐκ ἐλάττους τῶν μυρίων] Plerorumque librorum consensus hoc requirebat. Plutarchus de captorum numero paullo diversa scribit Timol. p. 250. D. Wess.

144. 92. Καὶ συντόμως ἐπελ. ἥξειν] Posses συντόνως. Sed non multo diversum συντόμως. Polyaen. L. V. 2. 22. διαπλεύσας εἰς τὴν πατρίδα καὶ συντόμως ἐπανελθὼν θνήξομαι. Conf. Mos. Solanum ad Plut. Demet. p. 433. T. V. ed. Lond. et adscripta Nostri L. I. 95. Wess.

144. 94. Εὐθὺς δὲ Γέσκωνα τὸν Ἄννωνος] Vide Plut. Timol. p. 251. A., ubi haec operosius et distinctius. Haud vero scio idemne hic Gisco sit, de quo Polyaen. L. V. 11. Porro adscripserat H. Stephanus: *Alii scriptores Γίσκωνα nominant, et fortasse Diodorus quoque ita scripsit:* quam observationem perpetui usus non esse, praeter Polyaenum docebunt Polyb. L. I. 70. et Plut. Timol. p. 251. A. Wess.

144. 7. Μάρκος Ῥουτίλιος] Γάϊος Μάρκιος Ῥουτίλιος dicebatur, atque ita in Diodoro scribendum censuit L. Rhodomannus. Mihi, Μύρκιος si legatur, bona omnia videntur. Livium inspice L. VII. 38. Wess. Μάρκιος Ῥούτιλος iam Pighius p. 305.

145. 17. Τῆς ἰδίας παρανομίας ἔπαθλον, τοι. συμφορᾶς ἔτυχον] Constructio insolentior est. Legeris τῆς — ἐπάθλου — ἔτυχον, recte decurret oratio. Sin, explenda ita erit: τοιαύτης συμφορᾶς ἔτυχον, ἥ τις ἦν etc. De clade horum conductitiorum et sacrilegorum militum paria prodidit Plut. Timol. p. 250. F. et de Ser. Num. Vind. p. 552. F. Wess.

145. 19. Ποστούμιον τὸν Τυῤῥηνὸν] Tyrrhenusne domo, an tyrannus fuerit Postumius, non dixero. Nomen hominis Latinam quidem originem praefert, nihil amplius. Itaque veterum schedarum discordia aliunde diiudicanda est. Wess.

145. 27. Τὸν δὲ Λύκον καλούμενον ποταμὸν] Non aliter Plut. Timol. p. 252. D. Prave tamen. Verum esse τὸν δὲ Ἄλυκον

dudum ostendit Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. I. p. 219. Conf. not. in L. XV. 17. Wess.

145. 31. *Τὸν μὲν Ἱκέταν καταπολεμήσας ἔθαψε*] Concisam sententiam nec satis apertam explanabit Plut. Timol. p. 252. A. Victus, captus et Syracusas pertractus est Hicetas, atque una cum filio tyrannidis et proditionis poenas capite luit. Wess.

145. 37. *Τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας*] Simillimum in Excerpt. Vales. p. 341. *καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ῥιζοτομήσας, οἷα τὸν Πειραία.* Placet utriusque linguae scriptoribus hoc genus, *ἀπὸ τῶν ῥιζοτόμων* translatum. Herodot. L. VI. 86. p. 360. *ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης.* Andocides Or. de Myst. p. 19. *ἀλλ' οἴχεται πᾶν πρόῤῥιζον (τὸ ἡμέτερον γένος.)* Iosephus Iud. Belli L. VII. 8. p. 430. *πρόῤῥιζος ἐκ βάθρων ἀνήρπασται.* Phaedrus III. 10. 49. *a radicibus sua evertisset scelere funesto domum.* ubi vide Burmannum. Paullo diversum est, sed originem declarans, hoc Philostrati Vit. Apoll. L. VI. 26. *εἴτ' ἐν πάσῃ τῇ γῇ φύεται (τὸ φάρμακον) ῥιζοτομούσης αὐτὸ σοφίας ἐκ τῶν ἑαυτῆς κήπων.* Wess.

145. 44. *Εἰς μὲν τὴν Συρακουσίαν*] Sic statim *εἰς τὴν Ἀγυριναίαν* et *εἰς τὴν Καμαριναίαν.* Plut. Timol. p. 251. B. *ὁ Ἱκέτης ἐμβαλὼν εἰς τὴν Συρακουσίαν* quod in *τὴν Συρακουσίων* ut mutaretur a viro docto, caussa gravis haud erat. De novis colonis idem Plut. ibid. p. 247. Wess.

145. 48. *Οὓς συνέγραψε Διοκλῆς*] Vid. de Diocle L. XIII. 33. et 35. Mox *περὶ τῶν ἰδιωτῶν συμβολαίων* etsi quo modo defendi possit non ignorem, libens in *τῶν ἰδιωτικῶν* converterem. Namque ita ipse supr. c. 72. de Timoleonte, *καὶ τὰ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων δίκαια* etc. *διέταξε.* Et Exc. Vales. p. 41… *χρηματίζων — περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων.* Tu si malis, admitte *τῶν ἰδίων συμβ.* ex Reg. et confer *ἀγῶνας περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων* ex Isocratis Panegyr. non longe ab initio, et Or. de Permutat. princip. Wess. *Ἰδιωτικῶν πραγμάτων* Scaliger itidem maluit. Idem in Add.

145. 53. *Κέφαλος ὁ Κορίνθιος*] Collegam illi adiungit Dionysium Plut. Timol. p. 248. A. Wess.

145. 65. *Καὶ καρπῶν ἡμέραν ἄποροι*] Magis proprie diceretur *ἄφοροι*, et fortasse ut Diodorus scripsit. Steph. Adstipulor Stephano. Vide not. in L. III. 50. Wess.

146. 75. *Οἶκος ὁ ἑξηκοντάκλινος ὀνομαζόμενος*] Sic *σκηνὴ ἑκατοντάκλινος* L. XVII. 16.; *οἶκος ἑκατοντάκλινος* Athen. L. XII. p. 538. C., *οἶκος πολύκλινος* Heliodor. Aeth. V. p. 23… Ridiculum Mirabellae de hac domo errorem perstrinxit Iac. Bonanus Syrac. Antiq. L. I. 6. 121., falsus tamen ipse, cum domum hanc, quam auctor Insulae clarissime tribuit, inter ea recenset quorum finiri locus non potest. Wess.

146. 79. Ἐπισημασίας ἔτυχεν] *Τῆς παρανομίας τυχούσης ἐπισημασίας παρὰ τοῦ δαιμονίου* infra L. XX. 102. Vide not. in L. V. 3. et IX. 45. Wess.

146. 84. *Τό, τε κατὰ τὴν ἀγορὰν Ὀλύμπιον*] Hoc aut *Ὀλυμπίειον* praestat. Conf. L. XIII. 6. Erat in ea urbis parte, quae Achradina: *in qua*, inquit Cicero in Verr. L. IV. 53. *forum maximum, pulcerrimae porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Iovis Olympii.* Wess.

146. 85. *Καὶ ὁ πλησίον τοῦ θεάτρου βωμὸς*] Theatrum maximum Neapolis, sive quarta Syracusanae urbis pars, habebat, Cicerone eodem loco indice: cuius etiam vestigia cum maxime durant. Vide Mirabellam de Syrac. sit. p. 70. 126. Id miror eum iuxta cum Bonano memorabilem hanc aram silentio praeteriisse, cui non multo dissimilis fuisse videtur ea Iovis Olympii, de qua Pausanias L. V. 13. p. 400. Wess.

146. 91. *Μετὰ τὸ τῶν Συρακουσίων*]. Addidi articulum ex Reg. schedis: luxa enim et defecta verborum structura erat, quod Rhodom. non fugit. Solet autem auctor Agyrinensium suorum res cupide attingere, ut *τροφεῖα* patriae rependeret. Wess.

146. 97. *Χαρώνδου*] Non aliter Plut. T. II. p. 842. F., Aeschin. Or. de Legat. fals. p. 50. *ἐπὶ Χαιρώνδου*, et Demosth. Or. de Coron. p. 143. et 149., ubi tamen scripti Codd. *ἐπὶ Χαιρωνίδου*, quomodo Dionysius in Dinarch. p. 116., quod idem, sed plenius. Wess.

146. 3. *Δίόπερ ἄφνω καταλαβόμενος Ἐλάτειαν πόλιν*] Phocidis urbium maxima erat Elatea, et loco ad Boeotiam invadendam prorsus opportuno, Strabone teste L. IX. p. 639. C. et p. 649. A. Plura Iac. Palmer. Graec. Antiq. L. VI. 15. Occupata autem urbs est superiore anno, si non fallit Philochorus apud Dionysium Epist. ad Amm. p. 124., quod non puto. Nam Theophrasto Archonte bellum in Amphissenses Amphictyonum decreto mandatum est Philippo, quod gessit Lysimachide praetore, quando et Elateam occupavit. Qua re Athenis cognita, summa consternatio omnes incessit, suasoreque Demosthene legati Thebas sunt missi. Vid. Aeschin. in Ctesiph. p. 69. Wess.

146. 12. *Τούς τε σαλπικτὰς μετεπέμποντο*] Vide Demosthenem Or. pro Cor. p. 168., has turbas Atticaeque civitatis consternationem cultissimis verbis describentem. Wess.

147. 25. *Ὁ δὲ καταβὰς*] *Qui suggestum conscendens* vertit Cospus, unde eum *ὁ δὲ ἀναβὰς* legisse opinor, quod citra dubium melius. *Καταβαίνειν* oratores dicuntur, cum ex suggestu oratione dicta abeunt, *ἀναβαίνειν* et *ἀναβαίνειν ἐς τὸ βῆμα* cum in rostra, ut multitudinem alloquantur, escendunt. Vid. Demosth. Or. pro Cor. p. 170. et 175. Wess.

147. 26.] *Παραχρῆμα πρέσβεις ἀποστέλλειν εἰς τὰς Θήβας*]

Decretum ea occasione conditum, quo omnia haec clarius declarantur, habet Demosth. Or. pro Cor. p. 170. Wess.

147. 57. *Διαβεβοημένος ἐπὶ τῇ — δεινότητι*] Lucianus Necyom. c. 6. *μετὰ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένων*, ubi egregie Hemsterhusius, huius loci non oblitus. Similiter L. XVII. 6. *καί τινος τῶν Καδουσίων ἐπ' ἀλκῇ καὶ ἀνδρείᾳ διαβεβοημένου*. Python, domo Byzantius, dicendi scribendique egregia facultate excellebat, ut Demosth. Or. de Halon. p. 51. et Aeschin. Or. *περὶ τῆς Παραπρ.* p. 44. indicant. Vid. Olearium ad Philostr. Vit. Apollon. L. VII. 37. Wess.

147. 65. *Καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ἡμῶν*] Oportuit ὑμῶν. Audiamus Oratorem in ea pro Coron. p. 162. *τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα.* Quod Demosthenis dictum insecuti scriptores saepe memoraverunt, Plut. Demosth. p. 849. F., Demetrius Phal. *περὶ Ἑρμην.* sect. 286., Tzetzes Chil. VI. p. 358. Et tamen ad id subinde offensum fuit. Libanius T. I. p. 405. D. *εὑρηκέναι μοι δοκῶ, δι' ἃ ἐμοῦ φείδεται τῷ Πύθωνι ῥέοντι καὶ θυμὸν συναντιφέροντι, πρὸς τὸ πῦρ συνηγωνισάμην.* Sic Morellus, vertens, *invenisse mihi videor causam, ob quas mihi ignoscat cum Pythone lubrico* etc. Prorsus absurde. Distinguendum fuerat post φείδεται. Sed in Morello hoc non praeter moror: vide eiusdem Liban. p. 456. Quid dices de Oleario? qui Pythonem *θρασυνόμενον καὶ πολὺν ῥέοντα* in Philostr. Sophist. Prooem. p. 482. mutat in πολὺ *ῥέοντα*. Quid de viris doctis? qui Clementis Alexandr. Protrept. p. 39. de superstitione increscente, *ἀλλ' εἰς ἐπίδοσιν ἐλθοῦσα, καὶ πολλὴ δὴ ῥυεῖσα*, refingunt *καὶ πολὺ δὴ* etc. Novi sane Philon. Iud. de Profug. p. 453. E. *τὸν φαῦλον πολὺ ῥέοντα κατ' ἀρετῆς*, et Plut. Alcibiad. p. 202. C. *πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην ὅλως ἐῤῥύη*. Quae ut ferri possunt, ita vis arcenda a ceteris fuerat. Eleganter Horat. L. I. Sat. 7. 28. *Tum Praenestinus salso multoque fluenti Expressa arbusto regerit convicia*, ex egregia Bentleii, quem adi, coniectura. Wess.

148. 71. *Οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων*] Solet auctor *πλείω* et *ἐλάττω*, si tamen ipse eius scripturae architectus, non nunquam adverbiorum loco collocare: hoc tamen ex Reg. recipere consultius est visum. Wess.

148. 82. *Οὐδὲν διάφερα τῶν τυχόντων ἰδιωτῶν*] Vid. supr. L. XV. 95. Notant hominis segnitiem et rapacitatem Aeschin. de Legat. fals. p. 37. et Plut. Phoc. p. 747. F. Wess.

148. 86. *Ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα*] Attigerat Alexander aetatis annum XIX. nam cum pater Byzantium obsidione premeret, XVI erat annorum, si Plutarcho fides Alex. p. 668. E. Wess.

148. 5. *Πρῶτος τὸ συνεχὲς τῆς τῶν πολεμίων* etc.] Sacram Thebanorum cohortem invasit primus et disiecit apud Plut. Alex. p. 668. F. Wess.

149. 16. *Πλείους τῶν χιλίων* etc.] Non admodum dissentiunt Lycurgus Or. in Leocrat. p. 168., Demades Or. fragmento p. 179. at Pausan. L. VII. 10. In defunctos etsi patrio ex more Demosthenes laudationem recitarit, plerique tamen omnes a Philippo sunt terrae mandati. Vid. Excerpt. Vales. p. 338. Wess.

149. 19. *Τρόπαιον στήσας*] Vid. supr. c. 4. et Iac. Gronov. ad Arrian. L. I. 17. Wess.

149. 25. *Διὰ μέσων τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν* etc.] Inter alia vino gravis iecit in Demosthenem, et cum risu recitavit initium Psephismatis, quod is paullo ante conposuerat,

Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπεν.

Docet Plut. Demosth. p. 855. A. Corripuit autem victorem non Demades tantum, sed et Diogenes. Philostratus Vit. Apoll. L. VII. 1. p. 280. ὁ μὲν (Diogenes) εὐθὺ Χαιρωνείας ἥκων ἐπέπληξεν ὑπὲρ Ἀθηναίων Φιλίππῳ, περὶ ὧν Ἡρακλείδης εἶναι φάσκων, ἀπώλλυ ὅπλοις τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων ὅπλα ἠρμένους. Quae vertit vir doctus: *illo quidem statim post pugnam Chaeroneam accedens, Philippum propter Athenienses graviter obiurgavit: (de quibus Heraclides dicebat, armis perdidit ob arma sua elatos.)* Mire profecto! An εὐθὺ Χαιρωνείας est *statim post pugnam Chaeroneasem*, sic enim scribere voluit? Et quis ille Heraclides? Sententia Philostrati est: Diogenem recte Chaeroneam properasse, Philippumque ob profligatos Athenienses corripuisse, quod cum Heraclides, sive *unus ex Herculis posteris*, dici vellet, eos armis conficeret, qui pro Heraclidis olim arma induerant. Haec sunt aperta et veteri historiae congrua. Id addere debeo, περὶ ὧν per eo loco esse inconmodum, virumque doctissimum videri in eas angustias conpulisse: mallem equidem abesset, aut eius in sedem ὅτι conmigraret; quod tamen absque librorum patrocinio decernere non sustineo. Wess.

149. 35. *Ὥστε τοὺς μὲν στεφάνους ἀποῤῥίψαι*] Vide Aelian. Hist. Var. L. XIII. 1. cum Perizonii nota et Lamb. Bos. Exercit. Philol. in Epist. S. Paulli ad Rom. XIII. 13. Alia de Philippo Iustinus L. IX. 4. Wess.

149. 41. *Ἄνευ λύτρων*] Ipse Demades in Or. fragm. p. 179. δισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων, καὶ χίλια πολιτῶν σώματα, χωρὶς κήρυκος, καὶ τὴν Ὠρωπὸν χωρὶς πρεσβείας λαβὼν etc. Liberati Athenienses cum victorem incusarent, reddique sibi vestes et stragula postularent, οὐ δοκοῦσιν ὑμῖν Ἀθηναῖοι νομίζειν ἐν ἀστραγάλοις ὑφ' ἡμῶν νενικῆσθαι; non sine risu Philippus inquiebat in Plut. Apophthegm. p. 177. E. Wess.

149. 50. *Καὶ δώδεκα μὲν ἔτη τὰς προσόδους* etc. *διοικήσας*] Verius erit πεντεκαίδεκα ἔτη. Per continuos enim XV annos civitatis Atticae quaestor fuit. Ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας Plut. in Lycurg. p. 841. B.; quo quidem munere quanta integritate et diligentia sit perfunctus, grati profitentur in Pse-

phismate Athenienses, *νόμους τε πολλοὺς καὶ καλοὺς ἔθηκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει ἐπιτρέπει* (leg. *ἐπὶ τρεῖς*) *πενταετηρίδας* etc., quae ex Plut. p. 852. A. peti debent, et Pausan. L. I. 29., cui ex eo civitatis Atticae decreto clarissima lux accendi posset, si id agendi tempus esset. Wess.

149. 52. *Πικρότατος ἦν ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος*] Vid. Henr. Valesium ad Ammian. Marcell. L. XXII. 9. optime docentem, ab hoc Lycurgo oratore viros in administranda republica et iure dicendo severos *Lycurgeos* et *Lycurgis tristiores* fuisse dictos. Wess.

149. 54. *Ἐν οἷς τοῦ Λυσικλέους κατηγορῶν*] Lycurgi Or. *κατὰ Λυσικλέους* citat Harpocration in *Ἐπὶ Δηλίῳ* et *Λεμβάδεια*. Vid. Io. Meurs. Lect. Attic. L. III. 3. Id paene neglexeram, a Polyaeno copiarum Atticarum in Chaeronensi praelio ducem adpellari *Stratoclem* L. IV. 2. 2., quo etsi nomine civem sibique aequalem memoret Aeschin. Or. *περὶ τῆς Παραπρ.* p. 30., erroris tamen Polyaenum haud absolvo. Wess.

150. 68. *Ὅτε συνέβη καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι τὸν Ἀρχίδαμον*] Id verissimum. Addere potuisset, Archidamum sepulturae honore caruisse: petentibus enim Tarentinis et bene multam pecuniam offerentibus interfecti corpus Lucani negarunt, apud Athen. L. XII. p. 536. D. referente Theopompo. Consentit Pausanias, eam illi poenam ab Apolline ob sacrilegii cum Phocensibus societatem inpositam fuisse significans L. III. 10. p. 230. et L. VI. 4. Wess.

150. 71. *Ἦρξεν ἔτη ἐννέα*] Vid. ad huius lib. cap. 64. Wess.

150. 75. *Ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος*] Pro *ὁ ἀδελφὸς* legitur etiam *ὁ υἱὸς*, quam lectionem nec in contextu nec in margine posui, quod falsam esse ex Memnone compererim, cuius haec sunt verba in iis quae a me excusa sunt ex eius historia fragmentis (cap. 4.) *ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, οὕτω ταύτην* etc. Paulo post *ἐφ᾽ οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τά τε ἄλλα πατρικῶς περιεῖπε καὶ κοινωνὸν μὲν εἶχεν αὐτίκα τῆς ἀρχῆς, ἐχομένως δὲ καὶ διάδοχον*. Steph. Dionysium Timothei fuisse fratrem, Clearchi filium, Nymphis apud Athen. L. XII. p. 549. A. confirmat. De tyrannidis annis non convenit Memnoni cum Diodoro: dat illi xxx, Noster *ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα*, quod dictum videtur ut *ἔτη λείποντα δυσὶ τῶν τριάκοντα* L. I. 5. Wess.

150. 85. *Ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ἱερὰ γενομένης παρανομίας*] Vid. ad lib. XI. 29. et B. Brisson. de Reg. Pers. L. II. 30. p. 363. Wess.

150. 89. *Διόπερ ἐν Κορίνθῳ*] Non dissimilia Iustin. L. IX. 5. Wess.

150. 7. *Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον*] Haec sequentibus non respondent, et flagitiose sunt corrupta. Fuisse puto *Τιμολέοντα Τιμαινέτου υἱὸν, Κορίνθιον τόνδε, θάπτειν*, aut, si hoc nimium

putetur, τοῦτον δὲ θάπτειν. Auctorem do Plut. extrema Vit. Timol., ubi Syracusanorum decretum editur: ὁ δῆμος τῶν Συρακουσίων Τιμολέοντα Τιμοδήμου, Κορίνθιον τόνδε, θάπτει μὲν διακοσίων μνῶν, ἐτίμησε δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς τυράννους καταλύσας καὶ τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀναστάτων πόλεων οἰκίσας, ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις. Ex quibus cuivis apertum arbitror, ipsa psephismatis verba adumbrasse Diodorum. Scripsi autem Τιμαινέτου υἱὸν, quod utriusque sint vestigia in verbis ΤΙΜΑΙΝ.ΕΤήσιον, et auctor Timoleontem Timaeneti F., non Timodemi, ut Plutarchus, perhibeat c. 66. Wess.

150. 9. Ἀγῶσι μουσικοῖς] Vide viros eruditissimos L. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 1164. et Ti. Hemsterhusium ad eandem fabulam p. 453. Wess. in Add.

150. 12. Οἰκίσας] Sic ex Steph. veteri libro praestat, ob Plutarchum. Ἐνοικίζειν aliud atque eorum est, qui in aedes inmigrant, unde ἐνοίκιον pensio, quae pro aedium usu debetur. Vide elegantem incerti scriptoris locum in Stobaei Serm. I. p. 19. Wess.

151. 14. Ἀριοβαρζάνης μὲν ἐτελεύτησε] Conf. supra L. XV. 90. Phrygiae imperabat, et parti Mysiae et Cappadociae. Res eius gestas recenset in regum Ponti Historia Io. Vaillantius, sed multa aliena admiscens, p. 27. etc. Wess.

151. 16. Μιθριδάτης ἦρξεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς τριάκοντα] Eadem L. XX. 112. et recte. Quod enim hos numeros vitii arguit P. Vaillantius Hist. reg. Pont. p. 32., id illi, male calculos subducenti, in opinionem venit: ait ab anno 4. Olymp. CX. novem integras Olymp. abiisse ad Olymp. CXIX annum tertium, quo vita depulsus est Mithridates: regnasse ergo per solidos XXX annos. Sed non advertit, utriusque termini habendam fuisse rationem et trium etiam annorum, qui Olymp. CXIX excedunt. Ego vero vix dubito, quin hic sit Mithridates, Ariobarzanis filius, cuius dolo Datames interfectus periit apud Nepot. Cornel. in Datame c. 10. Aetas non obstat, quam longissime in annum usque LXXXIV. prorogavit, Luciano in Macrob. c. 13. teste. Wess.

151. 18. Περὶ πόλιν Σούεσσαν] *Ad Trifanum, inter Sinuessam et Minturnas is locus est.* Ita Livius L. VIII. 11. ubi Car. Sigonius Σινούεσσαν huic loco reddendam admonet. Similem mendam ex Ptolemaeo eluit Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. III. p. 1079. Wess.

151. 22. Πυθοδώρου] Ab Arriano (Ἀναβ. Ἀλεξ. L. I. 1.) vocatur Πυθόδημος qui hic Πυθόδωρος. Steph. Arriano consentit Dionysius in Dinarcho p. 116. cum Sylburgii nota. Stat a Nostri partibus Demosthenes Or. in Olympiodor. p. 652., si Io. Meursium de Archont. L. IV. 12. audis. Sed cave faxis. Alius est, ut res ibidem memoratae ostendunt, neque ab eo diversus,

quem vidimus Athenis summo magistratu functum huius lib. c. 71. Wess.

151. 23. *Κόϊντος Πόπλιον*] Rhodomannus scribit *Ποτήλλιον* quod vitiosius expressum, in not. correct. *Ποιτήλιον* esse iubet. Credo properantius pro *Ποπίλλιον*, hoc enim nomine fuit. Collegam eius cognomine *Mamercinum* ex hoc Diodori loco citat Car. Sigon. ad Livii L. VIII. 12., satis ex vero. Nostri Codd. nil movent. Wess.

151. 34. *Ἡ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ τόνδε τὸν χρησμὸν*]. Habet idem oraculi responsum Pausan. L. VIII. 7. p. 612. De tauris coronatis multa viri docti ad S. Lucae A. A. c. XIV. 13., sed tu illust. Grotium adi. Wess.

151. 55. *Μετεπέμπετο τοὺς ἰδιοξένους*] Interpr. *eximios amicos et hospites singulares* verterat. Tu vide ad L. XIII. 5. Wess.

152. 66. *Ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου*]. Sollemne hoc in re, sicuti et *ἀνακηρύττεσθαι*, verbum. Conf. Sam. Petitum LL. Attic. L. III. Tit. 6. p. 378. et quae dixi Diatrib. de Iud. Arch. c. 2. Vide vero mobilitatem vulgi Attici: proclamant *παραδόσιμον εἶναι* insidiarum in Philippum auctorem; ubi vero inaudiverant, Pausaniae manibus occubuisse, *εὐθὺς ἔθυον εὐαγγέλια καὶ στεφανοῦν ἐψηφίσαντο Πausανίαν* in Plut. Demosthene p. 855. B. Nimirum ὁ δῆμός ἐστιν ὄχλος, *ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνετώτατον*, ut Demosthenes dicere solebat. Aeschines, ne id negligam, omnem eius mutatae voluntatis culpam in Demosthenem confert Or. in Ctesiph. p. 76. Wess.

152. 70. *Διὰ τῆς — φήμης*] Omen intelligitur. Id enim saepe *φήμη*, ut in superioribus ostendere memini. Vid. L. XVII. 10. Athenis *Φήμη* propter hanc omina Dea censebatur, teste Aeschine Or. in Timarch. p. 18. et de Leg. fals. p. 47., quamquam is occasione usus ad alia vertit. Wess.

152. 75. *Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδὸς*] Omnia, quae hunc Neoptolemum illuminare possunt, diligentissime in unum conduxit vir eximius P. Leopardus Emend. L. IX. 15., atque eius ex copiis, ethi dissimulati, Torrentius ad Sueton. Calig. c. 57. Wess.

152. 78. *Τῶν ἐπιτεταγμένων*] Hoc ferri potest, si Philippus Neoptolemo fabulam recitandam imperaverit. Alioqui praeferrem *τῶν ἐπιτετευγμένων* ut carmen sit egregie scriptum, quodque actoris opera, ut Terentius loquitur, stetisset. Non admodum diverso usu *τῶν ἐπιτετευγμένων μιμήσεων* dixit princ. L. I. Deesse vero ad pleniorem structuram pronomen, non est ut admoneam. Wess.

152. 79. *Ὁ μὲν τεχνίτης*] Vid. not. in L. IV. 5. Fabulam quam scenicus artifex Neoptolemus egit, *Cinyras* erat: non Mnester pantomimus illam tragoediam eo die, quo Caligula confectus

occubuit, saltavit, quam Neoptolemus tragoedus olim ludis, quibus Philippus Macedonum rex occisus est, egerat, Suetonio in Calig. c. 57. auctore. Atqui Mnester, uti Iosephus L. XIX. 1. 13. testatur, *Cinyram* saltavit. Debentur haec doctissimo Sam. Petito, quem vide Comment. in LL. Attic. L. III. Tit. 2. p. 331. Wess.

152. 87. *Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος*] Versus Anapaesticos sic in ordinem redigo et emendo; de quo tamen eruditus lector iudicet:

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον. καὶ
Μεγάλων πεδίων ἀρούρας
Φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι δόμων δόμους ἀ-
φροσύνᾳ πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
Ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπουν κέλευθον ἔργῳ
Σκοτίαν ἄφνω δ' ἄφαντος
Προσέβα μακρὰς δ' ἀφαιρού-
μενος ἐλπίδας θανάτῳ πολύμοχθος ᾍδας.

Rhod. Laudo Rhodomannum: quae mutat, levia sunt et necessaria. *θανάτῳ* correxit quoque Th. Gataker. ad Antonini L. XI. p. 321. Convenit *ἀποσπασμάτιον* in omnes, qui agros domusque continuant, et habendi cupidine *ἀγροῖς ἀγρὸν*, *χρυσῷ χρυσὸν*, *σκεύη σκεύεσι*, *ἄλλα τοῖς ἄλλοις προστιθέντας*, ut Libanius ait Paneg. Iulian. p. 234. Wess.

152. 97. *Ἐπὶ τοῖς — ὅλος ἦν*] Polybius L. V. 58. *πρὸς ταῖς — παρασκευαῖς ὅλος καὶ πᾶς ἦν.* et L. III. 94. de quo genere plura Steph. Bergler. ad Alciphron. L. I. Ep. 13. et Iensius in Luciani Hermotim. c. 2. Wess,

153. 6. *Εἴδωλα τῶν δώδεκα θεῶν ἐπόμπευε*] Inter pompae fercula gestata sunt. Mox *αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου — ἐπόμπευε — εἴδωλον.* Strabo L. XV. p. 1066. A. *καὶ ξόανον τοῦ Ὁμάνου πομπεύει.* Et L. VII. p. 448. A. *ἐπόμπευσε δὲ καὶ λέβης τῶν Κάττων ἱερός.* Sic enim scripti libri: quod cur tantopere sperneret Ph. Cluverius Germ. Ant. L. I. 24. p. 211., nihil erat; nam quae sequuntur continuo *καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν*, ea ad superiora pertinent, captivos et in triumpho Germanici ductos declarantia. Sed haec ab instituto nos avellerent longius. Philippus rebus tot felicissime gestis eo insolentiae pervenit, ut *τρισκαιδέκατος θεὸς* conseri vellet: cuius tamen superbiae brevi poenas persolvit. Quare vere et graviter Neoptolemus tragoedus, cum ex eo quaereretur, ecquid tandem ab Aeschylo, Sophocle, Euripide scriptorum praecipue admiraretur: *οὐδὲν μὲν τούτων εἰπεῖν. ὃ δ' αὐτὸς ἐθεάσατο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς Φιλίππου ἐν τοῖς τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας γάμοις ΠΟΜΠΕΥΣΑΝΤΑ καὶ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΘΕΟΝ ἐπικληθέντα, τῇ ἑξῆς ἐπισφαγέντα ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐῤῥιμμένον* apud Io. Stobaeum Tit. XCVI. p. 534. Wess.

153. 16. *Τηρούμενος τῇ κοινῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ*] Nullum firmius praesidium civium benevolentia. Isocrat. Laud. Helen.

p. 312. de Theseo οὐδ' ἐπιμάχῳ δυνάμει τὴν ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορούμενος. Imitatur Libanius T. II. p. 104. D. ἀλλὰ τόν τε ἄλλον χρόνον ταῖς τῶν ἀρχομένων εὐνοίαις ἐδορυφορεῖτο. Wess.

153. 28. Ὁμώνυμον ἑαυτῷ] Quia in veteri libro hoc sese obtulit, non repudio. Diodor. L. XIII. 108. παρὰ τὸν ποταμὸν ὁμώνυμον τῇ πόλει. Lycurgus in Leocrat. p. 151. εἰς τὴν χώραν εἰληχυῖαν ὁμώνυμον αὐτῇ. Sed discrimen leve et ex scribentis arbitrio pendens. Wess.

153. 42. Παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα etc.] Conf. Iustin. L. IX. 6. Wess.

153. 46. Κατηγόρησεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως] Rege praesente. Antiphon Or. IV. p. 119. οὐ γὰρ ἐπὶ μαρτύρων ἀλλὰ κρυπτόμενα πράσσεται ταῦτα. Aelian. de Animal. II. 42. καὶ σιτούμενος δὲ ἐπὶ μαρτύρων ἄχθεται. Galenus Meth. Therap. L. XIII. p. 179. ἐπὶ πολλῶν θεατῶν ἐπιδείξας ἀπηλλαγμένον τῆς φλεγμονῆς etc. Wess.

153. 49. Οὐκ ἐβούλετο μισοπονηρεῖν] Sic L. XX. 33. ὁ μὲν οὖν δῆμος — — — ἐμισοπονήρει. Et L. XX. 33. παντὸς δὲ τοῦ στρατεύματος μισοπονηροῦντος. Odium exprimit, quo admissa flagitia prosequimur. Wess.

153. 50. Τῆς μὲν ἐπιγαμηθείσης] De noverca, quae liberis mater inponitur, L. IV. 68. Plut. T. II. p. 480. D. Andocides de Myst. p. 16., Euripides Alcest. v. 305. Iustinus cum Cleopatram hanc facit Attali sororem L. IX. 5., errat, deceptus Graeci scriptoris verbis, quibus ἀδελφὸς loco ἀδελφιδοῦς Attalus in adpellabatur, ut bene Bongarsius. Ipsemet auctor L. XVII. 2. Ἄτταλον τὸν ἀδελφὸν τῆς Κλεοπάτρας vocat, simili vitio foedatus. Quod autem Rhodomannus vertit *avunculum*, id ortum inde, quod postremo loco μητράδελφον correxerit. Ego *patruelem* malui. Wess.

154. 62. Μάλιστα ὁ σοφιστὴς Ἑρμοκράτης] Alii omittunt hominem, in crimen incitati in parricidium Pausaniae rapientes Olympiadem. Vid. Plut. Alex. p. 669. F. et Iustin. L. IX. 7. Wess.

154. 79. Τὸν μὲν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν] Efficax hoc atque elegans. Regem indicat interfectum, atque, ut mortui adsolent, porrectis membris iacuisse. Convenit Lucani L. V. 80. — *adhuc rudibus Paean Pythona sagittis Explicuit.* Et L. IV. 629. — *et omnem Explicuit per membra virum;* ubi vide Clariss. Oudendorpium. Διανταίαν πληγὴν de adverso et penetrante vulnere dabit etiam Suidas in voc. Wess.

154. 85. Προλαβὼν τῆς διώξεως] Προλαμβάνειν τὸν χρόνον Dio Chrysostom. Or. VI. p. 88. D., προλαμβάνειν τοῦ χειμῶνος Theophrastus. Itaque salvum manere potest. In Polyaeno tamen L. VII. 29. 2. Μιθριδάτης δὲ πολλοῦ τῆς ὁδοῦ προλαβὼν ἀπιὼν ᾤχετο, praestiterit πολὺ τῆς etc. Wess.

154. 93. Ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς σύνθρ. καταριθμήσας] Sic c. 93. σύνθρονον ἑαυτὸν ἀποδεικνύντος τοῦ βασιλέως τοῖς δώδεκα θεοῖς. Ut videlicet adsessor XII Deorum et consiliorum particeps ac maiestatis consereretur; quo modo Sibylla Peregrinum

Σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆϊ ἄνακτι

futurum canit apud Lucian. mort. Peregr. c. 29. Sed vide Cl. Salmas. ad Spartiani Hadr. c. 14., Ezech. Spanhem. Diss. XI. de Num. Praestant. p. 334., et G. Arnaldum de Dis Paredr. c. 15., qui de Philippi stulta hac ambitione et similium aliorum plura conduxerunt. Wess.

155. 4. Τῶν μὲν γὰρ κατὰ τοὺς ἀγῶνας etc.] Locum istum eloquentia Tullii explicat oratione pro M. Marcello c. 2. Rhod. Omnia eadem de Philippo Polyaenus Strateg. L. IV. 2. 9., ut paene putem haec Nostri scriptoris aemulatum fuisse aut certe eodem ex fonte, unde auctor, sumsisse. Adde Iustini de Philippo iudicium L. IX. 8. et Pausaniae L. VIII. 7. Ceterum ἥπερ ἐπὶ τῇ κατὰ τὰς συμμαχίας ἀνδρείᾳ rectius verteris, quam strenuitate in pugnae consociatione. Wess.

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM DECIMUM SEPTIMUM.

157. 30. *Παρέλαβε Σοῦσαν*] *Τὴν Σοῦσαν* habes et L. XVII. 107. Alias τὰ *Σοῦσα*, et melius. Wess.

157. 32. *Τῶν ὀνομαζομένων πυλῶν*] *Suidas Pylas vocant.* V. L. XVII. 68. Wess.

157. 46. *Πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας Ἀρείους*] Sic bene Reg. 1. Confer L. XVII. 81. Wess.

157. 50. *Καὶ τὰ πραχθέντα κατ' αὐτὴν*] Interp. versione expressit *κατ' αὐτῶν*. Ego a vulgato, in quo enallage, non illi admodum dissimilis, qua L. XII. 60. *ἀπέπλευσεν ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν καὶ πολλὰς αὐτῶν κώμας ἐπόρθησε*, non recedo. Vid. L. XVII. 82. Wess.

157. 55. *Ὡς Ἀλέξανδρος* etc.] Omnia haec usque in *ὡς τὴν ἄορνον καλουμένην Πέτραν* etc. in Diodori L. XVII. 84. desunt. Unde auctorem horum capitum integro codice fuisse usum adparet. Wess.

157. 72. *Τοῦ ἐν Βασίστοις κυνηγίου*] *Regio, quae appellatur Bazaria* apud Curtium L. VIII. 1., qui plura de nobilium ferarum gregibus, magnis eius loci nemoribus et saltibus clausis. Wess.

157. 77. *Εἰς τοὺς καλουμένους Ναύτακας*] Videntur e Sogdianis fuisse, quorum urbs *Ναύτακα* apud Arrian. *Ἀναβ.* L. III. 28. p. 146. Wess.

158. 84. *Ἐπὶ Ναύτακας τοὺς Ἰνδοὺς*] Media duo mihi suspecta sunt, tum quod Nautacae alibi locorum fuerint, tum ob Venet. Basil., qui omittunt. Wess.

158. 90. *Ὡς Μάσσακα*] Sic et Arrian. Indic. c. 1., at Exp. Alex. L. IV. 26. *Μάσσαγα*. Blancardus posterius praefert ad Arrian. sui L. IV. p. 299. et hic restituendum decernit, confidentior Freinshemio ad Curtii L. VIII. 10. 22. *Ἐκπολιορκήσας* si cum eodem Blancardo malueris, non pugnabo, quamquam discrimen exiguum est. Wess.

158. 23. Ὡς τὴν ἄορνον — πέτραν] Utroque modo ἄορνον et ἄορνιν Petram hanc appellant. Vid. Cellar. ad Curtii L. VIII. 11. 2. Wess.

158. 27. Ἀντίγραμμα κατασκευάσας etc.] Vid. L. XVII. 108. Wess.

158. 35. Ὀκτακισχιλίους] Rectius ἑξακισχιλίους; ut L. XVII. 108. Vidit librariorum peccatum Blancardus ad Arrianum suum Exped. L. VII. p. 407. ed. Amstel. Wess.

159. 49. Τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους] Debuerat τὸν πρὸς Μακεδόνας, ut bene Interpres. Vid. L. XVII. 111. Wess.

159. 52. Προεῖπον οἱ Χαλδαῖοι] Vid. L. XVII. 112. Wess.

159. 58. Πρεσβειῶν] Non multum refert haec retineas an πρεσβείων refingas. Vid. L. XVI. 113. Wess.

160. 16. Τάς τε πράξεις ἀπομνημονεύτους ἔσεσθαι] Diodorum magis verisimile est γὲ quam τὲ hic scripsisse, aut certe quod illi τὲ responderet subiecisse. Steph.

160. 22. Τῇ μνήμῃ παραδεδομένους βασιλεῖς] Hoc recepi ex Reg. 1. Voces τῶν ἔργων ex praecedentibus temere huc ingestae erant. Wess.

161. 38. Γάϊον Μάνλιον] Corrige Μαίνιον. Rhod. Γάϊον Μαίνιον] Ita praestat: nec longe abeunt scripti libri, Μάνιον praeferentes. Scripsi quoque Φούριον, tum quod auctor ita soleat et res ipsa postulet, tum ob Sigonium, qui suo in Codice id se reperisse indicat ad Livii L. VIII. 13. Wess. Eadem Pighius p. 313.

161. 56. Τὸν ἀδελφὸν Κλεοπάτρας] Scribe τὸν μητράδελφον. Nam Plutarchus in Alexandri vita θεῖον appellat, quod avunculum interpretantur. Rhod. Superiore libro cap. 94. Attalus Cleopatrae ἀδελφιδοῦς vocatur. Itaque et hic ἀδελφιδοῦν praeferrem: quae voces confunduntur saepissime a scribis. Vid. Iac. Perizon. Animadv. Hist. c. 10. p. 436. At contra venit Plut. Alexand. p. 669., ubi θεῖος γὰρ ὢν αὐτῆς (Cleopatrae) Ἄτταλος. Nec minus Athen. L. XIII. p. 557. D. qui Cleopatram Ἱπποστράτου μὲν ἀδελφήν, Ἀττάλου δὲ ἀδελφιδῆν vocat: et Pausanias L. VIII. 7. ubi itidem Ἀττάλου ἀδελφιδῆ, e quorum verbis Attalus aut avunculus aut patruus certe Cleopatrae habendus erit, ut bene Freinshem. in Curtii L. VI. 9. 17. Quid fiet ergo Diodoro? Servarine ἀδελφὸς hic debet? Sic idem ille vir doctus, pertendens ἀδελφοῦ vocabulum late posse protendi; quod equidem de sacris N. T. scriptoribus haud gravate concessero. At alios Graecorum ἀδελφὸν patruum aut avunculum dixisse, id vero erat exemplis firmandum. An μητράδελφον eum Rhodomanno scribendum? Sic quidem utcunque consentiet Plutarcho, Pausaniae et Athenaeo: verum longius id a veteri scriptura abit, neque plane se viro probavit praestanti. Ita enim in not. Correct. Ἀδελφὸν] *supra nominavit ἀδελφιδοῦν. quod proprie nepotem ex fratre aut sorore*

significat. Ne longum faciam, ἀδελφιδοῦν retineo, ut mihi constet auctor: tum quoque ob Iustinum, cui Attalus *Cleopatrae frater* ex Graeco scriptore, in quo ἀδελφὸς, ut hic, loco ἀδελφιδοῦς. Nam a Plutarcho, Athenaeo et Pausania potuit Diodorus, ut saepe, dissentire. Viderint tamen doctiores. Wess.

161. 58. *Καὶ γὰρ ἐτύγχανε παιδίον ἐκ τῆς Κλεοπάτρας* etc.] Miserabilem pueri matrisque necem tangit Pausan. L. VIII. 7. et Iustin. L. IX. 7., in quo *filiam* recte corrigunt. Wess.

161. 77. *Δημοσθένους δημαγωγοῦντος κατὰ τῶν Μακ.*] Vid. Aeschinem Or. in Ctesiphont. p. 76. et Plut. Demosthen. p. 857. E. Wess.

162. 91. *Ἀρκάδες δὲ οὔτε Φιλίππῳ* etc.] De Arcadibus adstipulari videtur Pausanias L. VIII. 6. At quod sequitur, solos eos Graecorum nec Philippo nec Alexandro Graeciae principatum permisisse, id aegrius ferent Lacedaemonii, qui quidem soli et regem Philippum et legem pacis, quam universae Graeciae statuerat, contempserant, servitutem non pacem rati, Iustino L. IX. 5. et XII. 1. teste. Iunge Arrian. Ἀναβ. L. I. 2. Wess.

162. 98. *Ἀλλ' ὅμως τηλικούτων πραγμάτων* etc.] Etsi fortasse reperientur, quibus scriptura Reg. 1. blandietur, ego in vulgato acquiesco. Post pauca voces *καὶ αὐτοὺς*, a scriptis spretas, itidem sperno, quippe supervacaneas. Wess.

162. 11. *Τοὺς συνορίζοντας τῶν ἐθνῶν*] Alibi *τὰ συνεχῆ τῶν ἐθνῶν* huius libr. c. 27., *τὰ συνορίζοντα τῶν ἐθνῶν* cap. 76. et 96. tum L. XVIII. 3. Hoc per enallagen quandam positum est, ut *τὰ στενόπορα τῶν ὁδῶν* L. XIII. 18., *angusta et lubrica viarum* apud Tacitum Histor. III. 82., aliaque. Wess.

162. 15. *Διαπρεσβευόμενος*] Melius *διαπρεσβευσάμενος* conveniet cum ὁμιλήσας. Steph.

162. 35. *Ἀλλ' ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνέκαμψεν*] Sic Aeschines de inimico suo Or. in Ctesiphont. p. 76., nec praeteriit Plut. Demosthen. p. 856. D., in eo a Diodoro dissentiens, quod altera in Thebanos expeditione Alexandri legationem Oratori impositam refert. Wess.

163. 42. *Τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν* etc.] In uno codice mendose *ἐπικέκληκεν* legitur pro *ἐπικέκλυκεν*, quod mendum tamen et in vulgata editione Diodori remansit, et vulgatas quoque editiones orationis Aeschinis occupavit, atque adeo ipsos quoque eius interpretes in errorem induxit. Ut autem caeteros omittam, is qui ultimus et post alios omnes orationem illam Latine vertit, Ioachimus Perionius Benedictinus Cormoeriacenus monachus (quod postremum honoris causa non addo) *ἐπικέκληκε* legit, et interpretatur *nominavit.* Adeo ut cum alios multos in tota illa oratione, sicut et in Demosthenica, perversissime interpretatus sit locos, ut ostendam aliquando, Deo favente, tum vero hunc vel maxime. Ita enim verba reddidit quae a Diodoro ex oratione illa citantur,

Modo quidem regni aurum sumptuum suum nominavit. Atqui sonant illa: *Nunc autem regis aurum sumptibus eius affluxit;* vel, *Nunc autem regii auri affluentia sumptibus eius subvenit;* vel, *Nunc autem rex sumptibus eius affluenter aurum suppeditavit,* seu *subministravit.* STEPH. Non admodum diversum hoc apud Suidam in Ἐπικλύσασα incerti scriptoris: Ἡ οὖν Κλεοπάτρα καὶ τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσίῳ ἐπικλύσασα etc. Et supr. L. III. 47. καὶ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλήθους ἐπικεκλυκότος παρ' αὐτοῖς. Tum Synesii Or. de Regno p. 9. C. ἐπικλύζειν μὲν ἀγαθοῖς ἅπασι τὰς πόλεις, καταχεῖν δὲ εὐδαιμονίαν. Lycophronis enim Alex. v. 228. τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυσε κακῶν ad primam dictionis originem propius accedit. Porro leguntur haec Aeschinis Orat. in Ctesiphont. p. 78., levi tamen discrimine: namque ibi ἔστι δ' οὐδὲ τοῦθ' ἱκανόν. Itaque non iniuria τούτῳ, cui ante οὐδὲ locus erat, sustulisse videor. WESS.

163. 78. *Βαγώας ὁ χιλίαρχος*] Vide de Chiliarchi in aula Persica dignitate L. XVIII. 48. WESS.

163. 79. *Ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον*] Necem Ochi, ut felibus sit obiectus, atque ex ossibus eius gladiorum manubria fabricari Bagoas iusserit, exponit Aelian. Hist. Var. L. VI. 8. WESS.

163. 86. *Ὅτι τιμωρήσεται τὸν αὐθέντην τῶν ἀνομημάτων*] Sic L. XVI. 62. αὐθέντας τῆς ἱεροσυλίας *sacrilegii auctores* dixit. Basilius Magnus Epist. 51. p. 143. D. αὐτὸς κατάρχων ἢ αὐθεντῶν τολμήματος. Veteri Graeciae αὐθέντας longe alios fuisse, non addo: id solum, scripsisse me priscorum auctoritate librorum φθάσας. De Arse, quem corruptius, ut dudum viri docti monuerunt, *Νάρσην* Strabo L. XV. p. 1069., Plutarchus Ὀάρσην de Alex. Fort. Or. II. p. 336. D. vocant, Illust. Scaliger in Euseb. Chron. ad ann. MDCCLXXVIII. WESS.

164. 90. *Καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξ.*] Atqui supererat Bisthanes Ochi filius. Arrianus Exp. Alex. L. III. 19. ἐνταῦθα ἀπήντα αὐτῷ (Alexandro) Βισθάνης ὁ Ὤχου παῖς, τοῦ πρὸ Δαρείου βασιλεύσαντος Περσῶν. Quem locum Diodoro non iniuria obmovit Nic. Blancardus. WESS.

164. 93. *Υἱὸς μὲν Ἀρσάνου τοῦ Ὀστάνου*] Voces τοῦ Ὀστάνου consulto, ut minime huc pertinentes, transilui: ac prorsus delendas arbitror. Ἀρσάνης autem Darii parens a Plutarcho in Artaxerxe (p. 1026.) nominatur: qui Sisigambrim sororem in matrimonio habuit, unde Darius ultimus susceptus est, ut Arrianus, Curtius et Orosius testantur. RHOD. Rhodomanni opinioni accedit Simson. Chron. ad ann. 3669. At contra eam venit Nic. Blancardus ad Arrian. L. II. 14. erroris Interpretem arguens. Fuisse enim Ostanem Artaxerxis fratrem, genuisseque Arsanen, Darii Codomani patrem. Par Freinshemii Supplem. Curtii L. II. 1. sententia: *quippe Ostanes Ochi patruus,* inquit, *Arsanen genuerat, Arsanes Codomannum.* Quibus quidem egregie favet vulgata

huius loci scriptura, et Artaxerxis, quem superiora ab Ocho distinguere videntur, addita mentio. Favet etiam Plut. Artoxerx. p. 1012. A., Darii Nothi filium, Artaxerxis Mnemonis fratrem natu minorem *Ostanen* memorans. Id sane verissimum est, *Arsamen* Artaxerxis Mnemonis ex concubina filium ab eodem Plut. ibid. p. 1026. memorari, Dariumque hunc *'Αρσάμου υἱὸν*, *Arsami filium*, ab Eusebio et Hieronymo nominari. Sed eum Arsamen cum occiderit Ochus, quod inpensius a patre amaretur regnoque destinaretur successor, credemusne suspiacem et crudelem principem filio eius Dario parcere et imperia mandare voluisse? praesertim cum regiam cognatorum caede et strage principum regni principio replerit, nulla non sanguinis, non sexus, non aetatis misericordia permotus, uti Iustinus L. X. 3. scribit. Mihi omnia reputanti vero id non fit simile, placetque adeo vulgatum retinere. Non possum quidem diffiteri, veteres quasdam schedas alia omnia velle: sed inter eas nulla intercedit concordia, et solent antiquarii in barbaris nominibus multa admittere: ne nunc addam, voces *τοῦ 'Οστάνου* non videri incuria quadam progenitas. Wess.

164. 1. *'Ηνάγκασε πιεῖν τὸ φάρμακον*] Vid. Curtium L. VI. 4. 10. et Iac. Gronov. in Arriani L. II. 14. p. 85. Blancardum recte in ordinem cogentem. Wess.

164. 8. *Μόνος δὲ Δαρεῖος ὑποστὰς τὸν κίνδυνον*] Rem gestam attingit Iustinus L. X. 3. Wess.

165. 35. *Μισθοφόρους πεντακισχιλίους*] Corrigit Freinshem. in Indice Curtii voce *Memnon πεντακισμυρίους*, quod tantam ad expeditionem numerus quinque millium sit admodum parvus. Cogitasset vir eruditus, non describi universum exercitum, qui ad rem gerendam Memnonis Rhodii imperio fuit traditus, sed solos aere regis conductos, et temerariam correctionem spongia delesset. Wess.

165. 40. *'Απὸ τῆς Μελισσέως Ἴδης*] Cretensium regem Melissea, cuius filiae Adrastea et Ida Iovis fuerint nutrices, memorat Apollodor. Bibl. L. I. 1. 3., bene a Galaeo correctus: memorant eundem alii, a Io. Meursio Cret. L. III. 1. excitati. Sic Ida Cretae ab ea Nympha nomen habebit. Sed alteram agri Troiani Idam cum Cretensi saepe veteres confundunt et quae illius sunt, huic tribuunt. Certe a Melissei, sive Melissi, Ida montis Troiani nomen derivat clarissime Ethnicographus in *'Αδράστεια*. Wess.

165. 43. *'Εν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς*] Montem, in quo Paris inter Deas iudex sedisse ferebatur, *Alexandream* vocabant, Strabone auctore L. XIII. p. 904. A. Sed vide egregiam T. Hemsterhusii hoc de antro animadversionem in Lucian. Deor. D. XX. 1., et satis tibi factum dices. Wess.

165. 44. *Γενέσθαι — λέγεται καὶ τοὺς 'Ιδαίους Δακτύλους*] Alii in Cretae Ida collocant. Conf. not. in L. V. 64. Wess.

165. 51. *Ἔτι τῆς νυκτὸς οὔσης ἀνατέλλοντα τὰς ἀκτῖνας* etc.] Si interpungendum sit post *ἀκτῖνας*, ut in editis omnibus, conveniet verborum structurae in S. Matth. Evang. c. V. 45. *ὅτι τὸν ἥλιον αὑτοῦ ἀνατέλλει*, idemque notabit, quod Heliodorus illis indicat versibus, quos exhibet Galenus L. II. de Antidot. p. 445., non una macula adspersos:

Οὐ μὰ τὸν ἐν Τρίκκῃ πρηὺν Θεὸν, οὐ μὰ τὸν ὑψοῦ
Ἥλιον σπείροντα Θεοῖς φαεσίμβροτον αἴγλην.

Sic lege, mecumque adverte hoc sancti vatis Psalm. XCVII. 11. אור זרע לצדיק, pro quo Alexandrini, *φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ*, culte profecto. Expresserunt divini poetae non adeo verba quam sententiam: neque enim opus est, ut legisse eos זרח אור cum quibusdam arbitremur. Sol *σπείρει τὴν αἴγλην* sive *τὸ φῶς* cum oritur: non aliud proinde *φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ* ac *φῶς ἐσπαρμένον ἐστὶ τῷ δικαίῳ*, quod Hebraea indicant. Id vero si *lucem seminatam* esse verteris, ut fieri solet, manifesta erit *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος*. Hoc praeter viam. Malim ego *ἔτι — ἀνατέλλοντα, τὰς ἀκτῖνας οὐκ ἐν — τετραμμένον*, distinguere cum Interprete. Ceterum Pomponius Mela hunc Diodori locum aemulatur L. II. 18. *Ipse mons* (Ida) *vetere divorum certamine et iudicio Paridis memoratus, orientem solem aliter quam in aliis terris solet adspici, ostentat. Namque ex summo vertice eius speculantibus paene a media nocte spargi ignes passimque micare, et, ut lux appropinquat, ita coire ac se coniungere videntur, donec magis magisque collecti, pauciores subinde et una ad postremum flamma ardeant* etc. Est tamen Melam inter et Diodorum quaedam discordia, quam Is. Vossius, totum hoc Idae montis miraculum dextre exponens, intactam non praeteriit. Solino Polyhist. c. 11. Cretensium Idae illud attribuenti usu venit quod multis aliis, hunc montem cum Cretensi permiscentibus. Wess.

165. 62. *Ἀποπεσὼν δὲ τῆς ἐπιβολῆς*] Sic L. XIII. 84. *ἵνα μὴ τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀποπίπτωμεν*. Glossam ergo scribae obtrudit nobis Venetus. Wess.

165. 65. *Γρύνιον*] Oppidi prope Myrinam meminit Strabo L. XIII. p. 923. B., eiius male verba excerpentem Stephanum redarguit Holstenius. De Pitana Aeolidis idem Strabo et Schol. Pindari in Od. VI. 46. Olympion. Wess.

165. 68. *Μετὰ δὲ ταῦτα Κάλλας* etc.] Curtio L. III. 1. 24. et Arriano L. I. 15. et L. II. 4. *Κάλας ὁ Ἁρπάλου*. Auctor alterum mavult. Vid. infra c. 17. *Τὸ Ῥοίτιον*, quod statim sequitur, rectius *Ῥοίτειον* adpellabitur, ut apud Strabon. atque alios. Wess.

166. 80. *Ὑπηκόους πάντας — ἐποιήσατο*] Vid. Arrian. L. I. Exp. Alex. c. 4. etc. Hoc tempore *Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος τῷ μὲν λόγῳ παραταττόμενοι τοὺς Μακεδόνας ἐνίκων ἐν Τριβάλλοις, μόνον δ' οὐχ ὁρατὸν ἐπὶ τοῦ βήματος νεκρὸν*

τὸν Ἀλέξανδρον προέθηκαν, ut elegantissime ait extremo Orat. fragmento Demades. Paria fere Iustinus L. XI. 2., quem vide. Wess.

166. 93. *Τάφροις βαθείαις — περιέβαλον*] Scribe περιέλαβον. Sic enim L. XVI. 44. τὴν πόλιν τάφροις τριπλαῖς — περιειλήφεισαν. Et saepe alias. Vid. not. in L. XI. 30. Wess.

166. 99. *Ἐν δωρεᾷ*] Ἐν δωρεαῖς Reg. 1., ut L. I. 79. Wess.

166. 7. *Τῆς — φρουρᾶς ἡγούμενος Φιλώτας*] Suffectus in Amyntae et Timolai, quos ambo Thebani interfecerant, videtur locum, idemque esse, de quo Plut. Alex. p. 671. D. Wess.

166. 27. *Ἐνηθληκότας τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις*] Ἐνηθληκότας τοῖς πολεμίοις pari modo L. I. 54., πλῆθος ἐν γυμνασίοις καὶ πόνοις ἐνηθληκὸς L. XVI. 44. Wess.

167. 40. *Τὰς ὁρμὰς — ἀποτρέψαι*] Regii 1. ἀποστρέψαι confirmari putes ex c. 7. ἐφιλοτιμεῖτο τὸν μέλλοντα πόλεμον εἰς Μακεδονίαν ἀποστρέψαι. Sed id ibi rectum, non hic. Wess.

167. 42. *Ἐκήρυξε, τὸν βουλόμενον etc.*] Plut. vide in Alex. p. 671. D. Wess.

167. 51. *Οὕτως μὲν οὖν ἀποθηριωθεὶς τὴν ψυχὴν*] Hoc malui. Placet in atrociore ira ἀποθηριοῦσθαι scriptori nostro. Οἱ Μακεδόνες πρὸς μὲν τοῦτον πολλῷ μᾶλλον ἀπεθηριώθησαν L. XVIII. 36. Ἀπεθηριώθησαν οἱ δοῦλοι πρὸς τοὺς κυρίους Exc. Vales. p. 369., neque inprobat Polybius L. I. 70. Wess.

167. 65. *Κύκλῳ δὲ περιφαῖνον ἶριν etc.*] Pausanias ὕφασμα μέλαν foribus templi Cereris Legiferae oppansum cum maxime fuisse refert, cum sub tempus Leuctricae pugnae telam candidam eodem in aditu araneae texuissent L. IX. 6. Apud Aelianum κατὰ τοῦ προσώπου τοῦ ἀγάλματος aranea opus suum absolvit, de colore nihil, L. XII. 57. Hist. Var. Quae quidem non bene conveniunt. Wess.

167. 70. *Τὸ δὲ πάτριον τῶν Θηβαίων μαντεῖον*] An *Trophonii* prope Lebadiam urbem, de quo Iac. Perizon. ad Aeliani L. III. 45. Var. Hist.? id enim Thebanis Boeotisque omnibus patrium erat. At ibi sortes carmine reddebantur rarius. Ergone Apollinis Ismenii? quod Thebis erat, responsaque sciscitantibus dabat, Herodoto teste L. VIII. 134. Alterutrum intellexeris, non errabis. Wess.

167. 76. *Ἀνδριάντες — ἱδρῶτας ἀφιέντες etc.*] Mali ominis semper habitum fuit. Apollonius Rhodius Argon. IV. 1285.

> Ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
> Αἵματι. — —

ubi Scholiastes: ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπὸν, εἴωθε τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν. ὥσπερ καὶ ἐν Θήβαις συνέβη, ὅτε συνίστατο ὁ περὶ Χαιρώνειαν πόλεμος Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους. Qui quidem in errore erit, nisi idem paucis ante annis etiam evenerit: quod infitiari nolim. Hae enim veteratorum erant praestigiae, quas

recentiore aevo, ut nihil de hoc genere novi esse solet, plures ad multitudinem circumscribendam imitatos novimus. Ecquid enim miraculi, si saxa

Sudent humore et guttis manantibus stillent?

ut Lucretii verbis utar. Non certe invisitati lapides sunt, quorum hoc ingenium. Wess.

167. 78. *Τὴν ἐν Ὀγχηστῷ λίμνην etc.*] *Copaidem lacum,* qui Onchestum Boeotiae adspergebat. *Ἐν Ὀγχηστῷ* est propter eam urbem, ut *ἐν Τύρῳ iuxta Tyrum* in Artemidori Oniroerit. L. IV. 26. Vid. Iac. Perizon. ad Aelian. L. XII. 57., corrupta eius scriptoris verba ex Rutgersii emendatione optime refingentem. Wess.

168. 81. *Αἱματοειδῆ φρίκην ἐπιτρέχειν*] Aelianus dict. loc. *Δίρκη, καθαρῷ καὶ ἡδεῖ ῥέουσα ὕδατι παρὰ πάντα τὸν πρόσθεν χρόνον, ἄφνω καὶ παρ' ἐλπίδα αἵματος ἀνεπλήσθη.* Noster spuma, quae sanguinem referret, inhorruisse significat: id enim φρίκη αἱματοειδὴς, sicuti φρὶξ, ὁ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρὸς apud Homerum. Vide Hesychium et Etymol. in φρίξ. Wess.

168. 85. *Θεῶν ἀπὸ τῆς πόλεως χωρισμὸν*] Vid. ad L. XIII. 59. Artemidorus ἱστὸν ὄρθιον, si per quietem videatur, κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνειν adfirmat; χρὴ γὰρ περιπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν L. III. 36. Quod fortasse spectarunt hi prodigiorum interpretes. De Iride eiusque colore aliud ille L. II. 39. Sed haec incerta si quis postulet ratione certa facere, nihilo plus agat, quam si det operam, ut cum ratione insaniat, sicuti ille apud Comicum aiebat. Wess.

168. 96. *Ἀνεμίμνησκον ἀλλήλους τὴν — εὐημερίαν*] Ne quem offendat structura rarior, ecce Homerum Odyss. Γ, 211. Ὦ Φίλ', ἐπειδὴ ταῦτά μ' ἀνέμνησας καὶ ἔειπας. et S. Paullum plane ad Corinth. c. IV. 17. ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου. Repete ergo τὴν εὐημερίαν in vocibus τῶν ἄλλων παρατάξεων, et plana erit series. Wess.

168. 23. *Εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην* etc.] Praepositionem, quae exulabat, suam in sedem restitui. Sic consuevit. Supra L. V. 29. *καὶ καταβάντες εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους συνίσταντο μάχην.* Et L. XIX. 83. *εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους μάχην ὥρμησαν* etc. Wess.

168. 34. *Μυγμὸς*] Mussantium clausisque labris gementium est, ut *μυχθισμὸν* in Euripid. Rhes. v. 789. Adi Nostri L. III. 35. et L. XVII. 92. Wess.

169. 62. *Ἐξαπέστειλε Περδίκκαν*] Arrianum vide Ἀναβ. L. I. 8., historiam expugnatarum Thebarum aliter describentem, et Polyaen. Strat. L. IV. 3. 12. Wess.

169. 83. *Διὰ τὴν ὑπερηφανίαν τοῦ κηρύγματος*] De eo dixerat c. 9. Wess.

169. 86. *Ἀφειδῶς ἀνῄρουν πάντας*] Elegantissimis The-

banorum hanc cladem verbis miseratur Aeschines Or. in Ctesiphon. p. 76. quem exscribere nunc quidem non vacat. Wess.

170. 99. *Καθόλων δὲ* etc.] Rhodomannus correxerat *καθόλως*. quod cum non satis placeret, substituit in not. Addend. *καθόλου*, et verius, me iudice. Wess.

170. 9. *Ὅστις ἰδὼν οὐκ ἂν ἠλέησε*] Videtur supervacanea negandi vox: quae enim sequuntur, ostendunt, neminem fuisse, qui misericordia tangeretur. Induxit eamdem Rhodomannus. Ceterum praeter Thespienses, Plataeenses et Orchomenios, perpetuos Thebanorum inimicos, Phocenses oppressis admodum se graves et infestos ostenderunt, testibus Arriano L. I. 8. Plut. Alex. p. 670. D. et Iustino L. XI. 3. Wess.

170. 24. *Ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους*] Eadem Plut. Alex. p. 670. D. et Aelianus L. XII. 7. Var. Hist., sed ex Mss. instauratus. Biancardus sequentia exscripsit ad Arrian. suum L. I. p. 27., sed quae correxit, operarum erant in Rhodomanni ἐκδόσει peccata. Wess.

170. 37. *Ὡς εὐεργέτας τιμᾶσθαι*] *Θηβαίους πατρικοὺς φίλους νομίζεσθαι τοῦ βασιλέως* edidit in Plut. Pelop. p. 294. D. Artaxerxes. Erant profecto de Xerxe Thebani egregie meriti, unde Persarum more, de quo infr. c. 81., *εὐεργετῶν* illis titulus venit. Vid. B. Brissonium de Regn. Persar. L. I. 138. et Des. Heraldum Advers. L. I. 9. Wess.

170. 47. *Πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις*] Eamdem Thebarum funditus excisarum rationem ipsemet Alexander reddit in Luciani Mortuor. D. XII. 4., ubi pulcre T. Hemsterhusius. Wess.

171. 49. *Ἤθροισεν ἀργυρίου τάλαντα* etc.] Summa non admodum magna, si urbis amplitudinem et decus spectes. Sed erant Thebani ligurritores. Docet Clitarchus, eandem manubiarum summam annumerans apud Athen. L. IV. 12. p. 148. E. Tametsi vero Thebas Alexander everterit et captivos subiecerit hastae, pepercit tamen nonnullis, de quibus Arrian. *Ἀναβ.* L. I. 9. et Aelian. Var. Hist. L. XII. 7. Wess.

171. 53. *Ἐξαιτήσοντας τῶν ῥητόρων δέκα*] *Oratores et duces, quorum fiducia toties rebellent*, melius Iustinus, sive *δημαγωγοὺς*, uti Plutarchus: namque inter eos Rhetores erant Demosthenes, Lycurgus et Hyperides, ceteri eo nomine vix digni. Decem autem sibi dedi Alexandrum postulasse, Idomeneus et Duris adsentiuntur Diodoro apud Plut. Demosthen. p. 856. D., plerique tamen et probatissimi scriptores non ultra octo procedebant, eodem auctore. Conf. Maussac. ad Harpocration. in *Ἀντίπατρος*. Wess.

171. 65. *Μιμήσασθαι τὰς Λεὼ κόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας*] De Leocoris consule Suidam in *Λεωκόριον*. Rhod. Distraxi vocem *Λεωκόρας*, ut apud Demosthen. Orat. Parent. p. 749. *Ἠκηκόεσαν Λεοντίδαι μυθολογουμένας τὰς ΛΕΩ ΚΟΡΑΣ, ὡς αὑτὰς ἔδοσαν σφάγιον τοῖς πολίταις*

ὑπὲρ τῆς χώρας. Cetera de virginibus istis obvia sunt, diligenterque conducta a P. Leopardo Emendat. L. XIX. 23., Io. Meursio Ceram. Gemin. c. 17. et H. Valesio ad Maussaci in Harpocrat. not. p. 121. Itaque desino. Quae sequuntur Ὑακινθίδες, *Hyacinthi filiae* ab Interprete redduntur: prave, si Demosthen. audias Or. Parent. p. 749., cuius haec sunt: ᾔδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὑτοῦ παῖδας, ἃς ΥΑΚΙΝΘΙΔΑΣ καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον ἀναλῶσαι. Erant ergo Erechthei filiae, Ὑακινθίδες dictae a pago *Hyacintho*, in quo mactatae fuerunt, teste Phanodemo apud Suid. in Παρθένοι. Sed salva res est. Interpretem tuetur Harpocration, qui Ὑακινθίδας filias fuisse ait Hyacinthi Lacedaemonii, et praeter ceteros Apollodorus Bibl. L. III. 14. 8. p. 236. Videntur autem, ut hoc addam, Hyacinthides et Erechthei filiae ab Atheniensibus consulto confusae, gloriosius arbitratis, si puellae indigenae pro salute patriae sese devovisse traderentur. Plura si desideres, adi H. Valesium ad Eusebii Or. de Laud. Constant. c. 13. p. 284., et Harpocrat. p. 76., ubi ad eam orationem dicta iterantur, praetereaque Ios. Barnes. ad Euripid. Ion. v. 267. 277. Wess.

171. 76. Πέντε ταλάντοις ἀργυρίου] Vid. Plut. Demosth. p. 856. E. Wess.

172. 7. Ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας] Arrianus ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια L. I. 11. Lege quae adscripta superioris sunt libri c. 56. Wess.

172. 18. Προσανέλαβε τὸ στρατόπεδον] Interpres *copias hinc illinc adsumpsit*. Debuerat *copias recreavit et refecit*. Quam sententiam superiora paene expostulant et verbi usus. Exemplis res absolvetur. Infra huius libri c. 87. Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Ταξίλου χώρᾳ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν. tum c. 110. ἐνταῦθα δὲ μείνας — καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν. Et L. XIX. 24. ἐπειδὴ βραχέως αὐτὸν προσανέλαβε, προῆγε etc. Quibus in locis interpretem vocabuli potestas non fefellit. Wess.

172. 19. Κτησικλέους] Non hoc Archonte, sed superioris anni Euaeneto, Alexandrum in Asiam transiisse ex annalium fide Clemens Alex. Strom. L. I. p. 403. prodidit, neque male illi. Ineunte enim vere eius anni, quo Athenae praetorem viderunt Euaenetum, in Asiam transiit Alexander. Sed cum brevi post magistratum Ctesicles iniret, solito sibi more Diodorus res has illo Archonte administratas perhibet. Wess.

172. 20. Λεύκιον Παπίριον] Fasti pro hoc annotatum habent Πόπλιον Αἴλιον, ut et Livius L. VIII. 15. Rhod. Λεύκιον Παπίριον] Insequente anno summum Romae magistratum gessit. Forsan ergo, quod P. Aelii Paeti nomen hic corruptius legeretur, inde adscitus a scribis est. Sic Pighius etiam in Fast. ad ann. CDXVI. Wess.

172. 23. *Μαιρεὺς ναυσὶν ἑξήκοντα*] Interpres *quinquaginta cum navibus:* quem calami errorem *miserabilem et foedum* vocat Iac. Gronovius ad Arrian. I. 11. p. 24., notavitque, sed clementius, Barthius ad Statii Theb. IV. 6., ubi plura de hasta, in hosticum abiici solita, quae vide. Wess.

172. 28. *Καὶ τοὺς μὲν τύφους τῶν Ἡρώων* etc.] Videndus est praeter Arrian. L. I. 12. Philostratus Heroic. XIX. p. 743. Wess.

172. 33. *Καὶ δισχίλιοι*] Sic scripsi, secutus veteres schedas ipsumque auctorem, qui *ὥστε τοὺς ἅπαντας εἶναι τρισμυρίους* post pauca subiiciens, id se voluisse profitetur. Alia N. Blancardus ad Arriani sui L. I. p. 30., quibus non utor. Wess.

172. 40. *Χίλιοι καὶ πεντακόσιοι.*] Legebatur *χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι,* et iterum *Θετταλοὶ δὲ χίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι.* Utrumque mutavi. Moveor verbis Diodori, adfirmantis equitum numerum aequasse *τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους.* Id longe falsissimum, si Macedones MDCCC. et totidem Thessali miserint. Vidit et hoc idem iste Blancardus, refingens propterea *πεντακισχιλίους καὶ ἑκατὸν,* non male, si codices addicerent. At illi haec servant constanter, et superiora, ut margo Reg. 2. ostendit, mutant. Sequor ergo, tantoque magis, quod et Iustinus L. XI. 6. in Alexandri exercitu *equitum quatuor millia quingentos* numeret. Id melius, quod *Εὐρύγυιον* in *Ἐρίγυιον* convertendum censuit: sic ipse Diodorus L. XVII. 57. et c. 81., et liber, quem Cospus Latine expressit. Wess.

173. 51. *Ἱππεῖς δὲ μύριοι καὶ χίλιοι*] Hic librarii negligentia post *ἱππεῖς* redundat *μύριοι καί.* Rhod. De peditibus non moveo litem, de equitibus uno verbo dicam, non credo. Quis enim credat Alexandrum, qui imperium Persarum evertere satagebat, in Asiam solos equites quater mille et quingentos secum duxisse; undecim vero mille et quingentos in Europa sub Antipatro reliquisse, praecipue, cum illi foret per Phrygiam planam et equitibus commodam iter facile, et cum Persis equitatu pollentibus rem haberet? Ideo suspicor in hoc loco voces *μύριοι καὶ* male repetitas fuisse ex superiore clausula, et legendum: *πεζοὶ μὲν ὑπῆρχον μύριοι καὶ δισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι.* Nihil de numero eorum, quos Antipatro reliquit Alexander, dixit Plutarchus in eius vita, nec Trogus apud Iustinum, qui de tanto equitum numero silere non debuissent. Palm. Binas voces *μύριοι καὶ* recte confixerunt viri praestantes: sunt enim ineptae. Scripseritne auctor *χίλιοι* an *δισχίλιοι,* nondum decerno: Cospus suo in codice posterius reperit, quod restitutum a me fuisset, si vel unus meorum adsensione conprobasset. Wess.

172. 54. *Ὁ μὲν θύτης Ἀλέξανδρος*] Rhodom. in notar. Addend. scribi iussit *θύτης Ἀλεξάνδρου, Alexandri sacrificus;* *Ἀρίστανδρος* Blancardus ad Arrian. p. 32., et diu ante eum Freins-

hem. in Indice Curtiano: quibus haud refragor. Non enim perspicio, cur Alexandri sacrificus dicendus heic sit, qui mox τοῦ μάντεως duntaxat titulo designatur. Culpa amanuensibus debetur, non admodum dissimiles voces confundentibus. Wess.

173. 68. Ἐν τῷ νεῷ κειμένων ὅπλων τὸ κράτιστον] Clypeum, ut mox c. 21. Vid. Arrian. Ἀναβ. L. I. 11. Post pugnam ad Granicum Strabo Alexandrum in hoc Minervae templum deducit L. XIII. p. 886., ubi Casaubonum consule. Wess.

173. 87. Τὰς πανταχόθεν δυνάμεις] Hoc reliquerat auctor. Ita c. 31. huius libri εὐθὺς οὖν μετεπέμπετο τὰς πανταχόθεν δυνάμεις. Et cap. 53. συνηθροίκει μὲν τὰς πανταχόθεν δυνάμεις. Tum L. II. 2. αὐτὸς τὰς πανταχόθεν δυνάμεις — ἀθροίσας etc. Wess.

173. 89. Φρυγίας, τῆς ἐφ' Ἑλλήσποντον] Inferius L. XVIII. 3. et 39. τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν vocat, uti Strabo L. XII. p. 850. A., alii τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου cum Polybio Leg. Excerpt. p. 1143. sed sequuntur in his arbitrium suum scriptores. Wess.

174. 94. Καὶ σύντομον] Malo σύντονον. Vid. ad huius lib. c. 32. Wess.

174. 3. Ἅμ' ἡμέρα περαιώσας] Longe abit Plut. Alex. p. 672. D., et Arrianus L. I. 14. p. 30., qui die in vesperam inclinante Granicum tramitti coeptum fuisse prodiderunt. Paullo ante si qui διεσπασμένης — φάλαγγος maluerint, cum illis non pugnabo. Ita Arrian. L. II. 10., quem exscribere conmodum non est. Wess.

174. 8. Ἀρσαμένης] Hic Ἀρσαμένης Arriano L. I. 15. est Ἀρσάμης, et Σπιθροβάτης eidem Μιθριδάτης. Item Ἀῤῥεωμίθρης est Ῥεωμίθρης. Steph.

174. 11. Σπιθροβάτης] In Arriano nunc editur Σπιθριδάτης, a quo Lydiae et Ioniae satrapa distinguitur Mithridates, Darii gener, ab Alexandro prostratus L. I. 15., prave, si Diodorum sequimur: idem enim et Ioniae praefectus et Darii gener, ab Alexandro confectus. Taxat proinde Freinshem. in Curtiano Indice et, eius vestigiis inhaerens, Blancardus inconsiderantiam Arriani: id equidem pati possum; quamquam, ut sedulo dicam, in ambiguo apud me manet, uter errarit. Noster Mithridatis generi Darii non meminit. Arrianus et Mithridatem et Spithridatem hoc proelio partim Alexandri manu, partim Cliti virtute deiectos perhibet, nactus, quod neglectum a viris doctis miror, adstipulatorem Plut. Or. I. de Alex. Fort. p. 326. F. ubi Alexander Κιλικίαν δὲ (ἀνέῳξε) Γρανικός, ὃν Μιθριδάτῃ καὶ Σπιθριδάτῃ νεκροῖς ἐπιβὰς διεπέρασα. Adde Diodorum, Alexandri armis confodere Spithridatem, quem Arrianus et Plut. Alex. p. 673. A. Clito contrucidandum obiecerunt. Wess.

174. 13. *Οἱ μετὰ Ῥεομίθρους*] Sic correxi. Infra c. 34. bene habet id nomen, ubi *Arrheomithrum* parili vitio Cospus. Natus error est ex veteri scriptionis forma *ΜΕΤΑΡΕΟΜΙΘΡΟΥΣ*, ut pulcre perspexit Freinshem. in Curtii Indice, probante, sed auctorem turpiter dissimulante, N. Blancardo ad Arrian. L. I. p. 36. Wess.

174. 18. *Τῶν δέκα μυριάδων*] Prima hac congressione Persas peditum sexcenta millia Alexandro obiecisse in Iustino L. XI. 6. leges, copias in nimiam multitudinem, modo tamen ita scripserit, adaugente. Vid. Iac. Gronov. ad Arriani L. I. 15. p. 31. Wess.

175. 49. *Τὸ σαυνίον*] Vid. not. in L. I. 86. Wess.

175. 50. *Μετὰ σφοδρᾶς εἰσπεσὼν ῥώμης*] Non damno hoc, etsi ῥύμης libri Reg. non sit absurdum: foret tamen opportunius post pauca, modo prae se tulisset *καὶ τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς συνέργῳ χρησάμενος*· quomodo *ὑπὸ τῆς ἐν τῷ δρόμῳ ῥύμης κατακρημνισθῆναι* Philo Iud. de Agricult. p. 197. et *ῥύμῃ καὶ φορᾷ τάχους ὠκυδρομωτάτους ὑπερπτῆναι* ibid. p. 213. E. Wess.

175. 57. *Ἐνήρεισε τὸ ξυστὸν*] Hoc malui, quod *τὰ ξυστὰ* auctor infra c. 53. et L. XIX. 83. scribat. Conf. Celeb. Iac. Gronov. ad Arriani L. I. 16. p. 33. Wess.

175. 65. *Ὁ ἀδελφὸς τοῦ πεσόντος Ῥωσάκης*] Plutarchus Alex. p. 673. cum Arriano *Ῥοισάκην* vocat. Sed Noster ita solet, ut L. XVI. 47. Mox addidi *κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου*, quorum ultimum series orationis sibi requirebat. Wess.

175. 68. *Ὥστε τὸ μὲν κράνος διαπτύξαι*] Arrianus *καὶ τοῦ μὲν κράνους τι ἀπέθραυσε*. Noster indicat *τὰς πτύξεις τοῦ κράνους* ictu gladii fuisse dissolutas: id *διαπτύξαι*, pro quo *ἀναπτύξαι τὰς ῥαφὰς τοῦ σώματος* in Catonis Uticensis, suturas vulnerum lacerantis, historia Appian. Belli Civil. L. II. p. 800. Tritius est in rerum obscuratarum explicatione. Philo Iud. de Rer. Divin. Hered. p. 489. E. *ἃ μὲν οὖν ἦν προακοῦσαι διεπτύξαμεν*, *quae prius audienda erant, explicita dedimus*. Fefellit interpretum sollertiam in eiusdem libro de Somn. p. 1125. D. *καὶ ἀσφαλεῖς τε ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκοντες, κἂν εἴ τι μὴ τρανὲς εἴη διαπτύοντες*. Vertunt, *et si quid minime clarum esset, despuentes*. Prave et in Iudaeorum nationem contumeliose. Illinc sabbatis obscuriora sacri codicis dicta despuerent? Nunquam dixerit Philo, qui *διαπτύσσοντες enodantes* reliquerat. Ceterum apud Arrianum et Plutarchum Rhoesaces Alexandri hasta confossus prosternitur, Spithridatesque Cliti aut perimitur pilo, aut gladii ictu brachium amittit: neque enim hac in re inter eos concordia est. Wess.

175. 84. *Παντὸς δεινοῦ κατεξανίστατο*] De Viriatho in Excerpt. Vales. p. 361. *ἀγρυπνητικὸς καὶ παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς*, *qui nulli neque labori neque periculo cedere solebat*. Philo Iud. de Temul. p. 247. E. *ὅτι οὐ δύναται*

τῶν φαινομένων ἀγαθῶν κατεξαναστῆναι, non posse se istis in speciem bonis reniti. Et p. 248. D. ἡμεῖς δὲ — νικώμενοι, τῶν φανέντων οὐδενὸς κατεξαναστῆναι δυνάμεθα. Synesius Encom. Calv. p. 64. καὶ ὁ λόγος ἀντεισιὼν κατεξανίστη τοῦ πάθους. Adde Excerpt. Vales. p. 401., ubi eadem, qua hic, forma. Wess.

175. 87. Ἀτιζύης] Schedae veteres in Persae nomine dissentiunt. Hoc elegi ob Arrian. L. I. 26. et II. 11., Curtium L. III. 11. 10. Aliud est momenti maioris. Inter Persas, qui praelio ad Granicum ceciderunt, *Atizues* non numeratur: periit altera ad Issum congressione, ipsomet auctore inferius c. 34. prodente. Scio Ἀντιξύην eo loci scribi: sed eundem esse, Arrian. L. II. 11. et Curtius agnoscunt. Forsan ergo maior labes vocem deformavit. Wess.

175. 88. Μιθροβαρζάνης] Arriano est Μιθροβουζάνης qui Diodoro Μιθροβαρζάνης, si modo ita scripsit Diodorus. Steph. Μιθροβουζάνης] Acquiesco in Vaticani scriptura ob Arriani adsensionem L. I. 17. Est sane *Mithrobarzanes* non obscurum inter Persas nomen, proditque eadem productio in Ἀριοβαρζάνης, Ναβαρζάνης, Σατιβαρζάνης gentis sermonem: attamen non impedit, quidquid obloquatur N. Blancardus, iterum Freinshemii copias ad Arrian. suum L. I. p. 46. depeculatus, ut *Mithrobuzanes* pro reiiculo sit putandus. *Buzes* enim et *Buzanes* Persae apud Procopium, Agathiam et alios illi patrocinantur efficacissime. Wess.

176. 94. Τῆς ἀνδραγαθίας τὸ πρώτιστον ἀπηνέγκατο] Non dubitat, quin legendum sit τὸ πρωτεῖον, H. Stephanus, quod certe longe tritius: mihi tamen nondum liquet. Wess.

176. 4. Πλείους τῶν μυρίων] De caesorum numero discordia est. Conf. Freinshem. in Curtii L. III. 11. 27. et Iac. Gronovium ad Arrian. L. I. 17. Wess.

176. 13. Μιθρίνου τοῦ σατράπου παραδόντος] Detraxi Mithrinae nomini superfluas literas. Infra c. 64. Μιθρίνῃ δὲ τῷ παραδόντι τὴν ἐν Σάρδεσιν ἄκραν, Ἀρμενίαν ἔδωκεν. Consentit Arrian. L. III. 16., qui perinde ac Curtius L. III. 12. *Mithrenem* adpellat L. I. 18. Wess.

176. 29. Εὐθὺς δ' οἱ Μιλήσιοι etc.] Haec Arrianeis L. I. 20. non bene congruunt. Wess.

177. 44. Νόμισαι τοὺς Μακεδόνας ἐκθυμότερον ἀγωνιεῖσθαι] Saepe imperatores, ne qua fiducia navium, ad quas refugium erat, minus constanter pugnaret exercitus, aut classem incendisse, aut alio amandasse leguntur. Vid. Polyaenum Strat. L. V. 25. et Frontin. L. I. 11. 21. Quam eandem artis viam Mauritium Nassovium, clarissimis veterum belli ducibus militaris scientiae usu facile parem, ingressum fuisse nobili ad Neoportum praelio, ex Pier. Winsemio in Gest. Mauritii Reb. p. 43. cognitum est. Wess.

177. 51. *Μιμησάμενον τὴν Ἀλεξάνδρου στρατηγίαν*] Conf. Polyaen. L. V. 3. 5. et Nostri L. XX. 7. Wess.

177. 60. *Εἰς τὴν Ἁλικαρνασσόν*] Quae hic in urbis titulo discordia, ea et alibi valet. Herodotus patriam urbem modo *Ἁλικαρνησὸν*, modo *Ἁλικαρνησσὸν* vocat. *Ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ*, de quo Iac. Gronov. ad princip. Herodoti sui, est in Epigrammate Callimachi altero. Porro urbem duplici arce fuisse munitam testis etiam Strabo L. XIV. p. 971. A. Adde supra L. XV. 90., ubi *ἑστία καὶ μητρόπολις τῆς Καρίας* et quae Ezech. Spanhem. de Numism. Praest. Dissert. IX. p. 626. Wess.

177. 72. *Διόπερ οὗτος παραλαβὼν* etc.] Hoc visum mihi est praestare, satis stabilitum et orationis nexu et Regii libri auctoritate. Wess.

177. 86. *Γένει δὲ προσήκουσα τῇ Καρῶν ἀρχῇ*] Hecatomni filia, Idriei et soror et coniux, sed quam Pixodarus frater regni possessione everterat. Strabon. vide L. XIV. p. 970. et not. ad Nostri L. XVI. 75. Wess.

177. 90. *Διὰ τὴν τῆς γυναικὸς — εὐεργεσίαν*] Beneficium, quod ab Alexandro in eam mulierem erat collatum. Sic *ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικία*, quae ab Aethiopibus in Aegyptum erat deducta L. III. 2. et *ὃ συνελάβετο αὐτῷ πρὸς τὴν στρατηγίας αἵρεσιν*, *ut belli dux crearetur*, L. XVI. 66. *ἡ δικαιοσύνη διὰ πίστεως Χριστοῦ* in S. Paulli Epist. ad Philipp. c. III. 9. *ὑπὲρ τοῦ τολμήματος τῶν παίδων*, i. e. *propter scelus in liberos* Aelian. Var. Hist. L. V. 21. In Latinis quid magis obvium? *Scelus Callisthenis* dixit Seneca Quaest. Nat. L. VI. 23., quod Alexander in Callisthene occidendo admiserat. *Iniurias senatoris* in Aug. c. 44. Suetonius, quae senatori illatae erant. Sed haec omitto. Vid. Perizon. in Aelian. V. Histor. L. II. 25. Burmannum ad Phaedr. II. 8. Oudendorpium in Caesar. Gall. Bell. L. I. 30., Reitzium de big. p. 240. atque alios. Wess.

178. 2. *Καὶ τὰ μεταξὺ μεσοπύργια*] Vid. Wassium ad Thucydid. L. III. 23. Sunt *μεσοπύργια turrium intervalla*, ut Vitruvius vertit, sive muri, qui duas inter turres. Noster cum Pori aciem munitae urbi simillimam dixisset, subdit continuo huius libri c. 87. *ἡ μὲν τῶν ἐλεφάντων στάσις τοῖς πύργοις, οἱ δὲ ἀνὰ μέσον τούτων στρατιῶται τοῖς μεσοπυργίοις ὡμοίωντο.* et mox c. 25: *καὶ δυοῖν μεσοπυργίων ἐῤῥιμμένων.* Arrianus in hac Halicarnasseae urbis obsidione describenda L. I. 22. *καὶ δύο πύργοι καὶ μεσοπύργιον εἰς ἔδαφος καταπεπτωκότα* etc. Philo modo *μεταπύργια*, ut Thucydides et Lysias apud Harpocrationem, modo *μεσοπύργια* vocat, quo modo exstruenda et accurate munienda sint docens in Belopoeic. p. 84. etc. Wess.

178. 7. *Κατὰ δὲ τὰς τῶν ὀργάνων προσβολὰς*] *Adactisque instrumentis* Interpres. Factum nollem. Vult Diodorus, Memnonem magna cum militum manu effudisse sese oppido in eas machi-

nas, quibus Alexander muros turresque quassabat. *Πρὸς δὲ τὰς* etc. libri Regii aeque opportunum esset ac *κατὰ*, ut tamen praeferatur, caussa nulla est. Wess.

178. 19. *Συνεπισημαινομένων — ταῖς — ἀνδραγαθίαις*] Si *τὰς ἀνδραγαθίας* malueris ex Reg., non contra nitar. Polyb. L. X. 37. *καὶ τότε δικαίως ἄν τις ἐπισημήνατο τὴν μεγαλοψυχίαν τ᾽ ἀνδρός.* et L. XI. 17. *τίς οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο τὴν ἡγεμονείαν.* Noster diversiore structura L. XI. 26. *ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν λεγομένων ἐπισημαινομένων τῶν ὄχλων.* Wess.

178. 37. *Καὶ σὺν αὐτοῖς Νεοπτόλεμος ἡγεμὼν*] Fuit ergo Neoptolemus eorum ex numero, qui ab Alexandro stabant. Omnia alia Arrianus L. I. 21. Neoptolemum illis accensens, qui Alexandri aut metu aut odio ad Darium perfugerant. Wess.

178. 45. *Ἐτρέψαντο τοὺς Μακεδόνας*] Vide Arrian. L. I. 22. Wess.

179. 52. *Ἐφιάλτης*] Eumdem in Curtii Indice esse arbitratur Io. Freinshemius, de quo Demosthen. Epist. 3. p. 785. tangit obiter. Sed res non est citra omne dubium. Videtur esse Ephialtes de quo Dinarch. Or. in Demosth. p. 92. et Plut. Demosth. p. 856. D. Wess.

179. 59. *Προκινδυνεύοντας τῶν μισθοφόρων*] Interponi debuerat praepositio *μετὰ*, quod Rhodomanni sollertiam non fugit. Auctor ipse L. XI. 31. *ἕως μὲν οὖν συνέβαινε τὸν Μαρδόνιον μετὰ τῶν ἐπιλέκτων προκινδυνεύειν.* Wess.

179. 70. *Ἐν βαθείᾳ φάλαγγι πεπυκνωμένων*] Nolo diffiteri placuisse olim mihi *ἐν βαθείᾳ φάραγγι*, quod ex Arriano constaret L. I. 23., rem in loco praerupto atque angusto fuisse administratam, et saepe has voces permutari, veluti in Arriano *Ἀναβ.* L. II. 11. p. 79. cum nota Gronovii. Nunc a vulgato non dissentio. *Βαθεῖα φάλαγξ* quae introrsus porrectos ordines habet, ut Duker. ad Thucydid. L. VII. 78. et viri docti ad Luciani Zeux. c. 8. docent. Wess.

179. 75. *Ἐπέταξεν ἑτέρους*] Si articulus adfuisset, scripsissem *ἑταίρους*, ut *πεζεταίρους* intelligeret, de quibus Ulpian. in Demosth. Olynth. II. p. 15. et Anaximenes apud Harpocrat. *Ὑπεράγοντας* tuetur auctor L. III. 44. *κατὰ τὴν εὐχρηστίαν πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπεράγων·* ubi similis in Coisl. libro glossa. Wess.

179. 98. *Ὁ κίνδυνος παλίντροπον τὴν μάχην ἔσχεν*] Superius L. XV. 85. *καὶ πολλοὺς τῶν Βοιωτῶν καταβαλὼν παλίντροπον ἐποίησε τὴν μάχην.* Et L. XIX. 109. *ἡ μὲν μάχη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο.* Quae quidem Nostri loca vocis in mutata pugnae fortuna usum manifestant. Lexica hac parte manca sunt. Wess.

179. 99. *Οἱ γὰρ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων*] Vid. Curtium L. V. 2. 5. cum Freinshemii nota. Wess.

180. 14. *Εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν* etc.] Dissentire videtur Arrianus L. I. 24. *αὐτῶν δὲ οἱ μὲν*, inquiens, *ἐς τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ νήσῳ ἀπεχώρησαν, οἱ δὲ ἐς τὴν Σαλμακίδα ἄκραν οὕτω καλουμένην*. Insula enim, in cuius arcem concesserunt, propter ipsam urbem erat, ut, quae apud eum continuo succedunt, declarant: ea vero Acronesus, ut pulcre vidit Iac. Gronov., non Cos. Sed nihil ea in re insolens. Neglexit Arrianus quid reliqua multitudine et pecunia factum sit addere. Rectum autem est *εἰς τὴν Κῶν*, ut in Plut. T. II. p. 304. C. et S. Lucae A. A. XXI. 1., etsi et ibi *εἰς τὴν Κῶ* scripti quidam Codd., quomodo Aristides T. I. p. 77. *πλεύσαντες εἰς τὴν Κῶ*. Wess.

180. 24. *Διέτρεψαν τοὺς στρατιώτας*] Lego *διέθρεψαν*. Steph. et Rhod.

180. 32. *Τῆς γὰρ Λυκίας περὶ τὰς ἐσχατιὰς*] Vid. Tib. Hemsterhusium Atticorum *ἐσχατιὰς* optime designantem ad Luciani Timon. c. 30. Diodoro ultimi regionis fines *ἐσχατιαί*, cuiusmodi *αἱ ταύτης* (*Ἀραβίας*) *ἐσχατιαὶ* L. II. 49. et cap. 53. *αἱ τῆς Συρίας ἐσχατιαί*. tum *ἐσχατιαὶ τῆς ὑπωρείας* L. III. 39. Wess.

180. 33. *Οἱ Μαρμαρεῖς ὀνομαζόμενοι*] Hos legere alibi non memini. Forsan *ὀχυρὸς* illud *φρούριον ἐπιτετειχισμένον τῇ τῶν Φασηλιτῶν χώρᾳ πρὸς Πισιδῶν*, de quo Arrian. L. I. 25., insederant: sed non bene omnia congruunt. Wess.

180. 52. *Διὰ μέσων τῶν πολεμίων διεκφυγεῖν*] *Διεκπεσεῖν* e Reg. schedis si malis, auctor non obstabit. Vid. mox et ad L. XII. 56. Polyaen. L. IV. 2. 14. *Φίλιππος ὑποστρέψας διὰ τοῦ ὄρους διεξεπέσατο*. ubi tamen *διεξεπαίσατο* ex linguae genio praestiterit. Wess.

181. 58. *Τὰς δ' οἰκίας ἐμπρῆσαι* etc.] De Xanthiis non multo diversa memoria mandaverunt Philo Iud. Quod omn. prob. liber sit p. 883. et Appian. Bell. Civil. L. IV. p. 1017. Wess.

181. 66. *Νικοκράτους*] Secundum Arrianum L. II. 11. non *Νικοκράτους*, sed *Νικοστράτου*. Steph. Diodoro in Archontis nomine adstipulatur Dionysius in Dinarcho p. 116. Vid. Io. Meursium de Archontib. L. IV. 12. Wess. Extra dubitationem *Nicocratem* ponit inscriptio apud Boeckhium I. p. 250.

181. 67. *Καίσων Οὐαλέριος*] Restitue *Δουΐλιος*. Rhod. In *Οὐαλερίου* nomine procul dubio mendum est. Adpellabatur Papirii collega *Kaeso Duilius*. Proinde iusta Rhodomanni medela est. Quo vero modo ex *Δουΐλιος* nasci scribendi negligentia *Οὐαλέριος* potuerit, nondum perspicio. Forte cum *Δουϊλίου* vocabulum vitio esset depravatum, alterum ex sequenti anno adscitum est. De consulibus his Livius L. VIII. 16. Wess.

181. 75. *Καὶ Λέσβον*] Sunt haec plusquam inepta. Non negavero, olim in insula eo nomine urbem fuisse, illamque titulum suum cum ea communicasse. Hoc volunt, quae Eustathius in Homer. p. 741. et Hesychius voc. *Λέσβος* afferunt. At omnia,

quae continue ab auctore subiiciuntur, solam spectant Mitylenen, quae ampla urbs erat et egregio in bellum adparatu instructa, non *Lesbus* illa, Diodoro ab inperitis librariis obtrusa atque haud dubie ex superioribus inculcata. Suadet et Cospi liber, in quo *καὶ Λέσβον* defuisse, Latina manifesto declarant. Igitur N. Blancardum, cui amanuensium hoc delictum ad princip. L. II. Arriani suboluit, laudo inpense. Wess.

181. 86. *Ἐν οἷς ὑπῆρχον καὶ Σπαρτιᾶται*] Vid. infra c. 63. Wess.

181. 6. *Καὶ πάντων — ἀρχηγὸς καὶ σύμβουλος γεγονὼς ἦν*] Mirum mihi quidem hoc accidit. Alexander Charidemum, sibi Macedonibusque maximopere infestum, Athenis in exilium ire iussit, Arrian. *Ἀναβ.* L. I. 10. Ipsi Athenienses accepta ad Chaeroneam clade unum Charidemum, quem Philippo opponerent, dignum censebant apud Plut. Phocion. p. 748. E. Et Charidemus tamen dux et auctor consiliorum Philippi fuit omnium? Dinarchus Or. in Demosthen. p. 94. hominem laudibus effert, quod eo ad Persas consilio abierit, ut Atheniensibus ceterisque Graecis suo periculo salutem procuraret. Wess.

182. 11. *Πεῖραν — τῆς ἰδίας ἀρχῆς*] Vitiose pro *ἀρετῆς*. Rhod. Praevideo, quid pro vulgata disputaturi sint quidam. Facio tamen cum Rhodomanno, cuius correctionem Cospus sua versione ratam esse iubet. Wess.

182. 24. *Ἐπιλαβόμενος τῆς τοῦ Χαριδήμου ζώνης*] Persicum morem illustrant B. Brisson. de Regn. Pers. L. I. 130. et Io. Freinshem. ad Curtii L. III. 2. verbis Xenophontis *Ἀναβ.* L. I. p. 205. *μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἔλαβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ.* Addo a Medis, ut multa, ad Persas videri transiisse: Artaeus enim rex Medorum nuntio imperavit, *εἰ μὴ παραδῷ Νάναρος τὸν Παρσώνδην* (de quo auctor L. II. 33.) *λαβόμενος τῆς ζώνης ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ* in Excerpt. Nic. Damasceni p. 533. Wess.

182. 35. *Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν* etc.] Vide Curtium L. III. 2. Nollem vero hinc conclusione quadam confecisset diligentissimus Brissonius, latam de capite sententiam ne regi quidem Persarum revocare retractareque licuisse. Nihil horum verba prae se ferunt: sed Charidemum regia potestate ex inferis non potuisse excitari. Verius advocasset S. Danielis oracula c. VI. 16. Wess.

182. 37. *Ὀνειροπολούμενος ταῖς Μακεδόνων ἀρεταῖς*] *Quanta Macedonum virtus esset coniectans* Interpres. Ego vero, *inquietudine virtutis Macedonicae agitatus*, aut *in somniis exercitus*. Respicit enim eas rerum imminentium species, quae Darium anxium de instantibus curis etiam per somnum agitabant apud Curtium L. III. 3. Noster Excerpt. Vales. p. 305. *ὁ δὲ Φίλιππος τὸν λοιπὸν τοῦ ζῆν χρόνον ὀνειροπολούμενος.* Apertius Philo Iud. de Contempl. Vit. p. 898. C. *πολλοὶ οὖν καὶ ἐκλαλοῦσιν ἐν ὕπνοις*

ὀνειροπολούμενοι τὰ τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ἀοίδιμα δόγματα. Aliud et longe diversum est ὀνειροπολεῖν τὴν ἐκθέωσιν in eiusdem Leg. ad Cai. p. 1039. A. et τάλαντα καὶ μυριάδας ὀνειροπολεῖν καὶ ἀγροὺς ὅλους καὶ συνοικίας apud Lucian. Merc. Conduct. c. 20. et in Gall. c. 32. cum nota Reitzii. Wess.

182. 42. Ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν — κίνδυνον] Sic παρασκευάσασθαι πρὸς τὸν κίνδυνον et διατάσσειν τὴν δύναμιν εἰς τὸν κίνδυνον L. XIX. 25. et 26. Quibus in locis, sicuti et hic, praelium indicari citra dubium est. Interpres paullo obscurius *in discrimen se dimittere:* cui tamen ut N. Blancardus ad princip. L. II. Arriani propterea insultaret, non erat caussa gravis. Wess.

182. 51. Πλείους τῶν τετταράκοντα μυριάδων] Convenit numerus. Diodorus ad Arbela dimidio maiorem fuisse exercitum, quam fuerat ad Issum, profitetur L. XVII. 39. Erat autem octingentorum peditum et ducentorum millium equitum. Adde c. 33. Aliter Plut. Alex. p. 674. C. et Arrianus L. II. 10., ad quem Gronov. vide, numerum ineunt. Wess.

183. 69. Παραβόλοις καὶ συντόμοις θεραπείαις χρώμενος] Vide Plut. Alex. p. 675. B. Ἰατρείαις ut auctori obtruderetur, nihil erat necesse. Wess.

183. 75. Καὶ τὴν τέχνην] Etsi saepenumero in medicis verum sit, quod de rebus humanis poeta,

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία,

iniuriam tamen Philippo Acarnani scribae insignem inferunt, cum fortunae magis praesidio, quam arti, hanc Alexandri curationem tribuunt. Sibi ergo habeant τὴν τύχην, ego τὴν τέχνην medico non detraho. Wess.

183. 82. Λυγκιστὴν Ἀλέξανδρον] Litera auctius esse iussi ἐθνικὸν Alexandri huius nomen. Sic ipsemet auctor L. XVII. 57. et cap. 80., sic Strabo L. VII. p. 503. A. et Stephanus: quamquam, sedulo ut dicam, Λυγκηστὴς praestaret, quomodo Thucydides, Ptolemaeus et Latini. Vid. Cel. Dukerum ad Thucydid. L. II. 99. Wess.

183. 91. Καὶ τὰς ὀνομαζομένας πύλας] Cilicias Pylas intelligi, quisque videt. De illis auctor L. XIV. 20. Wess.

183. 1. Σύντομον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος] Si compendiaria via fuisset usus, ferri posset. Sed Darius pleno gradu in Macedones perrexit, ut ex Curtio L. III. 8. constat. Lego σύντονον τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ut L. XIX. 26. προῆγε σύντονον τὴν πορείαν ποιούμενος. et eiusdem libri cap. 32. ἀνέζευξε — καὶ συντόνους τὰς πορείας ποιούμενος. Vitium frequens et alibi a nobis detersum. Conf. L. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 257. Wess.

184. 19. Καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας] Hoc malui, etsi non ignorem, apud Herodotum I. 172. et 202. et Ioseph. Ant. L. XIV. 13. 3. atque alibi εἴλας et εἰλαδὸν praeferri. Variatum in vocis fuit scriptura, his εἴλην, illis ἴλην eligentibus. Audiamus

Eustathium in Il. *B*, p. 179. τοῦ δὲ ἰλαδὸν χρῆσις καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ. πρωτότυπον αὐτοῦ ἡ ἴλη, ὃ σημαίνει τὴν τάξιν. καὶ πάλαι μὲν ἡ ἴλη καὶ τὸ ἰλαδὸν διὰ τῆς ει διφθόγγου εἶχε τὴν ἄρχουσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ εἰλῶ τὸ συστρέφω· ἐξ οὗ τότε καὶ τὸ πέδιλον· ὕστερον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν τῷ ι αὐτοῖς ἡ γραφή· quem quidem Grammatici locum non neglexit Io. Henr. Boeclerus in Lect. Polybian. p. 113., eamdem ex Polybii schedis scribendi varietatem enotans. Wess.

184. 21. Τὴν δὲ τῶν πεζῶν φάλαγγα etc.] Aciei ordinem aliter disponunt Curtius L. III. 9. et Arrian. L. II. 9., quos vide. Wess.

184. 30. Ὥστε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων etc.] Imitatur Curtius L. III. 11. 4. de Macedonibus hac ipsa in pugna, *sed conferti*, inquit, *et quasi cohaerentes*, *tela vibrare non poterant: simul emissa*, *in eodem concurrentia inplicabantur*, *levique et vano ictu pauca in hostem*, *plura in humum innoxia cadebant.* ubi Acidalius et Raderus non sunt negligendi. Συναλαλάζειν, quod succedit, et ululandi ante pugnam morem, explicitum si desideres, cumulatissime satisfacient Ezech. Spanhem. ad Iuliani Or. I. p. 233. et Car. Du Fresne ad Ioinvill. Dissert. XI. et XII. p. 204. etc. Wess.

184. 43. Καταπροτερῆσαι τῶν Περσῶν] Quod Basileae expresserunt προτερῆσαι, frequentissimo in his libris usu munitum est: nec sequor tamen. Alterius se patronum profitetur Polyb. L. I. 47. et Excerpt. p. 1413. Wess.

184. 54. Θυμομαχοῦντες] Vide Illust. Grotium in S. Lucae A. A. c. XII. 20. et Raphelii Annot. ex Polyb. ad eundem locum. Paullo ante si cum Rhodomanno scripseris διὸ καὶ πολλοὶ τραύμασιν, non aberrabis. Wess.

185. 72. Περὶ μὲν τὸ τοῦ Δ. τέθριππον] Sic correxit Rhodomannus in not. Addend., addicentibus scriptis Codd. Conf. ad L. V. 23. et de Oxathre Curtium L. III. 11. 8. Wess.

185. 78. Ἀντιξύης καὶ Ῥεομίθρης etc.] Arrianus (Ἀναβ. L. I. 11.) τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάκης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ. ἀποθνήσκει δὲ καὶ Σαβάκης ὁ Αἰγύπτου σατράπης. Steph. Ἀτιζύης] Sic Persae huius nomen instauravi. Caussam dedi ad huius libri cap. 21. Aegypti satrapa, qui et hoc praelio cecidit, Arriano est Σαβάκης, unde Curtio L. III. 11. 10. et L. IV. I. 28. idem nomen, nam scriptae eius schedae mire variant, a viris doctis restitutum est. Wess.

185. 89. Λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προστασίας] *Negligere tanti regis maiestatem*, seu, ut Sallustius Iugurth. c. 33., *contra decus regium* facere. Paullo aliter Polyb. Excerpt. Leg. p. 1173. καὶ νομίσαντες ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος ἅμα τὴν δύναμιν καὶ τὴν προστασίαν καταλελῦσθαι τὴν Ῥωμαίων. Potentiam indicat, qualis eorum esse solet, qui multis clientelis nituntur, ut bene

magnus Casaubon. ad Polybii L. I. p. 131. ed. Gronov., quem vide, sicuti de Persico hoc more B. Brisson. de Pers. Regn. L. III. 37. Wess.

185. 4. *Τοὺς περὶ ταῦτα ἀναπειρομένους* etc.] Idem est ac *περιπειρομένους* apud Lucian. Zeux. c. 10. et supra L. XVI. 81. Opportune scriptor L. II. Maccab. c. XII. 22. *ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι καὶ ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι*. Philo Iud. Leg. Special. p. 799. D. saepe de tauro cornupeta *ἐάν τινα ταῦρος ἀναπείρας ἀποκτείνῃ*. Wess.

186. 21. *Ἐκ τῆς βασιλικῆς σκηνῆς διεφοροῦντο*] Cum ea lectione (*γάζης*) quae est in margine videntur facere cum alii loci tum hi p. 596. *οὐκ ὀλίγον δὲ κόσμον καὶ γάζαν βαρβαρικὴν ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια*. p. 620. initio, *καὶ πολλὰ τῆς γάζης ἀκρατεστάταις ἡδοναῖς κατανάλωσεν*. unde et verbum *γαζοφυλακεῖν* p. 601. *ἅμα δὲ τῇ διαξέι τοῦ Δαρείου πολλῶν χρημάτων κεκυριευκώς. παρὰ μὲν γὰρ τῶν γαζοφυλακούντων παρέλαβε ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν*. Praeterea quum modo dixisset *βασιλικὰς σκηνὰς* numero multitudinis, cur subiiceret *βασιλικὴν σκηνὴν* numero unitatis? Haec faciunt ut margini adscriptam lectionem ei quae in contextum recepta est praeferendam censeam. Steph. *Ἐκ τῆς βασιλικῆς γάζης διεφοροῦντο*] Idem et ego probo. Tum ob ea quae vir doctissimus produxit, tum quod regium tabernaculum milites intactum omiserunt, Curtio teste L. III. 11. 23. et Nostro c. 36. Video equidem Freinshemium monere, Diodorum parum caute hoc et insecuto capite regis tabernaculum a Macedonibus direptum prodidisse: Blancardum praeterea *τῆς σκηνῆς* contra Stephanum profiteri patrocinium ad Arrian. L. II. p. 11. Frustra uterque. Nam cum paullo ante scribit *περὶ τὰς βασιλικὰς σκηνὰς* Macedones colligenda praeda occupatos fuisse, non necessario indicatur, regium tentorium fuisse a militibus adparatu vacuefactum: plura propter illud erant alia, quae in praedam versa sunt; quorum e numero et illud, in quo mater, uxor liberique Darii, ut cap. 36. dicetur, tendebant. Illis ergo despoliatis haud pauca regiae gazae egesta direptaque sunt a militibus. Wess.

186. 26. *Ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμ. καταχρύσων*] Armamaxas Graecorum exemplo vocat Curtius L. III. 3. 23., ubi post diligentem B. Brissonii operam multa viri docti. Wess.

186. 35. *Καὶ τὰς ἐσθῆτας περιρρήττουσαι*] Philo in Ioseph. p. 528. D. *καὶ τὰς ἐσθῆτας περιρρηξάμενος*. Plut. Anton. p. 951. F. Cleopatra *περιεῤῥήξατο τοὺς πέπλους ἐπ' αὐτῷ*. Dio Cassius L. XLVIII. p. 433. E. *καὶ τὰς ἐσθῆτας περιεῤῥήγνυντο*. Aliud est *περιῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα*, quod alteri eam violente detripere exprimit. S. Lucas A. A. XVI. 22. *οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια*. Plut. Poplic. p. 99. F. lictores *περιεῤῥήγνυον τὰ ἱμάτια*. Mox auctor ipse, *οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηγνύντες*. Saepeque alii, a Berglero ad Alciphron. p. 130. et citati. Quod quidem discrimen, ipsa sermonis indole stabilitum

Diodorus pluresque e recentioribus neglexerunt. En tibi Philon. Iud. Ioseph. p. 557. E. ὡς ἰδόντας — ἀνοιμῶξαι καὶ τὰς ἐσθῆτας διαῤῥήξαντες ἐκδακρύειν. Appian. L. I. Bel. Civil. p. 656. ταῦτα εἰπὼν (Merula) — τήν τε ἐσθῆτα κατέῤῥηξε. et quos conduxit, discrepantem verborum usum optime expediens, vir praeclarus ad Xenophont. Ephes. Miscellan. Obs. Vol. V. T. III. p. 64. Porro sollemne in Persis etiam inter feminas fuisse, ut luctu miseriisque pressae vestes lacerarent, docuerunt Stanleius ad Aeschyli Pers. v. 124. et 199. et Cellar. in Curtii L. III. 11. 25. Wess.

186. 42. Ἦγον δ' αὐτὰς, οἱ μὲν etc.] Ita interpungo. Alioqui pronomen redundaret, neglectum propterea Basileae atque in Reg. 2.; quod etsi Diodoro non praeter morem, praestat tamen istud. Wess.

186. 51. Τὰ — μεγάλα μακρὰν ἀπήρτητο] Vide ad L. III. 67. p. 237. At quae μεγάλα ea? contra quae statim ponuntur τὰ πολέμια. Scio omne admirabile et memorandum μέγα posse dici, et quae a viro amicissimo adscripta sunt Luciani Nigrin. c. 1., praeferrem tamen μείλιχα aut μειλίγια, si libri addicerent. Mox στάθμας τῶν δοράτων Lexica de capulis accipiunt. Melius Interpres. Vide Hesychium in Σαυρωτήρ. Wess.

187. 66. Καὶ ταῖς — γυναιξὶ προσπιπτούσαις etc.] Exspectasses καὶ τῶν — γυναικῶν προσπιπτουσῶν etc. οὐχ οἷον συνεπιλαβέσθαι τινὸς, aut certe absentiam τοῦ τινός. Sed optimis talia exciderunt. Vide haec Herodoti L. VI. 21. καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα — καὶ διδάξαντι, εἰς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον. Xenoph. Ages. p. 13. ed. Lond. τοῖς δ' αὖ διὰ γῆρας καταλειπομένοις αἰχμαλώτοις, προσέταξεν ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν. Ioseph. Ant. L. XV. 2. 2. Ὑρκανῷ δ' ἀναχθέντι, Φραάτης — ἐπ' αὐτὸν ἐπιεικέστερον προσηνέχθη. Pausan. L. I. 27. p. 64. οὔτε ἡ διδοῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν εἰδυῖα, οὔτε ταῖς φερούσαις ἐπισταμέναις. Et Diodori L. XV. 75. Φλιασίοις δὲ πολεμουμένοις ὑπ' Ἀργείων, Χάρης ὑπ' Ἀθηναίων πεμφθεὶς etc. ἐβοήθησε τοῖς Φλιασίοις. Quibus quidem in locis si casum patrium viri praestantes et bene patrio in sermone callentes collocassent, a Grammaticorum non dissensissent decretis. Wess.

187. 71. Καταλαβόμενοι τὴν τοῦ Δαρείου σκηνὴν] Vide mihi Curtium L. III. 11. 23. et Plut. Alex. p. 676. A. Wess.

187. 77. Πλείους τῶν δέκα μυριάδων] Hunc numerum praeoptavi ob Curtii, Plutarchi et Arriani consensum. Iustinus longe infra hanc multitudinem est L. IX. 9. variisque doctorum virorum coniecturis ad Curtium L. III. 11. 27. et Arrian. L. II. 11. p. 78. ansam praebet. Wess.

187. 83. Μεταλαμβάνων ἄλλον ἐξ ἄλλου τῶν etc.] Distinctius Arrianus dicto loco, et Aelian. Histor. An. L. VI. 48., quos et ad Curtii L. III. 11. 12. Freinshem. antestatur. Wess.

187. 87. *Μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου*] *Τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων ὀνομαζομένων σύστημα* L. XVIII. 2. et L. XIX. 28. Apud Appian. Syriac. p. 173. *ἵππος, ἣν ἐκάλουν ἑταιρικήν*. Ad quem modum saepe alii. Equites erant, *sodalium* nomine insignes, robur equestris inter Macedonas militiae. Plura si velis, consule H. Vales. ad Excerpt. Polyb. p. 358. ed. Gronov. et Freinshem. in Curtiani Indicis voce *Amicitia:* nam Blancardum ut adeas, necesse non puto; debet enim pleraque omnia Freinshemio. Wess.

187. 2. *Λεοννάτον*] Recte veteres membranae. Consentiunt Arrian. *Ἀναβ*. II. 12. Plut. Alex. p. 676. B., aliique: quin et auctor ipse L. XVI. 95. Wess.

188. 12. *Παρῆλθε πρὸς τὰς γυναῖκας*] Phrasin illustrat Davis. ad Max. Tyrii Dissert. XXI. p. 578., quem, si lubet, vide. Adiisse vero captivas reginas et vidisse Alexandrum Plut. Alex. p. 676. C. et Curtius III. 12. agnoscunt. At apud Gellium N. A. L. VI. 8. Appion, *victi*, inquit, *hostis uxorem, facie incluta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci, ut eam ne oculis suis quidem contingeret.* Et Plutarchus de Curiosit. p. 522. A. *οὐδὲ Ἀλέξανδρος εἰς ὄψιν ἦλθε τῆς Δαρείου γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης εἶναι λεγομένης, ἀλλὰ πρὸς τὴν μητέρα φοιτῶν — οὐχ ὑπέμεινε τὴν νέαν καὶ καλὴν ἰδεῖν.* Quae quidem non conveniunt, nisi si Darii uxoris, pro orientalium more,

Lutea demissos velarint flammea vultus.

Confer Gisb. Cuperi Observat. L. IV, 10. Wess.

188. 21. *Καὶ γὰρ καὶ οὗτος Ἀλέξανδρός ἐστιν*.] In his decurtandis nimii sunt Reg. prim. et Basil. Satis fuerat, si posterius *καὶ* resecuissent. Infra cap. 114. *εἶπεν ὁ βασιλεὺς, μηδὲν φροντίσῃς, ὦ μῆτερ, καὶ γὰρ οὗτος Ἀλέξανδρος.* Curtius, expressis Latine Diodori verbis, *Sisygambis*, sic regiae matris nomen scribit, *advoluta est pedibus eius, ignorationem nunquam antea visi regis excusans: quam manu adlevans rex, non errasti, inquit, mater; nam et hic Alexander est* L. III. 12. 17. Wess.

188. 31. *Τὴν μὲν γὰρ θεραπείαν αὐτῇ πᾶσαν* etc.] Plut. Alex. p. 676. C. *θεραπείας τε καὶ τιμῆς, ἣν εἶχον, οὐδ' ὁτιοῦν ἀφεῖλεν.* Rhodomannus de servitiis recte accepit, quomodo *ὄχλον θεραπείας* Philo Iud. L. I. Vit. Mos. p. 625. B. dixit. Adi Iac. Perizon. in Aelian. Var. Hist. L. II. 2. et infra L. XX. 11. Wess.

188. 41. *Πολλῷ βελτίων ἐστὶ τοῦ πατρὸς*] Adblandiri posset *ἔσται*, nisi Alexander ex pueri constantia, et quod sui conspectu nihil conterritus esset, videretur conficere, eum patri, qui fugam ingredi, quam cum adversario in arenam descendere maluerat, longe praestare. Mox *τῆς περὶ αὐτὴν σεμνότητος* rectius fortasse expresseris *honestatis eius*, uti *βίου σεμνότης* in Aeliani L. II. Var. Hist. c. 2. et S. Paulli I. ad Timoth. II. 2. et III. 4. Wess.

188. 47. *Εἰς ἀκατάσχετα προσπεσεῖν δάκρυα*] Vid. eruditissimum virum ad Xenophont. Ephes. Miscellan. Observ. Vol. V.

T. III. p. 61. Saepe Nostro ἀκατάσχετος ὁρμὴ, ἀκατάσχετον πῦρ, ἀκατάσχετος ῥύμη, quorum impetus sisti vox potest. S. Iacobus Epist. c. III. 8. τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι· ἀκατάσχετον κακόν. In quam sententiam, etsi diversa translatione, Philo Iud. de Somn. p. 1145. E. τὸ γὰρ στόμα διανοίξαντες καὶ ἐάσαντες ἀχάλινωτον, καθάπερ ῥεῦμα ἀκατάσχετον, φέρεσθαι. Et de Insid. Potiori a Deter. struct. p. 186. D. ἔτι τοίνυν σοὶ λέγω τὸ πλῆθος, ὧν ἀχαλίνου γλώττης ῥεῦμα ἀνεπίσχετον διέφθειρεν. Sed haec nunc non agimus. Wess.

188. 55. *Αἱ μὲν γὰρ τῶν πόλεων πολιορκίαι* etc.] Paria Cicero pro Marcello c. 2. *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriae sint imperatorum. — maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat, et quidquid est prospere gestum, id omne paene ducit suum* etc. Et Io. Chrysostomus Or. VI. ad Antiochen. T. II. p. 76. E. Conf. Ezech. Spanhem. ad Iulian. Caesares in notar. conprobationibus p. 96. Excellunt profecto inter illustria Alexandri facta admirabilia haec et clementia et continentia, meritoque laudibus efferuntur a Philippo tanquam vere regia: *βασιλικὰ γὰρ ταῦτα* in Luciani D. Mort. XIV. 4. Wess.

189. 64. *Διὸ καὶ τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἐστι τὴν εὐτυχίαν* etc.] Induxi ingestum a sciolis *νῦν*, sententiae maiestatem vehementer imminuens. Adi not. in L. XIII. 30. Wess.

189. 79. *Καὶ τὴν μὲν ἀληθινὴν ἐπιστ. ἀποκρυψάμενος*] Non congruunt quae apud Curt. IV. 1. et Arrian. II. 14. Wess.

189. 93. *Καὶ χωρὶς*] Aeschines Or. de Legat. fals. p. 37. *καὶ χωρὶς εἰς τοὺς περὶ τὸ βῆμα μισθοφόρους* etc. Plura huius generis in superioribus adferre memini. Wess.

189. 96. *Νικηράτου*] Arrianus in Alexandri expeditione lib. II. c. 24. *Ἀνικητὸν* nominat hunc Archontem, non vero Niceratum. Palm. In Dionysii Dinarcho p. 116. *Νικήτης* huius anni Archon adpellatur: unde *Νικήτου* et hic et apud Arrianum refingit Io. Meursius de Archont. IV. 13., coniectura satis plausibili. Wess.

189. 99. *Γρύλος Χαλκιδεὺς*] Praestaret *Γρύλλος*. Eusebio *Εὐρύλας Χαλκιδεὺς*, quod latere videtur in Reg. prim. *Πρύαλος*. Wess.

190. 10. *Τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ θῦσαι*] De eo H. Vales. ad Dionis Excerpt. p. 110. et Iac. Gronov. ad Arrian. p. 89. Wess.

190. 14. *Τεθαῤῥηκότως ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν*] Sic scripserat, uti *τεθαῤῥηκότως παρατάξασθαι* L. XI. 36. et *τεθαῤῥηκότως ἐδέχοντο τὴν ἐπιφορὰν* huius lib. cap. 19. tum *τεθαῤῥηκότως τὴν τῶν Μακεδόνων ἔφοδον ὑπέμενον* cap. 76. aliaque eiusdem formae ostendunt. Wess.

190. 27. *Κατὰ γῆν σχεδὸν ἀπραγμάτευτον οὖσαν*] Cuius obsidio tentari terra vix poterat. Sic Polybius L. IV. 75. *διὰ τὸ τήν τε χώραν τὴν πέριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον, τό,*

τε χωρίον ΑΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΟΝ καὶ δυσπρόσοδον, i. e. *oppugnatione, atque aditu difficile.* Apud Suidam in ea voce τὸ ἀπραγμάτευτον quod commercio et negotiatione caret, indicat, ut bene Kusterus; longe vero aliud in Musonii fragmento apud Stobaeum Tit. XVIII. p. 167. τὸ εὐπόριστον τοῦ δυσποριστου, καὶ τὸ ἀπραγμάτευτον τοῦ μετὰ πραγμάτων — πρεπωδέστερον nimirum quod sine multo labore paratur. Synesius Or. de Regn. p. 4. B. οὐ γὰρ ὥσπερ παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις μακαρισμὸς, οὕτως ἀπραγματεύτως διασώζεται. qui diversus vocabuli usus ex variante significatione τοῦ πραγματεύεσθαι pendet unice. De Tyro operibus et natura munita Arrian. L. II. 18. Wess.

190. 32. Τὴν παλαιὰν λεγομένην Τύρον] Vid. ad L. XIX. 59. Wess.

190. 44. Καὶ ναυμαχίαν ἑτοίμους κατεσκεύαζον] Debetur hoc Rhodomanni coniecturae, in qua acquiesco ob Reg. librum. Mallem praeterea καὶ πρὸς τὴν ναυμ., ne et hac parte oratio hiaret, consentiente eodem. Wess.

190. 59. Ὡς — διέτεινε τὸ κατασκευαζόμενον] Planius videri posset διετείνετο, nisi ipsemet auctor L. XI. 6. ὠχύρουν τὸ τεῖχος, διατεῖνον ἐπὶ σταδίους τετταράκοντα, L. I. 48. ἐπὶ τοσοῦτον — διέτεινε τοῖς χρόνοις ἡ δόξα τούτου τοῦ βασιλέως. Itaque retineo. Wess.

190. 63. Κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος] Curtium si audis L. IV. 4. 3. haec inusitatae magnitudinis bellua serius se ad molem, quam Macedones iecerant, adplicuit. Wess.

191. 73. Δυνάμενα διατροπὴν καὶ φόβον etc. παρασχέσθαι] Noster Excerpt. Ursin. Eclog. XXVII, διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε, quod quidem Suidas exscribens idem ait esse ac συμπάθειαν, οἶκτον. Ego *perturbationem* animi ac consternationem cum Interprete praefero. Polybius L. III. 85. τηλικαύτην συνέβη γενέσθαι διατροπὴν, ὥστε etc. *tanta secuta est animorum consternatio.* et L. V. 60. καταπεπληγμένος δὲ τὴν διατροπὴν αὐτῶν, ἐξέπεμψε etc. Wess.

191. 76. Αἱματοειδῆ τὴν πρόσοψιν εἶχον] Prodigii meminit Curtius IV. 2. 14. Wess.

191. 85. Προσέδησαν τὸ — ξόανον τῇ βάσει] Hoc malui, ex veteri codice sumtum. Vid. L. XIII. 108. Simili ex caussa πέδας ἐστὶν ἔχων Ἐνυάλιος, ne qua aufugeret, et Venus, cognomento Morpho, ἔχουσα καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσὶ, quamquam huius diversior ratio, apud Pausan. L. III. 15. Adiunge Curtium IV. 3. 21. Wess.

191. 90. Ὀξυβελῶν τε καὶ καταπελτῶν] Eundem in modum disiunctim ὀξυβελεῖς καὶ καταπέλται L. XVIII. 70. Sed locis paene infinitis ὀξυβελεῖς καταπέλται. Nihil tamen novandum censeo, quod ὀξυβελεῖς tormenti genus, catapultis minus, recte indicent. Vid. huius lib. cap. 45. L. XX. 50. et 84. Wess. Cum Wesselingio errat Schneiderus in perversa ad Vitruv. II. p. 338. disputatione.

191. 2. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος — πληρώσας πάσας τὰς ναῦς] Serius contigit, si Curtio fides. Nam principio obsidionis Alexander classe plane defectus erat. Adi eum L. IV. 4. Wess.

192. 19. Ἀργέστης ἄνεμος μέγας ἐπεγένετο] Conf. L. I. 39. Nautae ventum eum, Syriae oram infestantem, μελαμβόρειον *nigrum Boream* vocitabant, teste Iosepho B. Iud. III. 9. 3. Erat ibi, ut aliis in locis, mire inpetuosus, μελαμβόρειον πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες propterea Straboni L. IV. p. 276. B. cum nota Casauboni. Wess.

192. 35. Οἱ δὲ Τύριοι ἁλιεῖς, ἔχοντες τεχνίτας] Mirum cur Tyrios universos ἁλιεῖς adpellet. Erant sane eorum plerique rei nauticae studiosi, nec ἁλιεῖς tamen sive *piscatores*. Doctissimus De La Barre, cuius sollerti operae excerpta Codd. Reg. debeo, adscripserat, *lego* ἀλεῖς *multos*, ἀλεῖς ἔχοντες τεχνίτας. Optime, si Herodotus inter manus esset, deque eius dictione ageretur constituenda. In Diodoro nusquam reperitur id vocabuli, neque audeo ab Ionibus repetitum invito obtrudere. Scribo itaque Τύριοι ἁλιεῖς ἔχοντες καὶ τεχνίτας: ut innuatur, Tyrios et piscatorum et artificum operam inpendisse in machinas fabricandas. Atque hoc machinae, quas ad retundendam vim hostilem adhibitas deinceps describit, confirmant. Wess.

192. 39. Διά τινος μηχανῆς διανεύοντες] Hoc quidem Varini Camertis Lexicon interpretatur per κυκλοῦντες. Sed haud dubie verissima lectio est δινεύοντες. quomodo etiam infra p. 586. usurpatur. Mutuatur autem vocem a poëtis, quibus δινεύειν pro δινεῖν flectitur. Rhod. Διά τινος μηχανῆς δινεύοντες] Ausus sum corruptae voci literam detrahere, fretus Rhodomanni consensione et sermonis, quo magnum inter διανεύειν et δινεύειν discrimen, genio. Viam auctor monstrat c. 45. quando iisdem de rotis, καὶ διά τινων ὀργάνων τούτους δινεύοντες. Novi Hesychianum Διανεύει, τρέφει (leg. στρέφει) κυκλεῖ. quod a Grammatico excerptum citra dubium est ex libro, quem huic simillimum vitium inquinaverat. Henr. certe Stephano probari non potuit, qui, tametsi hic nihil adscripserit, in Thes. sui Indice p. 738., prolatis Diodori verbis, sibi ea displicere profitetur. Wess.

192. 42. Μαλακαῖς τισὶ καὶ συνενδιδούσαις κατασκευαῖς] Vid. mox c. 45. Wess.

192. 55. Τὴν — σύριγγα] *Intercapedinem fistulae seu canalis instar*, sic Rhodomanni nota, me non intercedente. Saepe σύριγγες angusti sunt et flexuosi meatus, sive *cavernae minutae terrarum, quas Graeci syringas adpellamus*, verbis Ammiani Marcellini. L. XVII. 7. p. 183., unde σύριγγες Αἰγύπτιαι, quae Creticis labyrinthis conparantur, ab Aeliano de Animal. L. VI. 43. et L. XVI. 14. Wess.

192. 61. Μόλις ἀπετρέψαντο] Neque hoc sese commendat, neque ἀπεστρέψαντο Reg. pr., quantumvis recurrat L. XVIII. 47.;

haeret enim eodem in luto. Dederat auctor ἀπετρίψαντο, ut solet. Vid. not. in L. XV. 4. Wess.

193. 72. *Τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων*] Conf. L. XIX. 51. Wess.

193. 76. *Τριόδοντας παρηγκιστρωμένους*] Non alio sensu *τὰ παρηγκιστρωμένα βέλη πλείονα χρόνον ἐμμένοντα* Plut. Sympos. L. II. p. 631. D., quibus hamati hi tridentes nihil cessisse, imo vero ob plures uncos videntur formidolosiores fuisse. Wess.

193. 85. *Ἄλλοι δ' ἁλιευτικὰ δίκτυα* etc.] Meminit retium hoc ex loco Iust. Lipsius Poliorcet. L. V. 3., quorum in obsidionibus usum Philo, quem ille inspexisse non videtur, Poliorcet. p. 95. sic declarat: *χρήσιμα δ' ἐστὶ καὶ τὰ προκαταρτιζόμενα παχέα ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΑ ἐκ τοῦ λίνου πρὸς τοὺς κατὰ τὰς κλίμακας διὰ τῶν διαβαθρῶν ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβαίνοντας. ὅταν γὰρ ἐπιῤῥιφῇ αὐτοῖς ῥαδίως συνθέοντος* (leg. *συνδέοντος*) *ὑποχείριοι γίνονται.* quae quidem optime huic loco conveniunt. Habet idem Mechanicus p. 99. remedia contra *τὰ ἐπιῤῥιπτούμενα ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΑ*, quae vide. Sumtum autem repetitumque retium id genus videtur ex Pittaci, unius ex septem illis sapientibus, arte, qua Phrynonem occulto reti inpedivit apud Strabon. XIII. p. 896. A. et Festum in *Retiarius*. Wess.

193. 95. *Τοῖς θρασύτατα μαχομένοις*] Quod Reg. pr. offert *θρασυτάτως*, illi remittimus. Grammatici glossa est, non recordati Graecorum consuetudinis, de qua Ezech. Spanhem. ad Plut. v. 46. Aristophanis. Porro conmentum Tyriorum clypeosque illos aheneos, multo igne tostos, quos repletos fervida arena e muris subito devolvebant, non praeteriit Curtius L. IV. 3. 26., cui Apollodorum Poliorcet. p. 17. adiunge. Wess.

193. 3. *Πᾶσαν δεκτικὴν φωνὴν προϊέμενοι*] *Δεκτικὴν* corruptum ex *δεητικήν*. Rhod. *Πᾶσαν δεητικὴν φωνὴν προϊέμενοι*] Restitui Diodoro, quod eum reliquisse pulcre perspexit Rhodomannus. Quid enim *δεκτικὴ φωνὴ* erit? an recipi quae potest? Apage ineptias. *Φωνὴ δεητικὴ*, qualis supplicum et orantium esse solet, ut *λόγος δεητικὸς* apud Plutarchum. Clare Noster in Excerpt. Ursin. p. 332. de Cretensium legatis *καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν, ἐξεθεράπευον τοὺς τὸ συνέδριον συνέχοντας.* Sic enim legendum. Wess.

193. 9. *Ταῖς μὲν δρεπανηφόροις κεραίαις*] Vid. ad L. XIII. 78. *Κεραῖαι* antennarum in modum e muris promicabant, quarum *λιθοφόροις* praegrandes lapides in subiectos decutiebant: *ἀπὸ τῶν κεραιῶν λίθους μεγίστους ἀφιέντες* Philo Poliorcet. p. 91. *Δρεπανηφόροις* arietum et aliarum machinarum, quibus suspensi erant, funes lacerabant. Philostrato L. I. Icon. 19. p. 791. *δρέπανα ἐπὶ δοράτων*, Curtio asseres sunt validi, quibus uncos et falces illigaverant L. IV. 3. 24. Philo vero illi, quem dixi, usui ibid. p. 100. *δρέπανα καὶ κεραίας* admoveri suadet. Denique

προφόροις, ut mox indicatur, massas ingentes easque candentes in hostes devolvebant. Vid. eundem Philon. p. 95. Sed quid *αἱ τῶν κριῶν ὁρμητηρίαι* erunt? Interp. *arietum quibus concitabantur funes*, non dissentiente Lipsio Poliorcet. L. V. 8.; neque male illi, ita si scripserit auctor. Fecero tamen cum Casaubono ad Aeneam p. 1797. ed. Gronov. *ὁρμιστηρίας* corrigenti, et quae mechanici *ἀρτήματα κριῶν* vocitant, intelligenti. *Ὁρμιστηρίας*, sive *retinacula*, quibus asseres suspenduntur, Philo habet Poliorcet. p. 91., *τῶν κριῶν ἀρτήματα* Apollodorus Polioroet. p. 23. et p. 26. etc. Wess.

194. 14. *Τοῖς δὲ κόραξι καὶ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν* etc.]. Iungit corvos ferreasque manus, sed navali in praelio, Appian. Bell. Civil. L. V. p. 1159., neque neglexit Curtius L. IV. 3. 24. Conf. Io. Brodaeum Miscell. L. II. 30. et Io. Scheffer. de Nav. Milit. L. II. 7. De *θωρακίοις* quae dixi ad L. XIV. 51., non muto sententiam. Wess.

194. 16. *Πάσας τὰς μηχανὰς ἐνεργεῖς ποιοῦντες*] *Omnes oppugnantium machinas eludebant* Interp., quasi *ἀνενεργεῖς* cum Reg. pr. legendum censuisset. Ego vero non laudo, nec vocem extra Glossas mihi, quod quidem meminerim, non lectam scriptori inculco. Hoc vult, Tyrios propugnatorum manibus omnes omnino machinas efficacissime usurpasse: quod ipsum praecipit Philo Poliorcet. p. 98. *ἐνεργῆ δέ σοι τὰ βέλη πάντα ἔστω, καὶ οἱ κριοὶ, καὶ τὰ τρύπανα, καὶ οἱ κόρακες* etc. Wess.

194. 23. *Ἐπιστήσας ἐπὶ τοὺς πετροβόλους καταπέλτας*] Vir doctus *cum catapultas super ballistas statuisset:* quae equidem non intelligo. An catapultae ballistis fuerunt inpositae? Cras fortasse credam, hodie non placet. Tu verte, *cum catapultas contra ballistas* (Tyriorum) *collocasset.* Id erat ex usu rei militaris, ut ex Philone ibid. p. 100. Leon. Imp. Tactic. XV. 47. et huius lib. cap. 85. videbis, neque ignorant nostri mechanici, etsi alio nunc machinarum genere abutantur. Wess.

194. 29. *Μαρμαρίνους τροχοὺς*] Haud scio an sint *περιβαλλόμενοι τροχοὶ*, quarum usum Philo Poliorcet. p. 100. ad infringendam arietum aliorumque telorum vim commendat. Distinguit certe quidem *τοὺς ἀφιεμένους τροχοὺς*, quas alibi p. 94. *τοὺς τροχοὺς δρέπανα ἔχοντας* adpellaverat, utque in hostem, ex acclivi loco moenia subeuntem, devolvi oporteat, edocuerat. Wess.

194. 34. *Καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταῤῥάπτοντες*] *Μαλακαὶ καὶ συνενδιδοῦσαι κατασκευαὶ* huius lib. cap. 43. Alibi *ἐκ βυρσῶν περιεῤῥαμμένα, πλήρη ἐρίων, εἰς τὸ τὴν πληγὴν ἐνδιδόναι τῶν λιθοβόλων* L. XX. 92. Mechanicis *μαλάγματα*, uti Philoni Poliorc. p. 91. et 95. Quid vero *διφθέραι πεφυκωμέναι*; *Fuco oblitas* vertit Rhodomannus, nihil addens de fuco pigmentique eius, quod profecto magnum operae pretium fuerat, utilitate, eurque eo infectae pelles ballistarum ictibus fran-

gendis fuerint habiliores. Iust. Lipsius Polioroet. L. V. 9., haud dubie *fuco oblitas pelles* inprobans, substituit *madefactas*, acsi πεφυραμένας, quod sibi dein in cogitationem venisse Io. Freinshemius, ratum habente Berneggero, ad Curtii L. IV. 2. 23. testatur, legendum censuisset. Post eos omnes venit N. Blancardus, obmovens interpreti Vitruvium L. X. 20., qui *perorudis coriis duplicibus consutis, farotis alga, aut paleis in aceto maceratis*, machinas obtegi contra ballistarum plagas et inpetus incendiorum monet et Arriani sui L. II. p. 142.: rectum proinde videri πεφυκωμένας διφθέρας, vertendumque *pelles alga farctas*. Addidissem Plautinum eugepae! si Freinshemii, productis Vitruvii verbis τὸ πεφυκωμένας defendi et exponi posse indicantis, oblitus non fuisset. Vera tamen certaque res est. Utebantur ad lapidum ictus incendiorumque progressus inpediendos modo pellibus madefactis, φερυσσωμέναις καὶ διπλαῖς Apollodoro Polioroet. p. 15., subinde pellibus alga farctis, πεφυκωμέναις Diodoro, aut φύκει διερῷ εἰς δίκτυα ἐμβαλόντες Philoni Polioroet. p. 99., vel etiam φορμοὺς ἐμπιπλῶντες ἀχύρων ἢ φύκους ibid. p. 100. Adde Leonem Imp. Tactic. XV. 48., eiusque declarantem verba Is. Casaubon. ad Aeneam p. 1794. ed. Gronov. Wess.

194. 50. Τεθαῤῥηκὼς τὴν βίαν — ὑπέστη] Elegantiae speciem praefert, quod Reg. 1. dat. Id tu adopta, si lubet: mihi non displicet vulgatum. De Admeti morte aliter Arrian. II. 23. καὶ νομίσας αἰσχρὸν εἶναι. Adi Curt. L. IV. 4. 2. Wess.

195. 60. Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους] *Andromenis fratrem* vir doctus, non sine errore, quem Freinshemius in Indice Curtiano operis, deceptis nota F., inputat, me non obloquente. Filius Andromenis erat. Vid. Curt. VII. 1. 10. et Arrian. III. 19. Wess.

195. 79. Ἐνίους δ' αὐτῇ τῇ περιφερείᾳ τῆς ἀσπίδος etc.] Conf. Lipsium de Milit. Rom. L. III. 2. Alexandri temerariam hanc audaciam Arrian. III. 24. et Curtius L. IV. 4. 11., in plerisque Diodori non consentanei, attigerunt. Wess.

195. 90. Πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων] Arrian. L. III. 24. ἐς ὀκτακισχιλίους. Curtius L. IV. 4. 16. *intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidati sunt*, prave, opinor: praesertim cum scripti Codd. non conspirent. Wess.

195. 96. Πλείω τῶν μυρίων καὶ τρισχιλίων] Numerum captivorum vehementer auget Arrian. dict. loco, μάλιστα ἐς τρισμυρίους fuisse perhibens. Uter verum prodiderit, quis certo nunc decernet? Wess.

195. 99. Μῆνας ἑπτὰ] Vid. Plut. Alexandr. p. 679. et quae disputavimus ad L. XIII. 108. Wess.

195. 6. Ὀνομαζόμενον Βαλλώνυμον] In reguli nomine insignis est discordia. Curtio in editis recentioribus *Abdolominus* sic-

uti et Iustino, Ἀλύνομος Plutarcho. Scripti Curtiani *Abdalonimum* aut *Abdalonymum* praeferunt, quod verius arbitror, et hic quoque olim lectitatum. Adde enim primam voci literam, et *ΑΒΔΑΛΩΝΥΜΟΝ* in *ΑΒΛΑΛΔΩΝΥΜΟΝ* a librario socorde facile converti potuisse videbis. Phoenices scripsisse credibile est עבד אל שנים, i. e. *servum dei praedatoris* sive Martis: quae postremi vocabuli potestas durat in Arabum sermone, suntque eius vestigia in dei ענמלך nomine 2. Reg. XVII. 31. Sed hoc in coniectura deputo. Succedit alia controversia, expeditu longe difficilior. Curtius et Iustinus Abdalonymum sufficiunt in Stratonis Sidoniorum regis locum. Dices, quod in mentem venit diligentissimo Simson. Chron. ad ann. 3673., occupatae dein Tyro eumdem ab Alexandro inpositum, atque ea ratione in concordiam scriptores redire. At obstat rei series; Diodorus nihil de Sidone, prope Tyrum in horto repertum Abdalonymum, in Tyriorum forum deductum, regemque multitudini ab Alexandro datum ait. Qui vero illi Tyrii? quorum urbem rex evertit, incolasque sub corona vendidit omnes? Hoc amplius, Tyrii regem cum maxime habebant *Azelmicum*, cui Alexander urbe capta ignovit, teste Arriano Ἀναβ. II. 24. Mitto alia quae a viris doctissimis Freinshemio et Loccenio scriptori nostro, ut eum erroris manifestum ostenderent, sunt obiecta ad Curtii L. IV. 1. 16.; neque enim eius absolvi potest. Wess.

196. 13. *Εὐδοκήσας τῷ ξένῳ*] Factum illi volens, seu bene cupiens. Supr. L. XIV. 61. *ἐδίδασκε — Καμπανοὺς εὐδοκοῦντας Καρχηδονίοις.* et ibid. c. 110. *οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τούτοις εὐδοκήσαντες.* Sacri nostri scriptores praepositionem addunt. Auctor Epist. ad Hebr. X. 38. *οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.* Mox *ἐπισταθμίαν ποιεῖσθαι* non aliud est, ac *ἐπισταθμεύειν* Plut. Demet. p. 899. C. aut *σταθμὸν ποιεῖσθαι* Herodoti L. VII. 119. *Σταθμοὶ* enim et *ἐπισταθμίαι mansiones* et *diversoria* in Excerpt. Vales. p. 374. et *σταθμοῦχος ὁ ξενοδόχος* apud Hesychium et Symmachum Exod. III. 22. Conf. adscripta ad Itiner. Hierosolym. p. 551. Wess.

196. 43. *Ἔπλευσεν εἰς Κρήτην*] Non dissimilia Curtius L. IV. 1. 40. addens insuper, *Cretenses has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praesidiis occupabantur*; quae quidem verba demiror oblitum esse Modium, cum eiusdem haec L. IV. 8. 15. sic constituit: *Amphoterus deinde — ad liberandam Cretam missus; namque et Persarum et piratarum armis pleraque eius insulae obsidebantur.* Scripti libri *Parthorum*, *Sparthanorum armis.* Audiendus ergo Freinshemius in recentatis editionibus fuerat. Wess.

195. 45. *Ἀμύντας*] Antiochi F. apud Arrian. II. 13., qui illi VIII millia contribuit conductitiorum militum. Diodoro accedit Curtius L. IV. 1. 27. Wess.

197. 60. *Παραταξαμένοις τοῖς ἐγχωρίοις*] *Παραταξάμενος* legendum opinor. Alioqui dandi casus in accusativum esset mutandus. Rhod. *Παραταξάμενος τοῖς ἐγχωρίοις*] Optime Rhodomannus, cuius opinionem stabilit Reg. liber. Gemina Curtius de Amynta, sed verbis doctorum hariolationibus et varia medicina notabilibus. Mihi, quid enim vetat coniecturam perdere? mihi, inquam, scripsisse ad hunc videtur modum: *Sed eos Amyntas praelio superatos in urbem conpellit; castrisque positis, victores ad populandos agros, velut in medio positis divitiis hostium cunctis, agebat.* Hoc postulant melioris fidei Codd., in quibus *ad populandos agros velut in medio positis dis hostium cunctis agebat.* Hoc res ipsa. *In medio positae divitiae*, quae obviae erant et levi opera parabiles, ut *res in medio posita* apud Festum in *Sus Minervam*; et διώκειν τὰ σπάνια καὶ πολυτελῆ πρὸ τῶν ἐν μέσῳ καὶ τῶν εὐτελῶν in Musonii fragmento, quod Io. Stobaeus nobis servavit Serm. LXXXIII. p. 489. Explicandus et hinc est Trebellius Pollio in Trig. Tyrann. c. 31. *Studiose*, inquiens, *in medio feminas posui ad ludibrium Gallieni.* Nam quod vir summus hinc conficit, alio olim loco Trebellium Zenobiae et Victorinae collocasse vitas, quae hodie omnibus in libris agmen XXX tyrannorum claudunt, id secus habet: tantum indicat, publicasse se Victorinae vitam et omnium oculis exposuisse ad Gallieni ludibrium. Aemulatur Io. Sarisberiensis L. II. de Nug. Curial. c. 5. *Age itaque quintus Iosephi Historiarum liber ponatur in medio, ex qua omnis eorum luctuosa tragoedia pernoscatur.* Simili quoque ex caussa *in medio positos* Philosophos Seneca vocat, qui a turba remoti non sunt Epist. LXXIII. Alia N. Abramus ad Ciceron. pro Coel. c. 20., quem vide: ego ad institutum redeo. Wess.

197. 66. *Παρ' ἐλπίδα σφαλεὶς*] *Παρ' ἐλπίδας* Reg. 1. non inepte. Vid. Cl. Ducker. in Thucyd. VIII. 81. Wess.

197. 75. *Οἱ δὲ σύνεδροι — ἐψηφίσαντο πέμψαι πρέσβεις πεντεκαίδεκα*] Praeclare et prorsus ad Diodori mentem Curtius IV. 5. 11. *iisdem fere diebus sollemne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio, ut sunt Graecorum temporaria ingenia, decernunt, ut XV* (sic lege e Mss.) *legarentur ad regem, qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas, coronam auream donum victoriae ferrent.* Intelligitur ibi Isthmiorum id ludicrum, quod initiis annorum Olympicorum respondebat: concurrit enim cum Olymp. CXII. anno primo, firmatque adeo Henr. Dodwelli sententiam Dissert. de Cycl. VI. 2. p. 282. Wess.

197. 80. *Καὶ δίμηνον προσεδρεύσας*] Nimis tenuiter hac obsidione defungitur. Uberius Arrian. extremo lib. secundo et Curtius L. IV. 6. Wess.

197. 82. *Ἀριστοφάνους*] Sic et Arrian. L. III. 15. Conf. Io. Meurs. de Archont. IV. 13. Wess.

197. 91. *Περσῶν ἠσεβηκότων εἰς τὰ ἱερὰ*] Vid. L. I. 46. et XVI. 52. In more Persis fuisse, Deorum templa conpilare atque exurere, nota res est. Wess.

197. 94. *Κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν* etc.] *Ad Mareotim paludem:* sic Curtius L. IV. 7. 9., longe a Diodoro recedens. Offerunt regi Cyrenenses equos et quadrigas, quibus praeter cetera excellebant. Pindaro *εὔιππος Κυράνα* et *εὐάρματος πόλις ἐν ἀργινόεντι μαστῷ* propterea Pythion. Od. IV. Wess.

198. 12. *Διεξέπεσον τὴν ἄνυδρον*] Alias praepositionem aut certe secundum casum adstruunt. Philostratus Heroic. X. 7. *διεξέπεσε τοῦ ὁμίλου γυμνῷ τῷ ξίφει.* Nostri structura robur habet ex Onosandro Strateg. c. 21. *ἀλλὰ διεκπεσόντας μέσους κατὰ νώτου γίγνεσθαι τῶν ἐναντίων*, neque enim aliud est ac *διὰ μέσων*. Wess.

198. 14. *Διότι κόρακες δεξιοὶ κλάζοντες*] De corvis nihil dissentiunt Aristobulus, Callisthenes, Plutarchus, Curtius, ad cuius L. IV. 7. 15. vide viros doctos. Wess.

198. 20. *Ἐπὶ πικρὰν καλουμένην λίμνην*] Obscurior eius et vix obvia mentio: nam *αἱ πικραὶ καλούμεναι λίμναι* Strabonis L. XVII. p. 1156., quas vir magnus cum hac palude contendit, longe lateque hinc aberant. Wess.

198. 31. *Καὶ τὸν μὲν ἀέρα τῇ κράσει* etc.] Fabulosa haec visa sunt doctissimo Io. Clerico Art. Critic. P. III. sect. 3. cap. 2., et his consimilia Curtii IV. 7. 17. Non enim interiore in Libya tantam temperiem coeli solique reperiri: cui suppetias ire videtur Athanasius Apol. ad Constant. p. 317. et Histor. Arian. p. 387., utrobique siccam eam regionem et Episcoporum exsiliis propterea suo tempore frequentatam describens. Quae quidem specie veri etsi destituta non sint, habent tamen Diodorus et Curtius quo se tueantur. Utamur exemplo tractus finitimi. Proxima Ammoniacae regioni Oasis erat magna, interiorem in Libyam vergens, arida et arenis fervens: et tamen suos sibi fontes habebat, quibus agri rigabantur, suos incolas, qui ad eos consederant, coeli non inmiti habitu allectos, ut Diodorus Tarsensis significat L. IV. contra Fatum in Photii Biblioth. Cod. CCXXIII. His adde, quae Iac. Perizonius erudite pro Diodoro et Curtio disputavit Curt. Vindic. p. 144. etc. Wess.

198. 35. *Δαναὸν τὸν Αἰγύπτιον*] Alia de templi oraculique origine reperies extremo libro tertio. Adde Herodot. II. 55. Wess.

198. 38. *Καὶ τὸ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνῆκον* etc.] Haec minus accurata ibid. Io. Clericus adfirmat. Rescripsit Iac. Perizonius: *Μεσόγειος a Diodoro non refertur hic ad Hammonis sedem, ut credidit Vir Cl., sed ad Nasamonum initia, quorum sedes incipiebat ad septemtrionem fere Hammonis a Syrtibus, seque extendebat ad meridiem in interiora terrae, ut adeo revera etiam*

secundum Diodorum non tantum ad septemtrionem *templi Hammonis consederint, sed et saltem ex parte aliqua* ad occasum, *dum a septemtrione occidentali per flexum quendam circa Hammonem se porrigebant satis longo tractu in meridiem, seu dum longius recedebant a litterali tractu ad mediterranea. Sensum hunc et nexum Vir Cl. non perspexit: certe in versione minus accurate expressit. Vertenda enim erant postrema:* ad septemtrionem, *scil. templi,* habitat Libyum gens, quae Nomadum more vivit, et gens, quae dicitur Nasamonum, quae ad mediterraneum *Africae tractum* pertingit. Curt. Vind. p. 153., quibus nihil addo: abunde enim impeditiora quae videbantur, declarant. Wess.

198. 45. *Καὶ τὰ φυλακτήρια τῶν τόπων*] Expressit totum hunc locum Curtius L. IV. 7. 21. *Φυλακτήρια* munimenta sunt atque arces, e quibus templo robur et praesidium. Ita Aeschines de Leg. fals. p. 45. *φυλακτήρια* vocat eas urbes, quibus ad Thermopylas Graecia erat munitior, Iosephus Antiq. Iud. L. XV. 7. 8. *φυλακτήρια* arces prope Hierosolymitanum templum, et brevi post auctor ipse *φυλακτήρια τῶν δορυφορούντων,* munitiones, in quibus satellites excubabant, prorsus ut Philosophus Polit. L. VII. 12. et Liban. T. II. p. 133. Wess.

199. 56. *Προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας* etc.] Fontis miraculum sine numero scriptores tetigerunt. Conf. Interpret. ad Curtii L. IV. 7. 22. Quod hic vero *προϊούσης δὲ ἡμέρας* id Historiarum parenti Herodoto L. IV. 181. *ἀγορῆς δὲ πληθυούσης* i. e. *horis aliquot ante meridiem,* ut docetur a Des. Heraldo Advers. L. I. 10. Wess.

199. 61. *Μέχρι μέσων νυκτῶν*] Magister Thomas hoc Atticis suis, ut legitimum, inculcat, *μεσονύκτιον* poëtis relinquens: cui nunc quidem nihil reponam. Nam Stephani *μεσονύκτιον* debili auctoritatis tibicine suffultum est. Vide inferius L. XX. 49. Wess.

199. 63. *Ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων*] *Smaragdo et gemmis coagmentatus* apud Curtium: quod cum ob oculos haberet N. Blancardus, non dubitavit *καὶ λίθων ἄλλων* et hic refingere ad Arrian. suum p. 162. Mihi nondum persuasit. Quae enim necessitas vocem scriptori ingerere, quam ipse intelligendam lectori reliquit? *Ἐκ σμαράγδων καὶ τινων ἄλλων ex smaragdis et quibusdam aliis,* lapillis scilicet eiusdem dignitatis. Mox *ὑπὸ ἱερέων* ex Reg. 1. et Basil. citra dubium iustum est. Wess.

199. 70. *Παρθένων καὶ γυναικῶν — ᾀδόντων* etc.] Curtius iterum, *sequuntur matronae virginesque patrio more inconditum quoddam carmen canentes.* Lege vero *ᾀδουσῶν — καὶ — καθυμνουσῶν ᾠδῇ τὸν θεόν.* Probe quidem novi quae de generis enallage ex Atticorum usu ad Homer. p. 723. commentatus est Eustathius, sed nihil ea iuvant, neque haec Sophoclis Aiac. v.

170. — ἔτε πτηνῶν ἀγέλαι Μέγαν αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες, quippe aliter expedienda, ut veteres Critici docuerunt. Wess.

199. 74. Ὁ μὲν προφητεύων ἀνὴρ] Ὁ προφήτης Plut. Alex. p. 680. D., quo de egregie Celeb. T. Hemsterhusius ad Luciani D. Mort. XIII. 1. p. 391. Mox ἔχε τὴν πρόσρησιν optime Ioseph. Scaliger et Is. Vossius in libri sui margine. Wess.

199. 79. Ἀλλ' εἴ μοι δίδως τὴν ἁπάσης etc.] Eadem Curtius IV. 7. 26., aliique plures. Unus Maximus Tyrius Dissert. XLI. I. Alexandrum, postquam filii nomine ab Ammone esset adpellatus, sciscitatum ait de Nilo, quibusque e fontibus in Aegyptum deferatur, ὥσπερ αὐτῷ τῶν ἄλλων καλῶς ἐχόντων. Tu vide Davisii animadversionem p. 640. Wess.

199. 83. Ὁ μὲν ἀνεῖπε] Formulam respicit, quam responsa daturus adhibebat, τάδε λέγει Ἄμμων Plato Alcibiad. II. p. 149. B., Arrian. Ἀναβ. VII. p. 305., quorum verba antestatus est Hemsterh. dicto loco. Mihi dubium non est, quin veteratores illi, ut multa ex Iudaeorum sacris, aemulati sint sollemnem sanctissimis vatibus dictionem כה אמר יהוה, τάδε λέγει ὁ κύριος. Wess.

200. 2. Καὶ ῥυμοτομήσας] Illust. Spanhem. vide ad Ioseph. B. Iud. L. III. 5. 2. et Callimach. H. Del. v. 88. Strabo Geogr. XII. p. 249. A. ἔστι δὲ καὶ τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος, ἐῤῥυμοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας. et L. XIV. p. 956. B. ἔστι δ' ἡ ῥυμοτομία διάφορος etc. Wess.

200. 4. Καὶ τούτων πνεόντων μὲν etc.] Opportune Strabo XVII. p. 1142. C. ἡ δ' εὐκαιρία (urbis Alexandriae) πολύτροπος. ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δ' ἀπὸ μεσημβρίας, τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἡ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. Quam aëris in urbe et vicinia εὐκρασίαν ex auris tenuioribus e mari, et crassioribus e vicina palude Marea in dies spirantibus natam, praedicat etiam Philo Iud. de Contempl. Vit. p. 892. E. Wess.

200. 12. Τὸν δὲ — ἀποτελῶν] Forte ἀποτελοῦσα in not. Correct. Rhodomannus, quod si probaveris, recipiendum itidem erit ἀνὰ μέσον γὰρ οὖσα. Ego nihil moveo: pendet utrumque ἐκ τοῦ περιβόλου, cui paullo ante suus erat locus. Fuisse vero formam ambitumque urbis χλαμυδοειδῆ, sive, ut Plinius ait L. V. 10., *ad effigiem Macedonicae chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra laevaque anguloso procursu*, testantur etiam Strabo et Plutarchus. Sed quae figura chlamydis? Viri docti Thessalicas chlamydes quadratas, ceterorum Graecorum rotundas faciunt. Etymologus, Χλαμὺς δὲ τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδές. At plane rotundas fuisse non iniuria dubites: tum quod terrae Geographi veteres χλαμυδοειδὲς σχῆμα tribuerunt, quam tamen utrimque angustas in partes contrahi adfirmabant, ut Strabo L. II. p. 179. C. tum etiam ex Alexandriae situ et forma, cuius τὸ ἀνὰ μέσον sive intima pars quodam modo rotundabatur *gyrato orbe*, extremae

vero in *angulosos procursus* desinebant, sive isthmos, septem octove stadiorum, uti apud Strabon. est L. XVII. p. 1143. B. Ut adeo Alexandriae forma non multum ab ovata specie deflexerit, quod egregie conmonstrat Illust. Cuperus in Homeri Apotheos. p. 158. chlamydis figuram Alexandrinaeque urbis repraesentans. Tetigit et hanc rem in nupera Aegypti descriptione Maillet. p. 122., sed Macedonicam chlamydem et muliebre indusium lepido errore pro eadem veste arbitratus. Wess.

200. 14. *Καὶ πλάτει*] Scribe *κάλλει*. Rhod. Ego non muto. Fuit sine controversia latitudine spectabilis platea, plethrum aut paullo amplius aequiparans. Vide Strabon. XVII. p. 1143. *Κάλλει*, quod Codd. quidam praeferunt, ex sequentibus adscitum videtur. Urbem ipsam secabant duae viae, ceteris et ampliores et celebriores, quarum in stadia quadraginta porrecta a porta Canopica pertinebat usque ad eam, unde aditus ex Africa venientibus: hanc mediam dividebat altera, a lacu Mareotico Solisque porta in portam usque Lunae et mare Aegyptium extensa, ut Achilles Tatius princip. L. V. de Amorib. Leucippes declarat. Ceterum de urbis viaeque longitudine Diodoro non adsentitur Strabo XVII. p. 1143., nec Iosephus B. Iud. II. 16. p. 190., eam xxx stadiis metientes. At Stephanus in *Ἀλεξάνδρεια* stadiis xxxiv.; quae in numeris discrepantia etsi falce critica finiri queat facile, citra tamen temeritatis culpam id administraretur, si haec in tempora Callixeni Rhodii *περὶ Ἀλεξανδρείας* commentarius, ab Athenaeo haud uno loco citatus, duraret. Porro de anno Alexandriae conditae longe a Diodoro abit Livius L. VIII. 24., nec sine erroris tamen culpa, docente praeter alios H. Dodwello de Cycl. Diss. X. 73. Wess.

200. 20. *Ἀλλὰ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν* etc.] Gemina his Strabo L. XVII. p. 1143. Regia, ambitu suo celebre illud Museum et regum Mausoleum, cui *Σῆμα*, sic enim bene Casaubonus in Strabone correxit, nomen, complexa, eam urbis partem occupabat, cui Bruchio nomen, docente ad Ammian. XXII. 16. p. 374. H. Valesio. Wess.

201. 25. *Ὥστε — πρώτην ἀριθμεῖσθαι*] Supra *πρώτην ἢ δευτέραν ἀριθμεῖσθαι* circumspectius dixit L. I. 50. ubi vide. Wess.

201. 31. *Καθ᾽ ὃν γὰρ δὴ καιρὸν ἡμεῖς* etc.] Olymp. clxxx, regnante Ptolemaeo Auleta. Vid. L. I. 44. Wess.

201. 34. *Πλείους τῶν τριάκοντα μυριάδων*] Summa immanis quae si servitia accedant, fidem paene superabit. Fac Alexandriae convenire posse, quod de Athenis prodidit Ctesicles apud Athen. L. VI. p. 272. C., censu, Demetrii Phalerei aetate instituto, repertos esse cives *δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα*, quantus servorum numerus exsurget? Nec aequabit tamen censa civium Romanorum

sub idem id tempus capita, ut ex Lipsii Elect. L. I. 27. et de Magnit. Rom. L. I. 7. videbis. Iunge et Excerpt. Legat. Ursini ex Diodoro XXXII. p. 329. Wess.

201. 36. *Πλείω τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων*] At Strabo XVII. p. 1149. B. ex Ciceronis quadam oratione observat Ptolemaeum Auleten *φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων* ex Aegypto in aerarium intulisse, longe a Diodoro dissentiens: quae quidem discordia dissipabitur, si Noster talenta Alexandrina intellexerit, quae XII millium erant drachmarum, atque adeo Atticis duplo maiora. Hanc concordiae viam muniverunt Lipsius Admirand. L. II. 3. et S. Petitus Observat. L. I. 4., quanquam hic turpis erroris culpam excusare non potest. Dederant operae in Rhodomanni *ἐκδόσει* labantes *πλείω τῶν φίλων ἑξακισχιλίων ταλάντων*. Rhodomannus recte quidem iusserat *τὸ φίλων* in utopiam relegari, sed Petitus, non consultis viri doctissimi correctionibus, cum molestum esset id vocabuli, scribe, inquit, *τῶν εὐφύλων*, et intellige *talenta* Alexandrinorum *popularia*. Haud vidi melius! Wess.

201. 37. *Ἐπιστήσας τινὰς τῶν φίλων*] Plures ergo fuerunt. Hinc magna illa fortasse rixa in aedificandae urbis praefecto inter veteres, de qua ad Curt. L. IV. 8. 3. Raderus. Cleomeni cum Iustino L. XIII. 4. Aristoteles extremo Oeconom. L. II., illi tempori proximus, urbis exstruendae et muniendae curam inponit. Wess.

201. 51. *Ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξύστρα etc.*] Illustris est locus, et ab eorum nemine, qui de curribus falciferis aliquid commentati sunt, praeteritus, neque exhaustus tamen ita atque expeditus, ut nusquam adhaerescas. Vertuntur *τὰ προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξύστρα spicula iugo adfixa*, parum, ut ego quidem arbitror, commode. *Ξυστὰ* si legerentur, ferri possent illa *spicula:* at *ξύστρα* alius erant generis. *Ξυστὴρ* medicis *cultellus* est *rasorius*, sicuti et *ἡ ξύστρα*, quanquam frequentius *strigilis*. Itaque *τὰ ξύστρα* instrumenta fuisse videntur transversum porrecta, quibus terram verrebant et radebant, sive, ut in Glossis, *radulae*. Haec iugo praefixa trium spithamarum amplitudine et adversos in hostes directa obvia quaevis lacerabant. Livio L. XXXVII. 41. *cuspides circa temonem ab iugo, decem cubita exstantes velut cornua habebant, quibus quidquid obvium daretur, transfigerent.* Sequuntur eiusdem generis alia, *πρὸς δὲ ταῖς κατακλίσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας ἄλλα δύο* etc., sed variantibus eruditissimorum virorum explicationibus mirifice turbata. Interpres *ad axium decubitus alia duo haerebant in directum*, satis quidem obscure: aliter Io. Schefferus de Re Vehic. L. II. 15. p. 193. *ubi in axibus* (currus falcati) *recumbunt alia duo spicula haerebant in rectum:* at Io. Clericus Art. Crit. Part. III. sect. 2. cap. 4. *in inflexionibus vero axium* (hoc est, sub ipso curru, quo loco axes currum sustinent) *alia duo spicula* etc. Neutrum placuit Iac. Pe-

rizonio, qui in Curt. Vind. p. 167., *inde ubi axes ex curru de-*
mittuntur in rotam, eminebant duo spicula in adversum. Habe
de versione: vide cetera. Schefferus et Clericus axi, qua part
currum sustinet, τὰ ξύστρα infigunt, ut eos, qui proni in terram
ceciderant, aut curruum tumultu humi iacebant, scinderent et la-
cinarent. Perizonius: *fuisse haec spicula transversa, seu ex la-*
teribus curruum eminentia in directum, ne quis putet ex axib
sub curru eminuisse iuxta temonem inter et ultra equos: na
dici similia prioribus, quae utrimque ex iugo in transversu
eminebant, habebantque ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς πρὸς τὴν κα
πρόσωπον ἐπιφάνειαν, h. e. obversam in adversos hostes aci
per totam scil. longitudinem eminentis spiculi, tanquam si gla-
dius esset. Ita vero et haec longiora quidem et latiora fu
se, sed habuisse τὴν ΤΟΜΗΝ ὁμοίαν τοῖς πρότερον, h. e.
scissuram seu aciem similem prioribus, *quae transversa erant,*
et quorum pars hostibus obversa erat acuta. Quid tanta in di
sensione sequeris? Mihi, cum in partes sit eundum, posterior se
tentia gravibus premi inconmodis videtur. Si enim τὰ ξύστρα s
cuspides ad effigiem radulae porrectae ex lateribus curruum emi
nuerint, quomodo ἐπ' εὐθείας *in rectum protensae* et ea quid
ratione, qua iugo praefixae, dici poterunt? tum utique transvers
ex rotis earumque radiis promicuerunt. Iam si ex *eo loco*, u
axes flectuntur in rotam perque rotae radios extensae advers
in hostes fuerint, insertae haud dubie fuerunt rotae modiolo; ali
qui enim rotam sufflaminassent: haeccine vero κατάκλισις τ
ἀξόνων erit? Adde, nulli usui fuisse, si rotae modiolo per rad
transversae adhaeserint: nam falces, quae extremis axibus co
iunctae erant, quidquid obvium dabatur, transfigebant: cui bo
bono illae ex rotae modiolo cuspides? Hinc igitur discedamus. A
Schefferum et Clericum veniendum est. Uterque cuspides has, τ
ξύστρα, adfigit, uti diximus, axi, qua infra currum in humum ver
sus inclinat: id patitur ἡ κατάκλισις τῶν ἀξόνων, partem axi
indicans, quae in terram vergit: fert quoque res ipsa; sub curr
erant τὰ ξύστρα, recta adversum in hostem conversa, sed lati
prioribus et longiora, ut quidquid incideret, lancinarent. Par di
positio curruum falciferorum Cyri, qui δρέπανα σιδήρεα ὡς δ
πήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλ
ΚΑΤΩ ΥΠΟ ΤΩ ΑΞΟΝΙ εἰς γῆν βλέποντα habebant ap
Xenoph. Cyropaed. L. VI. p. 121. Neque frustra: saepe enim,
curruum inpetus vitari non posset, prolapsi in terram scutis se
involvebant et obtegebant, ὅπως συμβαίνοι φερομέναις τα
ἁμάξαις ὑπερπηδᾶν, ut de Alexandri militibus Polyaen. L. IV
3. 11. ait. Restant falces, unde curribus nomen, συνήρμοστ
auctor inquit, δὲ ταῖς τούτων ἀρχαῖς sive *utrimque summis axi-*
bus. Namque axibus summis praefixas fuisse falces, et Cyri reg
currus et res ipsa clamant. Curtius haec L. IV. 9. 5. aemulat

est, etsi verba nunc aliud praeferant: *aliae deinde falces summis rotarum orbibus haerebant, aliae in terram dimissae, quidquid obvium concitatis equis fuisset, amputaturae.* Quae quidem *orbibus* illis inpeditissima sunt. Memini sollertia celeber. Iac. Perizonii rotam esse extusam, cuius *summis orbibus* falces haerent, difficili tamen structura et usu in curruum inpetu non magno. Quanto concinnius falces haerebunt *summis rotarum axibus*, quibus in Cyri Dariique apud Xenophont. et Diodor. curribus adfixae erant? Equidem cum Curtiani Codd. pro *orbibus* edant *opibus* aut *obibus*, adsentior Schefferi coniecturae, *axibus* refingentis. Ita Curtius consentiet Diodoro egregie: *dimissae in terram falces* erunt τὰ πρὸς ταῖς καταχλίσεσι τῶν ἀξόνων ξύστρα. *Falces summis rotarum axibus haerentes* τὰ ἐν ταῖς τῶν ἀξόνων ἀρχαῖς δρέπανα. Sed longum facio. Wess.

202. 58. Ἔν τε ὅπλοις ἐπισήμοις etc. κοσμήσας] Etsi saepe in his libris κοσμεῖν τοὺς στρατιώτας ὠφελείαις, στόλος ἀνδρῶν ἀρεταῖς κεκοσμημένος, et similia alia, nihil in vulgato demuto. Indulgent sibi multa huius generis scriptores, ut exempla a T. Hemsterhusio conducta ad Lucian. D. Mort. XXIII. 3. ostendunt. Auctor ipsemet ἐν τῇ μάχῃ νικῶν L. XIV. 29. ἐν παιδείᾳ καὶ συνέσει δεδοξασμένον L. XVI. 81. τοὺς ἐν ἀνδραγαθίαις θαυμασθέντας huius lib. cap. 40. etc. Wess.

202. 62. Δεξιὰν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν etc.] Haec pugnant ex diametro cum iis, quae pagina sequenti narrat, ubi Alexander Darium petens Tigrim transvadare cogitur cum magna difficultate et periculo. Nam Alexandro, qui a partibus Syriae veniebat, si transeundus fuit Tigris, ut Darium peteret, necesse est cogitare, Darium non fuisse in Mesopotamia, sed in Assyria ultra Tigrim ad Orientem. Itaque credo mendosum esse hunc locum, et voces ἀριστερὸν δὲ τὸν Εὐφράτην fuisse glossemantum in margine ascriptum a quodam viro ἀγεωγραφήτῳ, quae postea in textum male irrepserunt. Sic ergo lego: δεξιὸν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν προῆει διὰ χώρας, *habens Tigrim a dextera.* Palm. Non laudo viri docti conatus, in ipsam Geographiam manifesto incurrentes. Si Darius in Assyria fuit, et propter flumen Tigrim progressus est, utique id sinistrum habuit. Scripsisset ergo ἀριστερὸν μὲν ἔχων τὸν Τίγριν, ea si auctori sententia sedisset. Sed Darius Babylone per Mesopotamiam Ninum versus pergit: quo itinere sinister illi Euphrates, Tigris dexter erat. Transittit dein Tigrim, quem fluminis transitum, a Diodoro neglectum, ex rei gestae serie adsciscere oportet; ut prope Arbela castra metetur. Atque hoc Palmerio non animadversum fraudi fuit. Praeclare Curtius, Darius *Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius; laevam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamiae campos impleverat*, L. IV. 9. 6. Mox οὐκ ἐλάττους τῷ εἴκοσι Steph., sed operarum peccato. Corrigendum tamen Rhodomannus monuit. Wess.

202. 71. *Περὶ κώμην — Ἄρβηλα*] Plerisque aliis *urbs* est Vid. Arrian. *Ἀναβ.* L. III. 8. et Curt. IV. 9. 9. Nostro consentaneum. Wess.

202. 86. *Τάλαντα ἀργυρίου τρισχίλια*] *Triginta millia talentûm auri*, quae summa fidem veri longissime excedit, apud Curt. L. IV. 11. 7. cum Loccenii nota. Wess. *Μύρια τάλαντα* ponunt Plutarchus Alex. c. 29. Arrianus II. 25. 1., *triginta millia talentum auri* Curtius bis IV. 11. 6. et 12., *τετρακισμύρια τάλαντα* Diodorus Exc. Vatic. p. 77., *triginta millia talentum* Iustinus XI. 12. *decies centum millibus talentum* Valerius Maximus VI. 4. ext. 3., cui *decem millibus* restituebat Sanctocrucius *Examen critique des anciens historiens d' Alex.* p. 283. ed. sec.

202. 98. *Κἀγώ, εἰ Παρμενίων ἦν*] Conf. Plut. Alex. p. 681. E., et quae Curtii L. IV. 11. 14. adscripsit Freinshemius. Wess.

203. 8. *Εἰ μὲν τῶν πρωτείων ὀρέγεται*] Optime Reg. 1. *Προτέρων* ineptum prorsus est. *Πρωτεῖα φέρεσθαι* et *πρωτείων τυγχάνειν* toties his et aliorum in libris recurrunt, ut otio abutentis sit, exempla conferre. Wess.

203. 16. *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις* etc.] Antequam superior Darii epistola Alexandro porrigeretur. Curtius in morte uxoris Darii et funere tragicos aequat L. IV. 10. 12. Wess.

203. 23. *Ἐξαπέστειλε παραφυλάξοντα τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ*] Ex hac et sequentium descriptione, dubites uter fluvius intelligendus sit, Tigris an Euphrates? Auctor quidem certe intra Mesopotamiam Alexandrum traduxisse videri posset, nisi Mazaeum ceteri omnes ablegassent ad Euphratis transitum occupandum. Adi Plut. de Alex. Fort. II. p. 339. A., Curtium IV. 9. 12. et Arrian. III. 7. Wess.

203. 33. *Χώραν — ἄβατον*] *Γῆν — ἀνεπίβατον* ora Steph. cum Reg. 1. non male. Vid. L. XIX. 94. Wess.

203. 45. *Ἀντιμαχόμενος*] Non improbo; si tamen *ἀντιμηχανώμενος* potius arbitreris, ut elegans profecto est, suppetias ibit Appian. Bell. Civil. L. IV. p. 1052. et p. 1056. et auctor ipse infr. c. 57. Wess.

204. 56. *Ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ὅλων ἀγώνων κρίσιν*] Aufer *ἀγώνων* vocem, quae absurdae glossae debetur et sententiam turbat. *Κρίνεσθαι* et *διακρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων* saepissime Diodoro est de summa re in certamen descendere, *κρίσις περὶ τῶν ὅλων* pugna huiuscemodi. Ita huius lib. c. 33. *ἡ μὲν μάχη — ἀμφίδοξον εἶχε τὴν τῶν ὅλων κρίσιν.* et L. XIX. 39. *ὡς περὶ τῶν ὅλων κρίσεως ἐσομένης.* Wess.

204. 67. *Ἑτοιμάζεσθαι τὰ πρὸς τὴν μάχην*] Confer Curtiana e L. IV. 13. 20. Wess.

204. 81. *Ἔταξε τὴν ἴλην, ἧς εἶχε τὴν* etc.] Non est de nihilo, quod in Reg. pr. *τὴν βασιλικὴν ἴλην*. Sic enim Arrian.

L. III. 11. ὧν προσετέτακτο ἡ ἴλη ἡ βασιλικὴ, ἧς Κλεῖτος — ἰλάρχης ἦν. Ipsemet auctor c. 60. ἴλην βασιλικὴν vocat. Neque spernendum est τοὺς ἄλλους ἑταίρους, sic enim scribere voluit idem Reg. Namque ἑταῖροι in Macedonum equitatu, uti dictum alias, praecipui erant, regum quidam quasi socii et comites. Wess.

204. 87. Τῶν Ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα] In ambiguo mens haesit, utrum Ἀγυρασπίδων ἄγημα amplecteretur, an in vulgato acquiesceret. Ἄγημα frequens quidem in Macedonum equitibus est, nec alienum tamen prorsus a peditum phalange. Habet Arrian. ὑπασπιστῶν ἄγημα, quod Nicanor Parmenionis hac in acie curavit L. III. 11. non aliud, atque hoc, de quo Diodorus. Maior difficultas in Ἀργυρασπίδων inest titulo, quo eos sub Indicae expeditionis tempus Alexander ab argenteis scutis adpellavit, teste Iustino L. XII. 7. Scio Curtium IV. 13. 27. in praelio ad Arbela *Argyraspidas* non praeteriisse; sed secutus is Diodorum videtur, προλήψει quadam Argyraspidas memorantem. Nam L. VIII. 5. 4. eorum originem et nominis suo tempori reddit. Vid. ibi Freinshemium. Wess.

204. 90. Τὴν Ἐλιμιῶτιν καλουμένην στρατιὰν] Conf. Claris. C. A. Duker. ad Thucydid. L. II. 99. Regio Ἐλυμιῶτις Arriano Ἀναβ. L. I. 7., Livio L. XLV. 30. *Elimiotis*, κατὰ τὰς Ἐλιμίας Plut. in Paullo Aemil. p. 259. D. Stephano Ἐλίμεια, πόλις Μακεδονίας. Nihil itaque mutare satius erit. Wess.

204. 95. Τῶν ὀνομαζομένων Στυμφαίων] In solo Thesprotico mons erat *Tymphe*, unde Τυμφαῖοι apud Stephanum: qua ex gente cum fuerit Polysperchon, propterea Πολυσπέρχων ὁ Τυμφαῖος Tzetzae in schol. ad Lycophron. Alexand. v. 802., Putares τῶν ὀνομαζομένων Τυμφαίων et hic praestare, nisi si viderentur Τυμφαίους et Στυμφαίους variante dialecto dixisse. Dat certe Τυμφαίαν ex Palmerii, non inprobante Gronovio, coniectura Arrianus L. I. 7., at in Indic. c. 18. Ἄτταλον τὸν Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖον. Conf. ad Lib. XX. 28. Wess.

204. 96. Ταύτης στρατηγίαν ἐπλήρου etc.] Acidalius ἐκλήρου emendabat ad Curtii L. IV. 13. 28., sententia ut non absurda, sic vulgata nihil meliore. Nota vero mihi haec Curtii, cum Polysperchontis et Philippi Balacri turmas exposuisset, *haec dextri cornu facies erat. In laevo Craterus Peloponnensium equites habebat, Achaeorumque* etc., et statim animadvertes ea, quae hic succedunt, non esse integra. Craterus collocatur in dextro cornu, quem sinistri primam aciem curasse et Curtius et Arrian. L. III. 11. ostendunt. Quid? nullam laevi cornu mentionem Diodorus iniicit, ut nunc se verba habent, quod in diligenti atque accurata exercitus ordinatione quis ferat? Nolim culpae huius adfinem praestare scriptorem ipsum; at amanuenses absolvere non possum, qui sinistri cornu ante verba καὶ τῆς μετ' αὐτὴν κ. λ. commemorationem turpiter transiluerunt. Wess.

205. 3. *Ἀνδρείᾳ καὶ τῇ* etc.] Legebatur *καὶ δὲ τῇ*, quorum medium III. Scaliger libro suo adscripserat esse delendum: cui vetustorum Codd. imperio assentior. Rhodomannus in not. Correct. *ἀνδρείᾳ δὲ καὶ τῇ* malebat; neque ille male. Wess.

204. 7. *Ἐπικάμπιον ἐποίησε τάξιν*] Sic L. XIX. 27. 29. Polyb. V. 82. et L. VI. 28. Erat *ἐπικάμπιος τάξις* incurva, atque ad effigiem quandam forficis, ut ex Aelian. Tact. c. 45. notum. Latini propterea *forficem* seu *forpicem* vocant apud Veget. de R. Milit L. III. 13., et Festum in *serra*. Wess.

205. 13. *Καὶ ταῖς σαρίσσαις τὰς ἀσπίδας τύπτειν*] Scribunt et uno sibilo *σαρίσας*. Auctor vetus in Biblioth. Coislin. p. 514. *Σάρισα πηχῶν ἐστι ιδ'. ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ Μακεδόνες*. cui de longitudine nihil admodum obloquitur Aelian. Tact. c. 14. Id autem, quod suis Alexander edicit, ad ciendum strepitum per erat efficax: unde et apud Romanos irarum et doloris indicium. *Nam cum hastis clypei feriuntur, irae documentum est et doloris*, ut Ammiani verbis dicam L. XV. 8. Wess.

205. 29. *Καὶ γὰρ Μαζαῖος* etc.] Paullo diversiore modo Curtius IV. 15. Wess.

205. 41. *Τὰ μὲν διηκοντίσθη*] Non proscribo *διηκοντίσθη*, tritum satis, etiam Synesio Or. de Regn. p. 28. D., neque pugnabo tamen, si cui ex Codd. *συνηκοντίσθη*, quo mox auctor cap. 63. utitur, arripiendum videatur. De strage, quam falciferi currus dederint, et miserando laceratorum exitu, Suidas ex incerto scriptore in *Δρεπανοφόρα*. Wess.

206. 50. *Ἐνίων δὲ — ἀναῤῥηττόντων* etc.] Commodius ob praemissa putarem *τὰς πλευρὰς ἀναῤῥήττεσθαι*, neque sane incongruum fuisset, si per sequentia stetisset. Ordina ergo acsi legeretur *τῶν ἁρμάτων ἀναῤῥηττόντων*· namque id ad explendam structuram adsciscendum est. Wess.

206. 64. *Οἵ τε μηλοφόροι*] Aurea mala, hastis praefixa, gerebant, atque inde illis nomen. Heraclides Cumaeus in Athen. L. XII. p. 514. B. *ἦσαν δ' οὗτοι* (Melophori) *τῶν δορυφόρων, καὶ τῷ γένει πάντες Πέρσαι, ἐπὶ τῶν στυράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ἀριστίνδην ἐκλεγόμενοι ἐκ τῶν μυρίων Περσῶν τῶν ἀθανάτων καλουμένων*. Quae Melophororum nomen, conditionemque et numerum cum uberrime declarent, mitto Aelian. Hist. Var. IX. 3. et Polyaen. IV. 3. 24. Vide tamen B. Brissonium de Pers. Regn. L. I. p. 270. Wess.

206. 66. *Καὶ Κοσσαῖοι*] Novi *Cissiam* regionem, in qua Susa, ex Herodoto L. V. 49., eiusque incolas *Κισσίους* aut *Κισσίους* in Strabon. XV. p. 1058. C. et Stephan. voc. *Σοῦσα*, nullos vero *Κισσαίους*. Bene Reg. pr., cuius *Κοσσαῖοι* a Curtio non praetereuntur L. IV. 12. 10., fusiore stilo a Diodoro descripti capite undecimo supra centesimum huius libri. Wess.

206. 76. *Διοχίλους δὲ Καδουσίους*] Vid. Curt. L. IV. 15. 12. Wess.

206. 87. *Σισύγγαμβρις*] Hoc verius, ut supr. c. 37. significatum. Wess.

207. 6. *Τοῦ δὲ παρεστῶτος ἡνιόχου* etc.] *Utique postquam auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat, hasta transfixus est: nec aut Persae, aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occisus. Lugubri ergo ululatu et inconditio clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere cognati Darii et armigeri.* Sic Curtius L. IV. 15. 28. hac de re. Wess.

207. 10. *Καὶ τὸ συνεχὲς — σύνταγμα*] Si ingrata ad aures accidat repetita iterum vox, quamquam in hoc scriptore nihil magis obvium, admitti poterit τὸ συνεστὼς eodem recidens. Wess.

207. 36. *Οὗτοι μὲν ἐπανῆλθον ἄπρακτοι*] Negant Curtius L. IV. 16. 3. et Arrian. L. III. 15. Wess.

207. 53. *Πλείους τῶν ἐννέα μυριάδων*] Magna in hoc numero discordia apud Arrian. d. l. et Curtium IV. 16. 26., ubi Cellarius ex Nostro *amplius noningenta millia*, non sine quadam inconsiderantia, nisi error sit operarum, quod malim opinari. Wess.

207. 59. *Κοῖντος, ἔτι δὲ Μινίδας*] Melius *Κοῖνος*, quam *Κόννος*, ut est in margine, si Arriani (L. III. 15.) sequimur exemplaria. Sed vicissim *Μενίδας* marginis lectio melior ea est quae est in contextu, si eadem sequimur. Ita enim apud eum legitur: *καὶ τιτρώσκεται Ἡφαιστίων τε αὐτὸς καὶ Κοῖνος καὶ Μενίδας.* Steph. *Κοῖνος, ἔτι δὲ Μενίδας*] Dedi utrique, ut suo sibi nomine adpellarentur. *Κοῖνον* auctor supra vocavit, atque ita ceteri. Curtius extremo cap. 16. Lib. IV. *Hephaestionis brachium hasta ictum est. Perdiccas, ac Coenus, et Menidas sagittis prope occisi.* Tetigit et haec nomina correxitque N. Blancardus ad Arriani sui L. III. p. 194. Wess.

208. 62. *Ἀριστοφῶντος*] Secundum Arrianum (L. III. 15.) non *Ἀριστοφῶντος*, sed *Ἀριστοφάνους*. Steph. Errat Stephanus. Aristophanem superior annus, quo ad Arbela depugnatum fuit, Archontem habuit, idque eo loco Arrianus testatur: Aristophontem hic annus. Non negat idem Arrianus, quum Darium Aristophonte Archonte mortuum profitetur L. III. 22., nedum Dionysius, qui de Demosthenis oratione pro Corona Epist. ad Amm. p. 124. tempus praeclare signans, *εἰσελήλυθεν μετὰ τὸν πόλεμον ἐπ᾽ Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος ὄγδοον μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἕκτον δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, καθ᾽ ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην.* Sic enim optime luxata eius verba ordinavit Io. Meursius de Archont. L. IV. 13. Nam quod de praelio ad Arbela additur, factum propterea, quod paullo ante administratum id fuerit. Conf. Is. Casaubonum ad Theophrasti Charact. c. 8. Wess.

208. 63. *Γάϊος Δομέττιος*] Lege *Γνήϊος Δομίττιος*, Sigon. Rhod. *Γάϊος Δομίτιος*] Sine dubio *Δομίτιος*, quod et Cospus expressit, verum est. Praenomine utrum *Caius* an *Cnaeus* fuerit, non admodum certum ob discordiam scriptorum Livii L. VIII. 17. librorum. Conf. Pighium in Fast. ad ann. cdxxi. et Drakenborch. Wess.

208. 73. *Μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας* etc.] Hoc mihi vulgato praestare visum semper est. Non moveor enallage generis, qua nihil in hoc aliisque Graecis frequentius, sed rei serie, quae hac ratione melius procedit multo. Wess.

208. 77. *Μέμνων γὰρ ὁ καθεσταμένος* etc.] Freinshem. in supplementis L. VI. Curtii hominem *Menonem*, incertum quo auctore, adpellat. Invenio quidem Menonem Thessalum, qui cum Graecis bello Lamiaco in Macedonas strenuam operam navaverit L. XVIII. 15., quem tamen eundem esse, decernere non sustineo. Apud Curtium L. IX. 3. 21. Memnon ex Thracia supplementum adducit Alexandro; qui noster esse poterit, si eum in gratiam cum Alexandro redisse constaret. Wess.

208. 90. *Πελοποννησίων δ' οἱ πλείους* etc.] Peloponnesiorum et ceterorum e Graecia concursum optime omnium describit Dinarchus, Demosthenem perstringens, tanquam reipublicae nullo tempore utilem, *οἷα ἐπ' Ἄγιδος ἐγένετο, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἅπαντες ἐξεστράτευσαν, Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Ἠλεῖοι τῶν πραγμάτων ἐκοινώνουν, ὑπῆρχον δὲ ξένοι μύριοι. Ἀλέξανδρος δὲ, ὥς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν. ἡ δὲ Ἑλλὰς ἅπασα, διὰ τοὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων προδότας, ἀχθομένη τοῖς παροῦσι πράγμασι, ἡσμένει μεταβολήν τινα τῶν κακῶν τῶν παρεστηκότων*, Orat. in Demosth. p. 94. Scripsi vero *ἐπ' Ἄγιδος* in his Dinarchi verbis, quod alioqui sententia et absurda et rebus gestis foret contraria: nam *ἐπ' Αἰγὸς*, quod Stephanus expressit, nihili est, ut quisque videt. Conferre et ea operae fuerit pretium, quae Aeschines in Demosthenem iecit Orat. in Ctesiph. p. 77. Wess.

208. 10. *Πλείους τῶν πεντακισχιλίων* etc.] Totidem fere memorat Curtius L. VI. 1.16., in caesis Macedonibus non consentiens: quae tamen discordia librariis magis debetur, quam quidem ipsi scriptori. Vide doctissimos eius interpretes. Wess.

209. 19. *Αὐτὸς δὲ καθοπλισθεὶς* etc.] Vid. eumdem Curt. L. VI. 1. 14. et Pausan. L. I. 13. p. 32. et L. III. 10. p. 230. Wess.

209. 45. *Ἀργυρίου δὲ τάλαντα τρισχίλια*] Curtius hunc locum aemulatur, sed quatuor millia talentûm, forsan non sine amanuensium delicto, annumerans L. V. 1. 10. Wess.

209. 60. *Στρατηγοὺς τῆς τε Βαβυλῶνος* etc.] Non absurdum est *Βαβυλωνίας*. Curtius ibid. §. 43. *Praetores, qui regioni Babyloniae et civitati praeessent, Menetem et Apollodorum re-*

liquit. Sic editur: scripti magno numero *ac Ciliciae*, quod pro reiiculo non esse putandum, nota Freinshemii declarabit. Wess.

210. 65. *Τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ ἓξ μνᾶς ἐδωρήσατο* etc.] Curtius iterum, *ex pecunia deinde Babyloniae Macedonibus equitibus sexceni denarii tributi; peregrinus eques quingenos accepit. Ducenis pedestrium stipendium mensum est.* Non ille quidem male, quamquam suspicio non desit, pauca in illis desiderari. Cur enim negligitur peregrinorum peditum stipendium? cur *mensium* sine postrema voce in schedis vetustioribus? Posses, nisi audacius videretur, *duceni pedestrium, peregrinorum stipendium duum mensium.* Ego equidem nihil decerno, coniectura contentus. Wess.

210. 73. *Τραλλεεῖς δὲ τρισχίλιοι*] Rectius *Τράλλεις*. Hesychius *Τράλλεις, οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες.* Cui Thraciae gentibus Tralles annumeranti consentit Plut. Agesil. p. 604. D., non item Stephanus in *Τραλλία*. Sed vide L. Kuster. ad Iamblichum Vit. Pyth. p. 146., et praeter ceteros H. Valesium ad Dionis Excerpt. p. 90. Wess.

210. 80. *Εἰς τὴν Σιττακηνὴν*] Hoc malui, tum ob geminatam illam literam L. XVIII. 6., tum quod *Σιττάκη*, uti apud Aelian. de Animal. L. XVI. 42. et Plinium L. VII. 27. scribitur, formet *Σιττακηνὴν χώραν*, nunquam *Σιττακινήν*. Situm regionis signat Strabo L. XVII. p. 1079. B. et Curtius L. V. 1., sed in vocis scriptura mire pravus, sicuti Cellarius docuit. Wess.

210. 85. *Καὶ τὰς ἡγεμονίας ἀναβιβάσαι*] Ab humili ordine ad ampliorem gradum promovere, ut Curtius loqui amat, sive, ut mox Noster, *ἀπὸ τῆς μεγάλης ἡγεμονίας ἐπὶ μεγάλας ἐξουσίας ἀναβιβάσαι.* quo in genere non insolens id verbum. Demades Orat. fragm. p. 179. *καὶ πάντες μὲν οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντες Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀνεβίβαζον.* Philo Belopoeic. p. 97. *καὶ τὸν μὲν δοῦλον, ἐλεύθερον ἀναφῆναι, τὸν δὲ στρατιώτην ἀναβιβάζειν.* Contrarium hoc Synesii de Agesilao Or. de Regn. p. 20. C. *καὶ ἐγγὺς ἦλθεν ἀποβιβάσαι* (Persarum regem) *τῆς ἀρχῆς. τοῦ μὲν γὰρ φρονήματος ἀπεβίβασε.* Wess.

210. 88. *Περὶ τῶν ἀρίστων*] *Ἀριστείων* si praetuleris, occurret Curtius, haec Diodori imitatus L. V. 2. 3. Wess.

210. 3. *Ἀβουλήτου σατράπου παραδόντος*] *Ἀβουλίτην* Arrian. L. III. 16. et Curtius V. 2. 8., Nostrum Latine iterum exprimens, vocant, et verius, ut ego quidem suspicor. Wess.

211. 13. *Πλείω τῶν τετρακισμυρίων ταλάντων*] Totidem Plut. Alex. p. 686. C., sed pecuniae signatae. Curtius et Arrianus talentûm quinquaginta millia. Wess.

211. 17. *Χαρακτῆρα Δαρεικὸν ἔχοντα*] Darici aequabant Atticas argenteas drachmas XX, auctore Harpocratione in *Δαρεικὸς* et Schol. ad Aristoph. Ecclesiaz. v. 598., habebantque Darii principis insculptam imaginem, si non fallit B. Brissonius; *χα-*

ῥακτῆρα *Δαρεικὸν* huc trahens, L. II. de Pers. Regno p. 610. Adde Io. Fr. Gronov. de Pec. Veter. L. III. 7. Wess.

211. 22. *Ἀπολείποντας πολὺ τοῦ κατὰ τὸν θρόνον ὑποβάθρου*] Ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶν Pausaniae, qui Athenis *θρανίον* esse addit L. V. p. 402., Hebraeis הדם רגלים, *ὑποπόδιον τῶν ποδῶν.* In Asiae regum palatiis solia erant celsiora, quibus commode insidere non poterant absque *ὑποβάθρου* fulcimento. Agit de illis Brisson. de Reg. Pers. L. I. p. 103. Curtius veste Latina haec induens L. V. 2. 13., *σκεῦος ἄτιμον γεγονὸς* quod sequitur, *mensam ad ludibrium recidentem* vertit. Tu contende Paullinum *σκεῦος εἰς ἀτιμίαν* Ep. ad Rom. IX. 21. Wess.

211. 36. *Τῆς πρὸς τὰς αἰχμαλώτιδας* etc.] Interpres *qua erga captivos utendum esset.* Ergone *αἰχμαλώτους* legit? quod profecto commodius foret. Si tamen vertas, ut factum eiusdem consilio vides, *qua erga captivas usus fuerat*, sententia tolerabilis erit. Wess.

211. 40. *Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ἐστὶν, εἶπε*] Geminum Aristoph. Plut. v. 887. *Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστι;* sed diversum tamen: Atticum illud est, gravem indignationem continens, et Terentiano simile, *quid est, si hoc non contumelia est?* in Andr. I. 5. 2. Conf. T. Hemsterh. ad Luciani D. Mort. II. 2. Wess.

211. 49. *Ἐπὶ τὸν Τίγριν*] Pro *Τίγριν* Arrianus habet *Πασιτίγρην*. scribit enim L. III. 17. *καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγρην ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν.* Habebimus autem infra L. XIX. 21. *Πασιτίγρην* itidem apud hunc scriptorem. Steph. Quae sequuntur arguunt hunc locum falsi. Nam Tigris fluvius non transit per Uxiorum fines, et multo maius spatium terrarum oberrat, quam hoc loco transire dicitur. Nam mille sexcenta stadia tantum ab origine sua ad mare usque emetitur secundum hunc locum: at Tigris decuplicem eius spatii habet decursum. Sed ex Arriano patet quomodo legendum est. Is enim L. III. p. 128. sic ait de eodem negotio: *ἄρας δὲ ἐκ Σούσων καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγριν ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν.* Ergo et apud Diodorum hoc loco lego confidenter *ἐπὶ τὸν Πασιτίγριν ποταμόν.* Palm. Curtius L. V. 3. 1. *Rex quartis castris pervenit ad fluvium, Pasitigrim incolae vocant: oritur ex montibus Uxiorum, et per L stadia silvestribus ripis praeceps inter saxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, iam navium patiens. DC stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat.* Quae unde sint sumpta, cum videat quisque, non dubium est, quin Curtius hic *Πασιτίγριν* invenerit. Idem mihi ceteri scriptores, Strabo, Plutarchus, Arrianus, persuadent, hoc ex Uxiorum montibus devolvens flumen Pasitigrim appellantes, inque primis auctor ipsemet, ter quaterque L. XIX. *Pasitigrim* vero nomine nuncupans. Itaque describentium peccatum esse, non Diodori, bene decernit Cellarius ad Curtii excerptum locum. At infra

L. XIX. 17. unius diei itinere Susis eum amnem abesse ait, ad quem quartis castris Alexander Susis profectus pervenisse dicitur; quae quidem difficultas dissipabitur, si illic de expedito viatore, hic de itinere gravis et inpedimentis onusti exercitus agi cogitaveris. Verum additur ibid., *καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θάλασσαν*. quod si cum illis, quae sub manu sunt, contenderis, insignis apparebit discordia. Totus fluvii, quam longus est, cursus septingentis ibi stadiis absolvitur: hic per mille stadia praeceps inter saxa lapsus sexcenta adhuc alia prius conficit, quam in mare evolvitur. Cl. Salmasius, ut auctor secum ipse et cum Curtio consentiat, illa *ἐπὶ σταδίους χιλίους* in quinquaginta aut centum circiter commutanda arbitratur ad Solin. p. 494., opera expedita, sed et audaci. Namque in Curtio schedae quaedam veteres *per mille stadia*, prorsus, ut hic, praeferunt, Modio probante: possunt praeterea *ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους* Lib. XIX. 17. stadia esse molliora soli, per quod, ubi sese montibus explicuit, leni tractu in Persicum sinum decurrit. Itaque in dubio apud me est, utri se loco vitium insinuarit. Blancardus quidem hunc ipsum in mendo cubare atque ex L. XVII. 17. refingendum esse, nisi si *ἀμάρτημα μνημονικὸν* scriptoris sit, haud dubitat ad Arrian. L. III. p. 199. Vellem et Salmasii commeminisset, cui ea debet. Wess.

212. 59. *Παντοδαπὰ πλάσματα*] Non placent *condimenta* Interpretis; *figuras* praefero. Solebant ficus, pruna aliaque id genus, ubi siccaverant, in massam singula densare, variisque formis instruere: *παλάθας* vocant. Hieronymus in Oseae c. 1. *Est autem* (*παλάθη*) *massa pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut diu illaesae permaneant, calcant atque compingunt.* Unde Amyntas de aërio melle in eiusmodi massam stipato *εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον ΠΛΑΤΤΟΝΤΕΣ* apud Athen. L. X. p. 500. C. et Theophrastus de prunis Aegyptiis siccatis *καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας* Hist. plant. L. IV. 3. Quo ex genere *prunorum globus atque cottanorum* celebratur a Statio, et *Palathion Caryotarum*, ut optime Salmasius, a Martiale Epig. 24. Xenior., ubi Scriverium inspice. Wess.

212. 62. *Ὑπὸ Μαδέτου*] Hoc tantisper ex Cospo adsciscendum duxi, donec meliores schedae verum homini nomen reddant: scripti Codd. non longe abeunt. Curtio *Madates* est, e quo Freinshem. *Μέτου* sive *Μαδέου* hoc nomen refingebat, L. V. 3. 4. Wess.

212. 71. *Ἐφ' ὧν ἦν ἐνδεχόμενον*] Fuisse opinor *ἀφ' ὧν*. Alibi *ἐκ τῶν ἐνδεχομένων*, uti in Stobaei Serm. I. p. 14. Archytas, et supra L. I. 54. Diodorus. Wess.

212. 78. *Καὶ ταχέως πασῶν — πόλεων*] Voces *ἐγκρατὴς ὑπῆρξεν*, quae artissime his adhaerebant, imperio Codd. induxi: constat sine illis sententia. N. Blancardi eadem quidem ad Arrian. L. III. p. 200. mens, sed verborum seriem citra caussam mutat. Wess.

212. 81. Ἐπὶ τὰς Σουσιάδας — πέτρας] Arrianus appellat Περσίδας πύλας, quas hic Σουσιάδας πέτρας, qui tamen statim post subiungit, δόξας τῇ βίᾳ κρατήσειν τῆς πύλης. Steph. Polyaen. IV. 3. 27. et Curtius V. 3. 17. Σουσίδας πύλας *Susidas Pylas* vocant: quare πύλας in Diodoro praeoptabat Freinshemius; cui non adstipulor: rupes abruptae, ὄρη στενὰ καὶ ὑψηλὰ Polyaeno, has portas efficiebant, quas πέτρας propterea auctor adpellat, Strabo στενὰ δυσπάροδα L. XV. p. 1059. Ceterum a Polyaeno Pylis his inponitur *Phrasaortes*, manifesto errore. Phrasaortes enim iam tum in amicis erat Alexandri, ut ex Arriano L. III. 18. conficias. Wess.

212. 90. Ἁμαξιαίους λίθους] Additam glossam librariis reddidi: quisque enim videt ἁμαξιαίους lapides ingentis fuisse molis. Demosthenes Or. in Callicl. p. 697. εἰ Καλλικλῆς μὲν εἰς τὸ χωρίον — ἁμαξιαίους λίθους προσκομίσας ἀποικοδομεῖ. Wess.

213. 5. Σταδίους τριακοσίους] Curtius extremo cap. 3. lib. V. *retro evadere ex angustiis* rex *iubet. XXX stadia fuere, quae remensi sunt.* Ἀπὸ τριάκοντα σταδίων χάρακα ἐβάλετο Polyaen. IV. 3. 27. rectius haud dubie. Proinde accedo Loccenio σταδίους τριάκοντα *XXX stadia* et hic reponenti ad Curtium. Wess.

213. 12. Προσέταξεν ἀπαγαγεῖν] Lege ἐπαγαγεῖν. Rhod. Curtius vertit, *captivos, quos super exceperat, vocari iubet.* Cui non male convenire ἐπαγαγεῖν, seu potius ἐπάγεσθαι, ex Kuhnii nota ad Pausan. L. I. 9. cognosces. Id vero si receperis, etiam mox ἐπαγομένας refingendum erit. Neutrum placet. Ἀπαγαγεῖν positum videtur loco ἀπαγαγεῖν πρὸς ἑαυτὸν, alioqui Reg. 1. ἀναγαγεῖν non absurdum foret. Conf. Th. Bezam ad A. A. XII. 19. Wess.

213. 33. Τηριδάτου] *Tiridates*, et rectius, Curtio, a cuius scriptura non dissidet editus Basil. c. 81. Mox ἔσται retineri potest, etsi non minus cultum ἔσεσθαι Reg. pr. Wess.

213. 38. Καὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν ζεύξας] Alius hic Araxes atque Armeniae eiusdem nominis fluvius. Soli scriptores, qui res Alexandri memoriae prodiderunt, hunc memorarunt, e quibus Strabo L. XV. p. 1061. ceterique hauserunt. De eo diligenter Salmasius in Solin. p. 846. Wess.

213. 43. Ὑπὸ τῶν πρότερον βασιλέων] Noli mutare. Librariorum inventum est τῶν προτέρων, qui et Aelian. V. H. lib. III. 18. τῶν μὲν ἄλλων τῶν πρότερον ἐπιθυμιῶν παύεται idem obtrudere sunt conati, neque ferre potuerunt in Aristoph. Equit. v. 1352., sicuti ex Suida in Αἰσχύνομαι constat. Τοὺς πρότερον στρατηγοὺς habes L. XIII. 77. De numero mutilatorum nihil Iustinus L. XI. 14., nihil Suidas in Ἀλέξανδρος dissentiunt. Curtius ad quatuor millia fere edit L. V. 5. 6. Wess.

214. 65. Καὶ περιόντας] Lego περιϊόντας. Steph. Blanditur vehementer Stephani coniectura: quia tamen vulgatum commodam, quam interpres expressit, sententiam dat, in eo, donec membranae prohibeant, acquiescam. Wess.

214. 73. *Τρισχιλίας μὲν ἑκάστῳ δραχμὰς ἐδωρήσατο*] His gemina Curtius extremo cap. 5. libri quinti. Wess.

214. 94. *Αἱ μὲν θαλασσίαις πορφύραις*] Conf. not. in L. III. 68. Plut. Alex. p. 686. D. *πορφύραν Ἑρμιονικὴν* vocat ab Hermione ad sinum Argolicum, quae *πορφύρα Ἑρμιονῖτις* Alciphroni L. III. p. 376. Wess.

214. 98. *Ἐνημερεύσαντες*] Magis placet *εὐημερίσαντες*. Rhod. Credo *εὐημερήσαντες* Rhodomannum scribere voluisse, quod de felici successu nec auctor spernit L. XII. 12. 14. et XIII. 16., nec Plut. Sympos. IX. 5. *οὐ πάνυ γὰρ εὐημέρησεν ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν* inquiens. Quid si tamen *ἐνημερεύσαντες* retineatur? Deest, fateor, exemplum, quo fulciri possit: utuntur praeterea *τῷ διημερεύειν* simili significatione. Neque haec tamen efficient, ut verbum *κακοῦ κόμματος* sit censendum, cui analogia constat. *Ἐνημερεύειν ταῖς ἁρπαγαῖς totum diem rapinis absumere*, ut *διημερεύειν ἐν τῇ μάχῃ*, *διημερεύειν ἐν τῷ κινδύνῳ* aliaque de hoc genere. Utere tamen viri docti auxilio, si stet sententia. Wess.

215. 10. *Τὴν αἰχμαλωσίαν* etc.] Rectius fortasse *εἰς τὴν αἰχμ.* Steph. Non audeo districte inprobare, memor Paullini in Epist. ad Ephes. c. IV. 8. *ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν*, et scriptoris L. I. Hist. Maccab. IX. 72. *καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσεν τὸ πρότερον ἐκ γῆς Ἰούδα.* Utrobique *αἰχμαλωσία* captivos ipsos, ut hoc in loco, conplectitur. Wess.

215. 19. *Δώδεκα μυριάδες ταλάντων*] Eandem expressit summam Curtius L. V. 6. 9., ubi docti commentatores videndi, sicuti et Strabo XV. p. 1062. D. Wess.

215. 34. *Οὗ τὸ μὲν πρ. ἀναλήμματι πολυδ. κατεσκεύαστο*] Diceres *ἀναλώματι* Reg. pr. non esse spernendum, et mera tamen verioris scripturae *παραδιόρθωσις* est. *Ἀνάλημμα* vocant quod in altum educitur opus. Infra L. XX. 36. *καὶ τῶν τόπων τοὺς — κοίλους ἀναλήμμασιν ἀξιολόγοις ἐξισώσας*. Tum munimenta, quibus moenia altius exstruuntur et loricantur. Suidas ex incerto scriptore, sive Polybius is fuerit, seu Diodorus, *κατανοήσας τὸ βάρος τῶν ἀναλημμάτων, καὶ ὡς ἀδύνατόν ἐστι σαλεῦσαι τὰ τείχη*, quod non male explicat *ὕψωμα, στήριγμα*. Berosus in fragmentis *ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ τὴν ὄψιν* etc. quae quidem *ἀναλήμματα λίθινα saxeas pilas* recte verteris cum Salmasio ad Solin. p. 520. Alexandrini Interpretes *ἀνάλημμα τῆς πόλεως Δαβὶδ* 2. Chron. XXXII. 5., et Siracides cap. L. 2. *ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου ἱεροῦ* cum dederunt, non aliud spectaverunt. Haec de voce. Durant in haec tempora stupenda regiae Persepolitanae rudera, non plane quidem huic Diodori descriptioni respondentia, quod in tanta rerum temporumque vicissitudine haud profecto mi-

randum est, talia tamen, ut facile agnoscas eo loci Persepolim fuisse, cui a XL columnis suo Persae recentiores sermone *Chilminaer* nomen indiderunt. Reliquias accuratissime descriptas et in tabulis cultissime expictas dedit Corn. de Bruin Itiner. Part. II. p. 209. et seq., quem vide, et Is. Vossium ad Melae L. III. 8. Wess.

215. 47. *Ὄρος — βασιλικὸν*] Opinor eundem esse montem ac τὸ *δισσὸν ὄρος*, in quo Darium Hystaspiden sepulcra exstrui mandasse, in Ctesiae Excerptis apud Photium Cod. LXXII. p. 113. perscriptum legitur. Durant haec in tempora magnifica sepulcrorum vestigia in monte, non procul a Persepoli in altum sese extollente, quae horum esse rudera pertendunt apud eumdem illum Corn. de Bruin ibid. p. 229., sed distantia illam exsuperat, quam Diodorus signavit. Wess.

216. 62. *Καὶ τοῦ μὲν πότου προβαίνοντος*] Simile hoc Diogenis L. VIII. 64. *καὶ προβαίνοντος τοῦ πότου, ὡς τὸ δεῖπνον οὐκ εἰσεφέρετο.* et Philostrati de Soph. Vit. II. 11. p. 591. *ἐς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς προβάντος αὐτῷ τοῦ πότου.* quae quidem et plurium aliorum loca non fugerunt diligentiam viri praeclari ad Xenoph. Ephes. Vol. V. T. III. p. 62. Miscellan. Observat. Addo Gregor. Nazianzen. Or. III. p. 85. C. *εἶτα τοῦ πότου προελθόντος εἰς τὴν συνήθη ψυχροποσίαν.* Wess.

216. 65. *Ὄνομα μὲν Θαΐς, Ἀττικὴ δὲ τὸ γένος*] Fata feminae, utque deinceps enupserit Ptolemaeo Lagi filio, Clitarchus exsequitur apud Athen. L. XIII. p. 576. D., incendii arcis Persepolitanae haud oblitus, sicuti neque Plut. Alex. p. 687. B. Nam Curtius, a quo ipsa Persepolis incendio corrupta traditur, a vero aberrat. Superavit enim urbs, ut ex Nostri L. XIX. 21. 22. et 45. constat, et viri docti ad Curtium L. V. 7. 9. admonent. Wess.

216. 80. *Καὶ γυναικῶν μουσουργῶν — παρειλημμένων*] Insignis de his feminis locus vetusti est scriptoris apud Suidam in *Μουσουργοί*, haud praeteritus ab H. Valesio ad Excerpt. Nic. Damasceni p. 64. Psaltriae erant, musica et corpore, ut *Copa* Virgiliana, quaestum facientes. *Παλλακίδες μουσουργοὶ τοῦ βασιλέως* in Epist. Parmenionis ad Alexandrum apud Athen. L. XIII. p. 607. F., quem vide quoque L. XII. 2. p. 514. B. de iisdem. Wess.

216. 97. *τὰς ἐκ τῆς Βακτριανῆς καὶ τῶν ἄλλων σατραπειῶν δυνάμεις*] Scribendum esse hic quoque *τῶν ἄνω σατραπειῶν* persuadet idem vitium inferius locis magis etiam manifestis illatum. V. annot. ad XVIII. 39.

216. 99. *Καὶ μετὰ τρισμυρίων Περσῶν* etc.] Illustrat haec Curtius L. V. 8. 3. Wess.

216. 3. *Συλληφθεὶς ἐδολοφονήθη*] A Satibarzane et Barzaente. Conf. Arrian. L. III. 21. et Curt. L. V. 13. 17. Wess.

217. 7. *Παρακληθεὶς — μετελθεῖν τὸν φόνον* etc.] Alexandrum qui spirantem Darium invenisse tradunt, rari sunt. In-

terfecti ultionem suscepit, quod communis omnium regum esset caussa, quam negligere sibi et indecorum et periculosum fore prospiciebat. *Regi* enim *tuenda maxime regum est salus, Ne sancta quisquam sceptra violaret dolo*, ut prudenter Oedipus in Senecae Oedip. v. 241. Vide Iustin. L. XI. 15. et Plut. Alex. p. 690. Wess.

217. 15. Ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον etc.] *Sed concilium Graecorum* (Antipater) *quid fieri placeret, consuluit. A quo Lacedaemonii nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret precati, gratis veniam defectionis, praeter auctores, impetraverunt*, sic ex perspicacissimi Io. Fr. Gronovii coniectura Curtius L. VI. 1. 20. verissime. Nam N. Heinsii correctio adsensiones comprobari non potest. Quinam enim illi *Aegeatae*, quos veniam defectionis, praeter auctores, impetravisse arbitrabatur? Nulli profecto apud Aeschin. in Ctesiph. p. 77. et Dinarch. in Demosthen. p. 94., in quorum orationibus de Graecorum infelici hac coniuratione diligenter. Wess.

217. 25. Κηφισοφῶν] In Dionysii Dinarch. p. 116. Κηφισοφῶν, quod merito damnat diligentissimus Sylburgius. Wess.

217. 27. Μετὰ Ναβάρνου] Redintegra Ναβαρζάνου. Rhod. Μετὰ Ναβαρζάνου] Pareo viro docto. *Nabarzanem* enim constanter ceteri omnes vocant. Qui vero Nabarzani adiungitur Barxaëntes, Arriano L. III. 21. et 27. Βαρσαέντης est, Curtio *Barsaentes*. Vid. N. Blancard. ad Arrian. sui L. III. p. 209. et 221. Wess.

217. 34. Οὖσαν δυσείσβολον] Si qui δυσέμβολον potius censuerint illis patrocinium Philosophus non negabit Polit. VII. 5., nedum Polybius L. III. 49., Noster ve L. XIX. 35. Sed vide not. in Lib. XV. 63. Wess.

217. 50. Ἱππέων ἑκάστῳ τάλαντον] Curtium inspice L. VI. 2. 17. qui quidem defectus videtur, sicuti certe loco suo mota sunt, quae ibid. sect. 10. producuntur: spectant manifesto finem huius in Diodoro capitis. De pecunia ex praeda redacta et a custodibus direpta, Strabo L. XV. p. 1063. A. Wess.

218. 66. Πλησίον πόλεως — Ἑκατονταπύλαν] Consule Casaubonum ad Athen. L. XII. 2. et Raderum ad Curt. VI. 2. 15., in eo tamen peccantem, quod Diodorum Hyrcaniae Hecatompylum assignasse putet. Nihil illi huiusmodi in mentem venit: tantum dicit Alexandrum in itinere cum Hyrcanos peteret, venisse Hecatompylon: nimirum priusquam in Hyrcaniam penetraret, ut Freinshem. optime animadvertit. Wess.

218. 76. Περί τινα πέτραν μαστοειδῆ] Πετρώδη μαστὸν, ut L. III. 45. p. 212. ubi not. vide. Ceterum Curtius, qui ingenium huius fluminis Diodori verbis uberius explanat, id *Ziobeрim*, non sine scribarum peccato, vocat L. VI. 4. 4. Wess.

218. 85. Ἣν Ὑρκανίαν τινὲς ὀνομάζουσι] Κασπία κά-

λεῖται θάλασσα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν Strabo L. II. p. 182. C. *Mare Caspium dulcius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit: pisces longe diversi ab aliis coloris: quidam Caspium, quidam Hyrcanum adpellant*, ita Curtius L. VI. 4. 18., cui non admodum dissimilia Plut. Alex. p. 690. C. Nostrae superiorisque aetatis peregrinatores Caspii maris aquam ob incursum tot amnium prope litora dulcem, ab illis remotam longius, amaram ac sale multo infectam repererunt, serpentes autem nullos, quos et accolae ignorabant, referente Ad. Oleario Itiner. sui p. 339. Wess.

218. 92. *Τῶν μὲν γὰρ ἀμπέλων φασὶν ἑκάστην* etc.] Eadem Strabo L. XI. p. 776., de ficu tamen ἡ συκῆ μεδίμνους (φέρει) ἑξήκοντα, quem medimnorum numerum vitiosum ne putes, iteratum et L. II. p. 124. D. videbis. Indene vero haec discrepantia, quod Noster aridas ficus, ille quales ex arbore decerpuntur, innuat? quod quidem suspicari liceret, nisi differentia nimia esset. Wess.

218. 99. *Ἀπὸ τῶν φύλλων ἀπολεῖβον μέλι*] Iterum Strabo, ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖται, καὶ τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖ μέλι. Clarius ad Diodori mentem Curtius L. VI. 4. 22. *frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur: sed nisi solis ortum incolae occupaverint, vel modico tepore succus extinguitur*. Quae postrema clarissimum in modum patefaciunt, mel illud a *manna* nihil admodum discrepasse: namque et ea vel modico solis tepore exstinguebatur, Mose Exod. XVI. 21. teste. Graeci ἀερόμελι vocant, quod quomodo ex arborum in oriente foliis soleret colligi et in massam condensari, ut aliorsum posset deferri, docetur illustri Amyntae ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τῶν Ἀσίας σταθμῶν loco apud Athen. L. XI. p. 500. C. Ait εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον ab indigenis fingi, monstratque adeo quae sint τοῦ ὕοντος μέλιτος παλάθαι τετράγωνοι, quarum in coenae Persarum regis adparatu commeminit Polyaen. Strat. IV. 3. 32. Refer et huc quae ab Is. Vossio disputata ad Melae Pomponii L. III. 7. fuerunt. Wess.

218. 2. *Ὃ καλεῖται μὲν Ἀνθρηδὼν*] Sic recte. Hesychius, Ἀνθρηδὼν, ἡ τερθρηδὼν, sive potius τενθρηδών. Idem, Τενθρηδὼν, ζῶον τῶν ἐντόμων καὶ κεντροφόρων, παραπλήσιον σφηκί. quorum insectorum ingenium atque habitum exponit Philosophus de Animal. Histor. L. IX. 43. diligenter. Meminisse et Aelian. L. XV. Hist. An. c. 1. puto, cum de muscarum prope Thessalonicen et Beroeam indole, ἐοίκασιν οὖν τὸ μὲν θράσος μυίᾳ· τὸ δὲ μέγεθος εἴποις ἂν ΑΝΘΡΗΔΟΝΑ, σφηκὸς δὲ τὴν χρόαν ἀπεμάξατο. βομβεῖ δὲ ὡς αἱ μέλιτται. Sic enim ΑΝΘΗΔΟΝΑ corrigo, etsi non ignorem Etymologi Ἀνθηδόνας, τὰς μελίσσας. Ab illis enim Aelianus suam ἀνθηδόνα distinguit apertissime. Sed quoquo modo sese illud habet, non dubito, quin Diodorus aemulatus hic

sit Clitarchum, mollita tamen audaciore, qua usus is fuerat, figura. Ridet hominem Demetrius περὶ Ἑρμ. c. 130. quod de apis seu potius crabronis genere cum sermo esset, locutus sit tanquam de bove fero vel apro Erymanthio: *καθάπερ ὁ Κλείταρχος περὶ τῆς ΤΕΝΘΡΗΔΟΝΟΣ λέγων, ζώου μελίσσῃ ἐοικότος, κατανέμεται μέν φησι τὴν ὀρεινήν· εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς.* Vides eadem paene verba, haud dubie ex eius libris *τῶν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον*, ab Athenaeo auctoreque ipso L. II. 7. citatis, deprompta. Quod quidem Tzetzae si cognitum exploratumque fuisset, quanto ille nobis plura oggessisset Chiliad. VII. v. 51., Clitarchi insolentiorem dictionem perstringens? Wess.

219. 14. *Ὄντες περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους*] Conf. vir. doctos in Curtii L. VI. 5. 9. Wess.

219. 20. *Εἰς τὴν χώραν τῶν — Μάρδων*] Gens erat *λῃστρικὴ*, cui Persarum reges annuam pensionem, ut ab excursionibus interquiescerent, dare adsueverant. Promiscue *Ἄμαρδοι* et *Μάρδοι* dicebantur, Strabone L. XI. p. 795. teste. Wess.

219. 21. *Ὑπερεφρόνησαν*] *Περιεφρ.* Reg. 1. aeque commode. Conf. Kuster. in Aristoph. Nub. v. 225. Wess.

219. 25. *Ἐπιμένων αὐτοῖς*] Repara *ἐπιβαίνων*. Rhod. Etsi proxime a vulgato deflectat Rhodomanni *ἐπιβαίνων*, praeferrem, si mei res esset arbitrii, *ἐπιβαλὼν*, ut huius lib. cap. 87. *ἔχοντε πρὸ τῆς τούτου παρουσίας ἐπιβαλεῖν τῷ Πώρῳ.* et cap. 88. *ἐπιβαλὼν τοῖς πολεμίοις, πολὺν φόνον ἐποίει.* saepeque alias. Blancardus, cum haec exscripsisset ad Arriani sui L. III. p. 218., *Interpres*, inquit, *pro ἐπιμένων legit ἐπιβαίνων. Sed satis fuit dixisse συνάψας μάχην, quae sunt in sequentibus.* Quid porro? Servandumne ergo *ἐπιμένων*, ut legitimum? Hoc docere debuerat. Wess. Possis etiam *ἐπιπεσών*. Sed *ἐπιμένων* dictum sicut p. 311. 43.

219. 32. *Ὑπὸ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου*] Aliter Plut. Alex. p. 667. C., a Polynico Thessalo venalem Philippo propositum significans, quem vide et ceteros, quos de Bucephalo testes excitavit ad Curt. L. VI. 5. 19. ingenti numero Freinshemius. Wess.

220. 51. *Ὄνομα μὲν Θάληστρις*] Solens Clitarchum sequitur. Ego vero mallem, Thalestrim et Amazonas abesse hinc iussisset. Sunt enim illepidum Macedonum quorundam, omnia ad regis sui gloriam referentium, commentum, sicuti dudum viri prudentes, Strabo Geograph. L. XI. p. 771., Plutarchus Alex. p. 691. B. et Arrian. *Ἀναβ.* L. VII. 13. p. 291. agnoverunt. Wess.

220. 68. *Καὶ συμπεριενεχθεὶς ἡμέρας τρεισκαίδεκα*] XIII *dies in obsequium desiderii eius absumti sunt* bene Curtius. Confer not. in L. III. 64. Wess.

220. 74. *Εἶχε ῥαβδούχους Ἀσιαγενεῖς*] *Asiaticos* Interpres, idque verissime. Firmat usum Agatharchides de Agesilao *ὁρῶν τοὺς Ἀσιαγενεῖς μὲν στολαῖς πολυτελῶς ἠσκημένους*

apud Athen. L. XII. p. 550. E. et L. Scipio *Asiagenes* apud Livium et Sidon. Apollinarem. Vide infr. ad Excerpt. Vales. p. 381. Wess.

220. 77. *Τό, τε Περσικὸν διάδημα περιέθετο*] Utitur his Begerus Thes. Brandenb. T. I. p. 230. similibusque Curtii, *itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit*, ut teneat, Alexandri Persicum diadema a Macedonico fuisse diversum, Macedonumque reges diu ante Alexandrum diademata habuisse capita. Prudentior multo Ezech. Spanhem., quem Diss. de Num. Praest. VIII. p. 466. vide. Mox τὴν Περσικὴν ζώνην fortasse reperientur qui στολὴν, quod gentis usu sit nobilitata, praeoptabunt. Ego vero veto, nam et Plutarchus τὴν Περσικὴν ζώνην καὶ διάλευκον χιτῶνα coniunxit. Wess.

220. 79. *Πλὴν τῶν ἀναξυρίδων καὶ τοῦ κάνδυος*] *Οὐδὲ ἀναξυρίδας, οὐδὲ τιάραν, οὐδὲ κάνδυν ἔλαβεν* Plut. Alex. p. 690. E. et de Alex. Fort. p. 330. A. Et tamen Philippus in Luciani Dial. Mort. XIV. 4. filio exprobrat, *κάνδυν μετενέδυς καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου*, asperius profecto, nisi si progressus ad has Persicae vestis partes deinceps sit. Ceterum glossae, quae Reg. sec. occupavit, non admodum dissimilis in his Dionis Chrysost. Or. Corinth. p. 467. B. *Ἕλλην δ' ἀνὴρ παρεῖχε τύπτειν τὸ σῶμα ὡς κάνδυν, ὡς ἱμάτιον*· sunt enim duo postrema supervacanea atque explicationis caussa a Grammatico intrusa. De *candy*, purpureo regum Persarum amiculo, nihil addo. Confer Ill. Spanhem. Diss. VIII. de Num. p. 455. Statim *περιπορφύρους*, ut in Plut. de Alex. Fort. p. 330. A., praetuli. Tu si secus censeas, in altero, cui patronus non deerit Pollux L. X. 42., acquiesce. Wess.

220. 82. *Τὰς παλλακίδας — τὸν ἀριθμὸν οὔσας* etc.] Adi Curtium III. 3. 24. et VI. 6. 8., et Brisson. de Reg. Pers. L. p. 162. Wess.

220. 96. *Ἀνῃρηκέναι μὲν τοὺς κατειλεγμένους ὑπ' αὐτοῦ* etc.] Obscura haec sunt. A quo enim delecti hi milites? Darione? Id vero falsum. Alexander Satibarzanem Ariis praeposuit, Macedonibus aliquot relictis, quorum opera satrapiam tueretur, quos ille perfide contrucidavit. Haec paene faciunt, ut scriptum fuisse putem *καταλελειμμένους ὑπ' αὐτοῦ*, quorsum Vat. et Reg. pr. trahi possent. Sed nolo confidentia uti. Constat sententia ex Arriani L. III. 25. Wess.

221. 1. *Εἰς Χορτάκανα*] Arrianus εἰς *Ἀρτακόανα* πόλιν *Artaçacnam*, sed variante scriptura, Curtius, *Ἀρτακάναν* Strabo, quamquam schedae veteres *Ἀρτακάκναν*, L. XI. p. 785. Quae quidem discordia in barbaris vocibus haud solet esse insueta. Referunt ad *Chortacana* viri docti Plut. verba de Roxane *καλὴν καὶ ὡραίαν ἐν χορτάνου παρὰ πότον ὀφθεῖσαν*, sic enim scripti Codd. ostentant in Alex. p. 691. E., at male, ut inferius declarabitur ad L. XVIII. 3. Wess.

221. 7. *Εἰς ὄρος τὸ καλούμενον * ἔχον* etc.] Montis nomen in omnium excerptis, quibus mihi utendi facultas, deest, neque divinare possum, quo ille titulo fuerit. N. quidem Blancardus ad Arrian. L. III. p. 222. *Paropanisi* nomen excidisse opinatur, coniectura admodum ambigua. Wess.

221. 12. *Εἴς τινα πέτραν*] De ea Curt. VI. 6. 23. Wess.

221. 16. *Καὶ διανύσας εἰς τὰ βασίλ. τῆς Δραγγινῆς*] Consentit una cum Strabone L. XV. p. 1054. D. Curtius L. VI. 6. 35. In Arriano *τῶν Ζαραγγαίων βασίλεια* ex diversa vocabuli pronuntiatione L. III. 25. Conf. Iac. Gronov. ibid. cap. 28. p. 144. Wess.

221. 21. *Δίμνος*] Vide Plut. Alex. p. 692., Curt. L. VI. 7., ubi male et contra scriptos libros *Dymnus*. Wess.

221. 43. *Τὸν μὲν Φιλώταν παρέπεμψε*] *Transmittebat*, ut subinde apud Suetonium. Vid. not. in L. XIII. 52. Wess.

221. 46. *Ὁ δὲ τὸν — εἰς τὴν ὁπλοθήκην εἰσαγαγὼν*] *Metron erat ei nomen, super armamentarium posito*, quare et Cebalinum in armamentario abscondit, apud Curtium dict. loco sect. 23. Wess.

222. 56. *Τὴν κρίσιν ὑπὲρ τούτου — ἐπέτρεψε*] Hoc iustum esse, ex Curtio cognoscitur L. VI. 8. 24. et 9. 33. Wess.

222. 64. *Κατὰ τὸ τῶν Μακεδόνων ἔθος — ἐθανατώθη*] Putes agi de Macedonum lege, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, obiter indicata a Philone Iud. de Leg. Special. p. 802. D., plenius a Curtio VI. 11. 20. Sed non ita est: innuit eum morem, quo, dato signo, saxis obruebantur a Macedonibus apud Curt. ibid. sect. 39. Wess.

222. 69. *Διὰ τὴν πρὸς Ἀντίγονον οἰκειότητα* etc.] Nusquam de Alexandri Lyncestae et Antigoni necessitudine memoratur, contra ea saepe de Antipatri, cuius Alexander ille gener erat, apud Iustin. L. XII. 14. et Curt. VII. 1. 7. Quare *διὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον οἰκειότητα* refingit Freinshemius ad eum Curtii locum, coniectura eleganti, sed dubia. Agitur hic de familiaritate, quae Alexandrum inter et Antigonum intercesserit, quaeque iustam regis iram morata fuerit: de Antipatri et Alexandri Lyncestae adfinitate nihil. Sequar tamen ubi Codd. addixerint. Wess.

222. 72. *Ἐπὶ δρομάδων καμήλων*] Conf. L. XIX. 37. Wess.

222. 84. *Καὶ προσηγόρευσεν ἀτάκτων τάγμα*] Fortasse quod seorsum cohortem hanc a ceteris tendere ignominiae caussa rex iusserit, ut Curt. VII. 2. 37. prodidit, quodque *ἀτακτεῖν*, sicuti L. XVIII. 17. loquitur auctor, fuissent soliti. Wess.

222. 89. *Ἐπὶ τοὺς — Ἀριμασπούς*] Sic Strabo XV. p. 1055. A. et Stephanus in *Εὐεργέται*. Apud Curtium L. VII. 3. 1. in *Agriaspas*, quamquam quidam libri *in Armaspos*: unde *Arimaspos* non iniuria feceris. In Arriano III. 27. *ἐς Ἀγριάσπας* aut

Ἀριάσπας, pro quo Ἀριμάσπας, utroque enim modo dicebantur, restituendos esse, non dubium est L. Holstenio ad Stephanum. Wess.

223. 4. Τῶν ὁμόρων τῶν — Κεδρωσίων] Ita gentem solet auctor et regionem Κεδρωσίαν adpellare. Vid. inf. cap. 104. et L. XVIII. 3., nec dissensit Alexander Polyhistor apud Stephan., quod is frustra mendum fuisse exemplaris suspicatur in Γεδρωσία. Ceteri fere Γεδρωσίαν et Γεδρωσίους vocant, uti Strabo, qui Drangis finitimos perhibet, L. XV. p. 1054. et Aelian. de Animal. L. XVII. 6. Iunge H. Vales. ad Ammian. L. XXIII. 6. p. 400. Wess.

223. 14. Ἐριγύιον καὶ Στασάνορα] Huius loco Erigyio Caranum et alios adiungunt Curt. VII. 3. 2. et Arrianus III. 28. Wess.

223. 20. Πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα] Deest eius nomen, qui stadio hac Olympiade victor fuerat renuntiatus, quod ex Eusebii Chronico ita restitue, καθ' ἣν στάδιον ἐνίκα Κλίτων ὁ Μακεδών. Wess.

223. 22. Παροπαμισάδας] Ut montem Παροπάνισον veterum plures scripserunt, ita accolas Παροπανισάδας, Ptolemaeus, Ammianus Marcellinus, Marcianus Heracleotes atque alii. Hinc illa in membranis discordia et mox cap. 83. Vide Theoph. Sigefr. Bayerum Hist. Regn. Bactr. p. 10., montis etiam nomen ex Indorum sermone explicantem. Wess.

223. 24. Χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα etc.] Non dissimilia Strabo L. XV. p. 1055. et Plut. de Alex. Fort. p. 340. E., et Curtius inprimis L. VII. 3. Quin haec in tempora Indi quendam Paropamisi verticem suo sermone, Bayero dict. loco teste, *montem hominum perniciem* adpellant, quia nivibus oppletus, saepenumero iter facientes praecipiti earum mole opprimit. Male ergo Philostratus de Vit. Apoll. L. II. 18. nivem omnem a Paropamiso, sive, ut vocare maluit, Caucaso, longissime amolitur: nec melius instituit doctissimus Io. Clericus, in Curtio ob has nives taxando asperior, cuius criminationes si diligentissime retusas desideres, consule Iac. Perizonium ad Aelian. Var. Hist. L. XII. 37. et in Curt. Vind. p. 120. seqq. Wess.

223. 28. Ἐκ πλίνθων — ἐχούσας καμάρας] Mecum ita si interpunxeris, nulla innovatione opus erit. Curtius, Nostrum aemulatus, *tuguria*, inquit, *latere primo struunt, et quia fertilis est terra materiae, in nudo etiam montis dorso usque ad summum aedificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Ceterum structura latior ab imo, paullatim incremento operis in artius cogitur, ad ultimum in carinae maxime modum coit: ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium.* Quae cultissima tuguriorum descriptio nihil admodum discrepat ab aedificiis, in quae Samogethae Tartarique cum maxime sese abdunt, cum cur

delineatis a Matth. Michovio Sarmat. L. II. 2. et Corn. de Bruin Itin. Part. II. p. 90. Wess.

224. 53. Ἐλάμβανον οἱ Μακεδόνες] *Coniiciebant atque arbitrabantur*, quemadmodum οὕτως ἔλαβον pro ἐνόησαν, explicantibus Criticis, in Thucydide L. III. 20. et supra L. XIII. 14. Quod succedit ἐφιστάμενοι, vereor ut viri docti versionem admittat. Semperne ergo foco adstabant? Cras fortasse mihi persuaderi patiar: nunc quidem certe ἐπιστάμενοι maluero, ut Macedones, ex fumo, ut arbitrati fuerant, ubi Paropamisadae degant, cognoscentes spectet. Ceterum haec Curtiana contendere operae fuerit pretium L. VII. 3. 12. 15. *obscura coeli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix ut quae prope sunt, conspici possint.* Tum, *sed tanta caligo erat, ut aedificia nulla alia res quam fumus ostenderet.* Quae ex male intellectis his Diodoreis quin sint progenita, vix quidquam addubito. Nihil hic de Cimmeriis tenebris. Id duntaxat significatur, ex continuo per nivem itinere oculorum aciem hebere coepisse, nec prospici adeo longius remota potuisse accurate. At Curtius verba σαφὲς δ᾽ οὐδὲν ἐκ διαστήματος ἦν ἰδεῖν etc. in eam accepit sententiam, quasi tenebras obscuramque coeli umbram describerent, errore manifesto. Wess.

224. 62. Ἣν ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν] Ea est, quam XVII huius nominis ἐν Σογδιανῇ παρὰ Παροπανισάδαις Stephanus, etsi non sine errore, indicato a L. Holstenio, collocat. Vid. Arrian. L. III. 28. et IV. 22. Wess.

224. 63. Κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασόν ἐστι πέτρα] Caucasus hic merum κόμπασμα assentatorum est Macedonum, spretum iure optimo a Strabone L. XI. p. 771. et L. XV. p. 1009. ceterisque, a Stanleio ad Argum. Promethei Aeschylei conductis. Fieri quidem potuit, ut voce Indorum *Khoo* vel *Khau*, montem indicante, quae Bayeri de Reg. Bactrian. p. 8. suspicio, in errorem inducerentur, auxit tamen eum militum scriptorumque vanitas, ne qua parte Alexander Herculi, gentis suae principi, concederet. De antro, in quo Promethei peracta fabula, praeter Strabon. dict. loc. Lucianus Prometh. c. 4. cum T. Hemsterhusii nota. Wess.

224. 68. Καὶ ἄλλας πόλεις ἔκτισεν etc.] Non de nihilo videtur Reg. I. καὶ ἄλλην πόλιν — ἀπέχουσαν. Quis enim crediderit in tam brevi locorum intercapedine regem plures exstruxisse urbes? Nec obest εἰς αὐτὰς, quod continuo consequitur, quippe et hanc et Alexandriam conplectens. Curtius certe ad Alexandriam retulit L. VII. 3. 23. *condendae in radicibus montis urbi sedes electa. VII millibus servorum, et Macedonum praeterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum in novam urbem considere.* Sic ea lege, ut ex parte quadam vidit Freinshemius, cui quidem Schefferus obloqui recusasset, si haec Diodori, unde sua Curtius, in numerato habuisset. *Servos* adpellat Curtius,

qui hic *βάρβαροι*, *milites quorum opera uti desisset*, τοὺς ἐκτὸς τάξεων συνακολουθοῦντας. Nihil clarius. Wess.

224. 79. *Ἄνδρα στρατηγικὸν*] Saepenumero Diodorus *στρατηγίαν* viris, usu militiae probatis, adtribuit: unde *στρατηγία καὶ* etc. ex membranis restitui posset, si quae necessitas illi fuisset inposita, ut eodem semper modo loqueretur. Wess.

225. 95. *Ὄνομα Βαγωδάραν*] *Cobares*, *natione Medus* in Curt. L. VII. 4. 8., quem vide. Wess.

225. 6. *Οἱ δὲ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰκίαν* etc.] Dissentiunt in supplicii, quod Besso irrogatum, genere Arrian. L. IV. 7. et Curtius L. VII. 5. 40. Wess.

225. 8. *Διεσφενδόνησαν* * * *] Hic vasta est lacuna, quae incipit statim a *διεσφενδόνησαν*. Massacorum autem hic reginam intelligi ut existimem, Index Graecus capitum posterior, huic libro praemissus, facit. Bessi equidem uxorem, ut Cospus Bononiensis *ἐπεξηγεῖται*, hoc titulo dignam ab auctore minime iudicatam esse, facile confirmaverim. Sedecim autem Indicis capita ostendunt, enormem hic multarum narrationum iacturam esse factam. Nam quae de transitu Alexandri per regionem siticulosam, Scythis, ac Sogdianorum itemque Bactrianorum defectione, de venatione in Basistis, de impietate in Bacchum, de Cliti et Callisthenis interitu, de bello cum Nautacis, de nuptiis cum Rhoxane, de Nysia et expugnatione urbis Massacorum *κεφαλαιωδῶς* ibi annotantur, in exemplari nostro, praeter fragmentum de mercenariis Massacenis, omnia desiderantur. Ex Arrhiani tamen L. IV. et Curtii VII. et VIII. defectus hic suppleri poterit. Rhod. Hiatus, qui in hac pagina conspicitur, continebat unius anni gesta Hegemone Archonte, quae recenset Arrianus in Alexandri gestis L. IV. Palm. Haec, et quae mox conspicitur, lacuna ingens est, sed illa tamen paucorum verborum, ut ex rerum serie conficitur. Inquisivi per amicos diligenter in Italia, Gallia et Germania ecqua ex membranis expleri posset, at frustra. Quare carendum illis perpetuo fuerit, nisi aliunde integriores Codd., quam qui in meam venerunt notitiam, felici quodam casu eruantur. Wess.

225. 10. *Ἡ μὲν βασίλισσα* etc.] Cospus reginam hanc Bessi fecit uxorem, non animadverso, qui locum hunc a superioribus distraxit, hiatu. Intelligitur regina Cleophis, de qua Curtius L. VIII. 10. 34. et Iustinus L. XII. 7. Mox desiderantur Cleophidis et Alexandri amores, natusque inde filius, quem Alexandrum adpellavit: tum quoque conditiones, quibus aere conducti a regina milites abeundi facultatem inpetraverant. Wess.

225. 15. *Καὶ σταδίους ὀγδοήκοντα*] Sic fide schedarum veterum restitui. Octingenta stadia nimia erant. Ex urbe enim egressi vicino in colle castra sunt metati, docente Arriano, sed perfidiam Alexandri dissimulante, L. IV. 27. p. 190. Melius Plut. Alex. p. 698. C. et Polyaen. Strat. L. IV. 3. 20. Wess.

226. 41. *Τοῖς πνεύμασιν*] Forte *πνεύμοσιν*, vel *σώμασιν*, quod praetulerim. Rhod. *Τοῖς πνεύμοσιν ἐνήρειδον*] Accipio libens, quod Venetus liber obtulit, alioqui *σώμασιν*, quod sede sua a *πνεύμασιν* saepe eversum ostendit Coteler T. II. Mon. Graec. p. 609., ex Rhodom. coniectura praestitisset. Poeta Aen. IX. 701. *et fixo ferrum in pulmone tepescit.* et X. 387. *atque ensem tumido in pulmone recondit.* Quem quidem locum et haec Diodori cum exscripsisset N. Blancardus ad Arriani sui L. IV. p. 303. *servo tamen*, inquit, *cum libris τοῖς πνεύμασιν, et interpretor locum*, eorum praecordia et vitalia ferri acie transfigebant. Idem Maro,

— — — *abditaque intus*
Spiramenta animae lethali vulnere rumpit.

Vides absque mutatione parilem sensum exire. Video equidem et miror. Quis enim Graecorum *τὰς ἀκμὰς τοῦ σιδήρου τοῖς πνεύμασιν ἐνερείδειν* dixit? Fontem, unde areolas suas rigavit, si qua vestiges, reperies in Stephani Thes. T. III. p. 406. Wess.

226. 57. *Τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε*] Interpretis *equitibus concessit* non laudo. Vult Diodorus, praeter alios abducendae huic multitudini impositos fuisse equites. Haec enim voci potestas. Wess.

226. 61. *Τὴν ἄορνον καλουμένην*] Sic et huius lib. cap. 96.; si tamen *ἄορνιν* malueris, utere Luciano D. Mort. XIV. 6. et quae ibi viri docti. Wess.

226. 63. *Τὸν παλαιὸν Ἡρακλέα*] Mallem *τὸ παλαιὸν* adverbialiter, pro *antiquitus*. Steph. Non equidem intercedo. Vide adscripta L. I. 92. p. 103. Praeclare vero Strabo L. XV. p. 1008. *Ἄορνον δέ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑποῤῥεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἑλόντος, σεμνύνοντες* (assentatores Macedones) *ἔφασαν τὸν Ἡρακλέα τρὶς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, τρὶς δ' ἀποκρουσθῆναι.* Adiunge Curt. VIII. 11. et Philostrat. Vit. Apollon. L. II. 10., qui XV stadiorum altitudinem rupi tribuit et fabulas solito sibi more auget. Wess.

227. 93. *Συνεχῶς ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ* etc.] Eadem Curtius in petrae huius oppugnatione describenda copiosus, L. VIII. 11. 9., a quo Nostroque in plerisque abit Arrian. IV. 29. et seqq. Wess.

227. 9. *Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου*] Posui *κενοῖς τοῦ πολέμου*, non *καινοῖς*, ut habet vulgata editio. Cicero ad Att. lib. V. 20. *Interim (scis enim quaedam πανικὰ dici, item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου) rumore adventus nostri et Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, et Parthis timor iniectus est.* Ipse item Diodorus infra (XX. 30.) *ὥστ' ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου.* Itidem Polybius *οὕτως ἀληθές ἐστι τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.* Rursum Diodorus infra (XX. 68.) *αἱ μὲν οὖν δυνάμεις ἀμφότεραι τὸν εἰρημένον τρόπον ἠτύχησαν, ἐξαπατηθεῖσαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου.* Steph. Stephani sententiam vetusti libri adfirmant. Differentia librariis accepta referenda est, qui et in Thu-

cydide L. III. 30, τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, scholiaste tum hoc, tum τὸ κενὸν, quod prorsus opportunum, explicante, ut pulcre monet vir doctus Miscellan. Observ. Vol. III. p. 302, et in Suida πολλὰ καινὰ τοῦ πολέμου, fragmentoque Polybii, de quo H. Stephanus, dederunt. Rectum est in Nostri Ecloga 2. lib. XXI., et Diogeniano Proverb. VII. 80. Wess.

227. 13. Ἀφρίκης τις Ἰνδὸς] *Erycem* adpellat Curtius VIII. 12. 2., in sequentibus Nostri verba Latine exprimens. Wess.

227. 27. Μῶφις] Permutatis duabus prioribus literis *Omphis* est Curtio, eadem de adscita Taxilae nomine regioque insigni, Alexandri permissu, proferenti dict. loc. sect. 14.; adde Strabon. L. XV. p. 1022. Wess.

227. 38. Ἀπαρασκεύως] Lego ἀπαρασκεύοις, non ἀπαρασκεύως. Steph.

228. 52. Αὖλον Ποστούμιον] Pro hoc Livius edit Πόπλιον Πλαύτιον, Fastique adstipulantur. Rhod. Videtur aliis ex Fastis *A. Postumius* transsumptus. Conf. Livium L. VIII. 22. et Pigh. Ann. ad ann. cdxxv. p. 337. Wess.

228. 54. Προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν] Legi etiam posset προαναλαβὼν, sed mutata significatione. Rhod. Nihil mutatione opus esse, antea dixi. Auctor huius lib. cap. 110. ἐνταῦθα δὲ μείνας ἡμέρας ἑπτὰ καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν. Saepeque alias. Wess.

228. 56. Πεζοὺς μὲν πλείους τῶν πεντακισμυρίων etc.] In Pori exercitu describendo finiendoque peditum, curruum et elephantorum numero discordia est. Vid. Curt. VIII. 13. 7. et Arrian. L. V. 15. Wess.

228. 60. Ὃς ὠνομάζετο Ἐμβίσαρος] Mox cap. 90. eius in nomine mire variatur, sicuti et Strabonis, Curtii, Aeliani, aliorumque in libris. Conf. Rader. et Freinshem. in Curt. VIII. 13. 1. Ἀμβίσαρος Arriani L. V. 8. quamquam neque is sibi constat, sola pronuntiatione ab *Embisaro* discrepat. Wess.

228. 72. Ἡ μὲν οὖν ὅλη σύνταξις αὐτῶν etc.] Polyaenus, ὥστ' ἦν τὸ σχῆμα τείχει μεγάλῳ παραπλήσιον· οἱ μὲν ἐλέφαντες ἐοικότες πύργοις· οἱ δὲ πεζοὶ μεσοπυργίοις L. IV. 3. 22. Quae simili ex fonte, unde auctor aquatum iit, esse hausta adparet. Recte ergo *beluas offerentes moenium speciem* apud Curt. IX. 2. 15. his Diodoreis tuetur Cellarius. Wess.

228. 79. Γενομένης δὲ μάχης, τὸ μὲν πρῶτον etc.] Comma post μάχης reducendum esse locandumque post ἱππεῦσιν, bene monuit Rhodomannus, cui hac in re nolle obsequi inconsultum est. Wess.

228. 84. Οἱ δὲ ταῖς προνομαίαις περιλαμβανόμενοι] Hoc retineo, tametsi προνομαῖς minime pravum. Philo Iud. de Mund. non Corrump. p. 991. A. καὶ τῇ προνομαίᾳ τὴν πλευρὰν τύπτοντες. Philostratus de Apollon. Vit. II. 12. καὶ αὐτὸ τὸ θηρίον χεῖ-

ρα τὴν προνομαίαν ἡγεῖται. Unde Latinis elephanti proboscis *manus* saepenumero. Curtius L. VIII. 14. 27. *praecipue terribilis illa facies erat, quum* MANU *arma virosque corriperent, et super se regentibus traderent.* De iisdem Lucian. Zeuxid. c. 10. καὶ συναναῤῥιπτοῦντες ἐς ὕψος ταῖς προνομαίαις, quem vide quoque in Musc. Encom. c. 3. Wess.

229. 4. Τὸ γὰρ μῆκος ἦν πηχῶν πέντε] Abunde illustravit Freinshem. in Curt. L. VIII. 14. 13. Wess.

229. 18. Καὶ περικλασθεὶς περὶ τὸ θηρίον] Quis controversiam his movisset, nisi veteres membranae ansam praeberent? Θωράκιον, quod ostentant, non plane incongruum est. Machina erat, belluae tergo inposita, unde in hostes abs bellatoribus spicula torquebantur. Ne temere dixisse videar, en Aeliani verba ex L. XIII. de Animal. cap. 9. ὁ δὲ στρατιώτης ἐλέφας ἐπὶ τοῦ καλουμένου ΘΩΡΑΚΙΟΥ, ἢ καὶ νὴ Δία τοῦ νώτου γυμνοῦ καὶ ἐλευθέρου (φέρει) πολεμιστὰς μὲν τρεῖς etc. et Auctor Histor. Maccab., qui θώρακα vocat, ἐν τῶν θηρίων τεθωρακισμένον θώρακι βασιλικῷ L. I. cap. 6. 43. Itaque id si reliquit auctor, indicabitur, Porum infracto et vulneribus lacero corpore ex ea machina in terram versum corruisse. Nihil tamen decerno, quod' et vulgatum tueri se possit. Alia de Poro Curt. L. VIII. 14. 35. et Arrian. Ἀναβ. L. V. 18.; e quo et hoc discimus, superiore anno praelium hoc fuisse administratum, sed eius fine. Quae quidem caussa, cur Chremetis Archontis magistratui Diodorus suo more id contribuat. Wess.

229. 43. Τὴν μὲν πέραν τοῦ ποταμοῦ] De urbibus hisce distinctius cap. 95. Wess.

230. 54. Ὄντας ἑκκαιδεκαπήχεις] Ex Clitarcho sumpta sunt, quem testem XVI cubitorum serpentibus excitat Aelian. Hist. Anim. XVII. 2. Mox γένη πολλὰ καὶ τοῖς μεγέθεσι διαλλάττοντα exscriptor Reg. pr. voluisse videtur, sicuti πιθήκων γένη ποικίλα τὴν χρόαν, μεγέθει δὲ μέγιστα Clitarchus apud Aelian. in simiarum hac venatione. Wess.

230. 59. Τῶν δὲ κυνηγῶν οἱ μὲν μέλιτι τοὺς ὀφθαλμοὺς etc.] Demiror, cur melle oculos laverint, cum aqua ei rei et aptior multo et paratior esset? Strabo aquam praetulit L. XV. p. 1023. eadem in historia ἐν ὄψει θέντες τρύβλιον ὕδωρ ἔχον τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμοὺς ἀλείφουσιν ἐξ αὐτοῦ. Unde ergo id mel? Paucis expediam. Error videtur aut ipsius scriptoris, aut amanuensium. Clitarchus, unde haec excerpta, μίλτῳ ἀλείφουσιν, *rubrica pingunt*, scripserat, quod, in veteri exemplari corruptius exaratum, *mel* tandem progenuit. Accipe ipsa Clitarchi, sicuti ab Aeliano de Anim. L. XVII. 25. adumbrata sunt, verba: πρὸς τούτοις εἰ θεάσαιτό τινα (simia) ὑποδήματα τοῖς ποσὶ περιτιθέντα, μιμεῖται τὴν ὑπόδεσιν· καὶ ὑπογράφοντα τὼ ὀφθαλμὼ ΜΙΛΤΩΙ, καὶ τοῦτο δρᾶσαι θέλει. Vides ovum ovo non esse

similius. Iam ut rubricae miniique in pingendis oculis et superciliis usum veteri aevo valuisse, multis ostendam, in re cognita necesse non arbitror. Wess.

230. 65. Ἐπίσπαστρα καθάπτουσι] Aelian. eodem loc. εἶτα καὶ τούτοις ἕρματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι, καὶ τοιαῦτά ἐστι. Vertunt *et laqueum subtus validum addunt*, mentem scriptoris assecuti, non verba. Lege mecum καὶ τούτοις ἅμματα ἰσχυρὰ ὑποπλέκουσι. Namque ἕρματα huic loco non conveniunt, aliud indicantia, ut vel eiusdem L. XIV. 24. cognoscitur. Quod vero continuo sequitur ὅταν βούλωνται τὰ ζῶα id neminem Graeci moris callentem morabitur. Conf. ad L. V. 8. Wess.

230. 71. Ἐμβίσαρον] Vid. supra cap. 87. Wess.

230. 76. Τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων — περιλαμβ.] Ex Onesicrito μεγέθη δένδρων, ὥστε ΠΕΝΤΕ ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη Strabo L. XV. p. 1017. Wess.

230. 80. Οἱ μὲν γὰρ — ἐξομοιοῦσθαι] Ultimum longissime exterminandum. Rhod. Οἱ μὲν γὰρ — ἐπέφαινον, οἱ δὲ etc.] Recte vir eruditus, cuius opinioni veteres libri auctoritatem conciliant. Sumpsit et has ex Clitarcho serpentes Diodorus: sic enim ille βραχυτέρους μὲν εἶναι — ποικίλους γε μὴν τὴν χρόαν ὁρᾶσθαι, ὥσπεροῦν φαρμάκοις καταγραφέντας. τοὺς μὲν γὰρ ΧΑΛΚΟΕΙΔΕΙΣ ΤΑΙΝΙΑΣ ἔχειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς τὴν οὐρὰν καθερπούσας apud Aelian. Hist. Anim. L. XVII. 2. Nam quas ille ταινίας, Noster pari sententia ῥάβδους vocat. De cristis serpentum draconumque viri praeclari S. Bochartus Hierozoic. P. II. Lib. III. 14. p. 432. et Ez. Spanhem. de Num. Praest. Dissert. IV. p. 221. Wess.

230. 83. Καὶ ῥύσις ἱδρῶτος αἱματοειδοῦς κατεῖχε] Aristobulus de iisdem τοὺς δὲ πληγέντας αἱμοῤῥοεῖν ἐκ παντὸς πόρου μετὰ ἐπωδυνίας· ἔπειτα ἀποθνήσκειν, εἰ μὴ βοηθήσει τις εὐθὺς in Strabon. L. XV. p. 1033. A. Quae mihi in memoriam redigunt Tullum, ab haemorrhoide admorsum, et per eiusmodi mortis imaginem pereuntem, in Lucani L. IX. 809.

— — Omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.
Sanguis erant lacrymae: quaecumque foramina novit
Humor, ab his largus manat cruor: ora redundant,
Et patulae nares: sudor rubet: omnia plenis
Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.

Adde Dioscorid. Theriac. cap. 12. Porro δεινῶς ὑπὸ τῶν δηγμάτων ἀπαλλάττοντες prave mutantur in schedis quibusdam. Conf. ad Lib. III. 21. Wess.

230. 91. Ἀνεψιὸς ὢν — Πώρου] Regem hunc ἀνεψιὸν τοῦ ἐπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος Strabo XV. p. 1024. A. Πῶρον τὸν ἕτερον τὸν κακὸν Arrian. adpellat Ἀναβ. V. 21., ubi N. Blancardus in carpendo Rhodomanno ob *nepotem ex fratre* multus est: indignum id esse Romanis auribus vertendumque fuisse aut

consobrinum aut *patruelem*. Bene quidem, si Interpreti constitutum fuisset, Ciceronis dictionem ubique aemulari. Tu de *nepotibus ex fratre* vide Casaubon. ad Spartian. Hadr. c. 2. Wess.

230. 93. *Τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος*] In Plut. Alex. p. 699. E., prorsus ut Reg. sec. *Γανδαριτῶν*. Sed vide supra L. II. 37. Wess.

231. 97. *Εἰς τὸ τῶν Ἀδρηστῶν*] Hoc ex Reg. 1. fideliore scriptura adsciscendum duxi: prope absunt *Ἀδραισταὶ* Arriani L. V. 22., et Orosii Adrestae sive Adraestae, ut vidit accuratissimus Franc. Fabricius. Statim *καλουμένων* ex Steph. correctione recipi poterit. Wess. Stephanus sic: *καλεύμενον*] *Rectius καλουμένων*.

231. 1. *Εἰς τὴν τῶν Καθαίων χώραν*] Correxi *Καθαίων* vocabulum ex Arrian. L. V. 22.. Stephano, e scriptis Codd. adiuto ab Holsten., et Orosio III. 19., ubi Fabricius id fieri oportere dudum admonuerat. Vitiosum gentis nomen erat in Polyaeno Strat. IV. 3. 30. Strabone quoque L. XV. p. 1024., cui utrique medicinam fecerunt viri eruditione praestantes. Satis itaque excusabor eorum patrocinio. Restat de regionis situ controversia, cui originem dedisse N. Trigautium Exped. Sinic. L. IV. 3., *Cathaiam* non aliam ac *Sinam* videri pertendentem, adfirmat And. Mullerus; traxisse enim in partes Mart. Martinium, Athan. Kircherum, Iac. Golium, pluresque alios; secus tamen rem habere: nunquam Alexandrum victricia arma in id regnum intulisse: neque in *Sinam* bene congruere, quae veteres mediique aevi scriptores, M. Paullus Venetus, Haitonus, et hoc de genere alii prodiderunt: contra ea in Tartariam, cuius *Cambalu* metropolis, optime. Haec ille in Disquis. Histor. et Geograph. de Cathaia p. 80. et seqq. In quibus de Alexandro quae asseverat, haud dubie vera sunt: cetera non eiusdem valoris. Nam quae M. P. Venetus L. II. 25. de Region. Orient. et Haitonus de Tartar. c. 1., ea septemtrionalem Sinam, a Tartaris iam tum domitam, clarissime describunt: cuius praecipuam urbem *Cambalu*, sive *Chan-Balek*, Sinis esse *Pekin*, dubitare prohibent observata doctissimi Ioseph. Simon. Assemani Dissert. de Syris Nestorian. p. 513. Neque officere huic sententiae poterit Alexandri transitus *εἰς τὴν Καθαίων χώραν*, modo observetur, latius olim id nomen patuisse, conplexum Asiae eam partem, quae ultra Imaum montem latissime in septemtrionem ipsamque Tartariam porrigitur, quod N. Trigautius non negat et Athan. Kircherus defendit Prodrom. Copt. c. 4. Wess. *Καθαρῶν* tuetur Heeren. Ideen I. 2. p. 401.

231. 2. *Τοῦτο δ' ἐκυρώθη τὸ δόγμα* etc.] Conf. Strabon. L. XV. p. 1024. C. et quae infra leguntur L. XIX. 33. Wess.

231. 4. *Ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὴν μεγίστην* etc.] Hac de urbe et sequente uberius Curtius L. IX. 1. 14. et Polyaen. Strat. IV. 3. 30. Wess.

231. 13. *Διόπερ ἐκ νηπίου παρ' αὐτοῖς τὰ βρέφη* etc.] Curtius sic Latine dedit: *genitos liberos non parentum arbitrio*

tollunt aluntque; sed eorum quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Si quos insignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari iubent. quibus gemina Onesicritus apud Strabon. dict. loco, de nuptiis, non genere et nobilitate, sed electa corporum specie coniunctis, itidem consentiens. Qui quidem mos durasse illis diutissime videtur. *Viri quando uxores ducere volunt,* verba M. Paulli Veneti sunt de Cathacis L. I. 62. de Region. Orient., *quaerunt magis pulchras quam nobiles ac divites. Unde saepe fit, ut vir nobilis et magnus pauperem ducat uxorem, sed formosam, matri illius dotem assignans.* Wess.

232. 34. *Οὓς ἔφασαν ταῖς τίγρεσιν ἐπιμεμίχθαι*] Hybridam hanc Indicorum canum originem exposuerunt Aristoteles Hist. Anim. L. VIII. 29., Aelian. de Animal. L. IV. 19. et L. VIII. 1. Gratius Cyneget. v. 165., quosque ibi Ian. Vlitius testimonium dicere iussit. Wess.

232. 45. *Ὁ μὲν Σωπείθης τρεῖς — ἐπηγγείλατο*] Apud Strabon. XV. p. 1025. B. et Aelian. Hist. An. VIII. 1. non *τρεῖς* sed *τέτταρας*. Mox *ἡσυχῇ καὶ κατ' ὀλίγον* fuisse olim videtur, copula a sequenti voce absorpta, quo mendi genere nihil tritius esse solet. Exempla si desideres, Io. B. Coteler. T. II. Mon. Graec. p. 589. inspice. Wess.

232. 48. *Ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπρικώς*] Libris suis viri spectatae eruditionis Ios. Scaliger et Is. Vossius *ἐμβεβρυχὼς* alleverant: quorum etsi firmare posset coniecturam *καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας* in S. Lucae A. A. cap. VII. 54. et Lacaena mulier *ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιβρύχουσα* Epigrammatis Antholog. L. III. p. 293. inque alio Antipatri, nuper edito, *ἀφριόεν ἐπιβρύχουσα γένειον*, nihil ego mutaverim. Vetat vulgatissimum *πρίειν τοὺς ὀδόντας*, praeter alios a Libanio T. II. p. 18. C. usurpatum, nec intellectum tamen a Morello, et hoc Nostri, quamquam paullo diversius, Excerpt. Vales. p. 253. *ὁ Ζήνων τοῦ τε δυνάστου περιχανὼν τὸ οὖς ἐνέπρισε τοῖς ὀδοῦσι.* Atque haec ad scriptoris defensionem abunde satis videntur. Addamus Epigramma, quod innuimus, post Lucubration. Hesychian. p. 336. vulgatum, quodque extricare se posse vir doctus negavit:

Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ χρέος ὤπασεν ᾅδαν,
Βαψαμένα κοίλων ἐντὸς Ἄρη λαγόνων,
Μάτηρ, ἅ σ' ἔτεκεν, Δαμάτριε· φᾶ δὲ σίδηρον
Παιδὸς ἑοῦ φύρδαν μεστὸν ἔχουσα φόνου,
Ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιβρύχουσα γένειον,
Δερκομένα λοξαῖς, οἷα Λάκαινα, κόραις.
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν. ἴθι τάρταρον, ἀνίκα δειλὸς
Ἦσθα· οὐ τελέθεις οὔτ' ἐμὸς, οὔτε Λάκων.

Ita legendum. Mater Spartana filium Demetrium, quod metu fugam turpiter fuisset ingressus, interfecerat: gladiumque, filii san-

guine madidum manu tenens, et dentibus infrendens peremto insultaverat, quippe nec se, neo Eurota, neque Sparta digno, sed Tartaro. Haec mens cultissimi Epigrammatis. Wess.

232. 54. *Εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλὼν*] In quibusdam Curtii libris *Phegelis* et dein quarto casu *Phegela*; quae res Ian. Rutgersium inpulit, ut Var. Lect. lib. VI. 14. in Curtio legeret *Phegel*, *is erat gentis proximae rex*, atque hoc loco *Φηγέλος* a recto *Φηγέλ*: quod merito displicuit Freinshemio, eoque magis, quoniam scripti Curtiani Codd. manifesto *Phegea* praeferunt. Non dissimilia ad Arriani sui L. V. p. 365. N. Blancardus commentatus est, sed Freinshemii prorsus oblitus. Wess.

232. 59. *Ἐπὶ τὸν Ὕπανιν*] Hoc elegi ob L. II. 37., tametsi non ignorem in fluvii eius nomine variatum olim fuisse. Conf. Cl. Salmasium in Solin. p. 556. Wess.

232. 63. *Ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον*] *Undecim dierum ultra flumen per varias solitudines iter esse* apud Curtium, qui haec Diodori verbo tenus expressit L. IX. 2. 2., forsan non sine menda in dierum numero. De Gangis amplitudine vide etiam L. II. 37. Wess.

232. 68. *Κατοικεῖν τό, τε τῶν Πραισίων — ἔθνος*] Gentis nomen ex Reg. pr. sed parum adiuto, instauravi: potueram *Βραισίων* aut *Βρασίων*, quod Ab. Ortelio in opinionem venit; sed *Πραισίων ἔθνος* praetuli, tum quod Plut. Alex. p. 699. E. et Aelian. Hist. An. XIII. 8. XV. 7. XVI. 9. *Πραισίους* eos vocent, paeneque consentiant Iustin. XII. 8. et Orosius L. III. 19., ubi consentaneum habeo Fr. Fabricium, tum vero ob reliquorum Codd. *Ταπραισίων*, a quibus hac via quam proxime deflectitur. In Strabone, Plinio, Stephano *Πράσιοι* non magno discrimine: atque hos si malueris, optio enim est in ea scriptorum discordia, consule N. Blancardum ad Arrian. L. V. p. 365. et Harduinum in Plinii L. VI. 19. Wess.

232. 71. *Ἐλέφαντας τετρακισχιλίους*] Curtius elephantos *trium millium numerum explere* L. IX. 2. 4., ubi rex *Aggrammes* nuncupatur. Vide supra L. II. 37. Wess.

232. 77. *Ὡς ἂν κουρέως υἱὸν νομιζόμενον*] Rex Porus in Curtii dict. cap., *qui regnaret*, inquit, *non modo ignobilem esse, sed etiam ultimae sortis: quippe patrem eius tonsorem, vix diurno quaestu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum cordi fuisse reginae* etc. Quae quis non miretur a Poro eum in regem criminose congeri? a Poro, inquam, ad omnem fortunae contumeliam proiecto, tonsorisque itidem filio? Accipe Helladii Besantinoi in *Χρηστομαθείαις* apud Photium Biblioth. p. 1579. verba, *Πῶρος δ' ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν ΚΟΥΡΕΩΣ ἦν υἱός*· et haec Libanii T. II. 632. A. *ἀλλὰ Πῶρος οὐκ ἐκ ΚΟΥΡΕΩΣ μὲν ἦν, Ἰνδοῖς δὲ ἐπέταξεν*. Sic ea legi debent ex certissima H. Valesii emendatione ad Excerpt. Diodor. p. 346. Haec enim si a

vero nihil dissentiant, utique excusare inpudentiam Porus haud poterit. Ego vero haud scio, an iniuria ita rex ille deprimatur, arguendique isti sint scriptores, qui Poro contribuerunt, quod Xandramae, Indo quoque et Indorum regi, proprium erat. Porum quidem certe, cui victo ob virtutem Alexander ignovit, regio genere fuisse proseminatum, regesque habuisse cognatos, ex illis, quae in superioribus Diodorus, quaeque Plut. Arrianus et Curt. literis prodiderunt, constat abunde. Wess.

233. 84. *Ἀλλὰ πρωτεύων* etc.] Rectius *πιστεύων*. Rhod. Videtur Cospus *πιστεύων* suo in Codice reperisse, estque id huic loco multo aptius. Wess.

233. 97. *Τὰς ὁπλὰς ὑποτετρίφθαι συνέβαινε*] Ignotus erat solearum ferrearum, quibus ungulae equorum contra aspera et scruposa loca muniuntur, usus. Scio Is. Vossium ad Catull. p. 48. ex Xenophonte eas eruere atque hinc *χαλκόποδας* Homeri equos illuminare conatum esse, sed irrita opera, ut nuper vir eruditissimus in Lexico Rustico, Rei Rust. scriptoribus adposito, egregie declaravit. Refer huc potius *ἵππους χωλεύοντας ἐξ ΥΠΟΤΡΙΒΗΣ* ex Appiani Mithridat. p. 371. Wess.

233. 7. *Τὴν πολεμίαν χώραν*] Induci non possum, ut hoc damnem. *Παραποταμίαν* tamen si qui maluerint, quod res ad Hypanim flumen sit gesta, fruantur arbitrio suo. Mox *περὶ τὴν προνομὴν ἠσχολεῖτο* non spernerem, modo Codd. addicerent. Sic ipsemet auctor L. II. 40. Wess.

233. 12. *Τοῖς δὲ παισὶν ἐπιφορὰς ταγματικὰς ἀπένειμε*] Pollucis III. 94. *ἐπιφορὰ, τὸ τῷ μισθῷ προστιθέμενον, ὡς Θουκυδίδης*, haec illustrant, et Thucydidis, quem innuit, locus L. VI. 31. *Ἀποφορὰν*, ne qui in cogitationem veniat ea vox, aliud indicare, Henr. Valesius in not. Maussaci ad Harpocrat. docebit. Wess.

234. 21. *Δώδεκα θεῶν βωμοὺς* etc.] Conf. Arrian. extremo libro V., deque aris his, monumento et termino Alexandreae expeditionis, copiosissime disputantes viros praestantissimos Cl. Salmasium in Solin. p. 556. Freinshem. ad Curt. IX. 3. 19. et H. Cannegiterum Dissert. de Brittenburgo c. 9. p. 105. Wess.

234. 34. *Ἀποφαίνοντα ῥώμας — ὑπερφυεῖς*] Visum hoc est praestabilius ob meliorum librorum concordiam. Adde, quae apud Plutarchum Alex. p. 700., de vanissimo hoc regis instituto leguntur. Wess.

234. 37. *Ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν*] Recte id quidem et vere. Sed quae statim succedunt, argumento esse videntur, naves eodem in fluvio esse exstructas, regemque secundo isto amne Oceanum versus defluxisse: quod falsum et ceterorum testimoniis contrarium est. Moliti enim naves in Hydaspe Macedones sunt, eodemque fluvio ad mare Alexander descendit. Itaque aut addi intelligive debet, *καὶ τοῦτον διαβὰς, ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην, eoque tramisso, ad Hydaspem*, quae Freinshemii coniectura ad Curt. IX.

3. 24., aut erravit auctor. Curtium certe in errorem induit, haec brevius exposita ita accipientem, quasi Acesini unice omnia congruerent. Vid. Freinshem. Wess.

234. 42. *Πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τρισμυρίων*] Longe infra hunc numerum Curtius est L. IX. 3. 21., tametsi haec Diodori clare imitetur. Wess.

234. 47. *Καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων* etc.] In diversa abit Arrianus *Ἀναβ.* L. VI. 2., at Curtius hinc sumpsit *mille navigia*, quibus Oceanum aditurus Alexander erat. Wess.

234. 49. *Τὰς μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν κτισθείσας* etc.] Vere, modo Hydaspem intelligas fluvium cum Strabone L. XV. p. 1023., aliter tamen Curtius, a Nostro in fraudem inpulsus. De urbium nominibus quid multa? *Nicaeae* citra dubium est. In altero *Bucephalae* variatur, quod equum Bucephalum et Bucephalam promiscue dixerint. Vid. Davisium ad Maxim. Tyr. Dissert. XIV. p. 549. Hinc urbs *Bucephalus*, *Bucephala*, etiam *Βουκεφαλία* in Plut. de Alex. Fort. p. 328. F. pro *Βουκεφάλεια*, quo modo in Strabone ex Stephano vir summus refingit. *Τὰ Βουκέφαλα* Aelian. Hist. An. L. XVI. 3. His adde, quae Freinshemius conduxit ad extremum cap. 3. Curtiani libri noni. Wess.

234. 60. *Τοὺς ὀνομαζομένους Σίβους*] Iustum hoc gentis nomen videtur, nisi si *Σίβας* praetuleris. *Ἴβους* progenuit praecedentis vocis sibilus, huic summa iniuria ablatus. Certe *Sibos* adpellat Orosius L. III. 19., *Σίβας* Strabo XV. p. 1008. et p. 1026. atque ex Dionysio Stephanus, vetus etiam epigramma, Herculis labores conplexum, in Reinesii Inscript. Clas. IV. xii. p. 347. et Donii Clas. I. p. 34. *ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΝΔΟΝ ΗΛΘΕ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ ΗΡακλείαν ΤΑΝ ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ ΟΙΚΙΖΕΙ.* Ita hiatus recte explebitur. *Heraclea* indicatur, quam in Indiae finibus Stephanus sitam fuisse prodidit, et ante eum Plinius L. VI. 16. Porro vitium, quod gentis nomen maculaverat, detergere aggressi sunt feliciter Fr. Fabricius ad Orosium loco dict., Salmas. in Solin. p. 700., Freinshem. not. ad Curt. IX. 4. 2. ut mirum omnino accidat, Th. Reinesium, perspicacissimi virum ingenii, *ΕΝ ΣΙΒΑΙΣ* antiqui marmoris tolerare noluisse. Wess.

235. 73. *Καταλαβὼν — Ἀγαλασσεῖς ἠθροικότας* etc.] A Curtio vertuntur, *xl peditum millia alia gens in ripa fluminum opposuerat, quam amne superato in fugam conpulit, inclusosque moenibus oppugnat. puberes interfecti sunt: ceteri venierunt.* Unde conficio, voces *εἰς τὰ σπήλαια καὶ*, quas fide membranarum induxi, ab eo lectas non esse: scripsisse praeterea, *Agalassenses — opposuerant, quos amne — conpulit.* Quorum prius perspicue elicitur ex vocabulis *alia gens*, posterioris vestigia durant illis in libris, e quibus *quo amne* profertur. Sed viderint eruditiores. Wess.

235. 83. *Διὰ δὲ τὴν ὀργὴν ἐμπρήσας τὴν πόλιν*] Ipsi desperata salute ignem subiecere tectis, si fides Curtio IX. 4. 6. Wess.

235. 97. *Τῆς δὲ ναυαρχίδος καταῤῥάκτῃ — περιπεσούσης*] *Ipse rex in rapidissimos vortices incidit: quibus intorta navis, obliqua, et gubernaculi inpatiens agebatur. Iam vestem detraxerat corpori, proiecturus semet in flumen; amicique ut exciperent eum, haud procul nabant:* sic Nostrum secutus Curtius, *καταῤῥάκτην* eleganter circumscribens. Tu de vera vocis potestate consule Eustathium in Dionysii Perieges. v. 220. Wess.

235. 9. *Τοῖς θεοῖς ἔθυσεν*] Alibi in simili loco dixit *ἔθυσε σωτήρια·* sequente item pagina, *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος διασωθεὶς ἐκ τοῦ τραύματος, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς σωτήρια.* Pro *Συρακούσας* autem, quod statim sequitur, videndum quod urbis vel potius regionis nomen reponi possit. Steph.

235. 10. *Ὁμοίως Ἀχιλλεῖ διαγωνισάμενος*] Describitur cultissimis versibus a Poëta Il. *Φ*, 305. et seq. id certamen. Wess.

235. 12. *Ἐπὶ Συρακούσας*] Mendosissime pro *Ὀξυδράκας*. Rhod. Vitium, quod in Cospi libro fuisse non videtur, diu est, cum ad Orosium L. III. 19. emacularet Fr. Fabricius. Erant Oxydracae rei militaris usu praestantes, ut praeter Diodorum profitetur Philostratus de Vit. Apollon. L. II. 33. Wess.

236. 25. *Τῶν τερατοσκόπων τις, Δημοφῶν ὄνομα*] Commeminit hominis Curt. IX. 4. 28. et *vatem* vocat. Fuit non ex augurum, ut Interpres, sed haruspicum natione: nam et rex *si quis*, inquit, *te* (Demophon) *arti tuae intentum et extra spectantem sic interpellet* apud eundem Curtium, et constat ex Appiano Civil. Bell. L. II. p. 852., cor extis defuisse sacrificanti in Oxydracis Alexandro, idque argumentum inminentis periculi fuisse creditum. Neque his obstat *διά τινων οἰωνῶν προδηλοῦσθαι*, quod statim consequitur: latissime enim porrigitur vocabuli eius usus, docentibus Criticis ad Aristoph. Av. v. 720. et Sophoclis Oed. Tyr. v. 52. Wess.

236. 28. *Διόπερ ἠξίουν*] Lege *ἠξίου*. Rhod.

236. 40. *Ἁρπάσας κλίμακα* etc.] Conf. Arrian *Ἀναβ.* VI. 9., qui in Mallis urbem fuisse positam admonet. Vulgo tamen Historici in Oxydracis eam locant, qua de re Freinshemius ad Curt. L. IX. 4. 26. et Hemsterhusius in Luciani D. Mort. XIV. 5. Wess.

236. 54. *Ἀνάξιον — τῆς ἰδίας εὐπραξίας*] *Εὐδοξίας* si qui velit ex Reg. primo, illi non admodum reluctabor: servari tamen et vulgatum potest. Wess.

236. 60. *Τούτῳ τῷ θυμῷ παραστὰς*] Putes prima fronte *τούτῳ* referri oportere ad *τείχει*, ut rex animose ad murum corpore applicito Indos irruentes exceperit. *Προσήρεισε τῷ τείχει τὸ σῶμα*, et *ἐρεισθεὶς πρὸς τῷ τείχει* de Alexandro in temerariae huius pugnae descriptione Plut. Alex. p. 700. D., Arrian. L. VI. 9.

Nota quoque sunt de confidente et animosa pugna θυμῷ μάχεσθαι et θυμῷ χωρεῖν ex Xenophont. Agesil. p. 62. ed. Oxon. et Pausan. L. X. 21. p. 848. Ego aliter sentio, et vocem hanc, seu τοιούτῳ potius, cum sequentibus artissime, sicuti factum ab Interprete, connecto, ut ea sit sententia, tanta animi fiducia ac praesentia regem fuisse usum. Παράστασις et παράστασις διανοίας in Polyb. L. III. 84. et V. 9., παράστασις τῆς ψυχῆς in Excerpt. Valesian. p. 250., et frequens obvium ψυχῆς παράστημα firmant hanc sententiam, inque primis id, quod de Tyriis huius lib. cap. 43. ipsemet auctor ταῖς ψυχαῖς οὕτω παρέστησαν πρὸς τὸν κίνδυνον. Repudiandum itaque est glossema, quod Reg. I. grammaticus inculcavit. Wess.

237. 65. Τέλος δὲ τοξευθεὶς] Sic scripsi deleto articulo, qui principio harum vocum sedem occupaverat. Supr. c. 25. τέλος δὲ πρὸς αὐταῖς ταῖς πύλαις ἔπεσόν τινες. et cap. 28. τέλος δὲ Ἐφιάλτην — ἠνάγκασαν. atque ita locis infinitis. De vulneribus, quibus Alexander adfectus fuit, videndus praeter Arrian. et Curtium est Plut. Alex. p. 700. et Fort. Alex. p. 344. D. cum Appiano Bell. Civil. L. II. p. 852. Wess.

237. 73. Πευκέστης, εἷς τῶν ὑπασπιστῶν etc.] Gloriam defensi servatique regis plerique omnes Peucestae vindicant: pauci erant, qui Ptolemaeum in praecipuam laudis eius partem vocabant, eum Σωτῆρα propterea dictum professi, male tamen contraque ipsius Ptolemaei testimonium apud Arrian. L. VI. 11. p. 248. Plutarchus de Peucesta ceteris adsentitur in Alex. p. 700. D., at Orat. de Fort. eiusdem regis I. p. 327. B. et II. p. 344. D. Ptolemaeo salutem defensionemque Alexandri contribuit. Wess.

237. 82. Οἱ κατὰ τὴν Βακτριανὴν etc. κατοικισθέντες] Longe haec uberius apud Curtium L. IX. 7. et Nostri L. XVIII. 7. Wess.

237. 96. Κόραγος] Κόῤῥαγος Aeliano Hist. Var. L. X. 22., ubi paullo diversius singulare hoc certamen describitur. *Horratas Macedo*, sed mendose, ut viri docti monuerunt, in Curtio IX. 7. 17. Visus autem est reperisse sibi duumviros hos in eleganti gemma L. Begerus Thes. Brandenb. T. I. p. 103., gravis armaturae militem et nudum alterum, sed clypeo instructum galeaque munitum repraesentante: quae quidem in Dioxippum non bene cum congruerent omnia, maluit fraudis Diodorum et Curtium reos agere, quam dubiae falsaeque opinioni nuntium remittere. Ego vero factum id nollem: cui enim bono? Ceterum certamen hoc non multum ab illis discrepat, in quae levibus ex offensis saepe nostra tempestate descenditur: concurritur, horae momento alter ambove animam mutuis vulneribus effundunt, quam pro salute patriae, viri si essent, et in hostem pugnantes, honestius et gloriosius insumerent. Sed ea rabies multos adeo incessit, ut sui, patriae, sanctissimaeque religionis, cuius se studiosos adfirmant, plane sint prodigi. Wess.

237. 99. *Ἀθλητὴν ἄνδρα καὶ — ἐστεφανωμένον*] Victor Olympiae fuerat renuntiatus et quadrigis propterea in patriam urbem invectus. Conf. Diogen. Laert. VI. 43. et Aelian. Hist. Var. XII. 58. Wess.

237. 10. *Ἔχων πῖλον σύμμετρον*] Sic libri omnes. Curtius vero, *Dioxippus oleo nitens et coronatus, laeva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem praeferebat*, nulla *pilei*, qui quoque homini uncto et coronato minime conveniebat, mentione, ut neque apud Aelian. L. X. 22. Var. H. Stipitis vero seu clavae commemoratio necessaria erat, sicuti, quae sequuntur, ostendunt clarissime. Vellem itaque scriptum legeretur *ἔχων ῥόπαλον σύμμετρον*, quem ad modum refingendum esse animadvertit Celeb. T. Hemsterhusius ad Lucian. Necyomant. cap. 8. Certe ita ni legeris, quid fiet verbis *τὴν πρόσοψιν Ἡρακλεωτικὴν εἶχε*, quid ceteris? Herculesne pileo conspicuus erat? Imo vero clava, qua sese omnes, qui Heroem istum aemulabantur, iactabant, uti Macedo Themison apud Athen. L. VII. p. 290. A. et ceteri, de quibus ad Lib. I. 24. Suspicor aut lacerum *ῥοπάλου* fuisse vocabulum, aut amanuensem eius loco Latinorum *πῖλον* substituisse, mendoque ansam praebuisse. Wess.

238. 24. *Σάρισσαν προβεβλημένος ἐπεπορεύετο*] Lucian. Dial. Mort. XXVII. 4. *ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύν τινα κοντὸν προβεβλημένος*. Appian. Syr. p. 159. *καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προὐβάλλοντο*. Item p. 175. *ὅμως δὲ τὰς σαρίσσας ἐκ τετραγώνου προβαλλόμενοι πυκνάς*, atque eum in modum saepe. Vide supra L. V. 30. Wess.

238. 31. *Ὑπέσυρε τὰ σκέλη*] *Pedibus repente subductis arietavit in terram* bene Curtius. Luctatorum est *ὑποσύρειν τὰ σκέλη*, ut adversarios in terram deiiciant. Idem *ὑφέλκειν τὼ πόδε* Lucian. D. Deor. VII. 3., *ὑποσπᾶν καὶ ὑποσκελίζειν* de non Cred. Calumn. c. 10., *ὑποσκελίσαντες καὶ ῥάξαντες εἰς τὸν βόρβορον* Demosthen. adv. Conon. p. 689., tum *ἑλκύσαι τὸ σκέλος* Io. Chrysostom. T. III. p. 164. E., cui venuste etiam *ὑποσύρειν τὴν εὔνοιαν* ibid. p. 197. D. meretrix dicitur, quae subdole benevolentiam sponsi in se a sperata avertit, et *ὑποσύρειν τὸν ὄγκον* arte quadam fastum alteri minuere T. IV. p. 753. E. Alioqui *ὑποσυρόμενος ποῦς*, cum lubrica et cedente in arena difficulter progreditur Lucian. de Gymnas. cap. 27. Wess.

238. 40. *Ἀπῄει ταινιούμενος*] Vide Is. Casaubonum in Neron. c. 25. Suetonii. Solebant hoc honore aut floribus ingestis athletas amici excipere. Thucydides L. IV. 121. de Brasida *ἰδίᾳ δὲ ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ*. Appian. de Civil. Bel. II. p. 732. *καὶ παρέπεμψαν αὐτὸν* (Curionem) *ἀνθοβολοῦντες ὥσπερ ἀθλητὴν μεγάλου καὶ δυσχεροῦς ἀγῶνος*· quem quidem honoris cultum bene de se meritis negare non solebant. Firmus, Caesareae Cappadocum praesul, Epist. XVII. p. 298. *ται-*

νίαις ὑμᾶς ἀναδοῦμεν, ὡς εὐεργέτας. atque hoc movebat militum eos, quorum *ὁ μὲν ἐστεφάνωσεν, ὁ δὲ ἐταινίωσεν* abeuntem Teleutiam in Xenophontis Rer. Graec. L. V. primore. WESS.

239. 63. *Νοῦν δὲ μικρὸν*] *Subtili ingenio praeditum* Interpres, quod minime laudo. Ansam tamen praebuit N. Blancardo ut ad Arrian. L. VI. p. 405. *νοῦν μακρὸν* potius legeret, quam cum vulgatis *μικρόν*. Caussam addit: *nam μακρὰ Hesychio exponuntur μεγάλα, et Dioxippi obtrectatores difficulter coniungi posse rebantur ingenii magnitudinem et eximium roboris corpus.* Nimis profecto arcessitam et subtilem! Sensum habere communem, egregium Dei donum est: contra permolestum omnibus accidit *σμικρὸν εἶναι τὸν νοῦν*, quod de Papia Hieropolitano Eusebius Hist. Eccles. L. III. 39. Atque hoc illi spectabant, qui Dioxippi temerarium arguebant consilium. Verte ergo, *rem gravem et molestam videri, magno corporis robore et mediocri ingenio esse praeditum.* Ita *μεγάλῳ* apte *μικρὸς* opponitur. WESS.

239. 66. *Παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος* etc.] Evenit Dioxippo, ut esset

Clarus postgenitis: quatenus, heu nefas,
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

ut cultissime Horatius L. III. Od. XXIV. 30. WESS.

239. 73. *Εἰς τὴν χώραν τῶν — Σαμβαστῶν*] Videtur esse *Ἀβαστανῶν ἔθνος* Arriani L. VI. 15.; Curtius vocat *Sabracas*, in ceteris Nostri vestigiis, ut fere solet, inhaerens L. IX. 8. 4. Nam *τὴν Σαβοῦτα Σινδοναλίαν* Strabonis in XV. p. 1026., quam vir magnus cum hac regione contendi posse censebat, aliorsum referri oportere optime perspexit Freinshemius ad Curtii dict. cap. sect. 13. et postea Iac. Gronovius in Arrian. *Ἀναβ.* L. VI. 16. WESS.

239. 90. *Ὀνομαζομένους δὲ Σόδρας καὶ Μασσανοὺς*] *Massanos* plerique praetereunt. *Sadras* non alii videntur ac *Σόγδοι* Arriani L. VI. 15., ubi et urbis ab Alexandro conditae mentio. In Dionysii Perieg. v. 1142. *Σκόδροι*. WESS.

239. 96. *Εἰς τὴν Πορτικάνου δυναστείαν ἐμβαλὼν*] Coniungit horum regum ditiones Strabo, virorum doctissimorum cura instauratus, L. XV. p. 1026. *τὴν τοῦ Μουσικανοῦ, καὶ τὴν Σάβου, τὰ Σινδόμανα, καὶ ἔτι τὴν Πορτικάνου* ubi *Ὀξυκανοῦ* cum Gronovio ut refingas, nulla caussa est. Namque etsi Porticanum Arrianus Oxycanum vocet, Strabonis scriptura adfirmatur a Diodoro et plerisque scriptis Curtii Codd. L. IX. 8. 12. WESS.

239. 4. *Τήν τε Σάμβου βασιλείαν*] Sic et Arrianus regem adpellat. *Sabum* aut *Sabbam* alii, de quibus Raderus et Freinshem. ad Curtii dict. locum. WESS.

240. 14. *Ἣν ὀνομάζουσιν Ἁρματήλια*] Nihil muto, quamvis *Ἅρματα* schedae veteres haud paucae praeferant. Mox *πόλιν Ἁρματηλίαν* servant omnes. Scripsi vero *ἐὰν ἐπεξίωσιν* ex Reg.

pr., oratione ipsa expostulante. Rex enim Alexander apud Curtium iubet *quingentos Agrianos moenia subire, et sensim recedentes elicere extra muros hostem, sequuturum profecto, si fugere eos crederet.* Wess.

240. 22. *Μετ' ὀλίγον*] *Μετ' ὀλίγων*. Rhod. *Μετ' ὀλίγων*] Correxi labem, negligentia librariorum saepe his libris illatam. Vid. L. XIII. 75. XIV. 98. Wess.

240. 33. *Ἱδρῶτας ἐκπίπτειν συνέβαινε*] Sic praestare Rhodomannus pulchre vidit. Putes etiam *ἰχῶρα ἐκπίπτειν* fuisse olim, quomodo in non dissimilis veneni compositione Iulius Africanus Cestor. p. 290. *ταῦτα σύγκοπτε, ὡς ἰχῶρα γενέσθαι τὰ πάντα.* Certe ita ni dederit, per *ἱδρῶτας* sanguinem sive serosum illum humorem intellexit, qui ex serpentium putrefactorum corpore excernitur. Wess.

240. 49. *Ἴδιον γάρ τι*] *Ἴδιον δέ τι*. Rhod.

240. 53. *Οἰκείας τῆς φιλανθρώπου βοηθείας ἔτυχεν*] Non dubito quin hic desideretur substantivum, quod cum *φιλανθρώπου* iungatur. Id autem fuerit fortasse *ψυχῆς*, vel aliud huiusmodi. Steph. Sic forte corrigendum, *οἰκείας τῇ φιλανθρώπῳ διαθέσει* vel *γνώμῃ βοηθείας*. Dativus enim magis convenire videtur propter *τὴν εὐφωνίαν*, quam genitivus. Rhod. Haud quidem male viri docti. Lenior tamen medicina erit si aut *τοῦ φιλανθρώπου* aut *τῶν φιλανθρώπων* correxeris. Namque ita solet auctor *τὰ φιλάνθρωπα* et *τὸ φιλάνθρωπον* adpellare omne humanitatis studium atque officium: *πάντων τῶν φιλανθρώπων τυγχάνειν* L. XIII. 3. *πολλὰ πράττειν φιλάνθρωπα* L. XVIII. 67. Quin de ipso hoc Ptolemaeo, *διεβεβόητο ἡ τούτου χρηστότης — καὶ φιλάνθρωπον* L. XIX. 54. Wess.

240. 54. *Καθ' ἣν ἔδοξεν ὁρᾶν δράκοντα βοτάνην* etc.] Rem sic narrat Cicero II. Divinat. cap. 66. *qui (Alexander) cum Ptolemaeus, familiaris eius, in praelio telo venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moreretur; Alexander adsidens, somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre, et simul dicere, quo illa loco nasceretur, (neque is longe aberat ab eo loco) eius autem esse vim tantam, ut Ptolemaeum facile sanaret* etc. Neque aliter Strabo L. XV. p. 1052., addens prudentissime, *εἰκὸς δέ τινα μηνῦσαι τῶν εἰδότων· τὸ δὲ μυθῶδες προσετέθη κολακείας χάριν.* Cui facile adsentior, non item illis, qui herbam istam *Aristolochiam* fuisse censent ex Cicerone L. I. Divin. c. 10., sed male intellecto. Tu confer P. Victorium L. VI. Lect. Var. c. 3., et quae nuper ad Ciceronem commentatus est Davisius. Wess.

241. 68. *Καὶ μεγάλα μὲν καὶ πολλὰ ἐκπώματα* etc.] Multo haec distinctius Arrian. *Ἀναβ.* VI. 19. Viso Oceano Alexander vestigia tandem relegere coepit, sed paene invitus: namque

Unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis,
Aestuat infelix angusto limite mundi
Ut Gyarae clausus scopulis parvaque Seripho.

sicuti de eo canit Iuvenalis Sat. X. 178. Wess.

241. 73. *Εἰς τὰ Ὕαλα*] Utra certior sit scriptura *Ταῦλα* an *Ὕαλα* non audeo decernere. Nomen urbis plerique omnes silentio praetereunt. Wess.

241. 76. *Τῶν κατὰ πόλεμον ἡγούμενοι. πραττομένων δὲ* etc.] Sunt haec exscriptorum culpa confusa. Dederat auctor *τῶν κατὰ πόλεμον πραττομένων ἡγούμενοι· τῶν δὲ γερόντων*, ut bene Rhodom. in Add. Valebat in his India, quod Spartae legibus receptum erat, ut binos haberent reges, quorum ea in urbe alter ex Eurysthenidarum semper erat familia, e Proclidis alter. Regibus adpositi erant senatores, *γέροντες*, summi reipublicae moderatores et quidam quasi domini. Unde *ἐπιστατοῦντες ἅπασι τοῖς πράγμασι* Isocrati Paneg. p. 389., quique eum in senatum allectus *τῶν πολλῶν δεσπότης* Demostheni Or. in Leptin. p. 300. Plura alia hoc de senatorum consessu N. Cragius de Laced. Republ. L. IV. 3., cuius observatis adiungi elegans potest locus ex Archyta apud Io. Stobaeum Tit. XLI. p. 269. Wess.

241. 79. *Τὸν δὲ λοιπὸν στόλον παραδοὺς Νεάρχῳ* etc.] Conferri debet Curtius IX. 10. 3. et Arrian. *Ἀναβ.* L. VI. 21. Wess.

241. 87. *Τοὺς μὲν γὰρ Ἀρβίτας*] Una duntaxat transposita litera genti suum nomen reddidi, nihil Is. Vossio ad libri sui marginem dissentiente. Ab Indiae fluvio Arbi accolae *Ἄρβιες ἢ Ἀρβῖται*, Stephano teste in *Ἄρβις*, dicebantur: subinde etiam *Arbii*, *Arabitae*, *Ἀράβιες* Plinio, Curtio et Arriano, quemadmodum operose ostendit Cl. Salmasius in Solin. p. 829., cui omnia debet ad Arrian. suum L. VI. p. 418. N. Blancardus. Wess.

241. 90. *Ἐπὶ τὰ Νεωτερίδες ὅρια*] Lege *Νεωρίδος*. Rhod. *Ἐπὶ τὰ Ὠριτίδος ὅρια*] Sic correxi, cuius instituti caussam aequis arbitris me probaturum confido. Primo citra controversiam mendi macula adspersum est vulgatum. Deinde gentem plerique omnes scriptorum *Ὠρείτας* sive *Ὠρίτας* nuncupant, nisi si qua simili vitio sint pravi. Hoc amplius, *Oridis* et dein *Oritarum* nomen, quod Cospus ex suis schedis expressit, a correctione mea parum aut nihil deflectit. Quin ipsemet auctor extremo cap. 105. eos *Oritas* clarissime adpellat, ut dubium esse nequeat, quin simili modo regionis nomen et hic scripserit. Habes rationum momenta, quibus *Νεωτερίδος* et infra *Νεωριτῶν* titulum inmutaverim. Accipe nunc vitii originem, quam Freinshem. ad Curtii L. IX. 10. 6. hanc reperit. Scriptum fuisse *ΗΩΡΙΤΑΣ*, ut *Η* esset *ἐπίσημον* et adspiratio duntaxat, non litera: librarios usum eiusmodi adspirationis non capientes, eam in proximae figurae literam N commutasse, sic ex *ΗΩΡΙΤΑΙΣ* progenitos esse *ΝΩΡΙΤΑΣ*, et tandem *ΝΕΩΡΙΤΑΣ*. Acute ille quidem, sicuti et Berkelius,

gemina his et germana commentatus ad Stephan. in Ἀλεξάνδρεια, si tamen vere. Sed id mitto quaerere, quandoquidem de morbo et medicina constat. Mox cultius visum κατήντησεν· εἰς τρία δὲ — — διελόμενος, τοῦ μὲν πρώτου ex Reg. pr. Wess.

241. 94. Λεηλατεῖν προσέταξε Πτολεμαῖον] Probum foret Πτολεμαίῳ schedarum veterum, si et Λεοννάτῳ praeferrent: quod cum non innovent, neque ego muto. Wess.

242. 5. Λιμένα μὲν εὗρων ἄκλυστον] Vide not. in L. III. 44., ubi his similia Dionis Chrysostomi ab inpetu H. Valesii liberavimus. Plutarchus accedat patronus T. II. p. 778. C. καί τοι Ἐπίκουρος τἀγαθὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ΑΚΛΥΣΤΩΙ λιμένι καὶ κωφῷ, τιθέμενος. et incertus scriptor Peripli Ponti Euxini p. 146. ed. Gronov. ἀπὸ δὲ κριοῦ μετώπου εἰς Εὐβούλου λιμένα — ἐνταῦθα λιμὴν ἄκλυστος. Non dissimili sententia ἄκλυστον καὶ ἥκιστα ἐπικίνδυνον ὕδωρ et ἄκλυστόν καὶ γαληναίαν θάλατταν dixit Aelian. de Animal. L. XIII. 18. 19. Ceterum Alexandrea haec πόλις Νεαρτῶν Stephano Byzantino pro Ὠριτῶν, recte corrigentibus Holstenio et Berkelio. Wess.

242. 17. Καταλείπουσι βορὰν τοῖς θηρίοις] Praepositionem alias in terras exsulatum ire iussi. Εἴασαν τοῖς κυσί τε καὶ ὄρνισι βορὰν ipsa Lexica dabunt. Poëta principio Il. Α. αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Porro non multo diversum sepulturae genus Hyrcanis et Bactriis attribuit Eusebius Praep. Evangel. I. 4. p. 11. D. Wess.

242. 26. Σιτοῦνται δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα etc.] Vide L. III. 15. et seqq. tum Strabon. L. XV. p. 1050. et gemina memoriae prodentem Arrian. Indicor. cap. 29. etc. Wess.

242. 36. Ἥ τε δύναμις τῶν Μακεδόνων ἠθύμησε] Macedonum famem et incommoda, quae hoc itinere subierunt, copiosius exsequuntur Strabo XV. p. 1051., Arrian. Ἀναβ. L. VI. 23. seqq. et Curtius L. IX. 10. 12. Wess.

242. 42. Καὶ Ἀρίαν] Sic saepe infra: alias Ἀρείαν vocare solet. Salmas. in Solin. p. 827. confer. Wess.

242. 45. Καὶ τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φορτίων] Verborum series videbatur requirere τὰ — εἰωθότα τῶν ζώων, aut τῶν φοραδίων, quod posterius mihi in cogitationem venisse non diffiteor. Φοράδες et φοράδια equae sunt Basil. Magno Epistol. 303. et Gregorio Nazianzeno in Testamento. Itaque τὰ νωτοφορεῖν εἰωθότα τῶν φοραδίων equae erunt clitellariae. Ita vero si nolis, neque enim pro voce serioris Graeciae pugnare consultum arbitror, ellipsi subveniendum structurae est. Dixit alibi auctor τῶν ὑδάτων κομιοῦντας, alio loco κλέπτοντα τῶν βοῶν, τινὰ et τινὰς reticens. Quod et hic deerit, sive τῶν φορτίων sequentibus connectas, ut Basil. permittit, comma nullum interponens, sive praecedentibus. Wess.

243. 52. Τῶν Ὠριτῶν τινες ἐπιθέμενοι] Haec ipsa est

Diodori manus, quam ἱερείων substituto vocabulo turpiter foedaverant. Gentem, uti diximus, Ὠρίτας et Ὠρείτας, quorum prius verius, teste Eustathio in Dionys. v. 1096., adpellant. Ad eam domandam ab Alexandro relictus erat Leonnatus. Conf. Arrian. Indic. c. 23. et Curtium L. IX. 10. 19., qui tamen de praelii successu paullo aliter. Wess.

243. 60. Καὶ μέθῃ καὶ πότοις χρώμενος κατὰ τὴν etc.] Habet hinc Curtius dicto loco, nec praeterit Plut. Alex. p. 702., nedum Arrian. Ἀναβ. L. VI. 28., rem tamen ipsam in fabulam ob silentium Ptolemaei et Aristobuli deputans. Wess.

243. 65. Τῆς δ' εἰς τοὺς — διαβοηθείσης] Conferendus est Curtius principio libri decimi. Wess.

243. 75. Ἔν τινι παραθαλαττίῳ — Σαλμοῦντι] Urbis nomen, quam in Carmania fuisse ex Arriano conficias L. VI. 28., ab aliis negligitur. Fabulam Satyricam sub hoc tempus compositam et actam dabit Athenaeus L. XIII. p. 595. D. Wess.

243. 87. Παραδόξους νήσους τε ὁρᾶσθαι etc.] Mallem prius vocabulum aut hinc abesset longissime, quippe ex praecedentibus temere repetitum, aut certe in παραδόξως, quo modo paullo ante Reg. pr., commutaretur. Wess.

243. 95. Τὸ μὲν πρῶτον ἀπελπίσαι τὸ ζῆν] Supra Gelon τοῦ ζῆν ἀπελπίσας L. XI. 38., quod et hic recipi posset, nisi τὴν σωτηρίαν ἀπελπίζειν Polybius II. 34. IV. 69. et ἀπελπίζειν τὰ πράγματα Noster L. XIX. 36. 49. τὴν ἐπιβολὴν ἀπελπίζειν aliaque eiusdem formae haberent plura. Wess.

243. 98. Πρὸς δὲ τούτοις, τῶν σαλπίγγων ἐνιεμένων] Non utor additamento Reg. 1., quod satis quidem cultum in Pausaniae L. IV. p. 298., hic invenustum. Σάλπιγγας ἐνιεμένας, rarius utique obvias, stabilit Philo Belopoeic. p. 98. καὶ θόρυβον πολὺν ποιεῖν, καὶ τὰς σάλπιγγας ἐνίεσθαι κατὰ τὰ ἰσχυρότατα τῆς πόλεως. Sic lego. Edebatur ἀνίεσθαι, quod incongruum. Porro de monstris his marinis Arrian. Indicor. c. 30. et Strabo L. XV. p. 1056. Wess.

244. 5. Τοῖς Σουσιανοῖς ὅροις] Lego τοῖς Σουσιανῆς ὅροις. Habemus autem nomen hoc Σουσιανὴ cum alibi, tum p. 597. initio, εἰς δὲ τὴν Σουσιανὴν καταντήσας. Steph. Nolo admodum refragari viro doctissimo. Quum tamen Σουσιανὴν χώραν, Σουσιανὴν κώμην dixerint veteres, Stephano auctore, et τὴν Σουσιανῶν γῆν Arrian. Ἀναβ. L. VI. 28. p. 270., patrocinium ὅροις Σουσιανοῖς non omnino deficit. Wess.

244. 9. Βεβιωκὼς γὰρ ἔτη τρία πρὸς τοῖς etc.] Conf. Strabon. L. XV. p. 1045. B. Arrian. L. VII. 3. et Palladium de Brachmanib. p. 20., de Calano non optime existimantem, tum Origen. Φιλοσοφ. cap. 24. p. 906. ed. Paris. Wess.

244. 23. Ἀκολουθήσας τοῖς ἰδίοις δόγμασιν] Animam censebant inmortalem et corporis exsolutam vinculis beatissimum

aevum agere Brachmanes. Cupide proin, ubi ad flammam sese adplicuerant, et sine gemitu adurebantur. Docent Lucian. de Peregrini Morte c. 25. et Porphyrius de Abstin. L. IV. 18. Hinc et Zarmarus Imp. Augusti aetate ex eadem Gymnosophistarum secta Athenis sese exurit apud Dionem Cassium L. LIV. p. 603. Wess.

244. 26. *Οἱ μὲν μανίαν αὐτοῦ κατέγνωσαν* etc.] Neque illi iniuria. Haud sane virile est, sed stolidum, igni corpus absumendum tradere, ut morbi senectutisve incommodis libereris. Sed Indis aliud visum. Cicero Calanum *barbarum* et *indoctum* vocat, mortis obitae constantiam non condemnans Disput. Tuscul. L. II. 21. Wess.

244. 30. *Εἰς Σοῦσαν*] Fortasse rectius *Σοῦσα* quam *Σοῦσαν*, ut statim post *εἰς τὰ Σοῦσα*. Nam et hic author in genitivo *Σούσων* non *Σούσης*, in dativo *Σούσοις* non *Σούσῃ* solet dicere: et alii scriptores habent quidem et ipsi *Σοῦσαν* interdum, sed vix usquam cum omnium veterum exemplarium consensu. Ut apud Plut. de Alex. Fortuna (p. 326.) legitur, *ἐγὼ δ' εἰς Σοῦσαν νικῶν δι' Ἀρβήλων ἀναβέβηκα*. Ita, inquam, legitur in vulgatis editionibus: sed veteres codices habent *Σοῦσα*. Noluimus tamen in hoc nomine, sicut nec in multis aliis, ex duplici nostrorum exemplarium scriptura unam facere. Steph. *Εἰς Σοῦσα*] Cum Reg. pr. *Σοῦσα* praeferat, caussa nulla fuit, cur sperneretur. De nuptiis Alexandri cum Statira, Darii filiarum maxima, Plut. Alex. p. 703. E., et Arrian. *Ἀναβ.* VII. 4., sed qui *τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην* non sine errore, qui viros doctos fugere haud potuit, adpellat. Wess.

244. 36. *Νέοι μὲν παντελῶς ταῖς ἡλικίαις*] Alexander eos *ἐπιγόνους*, de qua voce supra L. I. 3., vocabat apud Arrian. L. VII. 4., quem adi. Wess.

245. 59. *Κατανάλωσεν*] Correcte *κατηνάλωσεν*. Rhod. *Κατηνάλωσεν*] Sequor Rhodomanni scriptique codicis indicium. Notissima alioqui est in hoc et simplici verbo formando discordia. Thomas Magist. *Ἀνάλωσα καὶ ἀνάλωκα Ἀττικοί. τὸ δὲ μετ' αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνήλωσα καὶ ἀνήλωκα, κοινόν*. Qui quidem de Atticis nimis confidenter decernit, cum utrumque in Sophocle, Demosthene, Aristide, Libanio ceterisque usu sit tritum: paret tamen discors licentia. *Καὶ πολλὰς πόλεις — παρανάλωσε* in Plut. in Coriol. p. 234. A., et *τὰ δὲ κατὰ πόλιν αἱ σιτοδεῖαι κατανάλωσαν* in Dionysii Rom. A. L. IV. p. 361. et supra cap. 59. e libro, quem Steph. inspexerat, reperies. Porro Harpalum Alexandro in Indorum finibus commorante descivisse, amoribusque Pythionices et Glycerae inplicatum haesisse, Diodoro consentit Athenaeus L. XIII. p. 595. E. Wess.

245. 63. *Ὄνομα Πυθονίκην*] Si meruit haec meretrix, ut verum eius nomen habeamus, fuit *Πυθιονίκην*, et bis invenitur apud Athen. L. VIII. 5. et L. XIII. 7. Palm. Athenaeus scortum

illud semper, iterat autem eius nomen saepius, *Πυθιονίκην* vocat, nec aliter Pausan. L. I. p. 90. At Plut. Phoc. p. 751. C. *Πυθονίκην*, ut Diodorus. Wess.

245. 66. *Καὶ τάφον — κατεσκεύασε πολυδάπανον*] Theopompus apud Athen. XIII. p. 595. B. *ἀπὸ πλειόνων ταλάντων ἢ διακοσίων δύο μνήματα κατεσκεύασεν αὐτῆς* alterum Athenis, Babylone alterum. In Atticum inpendit xxx talenta, certe ea expensa tulit in id opus Charicli, teste Plutarcho dicto loco; ut adeo mirandum non sit, *πάντων ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον* id monumentum Pausaniae fuisse visum. Wess.

245. 67. *Ὄνομα Γλυκέραν*] Vide quae de insano Harpali amore et incredibili mulierculae huius luxu ex Theopompo et Clitarcho excerpsit Athen. L. XIII. p. 586. C. Wess.

245. 82. *Τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δημηγοροῦσι ῥήτορσι*] Horum e numero Demosthenes, Metrocles, Demon, Callisthenes, Hyperides, notati propterea versibus Timoclis Comici apud Athen. L. VIII. p. 341. F. Sed latius serpsit ea contagio, Dinarcho Or. in Demosthen. p. 96. et 101. indice, inque primis orationum, quas in plures ille peroravit, titulis *περὶ τῶν Ἁρπαλείων* apud Dionys. in Dinarcho p. 116. Wess.

245. 84. *Ὑπὸ Θίμβρωνος*] Non absurdum esse *Θίβρωνος* vidimus ad L. XIV. 36. Illum vero Lacedaemonium necis Harpali fuisse auctorem repetitur infra L. XVIII. 19., non dissentientibus Strabone L. XVII. p. 1194. C. et Arriano in Biblioth. Photii Cod. XCII. p. 218. Confer tamen Pausaniam L. II. 33. diversa referentem. Wess.

245. 87. *Δημοσθένην καὶ ἄλλους*] Adeundus est Plut. Demosthen. p. 857. E. et T. II. p. 846. C., itemque Pausanias loc. cit., Oratorem absolvere conatus, et Schol. Hermogenis *περὶ Ἰδεῶν* p. 395. ubi prave nunc *γράφει ψήφισμα, ζητῆσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου μεταβολὴν*, loco *βουλήν*. Wess.

245. 89. *Ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ*] Hinc hausit Curtius L. X. 2. 4. Res tamen ipsa contigit serius; neque enim cum maxime Olympia agebantur. Inspice L. XVIII. 8. et statim animadvertes, *ἐκήρυξεν* tantundem hic valere ac *κηρύττειν ἐκέλευσε*, quod minime fugit eruditissimum P. Fabrum Agonist. L. I. 23. p. 80. Wess.

246. 95. *Βραχὺ λείποντα τῶν μυρίων ταλ. διέλυσε*] De dissensu in talentorum numero inter scriptores viri docti abunde ad Curt. L. X. 2. 10. egerunt. Wess.

246. 10. *Κόϊντον Ποπίλιον*] Pro *Ποπίλιον* scribe *Πουβλίλιον*, ut in Livio est et Capitolinis. Rhod. Verius omnino est *Ποπλιλίου* aut *Πουβλιλίου* nomen. Credo etiam id dedisse, atque a librariis, saepe in Latinis offendere adsuetis, fuisse coumutatum, uti et L. XVI. 92. Mox praepositionem *εἰς* uncinis circumdedi, quippe inprudenter ex sequentibus huc ingestam. Wess. De Publilio monuit etiam Pighius p. 338.

246. 11. *Εἰς τὸν*] Post *Ἀλέξανδρος* videtur supervacaneum esse *εἰς*, aut certe aliquid inter *εἰς* et *τὸν* deesse. STEPH.

246. 27. *Καὶ διαβὰς τὸν Τίγριν*] Et hoc rursus loco legendum *Πασιτίγριν*: nam licet sequatur *ἐν ταῖς Κάραις καλουμέναις κώμαις*, quod quis forte vellet interpretari de Carris Mesopotamiae, non tamen potest intelligi de illis Mesopotamiae Carris, quae non longe ab Euphrate: Alexander retro multum recessisset, quod non fecit, ut ex eius historia patet: tum ait postea diebus quatuor Sittam eum transgressum fuisse: at Sittacene est ad Tigridis orientem, oportuisset igitur eum rursus Tigrin pervadasse. Tum non potuisset quatuor dierum spatio totam fere Mesopotamiam, Tigrin, Assyriam, et Sittacenen transgredi cum exercitu, quod difficulter faceret cursor veredarius expeditus in equo, et *Καῤῥῶν κῶμαι* postea dicuntur fuisse in Babylonia, et ita credo legendum hoc loco. PALM. De *Pasitigri* fluvio iusta est Palmerii animadversio. Vid. huius libri cap. 67. Aliter sentio de vicis Caris, quos frustra eosdem esse decernit ac *Καρῶν κώμας* L. XIX. 12. Namque illi in Mesopotamia erant et Babyloniae finibus cis Tigrin, hi ultra id flumen et Pasitigrin. Melius quadraret *ἡ Καῤῥῶν λεγομένη χώρα* in Adiabene apud Ioseph. Antiq. L. XX. 2. 3., ni iusta suspicio esset ex Chaldaeo קרדון *Kardon* id *Καῤῥῶν* vocabulum esse depravatum. Fulletum vide Miscellan. L. I. 4. et Bochartum Phal. L. I. 3. WESS.

246. 29. *Τὴν Σίταν διανύσας* etc.] Utrum rectius sit hoc, an Reg. libri *Σίτταν* non possum certo constituere. Putes Sittacenen indicari, et *Σάμβανα* eam esse urbem, quam Plinius in Sittacene *Sabata* vocat L. VI. 27., quod et Harduino in opinionem venit. At obstare videtur ordo itineris, quod rex absolvit. Sittacene ab occasu est Susianae, Alexander in ortum pergit. Quae tamen tanti non sunt, cum longius porrigi potuerint Sittacenes fines, et rex in sinistram cursum flectere. Atque id si probaveris, *τὴν Σίτταν* converte in *Σιττακηνήν*. Ego enim non audeo. WESS.

246. 32. *Εἰς τοὺς Κέλωνας*] Neque de his quidquam constitutum habeo, ut neo de Boeotis, qui a Xerxe in has oras fuerint deportati. Habet Ammian. Marcellinus L. XXIII. 6. in hac Mediae parte *Coronum* montem, longe amoenissimum, qui huccine referri possit, non recte scio. Praeterea Eretrienses in haec loca a Dario traductos memorant, morisque patrii et sermonis studiosos, Herodotus L. VI. 119. et Philostr. Vit. Apoll. L. I. 24., ubi sine ulla caussa ab erudito interprete quaedam mutari, alias ostendi. WESS.

247. 39. *Προσμείνας ἡμέρας ἀνέζευξε*] Non habemus hic dierum numerum, quem tamen non dubito quin inter *ἡμέρας* et *ἀνέζευξε* posuerit. STEPH. Cospus vertit, *exspectavit Alexander vespertinum crepusculum, tuncque ex eo loco discedens* etc., unde opineris, eius in libro fuisse *ἡμέρας τὴν δείλην* sive *τὸ δειλινόν*,

aut certe τέλος ἡμέρας coniunxisse, uti factum in Latinis Rhodomanni. Quod etsi specie quadam blandiatur, malo consideratis omnibus arbitrari quaedam hinc deesse. Wess.

247. 41. Τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάμην] Praestat Βαγιστάνην, uti monitum supra L. II. 13. Wess.

247. 46. Ἑκκαίδεκα μυριάδας ἵππων γεγ. φορβάδων] De Nisaeis equis vide B. Brissonium de Regn. Pers. L. III. 29. et seqq. Fuisse eorum olim ad CL millia, Alexandrum vero haud multo plures quinquaginta millibus reperisse, prodit Arrian. L. VII. 13., a Nostro dissentiens. Longius abit Strabo, cum de campo Nisaeo ἐν ᾧ πέντε μυριάδας, inquit, ἵππων θηλειῶν νέμεσθαί φασιν ἐπὶ τῶν Περσῶν L. XI. p. 796. C. Scripseris tamen πεντεκαίδεκα μυριάδας, cum Arriano conveniet illi optime. Wess.

247. 50. Ταύτης δέ φασι διακοσίων μὲν καὶ etc.] Contende Polybium L. X. 24., de Ecbatanis egregie disputantem, et quae adscripsimus Diodori L. II. 13. p. 127. Wess.

247. 55. Καὶ πότους συνεχεῖς τῶν φίλων· ἐν οἷς etc.] Curtius hoc visum est et vulgato praestantius. Adi Arrian. L. VII. 14. et Plut. Alex. p. 704., Hephaestionis mortem ex nimio vini usu maturatam, et Ecbatanis quidem, itidem significantes. Errat ergo Polyaenus, obiisse eum Babylone, cum Alexander occupatus esset Cossaeis oppugnandis, inprudenter prodens Strat. L. IV. 3. 31. Wess.

247. 66. Ἀπομίσθους ποιῆσαι τοὺς μισθοφόρους] Hi libro sequenti cap. 9. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄμισθοι γενόμενοι ὑπὸ σατραπῶν μισθοφόροι. Probum tamen vulgatum: Ἀπόμισθοι, interprete Harpocratione in ea voce, sunt οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες. Xenophon Hist. Gr. L. VI. p. 457. de Mnasippo καὶ περὶ τοὺς μισθοφόρους ἐκαινούργει, καὶ τοὺς μέν τινας αὐτῶν ἀπομίσθους ἐπεποιήκει. atque ad eum quoque modum Aenéas Tact. c. 5. et Polyaen. L. V. 2. 11., quorum verba, quoniam antestatus est Valesius ad Harpocrat. non addo. Wess.

247. 71. Ἀπῆραν ἐπὶ Ταίναρον] Non moveo, quamquam si διῆραν malueris, auxilio ipsemet auctor esse possit L. XX. 38. διῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον· et Polyb. L. IV. 44. οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον. Ioseph. Ant. XVII. 12. 1. διῆρεν ἐπὶ Μῆλον. Vulgatum aeque opportunum esse, nemo ignorat. Wess.

247. 76. Τὸ δὲ τελευταῖον Λεωσθένην etc.] Conf. L. XVIII. 9. et seqq. Wess.

248. 92. Οὐδέποτε δεσπότην ἐπηλυν προσεδέδεκτο] Persarum reges Cossaeis dona dividebant, cum aestate Ecbatanis peracta in Babyloniam descendebant, apud Strab. L. XI. p. 795. D. Adiunge Polyaen. Strateg. IV. 3. 31. et Arrian. L. VII. 15. Wess.

248. 1. Καὶ διὰ τὸ — φέροντες] Potuisset omittere praepositionem, ut superiore capite ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπῶς ἐνέγκας το συμβάν. Quo in genere multa sibi solent indulgere. Clearchus

in Xenophontis Ἀναβ. L. I. p. 196. μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασι atque ita apud eum scriptorem, Pausaniam et Iosephum saepenumero. Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνάγκη ἐστὶ χαλεπῶς φέρειν Isaeus princ. Orat. de Cimon. Heredit. et Noster L. XIV. 61. etc. Wess.

248. 9. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σωσικλέους etc.] In his audaciae specimen adparet, qua usi sunt in augenda Diodori Bibliotheca confidentiores librarii. Obtrudunt nobis Archontem Atticum, nusquam lectum, iterantque consulatum L. Cornelii Lentuli et Q. Publilii, quo superior annus suo iure insignis erat. Caussam habuerunt, quod alioqui Olymp. CXIII. praeter morem tres duntaxat Archontes habitura esset. At nimium sedulos Criticos insignis hiatus fugit in capp. 83. et 84., ubi magnam partem ea deficiunt, quae Hegemone Archonte et Coss. L. Aemilio et C. Plautio Deciano administrata fuerunt. Quam quidem iacturam si aut veteres illi aut recentiores ad animum revocassent, nunquam profecto absurda haec invito ingessissent scriptori, neque operam perdidissent in Diodoro cum ceteris rerum Alexandri auctoribus conciliando. Opus enim falce hic est critica, ablegandaque omnia sunt, unde malum pedem intulerunt, deserta conciliationis via. Vide tamen Io. Meursium de Archont. L. IV. 14. et H. Dodwellum de Cycl. p. 730. Chremetem Diodori Archontem et Hegemonem Dionysii, huiusque Chremetem et Nostri Anticlem, tum Anticlem Dionysii in Dinarcho p. 116. et intrusum illum Sosiclem inter sese labore frustraneo contendentes. Wess.

248. 17. Οἱ Χαλδαῖοι καλούμενοι] Conf. L. II. 29. etc. Wess.

248. 27. Τὸν καθῃρημένον — τοῦ Βήλου τάφον] Xerxes, ex infelici in Graecos expeditione redux, everterat, si Arriano fides L. VII. 17., id praeterea adstruenti, metuisse Chaldaeos ne Alexander id Beli monumentum instauraret. Vid. de eo supra L. II. 9. et de Babyloniis a Xerxe in ordinem redactis Plut. Apophthegm. p. 173. Wess.

248. 32. Νεάρχῳ δ' ἑνὶ τῶν etc.] Nihil caussae video, cur ab hac scriptura discedatur. Nearchum Chaldaeos super illa re convenisse, adscribere haud neglexit Plut. Alex. p. 703. Wess.

249. 43. Οἱ περὶ τὸν Ἀνάξαρχον] Dederat Interpres *philosophi Anaxagorae dogmata amplexi*, nulla versionis addita ratione. Factum inprudentius, quod equidem emendavi. Anaxarchus et qui cum eo erant philosophi, nisi tu solum malueris, intelliguntur. Namque eum Alexandro in Orientis regiones comitem sese addidisse, dubitare vetant Diogenes Laertius L. IX. 58. et Iustinus L. XII. 13., qui eadem omnia de Anaxarcho. Wess.

249. 48. Καὶ τοῖς — λόγοις ὑγιασθεὶς]. Legitimum in his Appiani L. III. de Civil. Bel. p. 894. semper fuit, ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες ἵδρυσάν μοι τὸν στρατόν. Hic si ὑπαχθεὶς ex scriptis

admitteretur, corruptela foret spectabilis; sibi ergo servent, qui invenerunt. Wess.

249. 56. Ἀγησίου] Ἡγησίου Arrian. L. VII. 20. paullo melius. Stadio victor Eusebio est *Μικίνας*. Wess. Ἡγησίας vocatur archon etiam in inscriptione apud Boeckhium I. p. 137. *Μικίνας* autem sic scribitur etiam in Eusebii Armenia interpretatione.

249. 57. *Γάϊον Πόπλιον*] Restitue *Ποιτήλιον καὶ Λευκ. Παπίριον*. Rhod. *Ποιτήλιον καὶ Λεύκιον Παπίριον* adscripserat docta etiam manus Basil., qua utor, editionis. Conf. Livium L. VIII. 23. Wess. Monuit etiam Pighius p. 340.

249. 83. *Εἶτ᾽ Ἀμμωνιτῶν*] Sic hoc quidem loco. *Ἀμμώνιοι* constanter alibi, huius lib. cap. 50., Excerpt. Vales. p. 249., Pausan. L. III. 18. p. 254., quibus Herodotum et plures addere poteris. Wess.

250. 94. *Καὶ γὰρ ἠγάπησεν αὐτὸν τῶν etc.*] In Coppi Latinis, *illum sane tanto adfectu dilexerat, ut eorum, quos amicitia iunctissimos fuisse fama praedicat, animi propensioni nihil cesserit.* Unde mihi suspicio movetur, praesertim cum aspere decurrat oratio, quaedam hinc deesse: auget eamdem Basil. ἔκδοσις, una voce, nihil tamen iuvante, instructior. Putaram structurae satis fore factum, si *πλεῖον* aut *μᾶλλον τῶν* etc. expleretur; sed repudio consilium, et sanioribus a libris auxilium praestolor. Wess.

250. 99. *Κρατερὸν — φιλοβασιλέα*] Conf. Plut. Alex. p. 691. F. Wess.

250. 15. *Οἱ δ᾽ οὖν*] Emenda *ὁ δ᾽ οὖν βασιλεύς*. Rhod. *Ὁ δ᾽ οὖν*] Recte Rhodomannus. Operarum tamen est peccatum in Stephani *ἐκδόσει*, quod Basilienses recte vitarant. Wess.

250. 21. *Τοῦτο δὲ εἰώθεισαν οἱ Πέρσαι*] Hoc verius est. Ignem Persarum religione Deum fuisse censitum, pervulgatum est. Solum excitabo Io. Chrysostomum Homil. IV. ad Antiochen. p. 54. A. *Θεὸς παρὰ τοῖς Πέρσαις εἶναι νομίζεται τὸ πῦρ, καὶ τιμῶσιν αὐτὸ μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας οἱ βάρβαροι.* Alios dabit B. Brisson. de Reg. Pers. L. II. 14. At hic quidem ritus, quo ignem exstinguebant, non ita magnifice de eo Persas opinatos ostendit, ut verum eum Deum existimarent. Imo vero symbolum atque argumentum divinae maiestatis ignem esse iudicabant, eundemque summo in luctu, indicto praeterea per omnes regni provincias iustitio, ut ex Stobaei Serm. XLII. p. 294. constat, ex civium oculis sine flagitio removeri posse arbitrabantur. Habet hac de re memorabilia Th. Hyde de Rel. Persar. cap. 1. et 29., hoc de ritu addere oblitus. Wess.

250. 28. *Στοχαζόμενος τῆς τοῦ βασιλέως ἀρεσκείας*] Exemplum illustre est in Eumene Cardiano apud Plut. eius in vita p. 584. B., nec minus apud Lucian. de Calumn. non Cred. c. 17. Wess.

250. 32. *Καὶ λεπτουργῶν*] In Glossis, *Λεπτουργὸς faber tignarius*. qui quidem usus locum fortasse habere poterit in Imp.

Leonis Tact. V. 7., hic latius porrigitur, eos artifices complexus, qui exquisito studio in rerum subtilium fabrica versantur. Id λεπτουργεῖν et ἐκλεπτουργεῖν in Themistii Or. XXVI. p. 316. C. et Synesii de Regn. p. 30. A. Hinc περὶ τὴν ἀπόδειξιν λεπτουργεῖν de Eunomio, argutam quandam et sophisticam demonstrationem ingresso, Basilius M. L. I. adv. Eunom. p. 214. E. Wess.

251. 37. *Εἰς τριάκοντα δόμους διελόμενος etc.*] Si de pariete sermo esset, pati poteram, ut *δόμοι laterum ordines ac compages*, quemadmodum L. I. 64., censerentur. At agitur de area ipsoque loco, qui, ut Romanorum rogi, in quasdam contignationes et domos a rege proditur descriptus, quo bustum hoc tanto spectabilius et capacius esset. Confer tamen Cel. Iac. Gronov. ad Herodot. L. I. p. 846. Wess.

251. 42. *Ἐπὶ δὲ τῶν ἐπωτίδων*] Tigna erant ex utraque prorae parte prominentia, docente Schol. Thucydid. L. VII. 34. et Io. Scheffero Mil. Naval. L. II. 5. Wess.

251. 51. *Δράκοντας ἀφορῶντας τοὺς ἀετοὺς*] Ad structuram si necessariam putes praepositionem, adscisce eam ex Reg. pr. Est autem in his insigne caelaturae picturaeque Babylonicae, qua de Is. Vossius, multa tamen aliena admiscens, ad Catull. p. 196. et Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 868., specimen. Wess.

251. 71. *Θύειν Ἡφαιστίωνι θεῷ προέδρῳ*] *Forte deest ὡς, tametsi paulo etiam post haec dictio non adiiciatur*: sic Rhodomannus in not. suarum Auctario, me non sequente. Scio Plut. Alex. p. 704. et Arrian. *Ἀναβ. Ἀλεξ.* L. VII. 14. *ὡς ἥρωι* Hephaestioni sacra facta prodidisse, et *ὡς θεῷ* illi *θύειν* Ammonis responso fuisse vetitum. Sed abit ab istis Diodorus, et Alexandrum eo insaniae an impietatis venisse significat, ut Hephaestionem in Diis censeri suo imperio voluerit impetraveritque. Lucianus de Calum. non Cred. c. 17. *καὶ τέλος, ἔθυον ΠΑΡΕΔΡΩΙ, καὶ ΑΛΕΞΙΚΑΚΩΙ ΘΕΩΙ* (*τῷ Ἡφαιστίωνι.*) Qui quidem lepidissimi scriptoris locus id insuper docet, pravum in his Diodoreis videri *προέδρῳ θεῷ*, longeque praestare *παρέδρῳ*. Sacra Alexandri populares et adulatores Hephaestioni faciebant novo Deo, malorum depulsori et coelestium adsessori. *Πάρεδρος* enim, qui aut suapte virtute aut decreto principis in Deorum consortium et collegium addebatur, ut docte Salmasius ad Spartiani Hadr. c. 14. p. 140. et Arnaldus de Diis Adsessor. c. 9., quamquam hic ab Plutarchi et Arriani dissensum dubia obmovit ibid. cap. 27., quibus abstinere satius fuerat. Id bene, quod *παρέδρῳ* hic scribi oportere perspexit, et ante eum, quod illi tamen latuisse mihi persuadeo, N. Blancardus ad Arrian. suum L. VII. p. 473. Wess.

252. 84. *Τῶν ἐγχωρίων τις δεδεμένος*] Distinctius de hoc homine Plut. Alex. p. 705. E., in plerisque Diodoro consentaneus: non item Arrian. L. VII. 24. Wess.

252. 94. *Τοῖς μάντεσι προσανατεθέμενος*] Non aliud est ac *τοῖς μάντεσι προσαναφέρων*, ut brevi post, sive adhibitis in consilium sacrorum interpretibus. Geminum hoc S. Paulli Epist. ad Galat. cap. I. 16. *οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.* ubi vide, Clariss. Lamb. Bos. WESS.

252. 98. *Καὶ θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσας*] Vid. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 359., ubi de Iove et Apolline *ἀποτροπαίοις* plura. *Ἑκάτην καὶ τοὺς ἀποτροπαίους* coniungit Plut. Sympos. L. VII. p. 708. F. eosdem *τοὺς τροπαίους* vocitans in Conviv. VII Sap. p. 149. D., ut Iovem *τροπαῖον* Euripid. Heraclid. v. 937., et sacra, quibus arceri hostes putabantur, *τρόπαια τῶν ἐχθρῶν* ibid. v. 403. Herculis *ἀποτροπαίου* aram habet Philostratus de Apollon. Vit. L. VIII. p. 340., cum nota Olearii. WESS.

252. 4. *Ταῖς εὑρεσιλογίαις κατασοφιζομένους*] Hoc cur maluerim, ostendent adscripta L. I. 37. p. 45. WESS.

252. 7. *Τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην*] Forsan huic loco idem contigit, quod paullo ante, ut *Βαβυλῶνα* et *Βαβυλωνίαν* confunderent amanuenses. Multum quidem certe *τὴν Βαβυλῶνα* praestantiorem reperies, si propter urbem vastum hunc lacum fuisse recorderis. Mecum sentit Clariss. T. Hemsterhusius ad Lucian. Necyom. c. 9. WESS.

252. 15. *Εἷς τῶν ἐρετῶν*] Nihil hinc demutandum. Confer Arrian. L. VII. 22., et cognosces eius ex sententia citius hoc contigisse. WESS.

253. 27. *Ἄφνω δὲ, ὥσπερ ὑπό τινος πληγῆς* etc.] Sic vulgo in Alexandri obitu paratragoediabant. Seneca Epist. LXXXIII. p. 345. *Alexandrum — intemperantia bibendi et ille Herculaneus et fatalis scyphus condidit.* Prudenter Plut. Alex. p. 706. C. *κἀκεῖ* (in Medii aedibus) *πιὼν ὅλην τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἤρξατο πυρέττειν, οὔτε ΣΚΥΦΟΝ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ἐκπιὼν, οὔτε ἄφνω διαλγὴς γενόμενος τὸ μετάφρενον, ὥσπερ λόγχῃ πεπληγώς· ἀλλὰ ταῦτά τινες ᾤοντο δεῖν γράφειν, ὥσπερ δράματος μεγάλου τραγικὸν ἐξόδιον καὶ περιπαθὲς πλάσαντες.* Quae ille strinxit aperte in scriptores, qui Diodoreis similia memoriae prodiderant. Alexander nimia intemperantia et prorogata plures in dies crapula febrim sibi et mortem maturavit. Inspice Ephemerides, quas ibidem subiecit Plutarchus, atque Athenaeum L. X. p. 434., et nihil esse liquidius mecum profiteberis. WESS.

253. 35. *Περιελόμενος τὸν δακτύλιον, ἔδωκε Περδίκκᾳ*] Vide L. XVIII. 2. Annuli traditione heredem indicari, viri docti ostendunt ad Spartiani Hadr. c. 3. et Curtium L. X. 4. WESS.

253. 37. *Τῷ κρατίστῳ*] Infra L. XVIII. 1. *τῷ ἀρίστῳ*, quod eodem redit. Alexander *fortissimum*, quique alios opprimere posset, innuebat. Quid Nic. Loënsis de vocibus his disputarit Miscell. L. V. 18., ut Iustini inconsiderantiam perstringeret, notum est in vulgus. WESS.

253. 39. *Ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συστήσονται* etc.] Verissimum hoc morientis Alexandri effatum egregie illustravit P. Leopardus Emend. L. XVII. 13. Idem in animo erat Eunapii, cum de Iuliano sophista p. 122. *μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τοῖς ἑαυτοῦ παραδέδωκεν ἑταίροις*· innuens contentiones, quibus inter se committerentur eius discipuli et sectatores, ut mortui locum et dignitatem Athenis obtinerent, de quibus idem Eunapius in Proaeresio p. 132. Aliud spectabat Herodes extrema oratione ad Salomen sororem eiusque maritum Alexam apud Iosephum Antiq. Iud. L. XVII. 6. 5. *τὰ αὐτὰ γὰρ δὴ φρονῆσαι δόξῃ τῇ αὐτοῦ μὴ ἀπειπαμένων μέγαν αὐτοῦ τὸν ἐπιτάφιον γενήσεσθαι, καὶ ὁποῖος οὐδ' ἄλλοις βασιλέων.* cogitabat enim rex crudelitate infamis nullas filiorum de regni successione rixas, sed calamitatem, et luctum, quem caede nobilissimorum genti Iudaicae sub mortis suae tempus indicere proposuerat. Wess.

253. 42. *Καὶ μῆνας ἑπτὰ*] Arrian. L. VII. 28. *καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας.* Melius Noster, ut S. Petitus Eclog. Chronol. L. IV. 14. et ad Leg. Attic. L. III. Tit. 2. p. 331. edit. Lugdun. condocefecit. Wess.

253. 60. *Διὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, τεταγμένου* etc.] *Veneno necatum esse credidere plerique: filium Antipatri inter ministros, Iollam nomine, patris iussu dedisse*, haec Curtius L. X. 10. 14., cui adiunge L. XIX. 11. nostri auctoris, qui quidem *ἐπὶ τὸν κύαθον τεταγμένον* scribere potuisset, non inprobantibus Latinis. Petronius Sat. c. 30. *Exclamavit unus e pueris, qui super hoc officium positus erat.* ubi Burman. vide et N. Heinsium ad Curt. L. VI. 11. 3., sed alterum id amare solet. Wess. De poculo venenato Dionem Chrys. p. 597. 35. citat Reiskius.

253. 63. *Κασσάνδρου τοῦ υἱοῦ* etc.] Quae in *Κασσάνδρου* nomine enotata discrepantia est, passim recurrit. Numi CASSANDRENSIUM in Colon. Io. Vaillantii T. I. p. 104., et *ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ* Thes. Britan. Vol. II. p. 12. stant pro vulgato. Wess.

253. 68. *Τήν τε γὰρ Ὀλυμπιάδα — ἄταφον ῥῖψαι*] De caede illustrissimae feminae L. XIX. 51. et Thebis a Cassandro instauratis ibid. cap. 53. Wess.

253. 73. *Ἐπὶ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἐγκαρτερήσασα*] Sic iterum Excerpt. Vales. p. 327. *τῆς δὲ σωφροσύνης (σημεῖον) τὸ τὰς αἰσθήσεις μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς ἀσινεῖς ἔχειν.* Sumtum genus hoc ex stadio, in qua linea] sive *γραμμὴ* saepe cursus erat meta. Scholiastes in Pindari extremam Od. IX. Pythion. *ἔστησε γὰρ αὐτὴν πρὸς τῇ ἐσχάτῃ γραμμῇ τοῦ δρόμου, τοῦτο ἄκρον καὶ τέλος διατάξας — ἐχάρασσον δὲ γραμμήν τινα, ἣν ἀρχὴν καὶ τέλος εἶχον οἱ ἀγωνιζόμενοι.* De morte Sisygambris confer Curt. X. 5. 19. Wess.

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM DUODEVIGESIMUM.

255. 6. *Καὶ ἀποστολὴ στρατηγοῦ Πύθωνος*] Sic praestat. Vid. Arrian. L. VII. 26. et Aelian. Var. Hist. XIV. 48. cum nota Kuhnii. Wess.

256. 34. *ἐν τῷ κατὰ Κυρήνην τόπῳ*] Scribendum *πολέμῳ*. V. XVIII. 19.

256. 38. *Ἠνάγκασεν ἑαυτούς τε κατασφάξαι*] Bona haec sunt, nec prava, quae in Reg. 1. Vide infra L. XVIII. 22. Wess.

256. 48. *Ὡς τῶν βασιλείων ἐπιμελητὴς*] Forte *βασιλέων*. Rhod. *Ὡς τῶν βασιλέων ἐπιμελητὴς*] Etsi ter recurrat in hoc indice, assentior viro doctissimo. Vid. ad L. XVIII. 23. Wess.

256. 75. *Μέχρι τῆς τελευτῆς διὰ τὰ etc.*] Post *τελευτῆς* interpunge, et pro *διὰ* scribe *καί*. Rhod.

256. 76. *Τὰ συμβάντα περὶ Κάσσανδρον*] Hoc dant scriptae schedae, e quibus et *Μουνυχίαν* restitui. Wess.

257. 10. *Προλέγοντα τῷ Ἀχιλλεῖ τὸν μέλλοντα — θάνατον*] Iliad. X, 359. Conf. Barthium in Statii Theb. VII. 701., male tamen hinc et sine praegnante caussa, uti superius ad L. IV. 66. diximus, Ὁμήρου vocem expellentem. Wess.

257. 25. *ἡ μὲν γὰρ πρὸ ταύτης συντελεσθεῖσα βίβλος*] Inutile illud *συντελεσθεῖσα* non est in Diodori more positum; ut apparebit comparanti aliorum librorum initia. Quare deleo vocem ex superioribus illatam.

257. 31. *Ἐπὶ ἄρχοντος — Κηφισοδώρου*] Indubius hic Cephisodoro locus est, beneque munitus Dionysii in Dinarcho p. 116. et Epist. ad Amm. p. 121. patrocinio. Quid itaque fiet Arriani Indicis cap. 21., initium navigationis Nearchi cum magistratu Cephisodori et anno Alexandri regis XI. conponentibus? Non expedio, nisi mihi des, pravum illic Archontis esse nomen. Annus Alexandri XI. respondet Chremetis in Attica urbe summae potestati, quo tempore Nearchum maritimum illud iter esse ingressum, vide ex L. XVII. 104. Porro *Φούριον* et *Δέκιμον* correxi, quorum

hoc vir doctus ex veteri libro adscripsit Basil. ἐκδόσει, in ditissima Leidensium Bibliotheca adservatae, illud Diodori mos et res ipsa postulabat. Vitium utrumque notavit Clariss. Arn. Drakenborch ad Livii L. VIII. 29. Wess.

258. 36. *Ἀῤῥιδαῖον τὸν Φιλίππου μὲν υἱὸν etc.*] *Γεγονότα μὲν ἐκ γυναικὸς ἀδόξου καὶ κοινῆς Φιλίννης, ἀτελῆ δὲ τῷ φρονεῖν ὄντα διὰ σώματος νόσον, οὐ φύσει προσπεσοῦσαν.* Sic Plut. extrema Alex. vita. Philinna, Arrhidaei mater, saltatrix cum esset, regi Philippo sese probaverat apud Athen. L. XIII. p. 578. A. Wess.

258. 40. *Τὸ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων — σύστημα*] In superiori editione legitur hic ἑτέρων, itidem et circa finem huius paginae. Sed legendum esse utrobique ἑταίρων, ut in contextu posui, cum ex aliis tum ex Arriano patet. Steph.

258. 46. *Πρὸς τοὺς πεζοὺς (ἐκ τῶν ἀξίωμα — ἐπιφανέστατος) φαλαγγίτας*] Demiror hunc locum silentio transmisisse viros doctissimos H. Stephanum et Rhodomannum, neque animadvertisse, repetita hic plura ex superioribus esse vocabula, quae omnia conturbant. Ea profecto fecerunt, ut *Phalangites* ducibus maxime conspicuis insereretur, tametsi nullus fuerit. Dederat auctor ipsemet ὁ δὲ *Μελέαγρος, ὡς ἧκε πρὸς τοὺς πεζοὺς φαλαγγίτας, Meleager quamprimum ad pedestris phalangis milites venit.* Id clarissime adfirmant membranae, φαλαγγίτας edentes. Socors vero amanuensis cum scribendo devenisset ad τοὺς πεζοὺς, coniectis in easdem voces, paullo ante positas, oculis, iterare coepit ἐκ τῶν ἀξίωμα ἐχόντων ἀνδρῶν, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος, insuperque φαλαγγίτας, ut ceteris apte cohaereret, mutavit. Quae quidem mendi origo apertissima cum sit, importuna vocabula circumdare uncinis sustinui, in versione nihil demutans. Inspexisset Rhodomannus Latina Sebastiani Castellionis, haud dubie *Phalangiten* illum repudiasset. Sic enim ille: *Meleager vero, ubi venit ad pedites, legationis nullam fecit mentionem*, neglectis prudenter omnibus, quae orationis seriem foedabant. Wess.

258. 54. *Οἱ χαριέστατοι τῶν ἀνδρῶν — ὁμονοῆσαι*] Multa hic praetermittuntur, petenda ex Curtio L. X. 7. 8. et seq. itemque Arriano in Photii Biblioth. Cod. XCII. p. 215. Wess.

258. 73. *Μελεάγρῳ δὲ Λυδίαν*] Curtius X. 10. 2. Arrianus dicto loco et Dexippus apud Phot. Bibl. Cod. LXXXII. p. 199. Lydiam *Menandro* contributam tradunt, forte verius. Constat ex iisdem, *Meleagrum* ante hanc provinciarum descriptionem interemtum esse. Porro *Cassander*, cui Caria cessit, *Asander* esse debet. Vid. cap. 39. Wess.

259. 84. *Προσώρισεν Ὀξυάρτῃ τῷ Βακτριανῷ βασιλεῖ*] Mihi si credis, ineptae Grammatici glossae postremum vocabulum adscribes. Bactrianorum rex Oxyartes non fuit, quin ne Bactrianam quidem provinciam sorte accepit, sed Philippus, ut mox suc-

cedit. Erat domo Bactrianus, *Bactrianorum* olim *praetor* apud Curt. IX. 8. 10., donatus deinde ab Alexandro satrapia Paropamisadarum. Arrian. L. VI. 15. *ἐν τούτῳ δὲ Ὀξυάρτης ὁ ΒΑΚΤΡΙΟΣ, ὁ Ῥωξάνης — πατὴρ, ἧκε παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ προστίθησιν αὐτῷ ΠΑΡΟΠΑΜΙΣΑΔΩΝ σατραπείαν.* Atque haec quidem satis expedita videntur. De Roxane, fidem ut liberem; praetereundus non est Plut. locus in Alex. p. 691. E. *καὶ τὰ περὶ Ῥωξάνην ἔρωτι μὲν ἐπράχθη, καλὴν καὶ ὡραίαν ἔν τινι χρόνῳ παρὰ πότον ὀφθεῖσαν.* Sic eum edunt. At loco verborum *ἔν τινι χρόνῳ* in vetustis est membranis *ἐν χορτάνου*, e quibus Dacerius se nihil elicere posse fassus est, nuperi vero editores Britanni urbem fecerunt *Χορτακάνα* ex Nostri L. XVII. 78. Utrumque vehementer miror. Curtium recordati si fuissent, optimam eam scripturam agnovissent. Auctor is est L. VIII. 4. 21. Alexandrum pervenisse in eam regionem, cui *Cohortanus* nobilis satrapes praeerat: eumque barbara opulentia convivium adornasse, in quo *Roxane* regis omniumque oculos converterit. Itaque *ἐν Χορτάνου* erit in aedibus *Cohortani*, firmabitque egregie satrapae eius nomen, quod Freinshemius, quia obscurius erat, configere sustinuit. Id praeter verum tamen, quod *Cohortani* filia Roxane in Curtianis illis, ut nunc sese dant, perhibetur. Ego vero Rubenio Elect. I. 29. cupide adstipulor, in Curtii illa descriptione hiatum defectumque notanti. Wess.

259. 88. *Στασάνορι — Σολίῳ*] *Σολιώτῃ* librorum quorundam mera corruptela est. Auctor vitae Arati: *εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Σόλοι τῆς Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι, Σόλιοι καλοῦνται, οἱ δὲ Κιλίκιοι, Σολεῖς.* Ex Cypro Stasanorem fuisse Diodorus ipsemet huius libri cap. 39. adfirmat. Mox *Σογδιανὴν* scriptum primitus fuisse, notaverat ad codicis sui marginem Ill. Scaliger. Wess.

259. 89. *Καὶ Σαρδιανὴν*] Muta in *Σογδιανήν*. Rhod.

259. 91. *Ἀτράπῃ δὲ Μηδίαν*] Iustinus hunc virum male *Acropatum* vocat: at etiam hic, ut opinor, male *Atrapes* dicitur. Verum nomen est apud Arrianum (L. IV. 18.) *Atropates*, et Persicum magis sonat. Caeterum ex hoc loco deprehenditur foedissimum apud Iustinum (L. XIII. 4.) ulcus, quod et olim Eutropio fraudem fecit. Sic autem habet Iustinus, ubi provinciarum praefectos post mortem Alexandri recenset: *Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Archos Pelasgos* etc. Paulo melius Eutropius, *Archon Pelasgos*. At nulli unquam fuerunt Pelasgi in Oriente. Meo ex hoc Diodori loco et ex Arriano emendetur Iustinus et legatur: *Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Carmanos, Persas Peucestes, Babylonios Archon Pellaeus:* haec sana sunt: nam apud Diodorum infra (L. XIX. 28.) et Arrianum (L. VI. 27.) Tlepolemus Carmaniae praefectus dicitur, et ibid. cap. 30. Peucestes Persarum, et libro de Indic. cap. 18. Archon Cliniae. Pellaeus vocatur, ideo nihil certius nostra emen-

datione. PALM. Ἀτροπάτη legendum, diu est cum Bongarsius ad Iustin. XIII. 4. adscriberet. Cetera quae vir doctissimus, ut Iustinum iuvaret, commentabatur, maximam partem occupata sunt a diligentissimo Freinshemio ad Curtii L. X. 10. p. 815., qui et Orosio, pro quo Eutropium memoriae peccato Palmerius posuit, simili medicina subveniendum esse docuit. WESS. Parti Mediae Atropatem praefectum esse tradit etiam Iustinus XIII. 4. descriptus ab Orosio III. 23., quae ab eo pars nomen accepit Atropatenae, ut ex Geographis constat. Reliqui scriptores Mediae unum Pythonem praefectum memorant.

259. 2. Ἔταξαν Ἀῤῥιδαῖον] Conf. huius libri cap. 26. Distinguendus autem hic *Arrhidaeus* a rege est eiusdem nominis, etsi aliter censuerit Iustinus L. XIII. 4. Certa testataque res est Arriani indicio apud Photium Cod. XCII. p. 219. WESS.

259. 5. Ὄντων μυρίων] Vide quae inferius c. 12. produntur. WESS.

260. 37. Ἐν Ἀμφιπόλει δὲ τῆς Ταυροπόλου] Fuit ea in urbe Dianae templum, cuius vestigia, cum ipsa iam in ruinas abiisset, diu durarunt:

Λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηοῦ
Μίμνει, καὶ ποταμοῦ ἀμφιμάχητον ὕδωρ,

Antipater inquit nobili in Epigrammate, quod viri eruditissimi L. Holstenius, R. Bentleius, Boivinius sua cura cum sint dignati, mirarer discerpi potuisse et negligentissime tractari in extrema parte nuperarum Hesychian. Lucubrat. p. 319., nisi eiusdem sollertiae plura ibidem specimina exstarent. WESS.

260. 38. Ἐν Κύῤῥῳ δὲ etc.] Invitis libris omnibus hoc recepi. Quid enim Corsica ad Alexandrum? Eane in Macedonia? Detexeram id amanuensium peccatum ad Itin. Hierosol. p. 606., ignarus Celeb. Iac. Gronovium eamdem huic loco medicinam ad Stephan. in Κύῤῥος fecisse. Refer ergo huic solidam gratiam, nec audi tamen de *Cyrrho*, Syriae urbe, accipientem. Macedoniae Cyrrhus est, a Thucydide L. II. 100., non praeterita, unde Syriae illi civitati, ut multis aliis eiusdem regionis, e Macedonia cognomen venit. Appian. Syriac. p. 201. vide. WESS.

260. 52. Ἐπιβαλλόμενος οἰκείας διαβολῆς] Pro ἐπιβαλλόμενος lego ἐπιλαβόμενος. STEPH. et RHOD. Ill. Scaliger ἐπιλαβόμενος itidem correxerat ad sui libri oram, me non invito. Poterit fortasse salvum tamen esse, si οἰκείας διαβολὰς καὶ κατηγορίας legatur. Certe ἐπιβαλὼν οὖν αὐτῷ διαβολὰς ψευδεῖς καὶ κατηγορίας ἀδίκους dixit huius lib. cap. 23. WESS.

260. 65. Ἀπὸ τοίνυν τοῦ κατὰ Κιλικίαν Ταύρου etc.] Saepe monet Strabo L. XI. p. 751. A. 778. B. 791. B. et Mela L. I. 15. WESS.

260. 77. Οἱ μὲν εἰς τὸν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν etc.] Sic scripsit, articulo ad τὸν ὠκεανὸν relato. WESS.

261. 83. *Παρὰ τὸν Τάναϊν ποταμὸν*] Iaxartem, quem rerum Alexandri scriptores *Tanaim*, etsi falso, adpellare solent. Hesychium ita refinge: Ἰαξάρτης, ὁ Τάναϊς ποταμός· ἐστὶ δὲ τῆς Σκυθίας, ἐμπίπτων εἰς Μαιῶτιν λίμνην. ubi de Maiotide palude quod ait, ex aliis confusione natum est. Vide Strabon. L. XI. p. 777. Wess.

261. 86. *Οὖσαν καθ' αὐτὴν*] Bene istud. Agnovit Caspium mare suis litoribus includi, nec alii, quae plerorumque olim persuasio, misceri mari. Consentientem habet Herodotum, inprudenter hac in parte ab Historicorum et Geographorum vulgo neglectum, L. I. 203. Mox *ταύταις δὲ συνορίζουσι* ex Reg. pr. instauravi, serie orationis id sibi expostulante. Wess.

261. 4. *Γανδαριδῶν ἔθνος, ἐφ' οὗς* etc.] De generis enallage mitto dicere. Rem ipsam exposuit superioris libri cap. 93. Mox Gangem fluvium indicari, in confesso est. Wess.

261. 18. *Σιτταχηνὴν κεῖσθαι συμβέβηκε*] Cur *Σιττακηνὴν* scripserim, videbis ex not. ad L. XVII. 65. Wess.

261. 20. *Ἀφ' οὗ ποιούμεθα τὴν ἀνάβασιν*] Nihil admodum intererit, hoc retineas an δι' οὗ probes. Interpres ἀνάβασιν *descensum* explicuit, ac si *κατάβασιν* maluisset: quod equidem, si libri addicerent, non spernerem. Wess.

262. 32. *Ὡς ἀντιπεπονθότος τοῦ — ἀέρος*] Vide adscripta L. I. 40. Wess.

262. 50. *Τοῦ δὲ πλήθους ἑλόμενος στρατηγὸν*] Sic praestat: neque enim multitudo ea sibi ducem legit, sed delectae Pythonem inposuit Perdiccas, ut ea, quae succedunt, docent clarissime. Wess.

262. 57. *Ὁ δὲ Πύθων μεγαλεπίβολος ὢν*] In exemplari uno scriptum est *μεγαλεπίβουλος*, sic vero et in superioris temporis editione est excusum. Itidem vero statim post *ἐπιβουλήν*· sed *μεγαλεπίβολον* scimus appellari eum qui res magnas audet aggredi: quae significatio huic loco aptissima est. At *μεγαλεπίβουλος* si diceretur, significaret eum qui magnas struit insidias: verum hanc vocem teretes aures unquam admisisse vix mihi persuadeo. Usus est autem antea Diodorus altera illa voce, sed cum *πη*. Vocavit enim Herculem *μεγαλεπήβολον*. atque ibi mea sequutus sum exemplaria, quae tamen hic lubentius multo sequor, ubi *πι* habent, ut sit ex *ἐπιβολὴ* compositum nomen. At cum *η* ex *ἐπήβολος* compositum esse dicendum fuerit, et exponendum ὁ *μεγάλων ἐπιτυχής*. Sed omnes quorum sunt *μεγάλαι ἐπιβολαί*, non sunt *ἐπήβολοι*. Steph. Optime Stephanus. Erat in Pythone τὸ *νεωτεροποιὸν*, quod et Alexander suspectum habuit apud Aelian. Hist. Var. L. XIV. 48. Id vero congruit *τῷ μεγαλεπιβόλῳ*. Vide ad L. I. 19. II. 7. V. 48. etc. Wess.

262. 61. *Καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν δυναστεύειν*] Hanc Diodori esse manum, non fugit Rhodomanni sollertiam. Superius

hoc ipso capite, οἱ δ' ἐν ταῖς ἄνω καλουμέναις σατραπείαις. Saepeque alias. Vid. ad cap. 39. huius libri. Wess.

262. 63. *Διεκελεύσατο καταπολεμήσαντα* etc.] In *καταπολεμήσαντα* adde in fine σ, ut accipiatur de missis cum Pithone Macedonibus, ut fine huius capitis explanatur. Rhod. Ne muta. Vetant *καὶ τὰ λάφυρα διαδοῦναι τοῖς στρατιώταις*, solum utique Pythonem spectantia. Python praeterea ὁ τοὺς ἀποστάντας Ἕλληνας καταπολεμήσας inferius cap. 36. Wess.

262. 77. *Διεκηρύξατο πρὸς τοὺς ἡττημένους*] Non damno compositum *διακηρύξασθαι*, alias etiam a Nostro usurpatum: si cui tamen simplex potius videatur, eo per me utatur. Wess.

263. 91. *Ῥόδιοι μὲν ἐκβαλόντες τὴν Μακεδ. φρουρὰν*] De praesidio hoc iam olim, superstite Alexandro, questi fuerant apud Curt. L. IV. 8. 12. Ceteroqui rex Rhodiorum urbi vehementer indulserat, uti ex L. XX. 82. constat. Wess.

263. 3. *Νικάνορα τὸν Σταγειρίτην*] Memorat hominem ex Hyperidis Orat. in Demosthenem Harpocration, estque idem, quo de Dinarchus in eundem Demosthen. p. 100., ubi et de accessu eius ad Olympiam et exsulibus in patrias urbes reducendis. Wess.

263. 5. *Διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος*] Ex hoc loco discimus fuisse etiam Olympiae agonem praeconum, qui de vocis magnitudine et contentione contendebant. Vide Iosephi Scaligeri Epistolam ccccxlviii. Palm. Erant omnino Olympiae et praeconum agones, de quibus viri docti post Ill. Scaligeri, Casauboni ad Sueton. Neron. c. 24. et P. Fabri Agonist. L. II. 15. diligentem operam ad Lucian. de Morte Peregrin. c. 32. conduxerunt plura. Wess.

263. 12. *Πλὴν τῶν ἐναγῶν*] Superiore libro. cap. 109. πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φονέων· *praeter eos, qui civili sanguine adspersi erant*, inquit Curtius, haec aemulatus, non illa L. XVII. 109. Addit Plutarchus Apophthegm. Lacon. p. 221. A. Thebanos exsulum, qui in patriam postliminio redirent, numero fuisse exclusos. Wess.

263. 26. *Ὡς οὐκ Οἰνιάδων παῖδες* etc.] Eadem de Alexandro Plut. Alex. p. 693. C. Wess.

263. 28. *Τὴν Σάμον κατακεκληρουχηκότες*] Meminerunt huius *κληρουχίας* Strabo L. XIV. p. 946. A., Diogen. Laert. L. X. et Zenobius Cent. II. 28. Vide ad huius libri cap. 18. Wess.

264. 41. *Ὄντας μὲν ὀκτακισχιλίους*] Putes *ἑξακισχιλίους* fuisse primitus, quoniam sex conductitiorum millia ad Taenarum Laconicae ab Harpalo fuisse deducta L. XVII. 108. prodidit memoriae, Arriano apud Photium Biblioth. Cod. XCII. p. 217. non dissentiente. Sed alii hi sunt, ab auctore ipso superioris libri capite undecimo supra centesimum, et Pausania L. I. 25. p. 60. et L. VIII. 52. optime designati: quamquam Pausanias eorum numerum inmane quantum exaggerat, *περὶ πέντε που μυριάδας* sive ad *quinquaginta ferme millia* fuisse adfirmans. Wess.

264. 72. *Τῶν μὲν κτηματικῶν συμβουλευόντων* etc.] Ditiores, qui fundos arant, *κτηματικοὶ* etiam infr. cap. 21. Clarius Polybius L. V. 93. *εἰσφέρειν ᾤοντο δεῖν τοὺς κτηματικοὺς τὸ τρίτον μέρος τῆς γῆς εἰς τὴν τῶν προσλαμβανομένων οἰκητόρων ἀναπλήρωσιν.* et Appian. Belli Civil. L. I. p. 609., quem non exscribo. Wess.

264. 79. *Τὰς τῶν δημοτικῶν ὁρμὰς σωματοποιοῦντες*] Interpres obscurius *in unum quasi corpus aggregatis.* *Σωματοποιεῖν τὰς ὁρμὰς* est adaugere et impetum corroborare, uti *τὴν τόλμαν σωματοποιεῖν* apud Suidam. Polybius L. III. 90. *τὰς τῶν ἰδίων δυνάμεων ψυχὰς προηττημένας τοῖς ὅλοις — — κατὰ βραχὺ σωματοποιεῖν.* Et Excerp. p. 1441. *ἐπειρᾶτο κατὰ πάντα τρόπον σωματοποιεῖν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν.* Plura ad L. XI. 86. Wess.

265. 83. *Τριήρεις μὲν τεσσαράκοντα* etc.] Suspicor voces *τριήρεις* et *τετρήρεις* locum conmutasse. Athenienses sub hoc tempus triremes trecentas in navalibus habebant, Demosthene *περὶ Συμμορ.* p. 105. et 108. auctore. Accedant ducentae quadriremes, et putabimus Oratorem silentio eas premere voluisse, vires opesque suae civitatis describentem? Mitto nunc, Athenis ex lege, de qua idem Demosth. in Androtiana p. 385., senatum triremes quotannis architectari solitum, fuisseque proin triremium semper auctiorem numerum. Id addo, nullam aliam eos hac tempestate classem habuisse ex Phocionis testimonio apud Plut. eius in vita p. 752. A. Scripseris igitur *τετρήρεις μὲν τεσσαράκοντα, τριήρεις δὲ διακοσίας*, plana res erit Wess.

265. 85. *Τοὺς μέχρις ἐτῶν τεσσαράκοντα*] *Νόμος κελεύει παρ' Ἀθηναίοις ΜΕΧΡΙ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΩΝ ΣΤΡΑΤΕΥΕΣΘΑΙ* Ulpianus ait ad Olynth. III. p. 21. Itaque quadraginta annos natis militiae erat vacatio ex ea lege. Sed errat Scholiastes ille, uti ostensum super ad S. Petiti Conment. in Att. LL. lib. VIII. Tit. 1. p. 656. Nam quod hic quadragenarii domi manent, id enimvero in patriae subsidium aliosque usus factum fuisse putandum est. Wess.

265. 90. *Τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν — πατρίδα κρίνων*] Aemulabantur oratores isti Isocratem, qui Panegyr. p. 81. his prorsus consentanea. Wess.

265. 11. *Θετταλοὶ μὲν πάντες πλὴν Πελληναίων*] Nulla Pellene fuit in Thessalia. Lege *Πελινναίων*. Urbs enim Thessaliae fuit *Pelinna*, memorata Plin. L. IV. 8. et Stephano, aliis dicta *Πελινναῖον*, ut Strab. IX. p. 668. T. Livio Lib. XXXVI. 10. Pindaro bis et eius Scholiastae Pyth. X. 7., et corrigendus in eadem voce Arrianus L. I. 7. Error manavit ex eo, quod nomen Pellenes urbis Achaiae magis celebre fuit, et hoc loco ut semper exscriptores notum pro ignoto posuerunt, quod evenit et apud Scylacem et Aelianum lib. IV. ubi perperam *Πελληναῖον* legitur. Palm. De Achaeis sermo si esset, uti in his Aeschin. Or. in Ctesiphont. p. 77.

καὶ Ἀχαιοὶ πάντες πλὴν Πελληναίων, nihil mutassem. At nulli in Thessalia, ut bene vir doctissimus, *Pellenaei*, sed *ΠΕΛΙΝΝΑ* et *Πελιναῖοι*, velut in numis Thes. Britann. T. II. p. 138. Iure ergo id urbis incolarumque nomen instauraverunt viri eruditi in Polyaeno L. IV. 2. 29. aliisque veterum. Conf. Cl. Salmasium ad Solin. p. 607. Mox cives Thebarum Phthiotidos indicari, quisque intelligit. Wess.

265. 14. *Ἠλιεῖς δὲ, πλὴν Μαλίων*] Lege *Μηλιεῖς δὲ*. Palm. *Μηλιεῖς δὲ* etc.] Ex Reg. pr., leviter tantum adiuto, suum Diodoro et genti reddidi, quod fieri oportere pulchre Palmerius perspexerat. Audi copiosius eum disserentem: *Non dubium est*, (haec subiicit auctoris nostri verbis) *lector, quin videas ex ordine recensionis excidisse maiusculam M in voce ηλιεῖς. Nam ibi fuerunt Μηλιεῖς post Achaeos Phthiotas, nulli vero Ἠλιεῖς. Ait igitur Melienses omnes exceptis Maleis in foedere comprehensos fuisse. Urbs fuit in littore sinus Meliaci seu Maliaci Malea, quam Stephanus terminatione Attica vocat Μαλιεὺς, quam dictam dicit ἀπὸ Μάλου τοῦ Ἀμφικτύονος: eam urbem, a qua, ut credo, dictus fuit Maliacus sinus et tota regio, excepit expresse a generali Meliensium consensu, ut Pelinnaeos Thessaliae ab universorum Thessalorum societate. Dico igitur Diodorum per Μηλιεῖς intellexisse etiam eos, quos Μαλιεῖς vocat Scylacis distinctio, quando Maleam excipit ab eorum universalitate.* Haec ille praeclare ad Scylacem Exercit. p. 278. Wess. Fuisse praeter populum Maliensem etiam urbem nomine adfini, praeter Stephani testimonium, *Μαλιευς πολις ἐπωνυμος των Μαλιεων*, videtur innuere Diodorus L. XVIII. c. 11. Etenim cum populos Graecos enumerat, qui post Alexandri M. excessum contra Antipatrum Macedoniae praesidem coivere, inter eos refert etiam: *Μηλιεῖς πλην Μαλεων*, *Melienses demptis Malensibus*. Sed enim est, quod suspicer, hunc Diodori locum in mendo cubare, sanandumque legendo: *Μηλιεις πλην Λαμιεων*, cuius plures habeo causas. Iam enim in priore vocabulo peccavere codices, cum in iis aut *Ηλιεις* aut *Μιλησεις* legeretur, quibus sana critice suffecit, quod oportuit, *Μηλιεις*. Deinde cum constet, Lamiam fuisse partem Meliensium, quin et horum caput, ut supra in huius numis dictum, pronus fuit error scribendo *Μαλέων* pro *Λαμιέων*. Denique si praetensa haec Malea ausa fuit aliud tentare, quam universo coetui Maliensi visum fuit, necesse est, fuisse illustriorem quandam eius gentis urbem, ac tum mirum, praeteritam a Strabone, Plinio aliisque, qui minutissima eius tractus oppida recensuere. Negligendos ergo iure puto nonnullos grammaticos sive rudes, sive incurios, sive a librariis pariter corruptos, qui urbis cognominis meminere, v. g. scholiasten ad Sophoclis Trachinias haec monentem v. 197.: *Μηλιεις ἐθνος Θετταλικον, Μηλια δε ἡ πολις καλειται*, *Melienses gens Thessalica, Melia vero urbs vocatur*, et similiter ad Philoctetae ver-

sum 4., in quo forte pro *Μηλια* legendum item *Λάμιά*. Etiam scholiasta ad Aristophanem Av. v. 186. *Μηλός πολις Θεσσαλιας* citato Thucydide; sed non advertit grammaticus, Thucydidem indicato loco agere de Melo insula. Quod vero rei caput est, non obscure eruitur ex eodem Diodoro, Lamiam, quam in Maliensibus sitam comprobant numi et scriptores, in eo bello a Macedonibus stetisse; nam mox infra idem narrat (L. XVIII. c. 12.), Antipatrum praelio victum Lamiam perfugisse, eiusque se moenibus clausisse, ex quo *Lamiaci* nomen huic bello obtigit. Quare recte dixerit Diodorus, cum Graecis se iunxisse Malienses *πλην Λαμιεων*, *demptis Lamiensibus*. ECKHEL. Doctr. Num. Vet. P. I. V. II. p. 142.

265. 15. *Καὶ Κλιζαῖοι*] In margine adscriptum fuit *Λυζαῖοι* vel *Ἀλύζια* nihilo melius. Tu vero melius doctus lege *Ἀλυζιαῖοι* ex Thucydide L. VII. 31., ex Strabone, qui lib. X. p. 691. ter *Ἀλυζίαν* ponit, Plinio L. IV. 1. Stephano et aliis. Ea urbs in tabulis *Halysso* notatur. Corrigendus et ea in voce Scylax, qui habet *Ἀλυττία*. Sed pridem id mendum in Scylace vidit et correxit eruditus Vossius. PALM. *Καὶ Ἀλυζαῖοι*] Una litera gentis vocabulum instruxi ex Stephani *Ἀλυζαῖος*. Elementorum in *ΑΛΥΖΑΙΟΙ* similitudo prius eorum, seu factum fuisse in Stephani *Αὐξεία* egregie viri eruditi observarunt, obliteraverat. Stat et ab his partibus doctissimus Ios. Wasse ad Thucydid. V. 51. WESS.

265. 16. *Ἀθάμαντες — οἱ περὶ Ἀρυπταῖον*] Iusto auctius est prius vocabulum. *Ἀθαμᾶνες* adpellat ipse L. XIV. 82. et L. XVI. 29. passimque omnes. *Aryptaeum*, cui Molossi parebant, ignoro: nam de *Aryba* cogitare non licet, quippe plures ante annos defuncto. WESS.

265. 20. *Καὶ Θρᾳκῶν ὀλίγοι*] Inserendum censeo *οὐκ*. RHOD.

266. 24. *Καὶ οἱ τὴν ἀκτὴν κατοικοῦντες*] *Ἐπιδαύριοι καὶ Τροιζήνιοι, οἱ τὴν Ἀργολίδα ἀκτὴν οἰκοῦντες*, uti Pausaniae dicuntur L. II. 1. p. 130. Conf. ad Nostri L. XII. 43. Dedisse vero Epidaurios et Troezenios huic expeditioni in Antipatrum nomina idem Pausan. L. I. 25. p. 60., ubi coniuratarum gentium seriem recenset, testis est. WESS.

266. 36. *Τοῖς Θηβαίοις ἀποκαταστήσουσι τήν τε πατρίδα etc.*] Eamdem adfert caussam Pausanias L. I. 25. Partam de Boeotis victoriam tetigit Plut. Phocion. p. 752. B. WESS.

266. 54. *Ὄντας ὑπὲρ τρισμυρίους*] Ferri potest, si *ὑπὲρ τοὺς μυρίους* legatur ex huius libri cap. 16. Alioqui decem erant millia, ut supra c. 4. et L. XVII. 109. significavit. WESS.

266. 55. *Πρὸς δὲ Φιλώταν — τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν*] Atqui Philotae Cilicia obvenerat, Leonnato Phrygia, auctore ipso cap. 3., Iustino L. XIII. 4. et Arriano apud Photium Cod. XCII. p. 216. testibus. Ad haec Antipater auxilium rogavit

Leonnatum apud Iustin. ibid. cap. 6., et per legatum, ut id maturaret, expugnavit, quo de mox cap. 14. Haud ergo iniusta suspicio est, in Philotae nomine admissum aliquid esse. Wess.

266. 60. Ἀπέλιπε στρατηγὸν Σίππαν] Hominem hunc alibi legere non memini, manetque adeo apud me in obscuro, Sippasne an Sispas fuerit dictus. Wess.

267. 81. Κατέφυγεν εἰς πόλιν Λαμίαν] Λαμίαν τὴν ἐν Θεσσαλίᾳ Pausanias vocat L. VI. 4., alibi in Attic. cap. 1. eamdem contra montem Oetam collocans. Ad haec praelium ad hanc urbem modo τὸ περὶ Λαμίαν ἔργον, tum τὸν πρὸς Λάμιᾳ πόλεμον, quamquam hoc haud iniurie praestantissimo Sylburgio suspectum fuit, lib. VII. 6. adpellat. Aberat urbs ab amne Sperchio ad stadia ferme triginta apud Strabon. L. IX. p. 662. Wess.

267. 9. Τὸ παράδοξον — εὐκλήρημα] Fortasse τὶ παράδοξον vera est lectio. Steph.

267. 12. Καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ] Praepositionem, si dictionis elegantiam corrumpere censeas, dele. Iustinus XIII. 5. *Interim in obsidione Antipatri Leosthenes, dux Atheniensium, telo e muris in transeuntem iacto occiditur*, levi discrimine. De Leosthenis sponsa, quae mortuo superstes esse noluit, Hieronymus L. I. adv. Iovinian. p. 47. Wess.

267. 17. Τὸν ἐπιτάφιον — προσέταξεν Ὑπερείδῃ] Multi huius meminerunt laudationis, conducti a Io. Meursio Attic. Lect. L. IV. 4. Puto eius durare fragmentum insigne in Stobaei Serm. CXXIII. p. 618. Namque id ex Hyperidis ἐπιταφίῳ quodam esse decerptum, verba ipsa loquuntur. Wess.

267. 21. Δημοσθένης ἐπεφεύγει — — ὡς εἰληφὼς τῶν Ἁρπαλείων] In Dionysii Dinarcho p. 116. τῶν Ἁρπαλίων ter quaterque, recte id improbante Sylburgio. Melius περὶ τῶν Ἁρπαλείων Plut. T. II. p. 808. A. et Schol. Hermogen. p. 394. Abfuisse vero tum temporis Demosthenem non negavero, scito tamen populi illi reditus iam fuerat decretus, ceu Plutarch. Demosth. p. 858. E. et Iustin. L. XIII. 5. indicarunt. Wess.

267. 24. Στρατηγὸς Ἀντίφιλος] De illo Plut. Phoc. p. 752. C. Wess.

268. 46. Ἐπανῆλθεν — ἀμφίδοξον ἔχων τὴν νίκην] Arrianus hoc praelio periisse refert in Photii Cod. XCII. p. 219. Λυσίμαχος δὲ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς παραβόλως, σὺν ὀλίγοις γὰρ καὶ εὐδοκιμῶν, ὅμως ἀνῃρέθη. Verum perperam, et Photii, male excerpentis, peccato. Namque eum post illam pugnam in plures annos superstitem fuisse, ipsemet Arrianus in narrationis progressu disertim testatur. Wess.

268. 50. Ἑκαταίου πρεσβευτοῦ] Cardianorum, popularium suorum, tyrannus et Antipatri familiaris erat, docente Plut. Eumen. p. 584. D., ubi de hac eius legatione. Wess.

268. 61. Εἰς Μελίτειαν] Rectum urbis nomen Reg. sec. ser-

vavit. Dicebatur *Μελιταία* et *Μελίτεια*. Illud dabit Strabo L. IX. p. 663., hoc Theopompus apud Stephan. in ea voce et Plut. in Sull. p. 465. A. Wess.

268. 77. *Τοῖς ὅπλοις ἠλαττοῦτο*] Socordia amanuensium elegantissimam dictionem corrupit. Auctor dederat *τοῖς ὅλοις ἠλαττοῦτο*, *res eius prorsus erant infractae*. Sic enim adsolet: *καὶ μάλιστα ἐν οἷς καιροῖς ἐδόκουν τοῖς ΟΛΟΙΣ ΕΛΑΤΤΟΥΣΘΑΙ* Lib. XIII. 37. Polybius L. II. 53. *οἱ δ' Ἀχαιοί, καίπερ οὐ μετρίως ΗΛΑΤΤΩΜΕΝΟΙ τοῖς ΟΛΟΙΣ, ὅμως* etc. Non multum abeunt Demosthenis *ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις* Philip. III. p. 72., *συντρίβεσθαι τοῖς ὅλοις*, *σφάλλεσθαι τοῖς ὅλοις*, quae nunc praetereo. Wess.

268. 80. *Μένωνος ἱππαρχοῦντος*] Illustri inter Thessalos loco genitus filiam Phthiam Aeacidae, Epirotarum regi, collocavit, e qua et Pyrrhum nepotem vidit, Plut. Pyrrh. p. 383. D. et Phoc. p. 753. A. Wess.

268. 94. *Τὴν διὰ τῶν ὅπλων προσχώρησιν ἀπέγνω*] Ex vetustis membranis locum instauravi. *Προσχώρησις* exercitus progressum recte exprimit, quem quidem eb Antipatro fuisse improbatum, non autem *ἀποχώρησιν* sive discessum, rei series planissimum facit. Wess. *Προσχώρησιν*, etiamsi *προχώρησιν* scribas, non dubium est quin posthabendum sit reliquorum librorum scripturae *ἀποχώρησιν*. Sed sive hoc sive illud optes, aperte mendosum est *ὅπλων*, et in *ὁμαλῶν* convertendum. *Τὰ ὁμαλὰ* sic dixit Polybius I. 30. 13. et alii.

269. 4. *Ὥστε γενέσθαι τὰς πάσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα*] Imo vero *διακοσίας καὶ ἑβδομήκοντα*. Principio belli armaverant CCXL, sicuti proditum est cap. 10. Ad quas si alias addiderint, iustum utique illud erit, quod dixi. Wess.

269. 6. *Τὴν ναυαρχίαν εἶχε Κλεῖτος*] Forsan is est, de quo huius libri cap. 72. Wess.

269. 14. *Οὗτος γὰρ οὐ προσέχων* etc.] Genus hominis copiose descripserat Diodorus L. XXXI., uti Photii excerpta Cod. CCXLIV. p. 1157. ostendunt. Wess.

269. 26. *Τοῦτον μὲν οὖν — ἀνεσταύρωσε*] Acie victum occubuisse ibid. Photius scribit, sed male. Lucian. Macrob. c. 13. cum Ariarathem vitam in annos LXXXII prorogasse ex Hieronymo dixisset, *ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη*. Ad quem quoque modum Arrian. apud. Phot. Cod. XCII. p. 217. Illud vero *καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ ἅπαντας* si districtius accipiatur, verum non erit. Elusit enim insidias filius Ariarathes, labentibusque annis, cum alibi occupati essent Macedones, Cappadociam reciperavit. Wess.

269. 34. *Πεζοὺς μὲν — ἑξακισχιλίους*] Vid. ad cap. 12. superius. Wess.

270. 50. *Δι' ἃς αἰτίας πολλοί, τῶν στρατιωτῶν* etc.]

Putes absolute positum, ac si vellet πολλῶν τῶν στρατιωτῶν. quo genere L. XV. 42. κυκλωθέντες οἱ Αἰγύπτιοι, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, οὐκ ὀλίγοι δ' ἐζωγρήθησαν· quod est κυκλωθέντων τῶν Αἰγυπτίων etc. Vid. Davisium ad Maxim. Tyrium Diss. XXIV. p. 587. Sed magis placet, ut πολλοὶ deleatur, quippe inprudentius ex praecedentibus hic iteratum. Porro militum multos ordines deseruisse, et ἀπειθεία πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐπιεικεῖς καὶ νέους ὄντας, quae verba Plut. Phoc. p. 753. A., rem Graecorum in peius ruere coepisse, constat. WESS.

270. 64. Γενομένης δὲ ἱππομαχίας etc.] Hac pugna, qua victi abierunt Graeci, gentis libertas exstincta est. Vid. Polyb. L. IX. 23. Decertata fuit ad Thessaliae Crannonem, propterea ἡ ἐν Κράννωνι μάχη Plut. ibid. et Pausaniae L. X. 3., et tali quidem in loco, quem undique aspreta incingebant. Situm enim oppidum ἐν κοίλῳ καὶ μεσημβρινῷ χωρίῳ apud Galenum in L. I. Epidemic. p. 350. WESS.

270. 78. Πλείους τῶν πεντακοσίων] Vid. Pausaniam L. VIII. 10., quae enim de Atheniensibus interfectis ibi prodidit, ad hanc cladem potissimum pertinent. WESS.

271. 1. Μετὰ τῶν ἰδίων στρατηγῶν] Non moveretur huic loco controversia, nisi membranae intercederent. Μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν sperni posset, at accedente voce ἐπάνοδον non item. Elige itaque, utrum velis. Ego in vulgato acquiescam. WESS.

271. 9. Ἦν γὰρ τρὶς ἡλωκὼς παρανόμων] Si Plut. Phoc. p. 753. audis, Demades septies iudicio fuerat damnatus, quod contra leges aliquid suaserat: ἡλώκει γὰρ ἑπτὰ γραφὰς παρανόμων. Sed ille et in quibusdam aliis a Nostro dissentit. Satis erat Athenis, si qui ter hoc iudicio caussa cecidissent. Antiphanes in Sappho apud Athen. L. X. p. 451. A.

Πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ . . .
Ῥήτωρ ἄφωνος, ἢν μὴ ἁλῷ τρὶς παρανόμων;

Ter proin damnati, ut Demades, concionibus prohibebantur, infamiae insuper labe adspersi. Conf. S. Petitum Comment. LL. Attic. Lib. II. Tit. 1. p. 184. WESS.

271. 19. Τὰς αὐτὰς ἀποκρίσεις πεποιῆσθαι] Leosthenem pacem roganti Antipatro id responsi dedisse, Plut. Phoc. p. 753. C. itidem testatur. WESS.

271. 22. Ὁ δὲ φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς etc.] Non ea sententia Chlaeneae Aetoli apud Polyb. L. IX. 23. ita perorantis: Ἀντίπατρος — κάκιστα μὲν ἐχρήσατο τοῖς ταλαιπώροις Ἀθηναίοις· ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις, εἰς τοῦτο δὲ ὕβρεως ἦλθε καὶ παρανομίας, ὡς φυγαδοθήρας καταστήσας, ἐξέπεμψε πρὸς τὰς πόλεις ἐπὶ τοὺς ἀντειρηκότας, ἢ καθόλου λελυπηκότας τὴν Μακεδόνων οἰκίαν etc. Et verum si amamus, non ea pax, sed pactio quaedam servitutis fuit. Quod ille vero dicit Antipatrum φυγαδοθήρας elegisse, qui profugos e latebris eruerent, infamem

istum Archiam, domo Thurinum, potissimum designat, de quo Plut. Demosthen. p. 859. Wess.

276. 26. *Καὶ προσέταξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα*] Iterat hoc dictionis genus fine lib. XVIII. *καὶ τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεων.* At simili in forma reipublicae Strabo, L. X. p. 686. A. *προέστησαν γὰρ αὐτῆς* (Chalcidis) *ἀπὸ τιμημάτων ἀριστοκρατικῶν, ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες:* et recte; nam ex censu cum bonum publicum curatur, valet utique paucorum dominatus. Quare rogatus quid esset oligarchia Plato, regerit eleganter, *τὴν ἀπὸ τιμημάτων πολιτείαν, ἐν ᾗ οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχουσι, πένησι δὲ οὐ μέτεστιν ἀρχῆς* de Rep. L. X. p. 550. C., et Aristoteles diversas dominatus paucorum species expliciturus, quasdam *ἀπὸ μακρῶν τιμημάτων*, alias *ἀπὸ μικρῶν τιμημάτων*, cum pro maiore minoreve censu ad honores admittuntur cives, conmemorat, Polit. L. IV. 5. et 9. Wess.

271. 32. *Πλείους τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων*] Plutarchus eos qui infra censum, ab Antipatro finitum, fuerant, *ὑπὲρ μυρίους καὶ δισχιλίους* numerat, exclusosque a reipublicae administratione in Thracia sedem atque agros accepisse refert in Phoc. p. 754. D., et longe quidem rectius: plerumque enim civium Atticorum numerus XX millia aequabat. *Σκοπεῖτε γὰρ*, Demosthenes ait Orat. in Aristogiton. I. p. 489., *εἰσὶν ὑμεῖς δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι.* Quem catalogum unis millibus superabant paucis abhinc annis, cum Atheniensium censum ageret Demetrius Phalereus. Tum *εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις* testis est Ctesicles in Athen. L. VI. p. 272. C. Redierant nimirum XII illa civium millia auspiciis Alexandri Polysperchontis F., infr. cap. 66, additaque IX millibus, quibus reipublicae curam Antipater in manus tradiderat, rotundabant XXI millia, de quibus Ctesicles ille. Vere ergo expulsorum *πλείους* erant *μυρίων καὶ δισχιλίων*, quod et pulchre animadvertit Cl. Bonamicus in Conment. Academ. Inscript. T. XI. p. 265., Diodori verba eandem in formam refingens. Wess.

272. 38. *Φρούραρχον δὲ Μένυλλον* etc.] Modesto lenique ingenio Menyllus, amicus Phocionis, operam diligenter inpendit, ne praesidium gravari merito Athenienses possent, Plut. Phoc. p. 754. Wess.

272. 48. *Τὴν πρεσβυτάτην Φίλαν*] Vide Memnonem apud Photium Cod. CCXXIV. p. 709. et Nostri L. XIX. 59. Craterum vero in Asiam reditum non hoc fecisse tempore, videbis ex huius libri cap. 24. Wess.

272. 52. *Ὁ δὲ Περδίκκας ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις* etc.] Athenienses Perdiccae opera Sami possessione deiectos, colonosque indidem expulsos fuisse, consentit Diogenes Laert. L. X. 1. etsi alia ab Interprete dicere iussus. Hoc primum. Addit auctor postliminio in patriam Samios, qui annis XLIII caruerant, rediisse.

Exciderant ergo sub Olymp. CIII. annum tertium, quo Athenis Archon Cephisodorus fuit. Atqui Athenis in eam insulam coloni sunt missi Archonte Nicophemo. Scholiastes ineditus in Aeschin. Or. in Timarch. p. 8. *εἰς Σάμον ἔπεμψαν κληρούχους Ἀθηναῖοι ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικοφήμου.* Qui quidem Nicophemus cum eo magistratu sit functus anno quarto Olymp. CIV. obtinuerunt Samum Athenienses spatio annorum XXXVIII. Sic iustum foret in Diodoro *ἔτη τρισὶ δέοντα* sive *λείποντα τῶν τεσσαράκοντα.* Id vero vetat Dionysius, ex Philochoro in serius tempus Atheniensium hanc coloniam reiiciens. Adscribenda verba sunt ex eius Dinarch. p. 118. *Οἱ μὲν γὰρ εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα (Ἀριστόδημον) ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει.* Aristodemus in patria urbe praeturam administravit anno Olymp. CVII. primo. Ab eo ad Cephisodorum numerari possunt anni XXX. Finge sequente anno, quo Archon Philocles erat, rediisse Samios, quod rerum series vere facit adfine, et anno ante Aristodemum eosdem insula fuisse deturbatos, rectum erit *ἔτη τρισὶ πλείω τῶν τριάκοντα.* Atque hoc malo. Nam Scholiastae eius levior apud me auctoritas est, et de Dionysii in his errore suspicio nulla esse propter adiuncta de Dinarchi aetate potest. Mitto de Neocle addere, patre Epicuri, qui e colonorum Atticorum numero erat Strabone L. XIV. p. 946. et Diogene testibus, deque aetate Epicuri, et Aristodemi magistratum propius multo accedente quam quidem Nicophemi. Wess.

272. 58. *Ἵνα δὲ μὴ μακρὰν* etc.] Hoc placuit, quippe elegantius. De fuga Harpali traiectuque in Cretam dixit L. XVII. 108. Wess.

272. 67. *Ὄντων ἑπτακισχιλίων*] Superioris libri cap. 108. militum VI millia Harpalum coegisse dixerat, nec plura enumeravit Arrianus apud Phot. Cod. XCII. p. 217. Quare *ἑξακισχιλίων* refingendum cum N. Blancardo ad Arrian. Exped. L. VII. p. 467. Wess.

272. 76. *Κυριεύσας δὲ τοῦ λιμένος*] Cyrene erat *ἐν μεσογείᾳ*, ut Scylax, sive, quemadmodum Strabo, *ἐν τραπεζοειδεῖ πεδίῳ*, seiuncta a portu suo Apolloniade intervallo stadiorum LXXX. Vide utrumque, hunc L. XVII. p. 1194., illum Peripl. p. 109. Mox *καὶ πολιορκήσας* ex Reg. 2. praeferrem: namque urbem primo inpetu a Thimbrone expugnatam fuisse, haud liquet. Wess.

272. 79. *Τάλαντα πεντακόσια*] Dedi scriptis libris, ut ita corrigeretur. Abunde quoque videntur talenta argenti quingenta. Tu si statim *καταληφθέντα χρήματα* malueris, nullus intercedam. Wess.

273. 2. *Ὄντας περὶ ὀγδοήκοντα*] Neque hic refragari vetustis membranis ausus sum. Et quis crediderit, rebus dubiis suspectoque Thimbrone, octingentos Cyrenaeorum portui sese cre-

dere voluisset. De Barcaeis et Hesperitis, Cyrenaeorum vicinis, nota omnia sunt. Wess.

273. 10. *Ἀπάντας τοὺς στρατιώτας ἐξῆγαγεν*] Corrigendum esse *ἐξήγαγεν* non fugit doctissimum Rhodomannum, quem libens sequor. Spectant enim Thimbronem. Wess.

273. 21. *Τὴν ὀνομαζομένην Τεύχειρα*] Hoc reliquerat, uti meliores libri indicio sunt, auctor, non *Τάριχα*, quod quidem tolerari potuisse miror. Vide, quae de hac Cyrenaeorum colonia dixi ad Itiner. Anton. p. 67. et Hierocl. Synecdem. p. 733. Wess.

273. 30. *Καὶ φυγόντες εἰς τὰς ναῦς*] Quisque videt hoc iustius esse: posses, si quae necessitas urgeret, *καὶ καταφυγόντες*, ut praepositio copulam absorpserit, ut multis in locis. Quod succedit *ὑπὸ τῆς θαλάσσης κατεποντίσθησαν*, non sollicito. Placet Diodoro L. XIX. 18. XX. 85. Io. Chrysostom. T. XII. Benedictin. p. 324. A. *ὥσπερ μεγάλου πλοίου καταποντισθέντος*. Alio qui haud absurdum fuerat ex aliorum Codd. vestigiis *κατεπόθησαν*, quod cum priore commutatur in fragmentis Symmachi Psalm. LIV. 10. cum Montefalconii nota et Hebr. XI. 29. Auctor ipse in Excerpt. Peiresclan. p. 337. *συνέβη τῶν νηῶν πολλὰς — ὑπὸ τῆς θαλάσσης καταποθῆναι*. Wess.

274. 39. *Ἔτι γὰρ ἀμισθώτων γενομένων* etc.] Supra simili in genere *ἀμίσθους* et *ἀπομίσθους* posuit: perinde tamen erit, modo *ἔτι γὰρ τῶν ἀμισθώτων* scripseris. Rectius enim articulus addetur. Wess.

274. 43. *Τῇ δὲ τούτων παρουσίᾳ — θαῤῥήσαντες*] Sensus postulat *πρὸ δὲ τῆς τούτων παρουσίας*. Rhod. Transirem in partes Rhodomanni, ni manu exarati aliquid commodius offerrent libri. Scribe *τῇ δὲ τούτων ἀπουσίᾳ — θαῤῥήσαντες καὶ τοῖς* et reliq. *horum absentia Cyrenaei et praeclaris successibus animosiores facti*. Quae cohaerent egregie. Noli vero arbitrari vitiosum esse *τούτους δὲ οἱ — τὸν δὲ εἰς*, quod proxime perscriptum est, quoniam dicere fere solent *τούτους μὲν — δέ*. Nam et vulgatum istud obvium est. Confer Cl. Davisium ad Max. Tyrium Dissert. XXVIII. 7. p. 602. Wess.

274. 72. *Καὶ στρατηγὸν Ὀφέλλαν*] Non aliter eiusdem nomen scribitur L. XX. 41. inque Arrian. apud Photium Cod. XCII. p. 217. et Iustin. L. XXII. 7., certe vetustioribus in libris. *Ὀφέλτας* apud Plut. Demetr. p. 894. E. quo etiam nomine infelix puer fuit, in cuius memoriam Nemei ludi instituti perhibentur apud Pausan. L. II. 15. et alius Damasichthonis pater, de quo idem L. IX. 5. Conf. P. Leopard. Emend. L. XVII. 10. Wess.

274. 81. *Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ*] Manifesta haec πρόληψις. Nondum hunc sibi titulum indiderat Ptolemaeus. Vid. L. XX. 54. Africae tamen hanc partem regionemque omnem Cyrenaicam

Ptolemaei imperio harum turbarum occasione fuisse subditum, testis etiam Strabo L. XVII. p. 1194. Wess.

275. 91. *Τήν τε τῶν Λαρανδέων*] Ex vetustis schedis sic refinxi. Laranda format *Λαρανδεῖα*, nunquam *Λαρανδαῖον*, ut notum ex Stephano. Situm urbi sicuti et Isaurae in Lycaonia plerique adsignant, pro qua auctor Pisidiam habet, non magno discrimine: confines enim regiones. Confer quae adscripta sunt Itiner. Anton. p. 211. et ad Synecdem. Hierocl. p. 675. Wess.

275. 93. *Βάλακρον τὸν Νικάνορος*] Fortasse is est Balacrus, cui Philam, Antipatri filiam, collocatam primitus fuisse significat Antonius Diogenes apud Photium Cod. CLXVI. p. 364. Wess.

275. 9. *Δύναμιν οὐκ ἔχοντες ἀξιόχρεων*] Memini saepe in his libris *ἀξιόλογον* et *ἀξιόχρεων* ab amanuensibus permisceri: hic sequor omnium consensum. Sic iterum L. XIX. 89. *καὶ δύναμιν μὲν οὐκ ἔχων περὶ αὐτὸν ἀξιόχρεων*. Wess.

275. 16. *Τῆς δὲ φλογὸς ἄφνω πρὸς ὕψος αἰρομένης*] Dant haec sententiam commodam, nec peiorem scriptus Reg. pr. quique ab eo stant alii. Itaque optio tibi deferetur. Ceterum Trogus L. XIII. cladem hanc Larandensium et Isaurorum stilo persecutus erat diligenter: at Iustinus L. XIII. 6. eius dicta in conpendium redigens, turbavit omnia, quaeque de Isauris erant bene prodita, inprudenter Cappadocibus transcripsit, pulcre ad Orosium, a Iustino in fraudem inpulsum, docente doctissimo Fabricio L. III. 33. Wess.

275. 37. *Νίκαιά τε ἡ Ἀντιπάτρου θυγάτηρ*] Eadem post Perdiccae mortem in Lysimachi manum convenit, ut ex Strabone L. XII. p. 848. C. notum. Cleopatra vero ea ipsa est, de qua L. XVI. 92., primis nuptiis Alexandro Epirotarum regi collocata, ut bene Iustinus L. XIII. 5. Id prave, quod Perdiccam, dum duas eodem tempore uxores quaereret, neutram obtinuisse, addit. Duxit enim Nicaeam, quod praeter Diodorum fatetur Arrian. apud Phot. Cod. XCII. p. 220. Wess.

276. 45. *Καὶ τὴν τῶν βασιλέων προστασίαν*] Reposui ex Reg. pr. probatam auctori scripturam. Fuit Perdiccas *βασιλέων ἐπιμελητής*, quo in munere successores dein habuit plures, indicatos inferius c. 36. 39. 48. Wess.

276. 51. *Ἦγε τὴν Νίκαιαν*] Damnat Thomas Magister *ἄγειν γυναῖκα*, atque *ἄγεσθαι* praefert, quod certe frequentiore Atticorum usu teritur. Lysias Or. I. 2. *ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν*. Iosephus Belli Iud. L. I. 12. 2. *πρότερον μὲν γὰρ ἦκτο γυναῖκα τῶν ἐπιχωρίων*. atque ita plerique, alterum tamen non plane spernentes. Wess.

276. 59. *Φανερῶς μὲν ἀπεφαίνετο — ἀπολογήσασθαι*] Confer Arrian. apud Phot. Cod. XCII. p. 218. Wess.

276. 72. *Οὐ κατεπλάγησαν ταῖς ψυχαῖς*] Iure ergo Chlaeneas apud Polybium L. IX. 24. *Αἰτωλοὶ γὰρ μόνοι*, inquit, *τῶν*

Ἑλλήνων ἀντωφθάλμησαν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας. Respicit exsules ab Antipatro victore Graeciae urbibus deiectos, οἷς φύξιμον οὐδὲν ἦν πλὴν ἑνὸς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους, supra dixerat. WESS.

276. 90. *Στεγνὰ κατασκευασάντων*] Iterum extremo L. XX. καὶ κατασκευάσας στεγνὰ τοῖς στρατιώταις παραχειμάζειν. Plenius Euripides Cyclop. v. 323. Ἐν τῇδε πέτρᾳ στέγν' ἔχω σκηνώματα. WESS.

276. 92. *Καὶ τροφῆς ἐνδεεῖς* etc.] Exspectasses εἰς τοὺς ἰσχάτους ἔρχεσθαι κινδύνους ob ea quae antecedunt. Sed variavit orationem consulto, καὶ loco οἱ vel οἱ καὶ posito, quod fieri posse certum exploratumque est. Vide Th. Bezam ad Act. Ap. VI. 6. et Duker. in Thucydidis L. VIII. 73. Xenophon. Hellen. L. I. p. 343. ἐπιστολὴν ἐπεδείκνυ μαρτύριον, καὶ ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ εἰς τὸν δῆμον. pro quo potuisset ἣν ἔπεμψαν οἱ στρατηγοί. WESS.

277. 2. *Περὶ τῆς ὅλης ἐπιβουλῆς*] Potius ἐπιβολῆς. RHOD. Si de insidiis, Antigono structis, accipias, ferri poterit: tamen alterum illud et ego malim. De Cleopatrae nuptiis et Nicaeae divortio iam tum Perdiccam constitutum habuisse, cognosces ex Arriano apud Phot. p. 220. WESS.

277. 11. *Τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιτιθέναι*] Sic malui ob praestantiorum librorum consensionem atque orationis nexum. Quod post pauca succedit μεταστῆσαι πανοικίους illustratum alias est. Conf. not. in L. V. 20. WESS.

277. 35. *Γάϊος Αἴλιος*] Pro Γάϊος Αἴλιος Κόϊντος Αὔλιος. Livius vero hunc *Aemilium* vocat. RHOD. Κόϊντος Αὔλιος praestat. Vide Pighium in Annal. ad ann. CDXXX. p. 345. et quae viri docti notarunt ad Livii L. VIII. 37. Porro in vero nomine Praetoris, qui anno huic Athenis nomen dedit, discordia est. *Philoclem* vocant Diodorus et Dionysius in Dinarcho p. 116., at *Dioclem* alii, de quibus Io. Meursius de Archont. L. IV. 14. WESS.

277. 37. *Συντετελεκὼς τὴν ἁρμάμαξαν*] Fortasse haec sumta sunt ex Ephippo, quem de Alexandri sepultura commentatum esse, Athen. L. X. p. 434. A. docet, aut certe ex Hieronymo Cardiano, qui quidem in describendo hoc curru unus omnium excelluit. Id docent eiusdem Athenaei verba L. V. 10. Ἱερώνυμος ἐν τῇ κατασκευῇ (θαυμάζεται) τῆς ΑΡΜΑΜΑΞΗΣ, ᾗ συνέβαινε κατακομισθῆναι τὸ Ἀλεξάνδρου σῶμα. Nam quod Schefferus opinatus ad Aelianum est Var. Hist. L. XII. 64. currus eius fabrum fuisse Hieronymum, id Athenaeus nusquam dixit. Sequeretur enim et Timaeum, cuius paullo ante meminit, auctorem rogi fuisse, cui Dionysius inpositus conflagravit, quod tamen absurdum. Timaeus in eius descriptione egregius fuerat, ut in currus huius enarratione Hieronymus. WESS.

278. 45. *Κατεσκευάσθη χρυσοῦν σφυρήλατον*] Deest, unde haec pendent, vocabulum, quod an *φέρετρον* fuerit an aliud, non finio. Rhodomannus in notat. Correct. *φέρετρον* suspicatus est, praeeunte Aeliano Var. Hist. lib. XII. cap. ult. τὸ ἐπ' αὐτῆς (ἁρμαμάξης) κατεσκεύασε φέρετρον μεγαλοπρεπῶς ἀργύρῳ καὶ χρυσίῳ καὶ ἐλέφαντι. Wess.

278. 47. *Ἐπλήρωσεν ἁρμάτων*] Scribe ἐπλήρωσαν. Rhod.

278. 60. *Ἔχων τραγελάφων προτομὰς*] Vid. ad L. II. 51. Erant inter ornamenta aulaeorum Persicorum et Medicorum frequentes tragelaphorum et aliorum animalium monstrosae figurae. Aristophanes Ran. v. 868. οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σὺ, Ἀ'ν τοῖσι παραπετάσμασι τοῖς Μηδικοῖς γράφουσιν. ut mirum non sit et regium hoc solium illis fuisse condecoratum. Wess.

278. 62. *Δι' ὧν κατακεκρέμαστο στέμμα*] In augmentis praeteritorum pertrita haec variatio. S. Matthaeus Evang. c. VII. 25. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ πέτραν. Ioseph. Ant. L. XX. 3. 2. τεθράπτο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ. et Belli Iud. III. 7. 31. καὶ διπλῷ περιβόλῳ τετείχιστο. tum ibid. c. 10. 1. Praeterea L. IV. 11. 4. τεθύμωτο ἐπὶ τοὺς συναποστάντας. et post pauca ταῦτα μὲν — πέπρακτο. Heliodorus L. I. p. 41. καὶ γὰρ πεφοίνικτο τὴν παρειάν. iterum ibid. καὶ τὸ βλέμμα κεκίνητο. Porro L. IV. p. 162. τέτατο δὲ ὁ δρόμος. et p. 164. καὶ δεδούλωτο τῷ πόθῳ. Etiam in compositis L. VIII. p. 386. ἡ πόλις ἐκτετάρακτο. quomodo L. X. p. 508. καὶ ὁ μὲν — ἤγετο οἷ προστέτακτο. Quae quidem ex illis abunde erunt: quis enim finis foret, si omnia de hoc genere coacervare vellem? Conf. ad L. II. 8. et quae vir doctus Miscellan. Observ. Vol. IV. p. 289. in unum conduxit. Wess.

278. 69. *Ἔχον Ἰωνικὰ κιονόκρανα*] Conf. Vitruvium L. III. 2. cum Philandri dissertatione. *Νίκην τροπαιοφόρον* *Victoriam cum tropaeo*, quae in veterum nummis gemmisque haud rara, Suetonius vocat Galb. c. 10. Wess.

278. 74. *Ἔχων ἅρμα τορευτὸν*] *Currum torno elaboratum* Interpres dederat, communi errore, quisque facile aliud agentibus subrepit, cum Lexica paene omnia huc ducant. At res prodigiosa est currus *torno* factus, et longe sunt diversa τορεύειν et τορνεύειν. hoc TORNARE, illud CAELARE. Vide, quae disputaverunt viri doctissimi Cl. Salmasius in Solin. p. 738. et R. Bentleius in Horatii A. P. v. 441. Itaque *currus caelo elaboratus* praestat. Wess.

278. 78. *Περσῶν Μηλοφόρων*] Diximus de illis ad L. XVII. 59. Wess.

278. 81. *Ἔχοντας — Ἰνδοὺς*] *Indos, per quos regebantur elephanti*, apud Vegetium L. III. 24. sive οἱ κυβερνῶντες τὰ θηρία Ἰνδοὶ, ut mox cap. 34. et L. XIX. 34. atque in Maccab. Hist. L. I. c. 6. 31. Wess.

279. 98. *Τὰ μὲν πλάγια etc.*] Interpres *quarum modioli*, motus fortasse *radiis*, quorum succedit mentio. Equidem quae Per-

ticarum rotarum fuerit forma, non temere dixerim, neque adeo ausim *αἱ μὲν πλῆμναι* substituere, quod alioqui opportunum foret. Wess.

279. 2. *Σιβήνην ὀδὰξ κατεχούσας*] Hanc scripturam omnes membranae ratam habent: citat tamen Stephan. Thes. T. III. p. 1147. *σιβύνην*, quod et ego mallem; sic iterum L. XX. 33. *καὶ παρά τινος τῶν ὑπασπιστῶν ἁρπάσας σιβύνην*. Hesychius, *Σιβύνη*, *ὅπλον δόρατι παραπλήσιον*. Glossae *Σιβύνη*, *venabulum*. quod ut in *Σιγύνην* mutaret Io. Vlitius ad Gratii Cyneget. v. 112., nihil necesse erat. Eaedem *Ζηβύνη*, *venabulum*, et *Ζιβύνη*, *venabulum*: quorum prius ex prava pronuntiatione originem accepit, sicuti et Hesychii *Ζηβήνη* (lege *Ζηβύνη*) *ὁλοσίδηρος ἀκοντίς*. Variatum enim fuit in prima vocis litera. Interpretes Alexandrini Esai. cap. II. 4. *καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ΖΙΒΥΝΑΣ αὐτῶν εἰς δρέπανα*. i. e. Tertulliano vertente princip. L. IV. adv. Marcion. *concident machaeras suas in aratra et* SIBYNAS, *quod genus venabulorum est*, *in falces*. Quae doctissimi eius viri si Vlitius in numerato habuisset, non, puto, ursisset discrimen, quod inter *σιγύνην* et *σιβύνην* reperisse sibi visus est. Nam quae in prima, eadem in tertia litera scribendi discrepantia animadvertitur. *Σιγύνην*, *σίγυνον*, *σίγυμνον* idem hastilis seu venabuli genus dixerunt. Conf. viros doctos ad Pollucem L. X. 144. Wess.

279. 13. *Χλιδῶνας λιθοκολλήτους*] Ne muta. Theodoretus et Procopius ad 2. Samuel. I. 10. *χλιδὼν κόσμος ἐστὶ χρυσοῦς ἢ τοῖς βραχίοσι περιτιθέμενος*, *ἢ τοῖς καρποῖς τῶν χειρῶν*. Hesychius paria, insuper addens *καὶ περὶ τοῖς τραχήλοις*. Cui hic locus adstipulatur. *Χλιδῶνες ἀμφὶ βραχίοσιν* sunt apud Athen. L. XII. p. 525. E. et in Siracide c. XXI. 21. atque Esaj. cap. 3. 20. Wess.

279. 18. *Καθ' ἃς ἀεὶ γένοιτο*] Hoc fide membranarum recepi: currum spectat unice, qui Babylone per Syriam Damascenam, etsi quidam progressum inpedire conarentur, ab Arrhidaeo Aegyptum versus deductus est, Arrian. apud Phot. p. 220. Habet Aelian. etiam, quae huc pertinent, L. XII. 64. sed fabulam adspergens de imagine Alexandri, quam vide. Wess.

279. 32. *Κατεσκεύασεν οὖν τέμενος* etc.] Locus erat urbe media, regum sepulturae destinatus, quem *Σῆμα* vocabant, de quo Casaubon. in Sueton. August. c. 18. Vide vero quam in omnia alia abeat Pausan. L. I. 6. Dicit Macedonas Alexandri corpus *Aegas* in Macedoniam deportare constituisse, Ptolemaeum, postquam ab illis id inpetrasset, Memphim delatum ritu Macedonum contumulasse: inde vero labentibus annis Ptolemaei filium, Philadelphum, Alexandriam asportasse. Quae unde acceperit, ignoro. Wess.

279. 37. *Διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐχάριστον*] Opportune his

16 *

usus est doctissimus I. C. Schwarzius Dissert. de Soloecismis Discip. Iesu Antiquat. p. 67., ut Paullinum ex Epist. ad Coloss. III. 15. *καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε* vertendum esse doceret, *ut benefici estote.* Idem enim *φιλόδωρος καὶ εὐχάριστος* ex Pollucis decreto L. V. 140. Imp. Augustus apud Iosephum, non neglectus ab eodem Schwarzio, Ant. Iud. L. XVI. 6. 2. *ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη — — πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων.* Nollem huc trahi *γυναῖκα εὐχάριστον* ex Alexandrina Proverb. Salomon. c. XI. 16. versione: neque enim benefica sed venusta et gratiosa, אשת חן, describitur; unde suspiceris, *εὐχάριτον* olim fuisse, idque ob rariorem usum mutatum. Invenies Appiani L. II. Bell. Civil. p. 371. Curionem *ἐς τὸν δῆμον εὐχαριτώτατον*, et Aeliani de Animal. L. I. 59. *οὐδὲν τῶν μελιττῶν εὐχαριτώτερον.* quae usum eius vocis adfirmant. Wess.

280. 67. *Καὶ συναναγκασθεὶς μάχην συνάψαι*] Conf. Plut. Eumen. p. 585. F. et Arrianum apud Phot. p. 220. Wess.

280. 89. *Καὶ μάλιστα τὴν ἱππικὴν* etc.] Factum prudens. Reliquas copias neque magnas neque firmas habebat Eumenes, quod inexercitatae et non multo ante erant contractae. Addidit aliud, non minus consultum. Intelligebat, si copiae suae cognossent, adversus quos pergerent, non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Quare dissimulato Crateri, quem Macedones mirifice aestimabant, adventu, deviis itineribus milites circumduxit, in quibus vera audire non possent, et prius in aciem eduxit praeliumque conmisit, quam scirent, cum quibus arma conferrent, testibus Corn. Nep. Eumen. c. 3. et Plut. ibid. ac T. II. p. 506. D. Wess.

281. 96. *Ἐὰν κρατήσωσι τὴν μάχην*] Si *τῇ μάχῃ* potius censueris, utere verbis similibus L. XIX. 43. Ego in vulgato acquiesco. Wess.

281. 7. *Τοὺς ἱππεῖς ἑλομένων* etc.] Positum est loco *διελομένων*, ut alias solet. Infra L. XIX. 40. *Ἀντίγονος μὲν οὖν τοὺς ἱππεῖς ἐπὶ τὰ κέρατα διελόμενος* etc. Wess.

281. 12. *Καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἀφιππευόντων*] Videtur rectius *ἐφιππευόντων*. neque enim sui equites eum ignorabant, sed, qui citato cursu invadebant, hostes. De exitu, quem Craterus fecit, paullo diversa prodiderunt Corn. Nep. Eumen. c. 4. et Plut. Eumen. p. 587. A. Wess.

281. 15. *Καὶ τῷ πλήθει — περιχεομένων*] Unius literae transpositione frequens in his libris vitium correxi. Vid. ad L. XIII. 51. XVI. 80. Wess.

281. 35. *Ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε — τὴν ἰγνὺν πατάξας*] Hoc relinquendum duxi. Plut. Eum. p. 587. C. *ὁ μὲν Εὐμένης τοῦ Νεοπτολέμου προεξανισταμένου τὴν ἰγνύαν ὑπέκοψεν, αὐτὸς εἰς ὀρθὸν φθάσας καταστῆναι.* Wess.

281. 41. *Ἐν γόνασι βεβηκὼς*] Vid. T. Hemsterhusium ad

Luciani D. Deor. XXV. 1. et H. Vales. in Eusebii L. X. H. Eccles. p. 192. Wess.

282. 60. Ὅσοι βούλονται etc.] Non ὅσοι sed ὅποι legendum suspicor. Steph.

282. 61. Καὶ δόντων τὰς διὰ τῶν ὅρκων πίστεις] Corn. Nepos Eumen. c. 4. *Pedester exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petiit. Quam quum inpetrasset, in fide non mansit, et se, simulac potuit, ad Antipatrum recepit.* Quibus non dissimilia Arrianus apud Photium p. 221. Wess.

282. 67. Ἐπεβάλετο μὲν κολάσαι τὴν ἀθεσίαν] Legi etiam potest τὴν ἀθείαν. Rhod. Nollem viro docto excidisset. Cui enim bono ea animadversio? Ἀθετεῖν τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν saepe Polybius de spreta iurisiurandi religione, Lib. XI. 27. XV. 1., et ἀθεσίαν, cum de perfidia sermo est L. II. 32. III. 78.; quae eius loca Suidas in Ἀθεσία exscripsit: tum L. III. 49. διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀθεσίαν τῶν κατοικούντων τοὺς τόπους βαρβάρων. et cap. 70. τήν τε τῶν Κελτῶν ἀθεσίαν οὐκ ἐμμενεῖν ἐν τῇ πίστει. Polybium solens Noster aemulatur etiam in Excerpt. Vales. p. 338. χρώμενοι δὲ τῇ συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ. et post pauca οἱ τῆς κατὰ τοὺς Σιφνίους ἀθεσίας μὴ μετασχόντες. Convenit Hebraeorum פשע, ad quod Graece explicandum saepe adhibetur ab Aquila, docto interprete. Vid. Psalm. XXIV. 7. Daniel. IX. 24. Wess.

282. 77. Πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν Εὐμένη νίκην] Putes agi de victoria, quam de Cratero et Neoptolemo retulit Eumenes. Sed res habet aliter. Nam eius partae nuntius tum demum venit, cum Perdiccas suorum manibus perierat, ipso teste Diodoro c. 37., nec Plutarcho Eumen. p. 587. dissentiente. Ea proinde est, qua diebus ante posteriorem hanc decem Neoptolemi conatus disiecerat. Paullo ante προῆγεν ἐπὶ Κιλικίαν non muto, tametsi ἐπὶ Κιλικίας longe tritius sit. Codd. obstant. Wess.

282. 84. Καὶ γὰρ φονικὸς ἦν] Imperiosum et atrox Perdiccae ingenium notarunt Iustinus L. XIII. 8. et Arrianus in Biblioth. Phot. p. 221. Wess.

283. 4. Ὃ προσηγορεύετο Καμήλων τεῖχος] Saepe τεῖχος de arce atque castello. Vid. ad L. XIII. 69. Statim rectius erit ἡγουμένων μὲν, monente in not. Auctario Rhodomanno. Wess.

283. 9. Οὓς διενοεῖτο πέμπειν τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον] Mallem composito ἐπιπέμπειν locum dedisset, ut simili in re Herodianus L. III. 5. ἐπιπέμπει ταῖς πόλεσιν ἀμφοτέραις Μαυρουσίους τε ἀκοντιστάς etc. Wess.

283. 21. Καὶ τὰς ἐπάλξεις ἐῤῥίπτουν] Ἔῤῥηττον nonnemo, cui etsi patrocinari videatur frequens τῶν ἀνέῤῥηττον et ἀνέῤῥιπτον confusio, non accedo. Vulgatum nihil habet, cur sperni debeat. Conf. Ioseph. in Belli Histor. L. III. 1. 9. Wess.

283. 45. *Διημερευσάντων τοῖς κινδύνοις*] Si praepositionis absentia molesta sit, inspice L. XII. 61. Wess.

283. 48. *Ἀπεναντίον*] *Ἀπέναντι* Leid. Reg. 1, ut in Matth. Evang. XXI. 2. Wess.

283. 49. *Πρὸς ᾗ συμβαίνει σχίζεσθαι*] Adi L. I. 33. Wess.

284. 59. *Ἐκδεχόμενος τὴν* etc.] Resarci *ἐκδεχομένους τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ καὶ καταπραΰνοντας*. Rhod. Optime Rhodomannus, cui viam monstrasse, nisi satis ea esset expedita, Castellionem dicerem. Vertebat enim, *elephantos ad sinistram collocavit, qui fluminis impetum excipientes, fluctus mitigarent*. Wess. Eundem recte praeterire τοῦ ποταμοῦ v. 58. minus etiam dubium est.

284. 72. *Ἐγκεχωσμένην διώρυγα πάλιν ἐκφραχθῆναι*] Fossae id genus per Aegyptum, ut Nilotica aqua ex agricolarum usu dispensaretur, plures erant. Erant et *Chomata*, sive aggeres fluvii aquam coercentes, et in aggeribus *Diacopi*, de quibus in leg. 10. D. de Extraordin. Criminib., et supr. L. I. 52. Recte vero Noster incrementi eius quod Perdiccae exercitui adeo incommodum in fluvii traiectu accidit, originem et caussam aliunde derivat. Wess.

284. 89. *Προσέταξεν εἰς τοὔπίσω πάλιν ἀπιέναι*] Particula quaepiam videtur ante vel post *προσέταξεν* omissa fuisse: aut paulo superius, secunda abhinc linea, ante vel post *τῶν μέν*. Nam etsi alii quoque loci similes, aut saltem propemodum similes, reperiuntur apud hunc scriptorem, huiusmodi omissionem tamen vix eius idiomati adscribere ausim. Steph. Legeris *καὶ τῶν μὲν διαβεβηκότων*, ut vir doctus suspicatus est, pulcre decurret orationis tenor. Id miror, nihil hic de strategemate addi, quo Perdiccam Ptolemaeus egregie circumscripsit apud Polyaen. L. IV. 18. et Frontinum L. IV. 7. 20. cum nota Cl. Oudendorpii. Wess.

284. 95. *Οἱ πλεῖστοι δὲ παρενεχθέντες* etc.] *Fluvii impetu ablati*, ut capitis principio, *δι' ὧν ἐξεδέχετο τοὺς παραφερομένους*. et L. XIV. 115. *οἱ δὲ — διὰ τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥεύματος παρεφέροντο*. Lucianus Hermot. c. 86. *ὅτι με παραφερόμενον ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάῤῥου καὶ τραχέος — — ἀνέσπασας*· quod viri docti, proscripto *τῷ περιφερόμενον*, optimo iure praeoptaverunt. Scribendum itidem erat meliorum Codd. consensu in auctore Epist. ad Hebr. c. XIII. 9. *διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε*, i. e. *ne patimini vos abripi*, torrentis in modum. Quid enim tritius tali figura? Plutarchus T. II. p. 5. E. *ὅ γε μὴν πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων*. Appian. Hannib. p. 549. *οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ παραφέροντος — οὔτε στῆναι — οὔτε νεῖν ἐδύναντο*. Wess.

285. 16. *Ὁ τοὺς ἅπαντας Ἕλληνας καταπολεμήσας*] Nonne rectius *τοὺς ἀποστάντας*. Rhod. *Ὁ τοὺς ἀποστάντας — καταπολεμήσας*.] Citra dubium hoc auctor reliquerat. Vitio ansam scripturae praebuit compendium, quod et ex *ἀποστάντων* supra c. 4. in Ba-

ali. edito fecerat ἁπάντων. Confer huius libri cap. 7., et invitis Codd. ita restitutum fuisse, non indignabere. Wess.

284. 21. *Κατέσφαξαν τὸν Περδίκκαν*] Consentiunt Strabo L. XVII. p. 1144., Pausanias L. I. 6. cum Kuhnii nota, et Arrian. apud Phot. p. 221. Non item Corn. Nepos in Eumene c. 5., qui quidem, cum Perdiccam a Seleuco et Antigono interfectum fuisse adfirmat, difficulter fidem prudentioribus faciet. Wess.

285. 28. *Διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν, τούτου μὲν οὐκ* etc.] Edebatur *διὰ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν βιαζόμενος, τούτου* et seqq. Quorum *βιαζόμενος* membranarum imperio proscripsi, quippe nulli rei, hoc certe loco. Wess.

285. 39. *Εὐθὺς ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες*] Recte: duo enim dies abierant a nece Perdiccae, cum victoriae nuncius in Aegyptum perferretur, Plut. Eumen. p. 587. E. Wess.

285. 47. *Καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πεντήκοντα*] Eadem Arrian. in Photii Cod. XCII. p. 221. Facta autem ea condemnatio ab exercitu, quod is vetusto Macedonum more de capitalibus rebus inquirebat, ceu notum ex Curtio est L. VI. 8. 25. Wess.

286. 67. *'Αντιπερισπάσαι βουλόμενοι τὸν 'Αντίπατρον*] Legitimum est *ἀντιπερισπάσαι*. Polyb. L. II. 24. *ὡς ἂν ἐμβαλόντες εἰς τὴν τῶν Βοιῶν χώραν ἀντιπερισπῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας*, *ut facta in Boiorum regionem excursione, eos qui exierant ad sua defendenda retraherent.* Plura ad L. XIV. 49. Statim *ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους* legitimum esse, ostendunt sequentia. Wess.

286. 81. *'Ακαρνᾶνες ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Αἰτωλοὺς*] Perpetuae inter vicinas has gentes erant inimicitiae, quarum insigne indicium exhibent Polybii fragmenta apud Suidam in *'Εναύειν* et *'Επαλγοῦντες*. Namque ad Acarnanas illorumque in Aetolos expeditionem, etsi hac serius susceptam, ea pertinere Livius L. XXVI. 25. locuples testis est. Wess.

286. 86. *Μένωνα τὸν Φαρσάλιον*] Videtur is esse, de quo superius cap. 15. huius libri. Wess.

286. 99. *Εἰς Τριπαράδεισον τῆς ἄνω Συρίας*] Vocat *τὴν ἄνω Συρίαν* quae ultra Orontem fluvium in Ciliciam vergit L. XIX. 93. et XX. 48. Quare in *Τριπαράδεισον* haud male congruit situs urbis *Paradisi* non longe a Laodicea Scabiosa apud Ptolemaeum L. V. 15. p. 160., et Plinium L. V. 23. Wess.

286. 3. *Οἱ περὶ τὸν Πύθωνα* etc.] Non ille solum, ut voluit Interpres, sed et Arrhidaeus eius collega, indice Arriano apud Phot. p. 221., ubi de Eurydice et mota a militibus in Antipatrum seditione copiosius. Wess.

287. 19. *Δορίκτητον*] *Δορύκτητον* Reg. 1. ut apud Lycophron. v. 933. Polybium, Appianum et alios. Wess.

287. 20. *Τῶν δ' ἄνω σατραπειῶν*] Bene sit amanuensi Reg. sec., qui veram Diodoro scripturam reddidit. Arrianus dicto loco,

τῶν δὲ ΑΝΩ σατραπειῶν, τὴν μὲν μέσην τῶν ποταμῶν γῆν καὶ τὴν Ἀρβηλῖτιν Ἀμφιμάχῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ ἔνειμε. Adde huius lib. caput septimum, unde similem maculam detersimus. Porro *Ἀρβηλῖτιν* refinxi ex altero Regio. *Ἄρβηλα* enim *Ἀρβηλίτας* et *Ἀρβηλῖτιν* formant, nunquam *Ἀρβελῖτιν*. Consentit Arrianus, uti vides. Wess.

287. 22. *Ἀντιγόνῳ δὲ τὴν Σουσιανὴν*] Corrige ocius *Ἀντιγένει*. Antigono, ut statim succedit, aliud muneris et amplius quidem iniunctum fuit. Iterum Arrianus, *Ἀντιγένει δὲ τῷ πρώτῳ μὲν ἐπιθεμένῳ Περδίκκᾳ, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἡγουμένῳ, τῆς Σουσιανῆς ἁπάσης ἄρχειν.* Quae quidem hominem ita signant, ut dubium non relinquatur de correctionis fide. Vid. modo infra c. 62. Geminum mendum Freinshemius, cui neque hoc latuit, sustulit ex Curtii L. VIII. 14. 15. Wess.

287. 38. *Καὶ Λυκίαν Ἀντιγόνῳ*] Supra cap. 3. *Ἀντιγόνῳ δὲ Παμφυλίαν καὶ ΛΥΚΙΑΝ καὶ τὴν μεγάλην καλουμένην Φρυγίαν.* Optime ergo veteres schedae, praesertim cum adstipuletur Arrianus, et Philoxeno Cilicia fuerit contributa. Simile peccatum corrupit Dexippi verba apud Phot. Cod. LXXXII. p. 200. *Ἀντίγονος δὲ Παμφύλων καὶ Κιλίκων μέχρι Φρυγίας.* Atqui Cilices priore divisione, qua de Dexippus, imperio Philotae erant permissi. Sed scripserat *καὶ Λυκίων* ille. Wess.

287. 39. *Καρίαν δὲ Κασσάνδρῳ*] Arrianus *Καρίαν δὲ Ἀσάνδρῳ ἔνειμε, Λυδία δὲ Κλείτῳ ἐδόθη.* At in priore divisione *Καρῶν Κάσσανδρος* apud eundem est praefectus, in Dexippo vero Photii p. 200. *Καρῶν δὲ Ἄσανδρος.* Dubium itaque Cassanderne an Asander Cariae fuerit inpositus. Freinshemius ad Curtii L. X. 10. p. 815. in Cassandri partes transiit, Nostro huius libri cap. 3. et Iustino L. XIII. 4. favente; quam tamen in Curtiano Indice sententiam repudiavit, Asandrum praeoptans. Et, me quidem arbitro, prudenter. Nam in priore divisione, non diffitente Iustino, Cassander Antipatri filius *stipatoribus regis satellitibusque* praefectus est. Qui potuit ergo eodem tempore Cariam administrare? Hac vero secunda provinciarum descriptione a patre adiunctus est Antigono, ut Chiliarchi munus fungens consilia viri specularetur. Proinde *Ἀσάνδρῳ* et hic et cap. 3. tum etiam in Arriano, Iustino, Orosio verius erit. Porro *Λυδίαν δὲ Κλείτῳ* reddidi, quod Lycia fuerit iuris Antigoni, Lydiamque praeter Arrianum Clito adsignet ipsemet auctor L. XVIII. 52. Wess.

288. 70. *Ἐποίησε προδότην γενέσθαι*] Puto non *ἐποίησε* sed *ἔπεισε* Diodorum scripsisse. Steph. Non est necesse, ut mutetur. Verte, *operam dedit, ut proditor fieret*, et vide ipsum Stephan. Thes. T. III. p. 434. Wess.

288. 73. *Ἐπιβαλὼν ὁ Ἀντίγονος etc.*] Posset sine gravi iactura participium istud in exsilium abire, nec sede tamen, quam meliores schedae tuentur, everto. Indicatur, Antigonum, inpres-

sione cum omni exercitu facta, loca ea occupasse. Simillimum est, si sola verba spectes, S. Marci Evang. XIV. 72. de Petro καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. Sed sententia longe longeque distat. Vult enim, Petrum delicto, quod admiserat, ad animum revocato, in fletum fuisse solutum. Scio viros multo eruditissimos de iniecta in caput veste diligenter plura commentari, quae vereor ut illi loco pulcre conveniant. Vide hoc potius Imp. Antonini L. X. 30. τούτῳ γὰρ ἐπιβαλὼν, ταχέως ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς, *hoc ad animum si revocaveris, cito irarum obliviscoris.* At ista huius non sunt loci. Wess.

288. 81. *Καὶ τοῦ Ἀπολλωνίδου* etc. *ποιήσαντος — διάστασιν*] Puto hominem designari a Plut. Eumen. p. 588. D., in praelii eius descriptione diligentius versato. Wess.

288. 87. *Διὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν — οὐκ ἀθυμῆσαι*] Exterito particulam negantem, vel scribito *οὐκ εὐθυμῆσαι.* Rhod. *Διὰ δὲ τὴν ἀπώλειαν τῆς ἀποσκευῆς ἀθυμῆσαι*] Prius consultius est ob scriptorum Codd. adsensionem. Plutarchus nihil hac de re. Wess.

288. 93. *Ὃ προσηγορεύετο Νῶρα*] *Phrygiae castellum* dicitur a Nepote c. 5. Melius Plutarcho *χωρίον ἐν μεθορίῳ Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας.* Ibi enim Sargarausene, in qua *Nora*, progressu temporis *Neorassus* adpellata apud Strab. XII. p. 812. A. Wess.

288. 6. *Περὶ ἑξακοσίους*] Plutarchus equites quingentos et gravis armaturae ducentos, e quibus aliqui concedente Eumene aliorsum abierint, annumerat: leve ergo id discrimen est. At auctor ipsemet huius lib. cap. 53. intra obsessam arcem quingentos duntaxat amicorum Eumenis fuisse ait, quae quidem faciunt, ne numeris istis strictissime inhaeream. Wess.

289. 22. *Μείζονας ἤτει φιλανθρωπίας* etc.] Uberior in his exponendis Plutarchus est, quem vitae Eumen. p. 589. C. consule. Wess.

289. 27. *Ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς πορευομένους*] Restitue *ἐμπορευομένους.* Rhod.

289. 33. *Ἱερώνυμος ὁ τὰς τῶν διαδόχων ἱστορ. γεγραφὼς*] De eodem Hieronymo Cardiano Eumenisque populari inferius cap. 50. et XIX. 44. Tum *περὶ τῶν διαδόχων* in not. ad L. I. 3. Scripsit et *τὰς τῶν διαδόχων πράξεις* Agatharchides Cnidius, de quo Iosephus Antiq. Iud. L. XII. 1. 1. Wess.

289. 34. *Οὗτος δὲ πολλαῖς* etc.] Scribe *αὐτός.* De Eumene enim sermo est, non de Hieronymo, cuius obiter hic mentio inseritur. Rhod.

289. 38. *Κενὸν ἔχοντας τὸ τῆς βασιλείας πρόσχημα*] Conf. Ill. Spanhem. ad Iuliani Caesar. in notar. Conprobation. p. 33. et ad Aristophan. Ran. v. 944. Solet auctor *πρόσχημα βασιλείας* nomen dignitatemque regiam adpellare: nam in Excerpt. Vales. p. 313. ὁ *Ἀντίοχος ἀνὴρ ἐφάνη πραγματικὸς καὶ τοῦ ΠΡΟΣΧΗ-*

ΜΑΤΟΣ τῆς βασιλείας ἄξιος pro quo Polybius, quem aemulatus est, in Excerpt. p. 1446. *Ἀντίοχος — ἦν καὶ πρακτικὸς καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ΟΝΟΜΑΤΟΣ ἄξιος.* Tum Excerpt. Ursin. XXII. p. 322. *Προυσίας ἀνάξιος τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος.* Quo quidem usu Philippus, Alexandri pater, *ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας* in Polybii L. V. 10., *ὄνομα καὶ πρόσχημα τῆς Ἐπαμινώνδου στρατηγίας* in Plut. Pelopid. p. 295. F., et *τὸ πρόσχημα τῆς Ἀμφικτυονίας* in eiusdem T. II. p. 794. B. E quibus, cetera quae ad manum sunt omitto, liquido adparet, *κενὸν τῆς βασιλείας πρόσχημα* eos habere, qui nomine tenus reges sunt, aliis imperii auctoritate instructis. Iosephus Ant. Iud. L. XIV. 12. 2. de Hyrcano, rege quidem Iudaeorum, sed cuius maiestatem occupaverant Phasaelus et Herodes, *ΠΡΟΣΧΗΜΑ μὲν εἶναι λέγοντες τῆς βασιλείας Ὑρκανὸν, τούτους δὲ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν ἔχειν.* Recte ergo atque eleganter de eodem Arrhidaeo et Antigono, quo de Diodorus, apud Plut. T. II. p. 791. *Ἀλλ' ὁ μὲν ἅπασαν ὀλίγου δεῖν κατεκτήσατο τὴν Ἀσίαν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς δορυφόρημα, κωφὸν ἦν ὄνομα βασιλείας, καὶ πρόσωπον ὑπὸ τῶν ἀεὶ κρατούντων παροινούμενον.* Wess.

289. 51. *Τρεῖς δοκίδας ἐωρήσας*] Pro *ἐωρήσας* legatur *αἰωρήσας* vel *μετεωρίσας*. Rhod. *Τρεῖς δοκίδας αἰωρήσας*] Sequor Rhodomanni et sermonis iudicium. Vitium peperit depravatior pronuntiatio, quae et in Porphyrio L. IV. Abst. A. c. 8. dederat *ὅτι μήτε περιπάτοις ἢ ἐώραις χρώμενοι* loco *αἰώραις*. Et *ἐωρουμένοις* ac *ἐωρεῖτο* pro *αἰωρουμένοις*, *ᾐωρεῖτο* in Iosepho Ant. XVIII. 6. 5. cum nota Spanhemii. De re ipsa, etsi in paucis discrepantes, Corn. Nepos Eumen. c. 5. et Plut. in eiusdem Vit. p. 590. A. videndi sunt. Wess.

290. 62. *Καὶ διὰ τῆς ὁμοίας συμπεριφορᾶς* etc.] Dixi de voce ad L. III. 63. Hic convivium comitate coniunctum exprimit, veluti in Excerpt. Vales. p. 409. *διαίτῃ μὲν γὰρ ἐχρῆτο λιτῇ, λουτρῶν δὲ καὶ συμπεριφορᾶς τρυφὴν ἐχούσης ἀπείχετο.* Polyb. L. V. 37. *ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς συμπεριφορὰν ἐγένετό τις αὐτοῖς ὁλοσχερὴς εὔνοια.* Adde eiusdem libri c. 26. Wess.

290. 75. *Λαομέδοντα μὲν τὸν σατράπην ἐζώγρησε*] Abductus est Laomedon in Aegyptum, unde brevi post elapsus ad Alcetam sese in Cariam contulit, referente Appiano Syr. p. 194. Syria tum omnis et Phoenice in ditionem Ptolemaei una cum Iudaeis, de quibus Ioseph. Ant. XII. 1. 1. et L. I. in Apion. c. 22., venit, dedidtque deinceps materiam bellis, quibus Lagidae et Seleucidae invicem sese attriverunt. Vide Polybium L. V. 67. et Ioseph. Scaligerum ad Euseb. Chron. ann. MDCXCV. Wess.

290. 82. *Κόϊντον Ποπίλιον* etc.] Annales Capitolini *Ποπίλλιον* edunt, ubi collega ipsi additur *Λεύκιος Παπίριος*. Praeteriti autem sunt a Diodoro biennii praecedentis consules iuxta atque Archontes. Quod non obscure defectum in auctore insignem

alicui tribuit. RHOD. Consulum nomina recte a viro doctissimo instaurari Livius testabitur L. IX. 7. Deesse quoque bina consulum paria et duos Atticae civitatis Archontes huic libro, res est exploratissima ipsius Diodori testimonio, VII se annorum gestas res hoc libro fuisse complexum notantis cap. 1. Id in ambiguo, deficiantne ante Apollodorum, an post eius magistratum cap. 58. huius libri. Posterius in mentem venit Palmerio, ut ibi videbis, prius praeter Rhodomannum hunc in modum adstruxit H. Dodwellus: *Vel hinc intelligimus, supremum superioris libri Archontem (quicunque demum is fuerit) ad annum Olymp. CXV. 3. spectare, pro mente Diodori. Et locum adeo illum esse Archippi, ni desint in fine libri XVIII. duo Archontes; non autem illum, quem fingit Meursius, Olymp. CXV. 1. praeeunte Rhodomanno. Nullum sane Archippo adiungit Diodorus Olympionicen, aut numerum Olympiadis, quod tamen illi sollemne est in annis Olympiadum primis. Nexum praeterea, pro mente Diodori, docent adiuncti Archippo et Demogeni Archontibus Romani Coss., qui se invicem proxime excipiunt in Fastis Romanis. Similis est nexus Coss., quos cum Archonte Apollodoro committit Diodorus. Proinde magistratum tenuit Apollodorus Olymp. CXV. 2. pro hypothesibus eiusdem Diodori. Tum demum desunt in Fastis Diodori duo consulum paria. Hoc enim spatium est inter (praeturam) Philoclis et Apollodori. Hic itaque statuenda est Diodori lacuna, ut desint apud illum Archontes Olymp. CXV. 1. et CXIV. 4. Et recte adeo Olymp. CXIV. 3. tenebit Archon Philocles pro hypothesibus Diodori. Sic ergo Archontes, si ad annos Olympiadum accommodentur, non incommode se, ut opinor, habebunt, saltem pro sententia Diodori.*

Olymp.	Archontes.	Olymp.	Archontes.
CXIV. 3.	*Philocles.*	CXV. 2.	*Apollodorus.*
CXIV. 4.		CXV. 3.	*Archippus.*
CXV. 1.		CXV. 4.	*Demogenes.*

Idem colligimus e Dionysii Halicarnassei Dinarcho (p. 116.) Ibi hanc habemus Archontum seriem, Philocles, Archippus, Neaechmus, Apollodorus, Archippus, Demogenes. *Hinc apparet, omissos in Diodoro Archontes illis ipsis, quos diximus, locis inserendos. Sic veris Olympiadum annis assignabuntur res a Diodoro sub his Archontibus narratae. Nec aliter constabit, quod ait Diodorus, decennio patriae praefuisse, cum eiiceretur, Demetrium Phalereum. Fugam Demetrii Phalerei Olymp. CXVIII. narrat ipse Diodorus. Itaque necesse est, ut Olymp. CXV. 3. fuerit, ad minimum, quo ad urbem Atheniensem venerit, Demetriumque Phalereum praefecerit Cassander. Illius autem anni Archontem Olymp. CXVI. 1. tribuunt Rhodomannus et Meursius, quod facere tamen ne quidem potuit Diodorus.* Hactenus ille ad Dissert. V. de Cyclis p. 805. Quae, si Rhodomanni repre-

haustionem excludas, probari possunt. Lacunae vero ubi sit faudus locus, nondum constitutum est. Non poterit quidem esse sub finem superioris capitis: cohaerent artissime res Eumenis, neque ultra anni spatium prorogata obsidio fuit, quam Noris fortissime toleravit, ut ex Nepote in Eumen. c. 5. et Nostro cap. 53. abunde liquet. Malim arbitrari ante cap. 39. plura deesse. Certe eodem anno omnia, quae sub Philoclis magistratu dicuntur administrata, gesta fuisse, nemo temere opinabitur. Deficiunt autem plurima, atque in primis res Siculae, quas hoc se libro diligenter tractasse profitetur Diodorus L. XIX. 3. Praeterea molitiones Antipatri in Eumenem, expeditioque Attali in Rhodios, aliaque, de quibus obiter Arrianus in Photii Biblioth. p. 225. Delenda proinde illa iactura, cui opem Codd., quos quidem noverim, praefracte negant. Wess.

290. 93. *Εἰς τὴν — Κρητῶν πόλιν*] Ptolemaeo L. V. 5. *Κρητόπολις* in Palat. et Coislin. libris et versione Ulmensi ann. MCCCCLXXXVI. Vulgo *Κρησσόπολις*. Cum Nostro facit Polybius, *τὴν καλουμένην Κρητῶν πόλιν* in Milyade locans L. V. 72. Wess.

290. 1. *Τοῖς τὴν ἀκρώρειαν προκατέχουσι*] Aeque conmodum hic atque opportunum *προκαταλαβοῦσι*. Elige ergo. Nam alterutrum ex glossa in orationem inmigrasse, citra dubium est. Praelii huius memoriam servavit, in omnibus tamen minime Nostro consentaneus, Polyaen. L. IV. 6. 7. Wess.

291. 25. *Καὶ τῶν ἵππέων — περιχεομένων*] Detersi maculam, qua participium hoc adspersum saepe est his in libris. Confer superius cap. 30. Wess.

291. 34. *Καὶ τῶν παίδων*] *Liberos* dedit Interpres, haud scio an prave. De liberis Alcetae altum certe quidem silentium est apud Polyaenum et in illis, quae statim consequuntur. Quid enim factum illis, cum pater interficeretur? Ego *servitia* mallem. Wess.

291. 36. *Ὄνομα Τερμησσὸν*] Una litera auctius esse iussi urbis nomen. Scio *Τερμισσὸν* Dionysii Perieg. v. 859. Sed alterum scriptorum usu, numorum et lapidum auctoritate munitius videri, docebit Holstenii sollertia ad Stephani *Τερμισσός*. Oportet autem cito ex ruinis resurrexerit Termessus, si Alexander eam everterit ex Strabonis fide L. XIV. p. 982. C. Wess.

292. 48. *Καὶ μεστὴν ὀχυρῶν φρουρίων*] Vide Strabonem L. XII. p. 855. A. Wess.

292. 72. *Προσαγόμενον τοὺς ἐκ τῆς πόλεως*] Erunt fortasse, quibus *προαγαγόμενον* huic loco aptius videbitur. Mihi alia mens. *Προσάγεσθαι* alliciendi quadam potestate in Diodori hac Bibliotheca saepe recurrit. Wess.

292. 92. *Τὸν μὲν πόλεμον ἀπεστρέψαντο*] Verum erit *ἀπετρίψαντο*, de quo ad L. XV. 4. abunde. Reddamus id ipsum Polybio L. X. 13. *οἱ μὲν οὐκ ἔνδον περιχαρεῖς ἦσαν ὡς ἀποτετριμμένοι τὸν κίνδυνον*. Sic enim scripserat, non *ἀποτετραμμένοι*.

Idem L. III. 102. ὅμως δὲ χειμαζόμενος ἔμενε, τοὺς πλησιάζοντας ἀποτριβόμενος. Wess.

293. 2. Δόντες δ' ἑαυτοὺς εἰς λῃστείας etc.] Conf. not. in L. V. 59. Demosthen. pro Coron. p. 170. καὶ ἔδωκα ἐμαυτὸν ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. Polyb. III. 19. καὶ παραβόλως διδοὺς αὑτὸν εἰς τοὺς κινδύνους. Noster L. XVI. 5. μετὰ δὲ ταῦτα δοὺς ἑαυτὸν εἰς βίον εἰρηνικόν. et L. XVII. 108. de Harpalo δοὺς δ' ἑαυτὸν εἰς τρυφὴν etc. Wess.

293. 18. Πολυσπέρχοντα] Πολυπέρχοντα Basil. Vat. Venet. semper. Conf. Xylandr. in Plut. Pyrrh. p. 387. Wess.

293. 25. Ἐξέπεμψαν πρεσβευτὴν πρὸς Ἀντίπατρον] Legationem hanc suscipere recusaverat Phocion, sic decursum est ad Demaden, Plut. Phoc. p. 755. Wess.

293. 34. Παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν etc.] Scripserat Perdiccae σώζειν τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος ἠρτημένους, *ut Graecos servare ex putri et vetere filo pendentes vellet*, contumeliose seni et amico Antipatro insultans, teste Arriano apud Phot. p. 217., nec dissentiente Plut. in extrema vita Demosthenis; nam in Phocion. dicto loco literis ad Antigonum id perscriptum fuisse adfirmat, secum ipse discordans. Wess.

293. 41. Παρέδωκε τοῖς ἐπὶ τὰς τιμωρίας τεταγμένοις] Imo vero Cassander, si Plutarchus et Arrianus non fallunt. Quae tamen levis discordia. Caedes peracta est Antipatro vivo et probante. Wess.

293. 45. Ἐσχάτως ἤδη διακείμενος] De Agathocle Eclog. XII. lib. XXI. p. 865. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις. Agatharchides de Rubr. Mar. p. 11. τὸν δὲ Ἥφαιστον — — εἰς Λῆμνον ἐνεχθῆναι, διακείμενον ἐσχάτως. Nempe ἔσχατα νοσήματα Hippocrates in Aphorismis vocabat τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, Galeno interprete Conment. p. 223. Hinc populari sermone ἐσχάτως διακεῖσθαι et ἐσχάτως ἔχειν ferebantur, qui morbi violentia in extremis erant. S. Marcus Evang. cap. V. 23. ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· Diodorus Excerpt. Vales. p. 242. πυθόμενος τὸν Φερεκύδην — ἐν Δήλῳ νοσεῖν καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν. Cultiores tamen hoc genus inprobant, quoniam ἡ τοῦ ἐσχάτως χρῆσις ἐπὶ τοῦ ἄκρου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐνομίζετο, quae Phrynichi verba. Wess.

293. 51. Ἡ δὲ τοῦ χιλιάρχου τάξις καὶ προσαγωγὴ etc.] Arbitror καὶ προαγωγὴ scriptum ab auctore fuisse, ut honoris gradum, quo Chiliarchus conspicuus erat, indicaret. Plut. de Anim. Tranq. p. 466. C. διὰ ταῦτα ΠΡΟΑΓΩΓΑΣ ἐν αὐλαῖς διώκουσι, *propterea ut honoribus in principum aulis admoveantur, student.* Confer inferius cap. 62. Tu si aliud censeas, προσαγωγὴν accipe de admissionis officio et vide Cl. Lamb. Bos Observ. Crit. c. 35. Erant Chiliarchi partes τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζειν τῷ βασιλεῖ apud Aelian. Var. Hist. L. I. 21., eumque adeo primum conveniebant, quibus

rege compellato erat opus. Conon *primum ex more Persarum ad Chiliarchum*, QUI SECUNDUM GRADUM IMPERII TENEBAT, *Tithrausten accessit*, inquit Corn. Nepos in Conon. c. 3. Putes de eodem munere Arrianum loqui in Phot. Biblioth. p. 216. *Περδίκκαν δὲ χιλιαρχεῖν χιλιαρχίας, ἧς ἦρχεν Ἡφαιστίων· τὸ δὲ ἦν ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.* At secus est. Hephaestio praefectus erat alae equitum, quos *ἑταίρους* Macedones vocabant, quae dein praefectura Perdiccae fuit mandata, Nostro indice huius lib. cap. 3. WESS.

294. 66. *Περὶ τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας*] Qui *Μακεδόνων ἡγεμονίαν* substituerunt Critici, non videntur animadvertisse, Cassandri patrem fuisse *ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων*, curamque imperii universi administrasse; quam eandem cum Cassander adfectarit, cur vulgatum mutaremus? WESS.

294. 83. *Τὴν βασιλικὴν ἔχουσαν προστασίαν*] Interpres *regia fungens administratione*; cui favere videtur Graecorum mos, *ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν* iungentium. Philo Iud. de Rer. Div. Hered. p. 500. *ὧν γεωργία τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν ἔλαχε.* Iterum de Ioseph. p. 561. E. *καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης τὴν ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν παρελάμβανεν.* Mitto cetera: delectatur enim hoc genere scriptor is. Hoc ego tamen loco regiae dignitatis speciem et pompam, qua inter Macedones conspicua iterum foret Cleopatra, indicari puto. Namque regni regumque tutelam si intendisset, *τῶν βασιλέων προστασίαν* praestitisset, uti cap. 23. huius libri. Opportune Polybius de uxore Mandonii L. X. 18. *καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα καί τινα προστασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα.* *Erat enim mulier magno natu et speciem dignitatis cuiusdam et maiestatis prae se ferebat*, bene Casaubonus. Tum Excerpt. Legat. p. 1093. Philippus *ἀνέβαινεν εἰς ἄστυ μετὰ μεγάλης προστασίας*, i. e. *magna cum pompa.* Vide ad L. XVII. 34. WESS.

294. 89. *Ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων*] Hoc legitimum. Singuli rebus suis provinciarum praefecti studebant, prolatandisque ditionis finibus. Supra c. 39. de Antigono, *ὅπως μὴ δύνηται διαλαθεῖν ἰδιοπραγῶν.* Et cap. 42. *πάντας* (Macedonum duces) *ἰδιοπραγεῖν βουλομένους.* WESS.

294. 98. *Περιβαλλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν*] Habet auctor L. XIX. 52. *περιελάμβανε* (Cassander) *ταῖς ἐλπίσι τὴν Μακεδόνων βασιλείαν.* Nihil tamen moveo. *Δύναμιν περιβάλλεσθαι* et *ἀρχὰς περιβάλλεσθαι* Isocrates, Plutarchus, atque alii, illos cum dixerint, qui copiis imperioque erant instructi, cur ad haec adhaerescamus? Succurrit ipse Diodor. L. XX. 41. *περιεβάλετο* (Ophellas) *ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν.* Plutarchus Eumen. p. 590. C. *ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὴν ὅλην περιβαλλόμενος ἡγεμονίαν.* WESS.

294. 6. Ἑτοίμας ποιήσασθαι — ἤλπιζεν] Ne molestum sit ποιήσασθαι, ecce tibi Herodianum L. I. 12. ἤλπισε προσάξασθαι τόν τε δῆμον καὶ τὸ στρατόπεδον. Cuius generis nunc plura non addo. Factum alias est. Mox καὶ τὰς ἄλλας articulo addito Rhodomannus in not. Auctario corrigit. Wess.

295. 26. Πρὸς δὲ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καθεστάναι] Ex usu et re amicorum suorum, ut in Lucianeo πρὸς ἐμοῦ λέγεις D. Deorum XX. passimque apud alios. Vir doctissimus diversus abiit. Wess.

295. 31. Τὰς — πόλεις φρουραῖς περιλαμβάνειν] In hoc acquiesco. Διαπαραλαμβάνειν, quod schedae veteres porrigunt, duplicem scripturam, ut saepe, coniungit, quarum διαλαμβάνειν φρουραῖς sive φυλακαῖς his in libris multifariam iteratur, altera παραλαμβάνειν vitiosa est atque ex περιλαμβάνειν progenita. Wess.

295. 40. Ἀναλαβὼν] Corrigebat Rhodomannus καταλαβὼν, quod ad sententiam bene congruit. Forte tamen ἀπολαβὼν verius erit, quoniam auctor τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας ἀπειλημμένους hos ab Arrhidaeo interceptos statim adpellat. Suidas ex Iosepho διάξαντες ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους — καὶ πάντας κτείνουσι. Wess.

296. 62. Διὰ τὸ χεῤῥόνησον αὐτὴν εἶναι] Paria Stephanus in Κύζικος, cui Strabonem non obmovisset L. Holstenius, adfirmantem L. XII. p. 861. insulam esse, quae duobus pontibus continenti adhaereat, si fata urbis recordatus esset, quaeque a Criticis Apollonio Rhod. I. 936. et Casaubono adscripta Straboni fuerunt. Quod vero addit Geographus duplici portu propter eos pontes fuisse instructam, partemque urbis monti, cui Ἄρκτων ὄρος nomen erat, accubuisse, verissimum veterum testimoniis reperitur. Docent Critici iidem, portuum uni Πανόρμου titulum fuisse, alteri vero Χυτοῦ, ad Apollon. I. 954. et 987., praeterea montem a nutricibus Iovis in ursas εἰς ἄρκτους transformatis esse dictum v. 937. Video equidem in scholiis istis Ἄρκτον ὄρος, sed caussa adiuncta Ἄρκτων desiderat, ipseque Poëta v. 1150. Unde mirum accidit Ἄρκτων ὄρος in Strabone damnari. Wess.

296. 73. Ἀπετρίψαντο] Ἀπετρέψαντο Leid. Reg. 1. Tu vide ad L. XV. 4. adscripta. Wess.

296. 78. Ἔτυχε μὲν ἐν Κελαιναῖς διατρίβων] Quondam Phrygiae caput urbs Celaenae, posita loco amoenissimo, nec longe a finibus Lydiae, Cariae, Cappadociae, Pamphyliae. Vide Dionem Chrysost. Or. XXXV. p. 432. et Strabon. L. XII. p. 866. B. Wess.

296. 89. Ὅτι φανερός ἐστιν ἀποστατήσων] Librarii distracta voce ἀποστάτης ὢν provulgarunt, quos sequi nihil necesse fuerit, cum ἀποστατεῖν locuplete veterum patrocinio munitum sit. Wess.

296. 6. Ἐκβαλεῖν τὸν ἐν αὐτῇ σατράπην Κλεῖτον] Confer libri huius cap. 39. Wess.

297. 18. *Πρὸς τὰς τῶν ξένων μισθοφορὰς*] Recipi potest *μισθοφορίας* ob Codd. plerorumque concordiam. Supra quidem L. XVII. 73. *κατετάχθησαν εἰς τὰς τάξεις ἐπὶ ταῖς αὐταῖς μισθοφοραῖς.* At huius libri cap. 50. *δυναμένης τῆς Ἀσίας χορηγεῖν — τοῖς ξένοις τὰς μισθοφορίας.* Memini etiam discrimen, quod inter utramque vocem Grammatici constituunt, nec puto tamen in Luciano de Merc. Cond. cap. 3. et 6. *μισθοφορὰν* iure a doctissimo M. Solano mutari. Wess.

297. 21. *Μετὰ δὲ ταῦτα συμπολιορκήσας, ἐπῄει* etc.] Mallem *συμπολιορκήσων ἐπῄει*, aut, nimium si id videatur, *συμπολιορκῆσαι* sive *συμπολιορκήσασθαι*, ut quibusdam in schedis. Durum certe est vulgatum. Wess.

297. 36. *Καὶ αὐτοὺς κατὰ τὴν μάχην ἀνεῖλε*] Vide superius cap. 30. et seqq. Wess.

297. 41. *Καὶ περιληφθεὶς — διπλοῖς τείχεσιν*] Male mutant membranae veteres. Conf. cap. 41. Wess.

297. 47. *Λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις*] Multo plenius haec Plut. Eumen. p. 590. D., ipsam iurisiurandi formulam, qua se Eumenes obligavit, adscribens. Mox *μετὰ δέ τινα χρόνον post intervallum sat longum* vir doctus verterat, quod mutavi. Constat ex Plutarcho, Antigonum statim a visa iurisiurandi ea formula artius iussisse Eumenem, qui sibi iam, Noris relictis, consuluerat, obsideri. Paullo tamen aliter Corn. Nepos in Eum. c. 5. Wess.

297. 56. *Χωρὶς τῶν — φίλων πεντακοσίων*] *Ad sexcentos, περὶ ἑξακοσίους,* una cum Eumene Noris inclusos fuisse dixit cap. 41. Porro equites prope mille ad Eumenem sese adiunxisse, postquam castello se expediverat, reperies apud Plut. dicto loco. Wess.

298. 72. *Τῶν μεν φίλων — ἐξέπεμψεν*] Quid ad pleniorem verborum structuram desideretur, in aperto est. Diogenes simili ellipsi L. II. 133. *πλείω συνάγων συμπόσια, ἐν οἷς καὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν.* Alioqui insolitum non est, ut *ἐκπέμπειν* absolute ponatur. Supra L. XVII. 113. *αἵ τε τῶν Ἑλλήνων πόλεις ἐξέπεμψαν, καὶ Μακεδόνες, miserunt et Graecorum civitates legatos et Macedones.* Probant et Latini id dicendi conpendium. Livius L. VIII. 25. *Novi dein Coss. iussu populi quum misissent, qui indicerent Samnitibus bellum.* Plura Gronov. ibid. cap. 22. Graevius in Iustin. V. 3. Cortius ad Sallust. Catil. 32. Wess.

298. 89. *Καὶ μεγάλους περισπασμοὺς ἔχειν*] Confer not. in L. XII. 38. et Raphelium ad S. Lucae Evang. cap. X. 32. *περισπασμοῦ* vocem e Polybio illustrantem. Wess.

298. I. *Διὰ τὸ τὰς μὲν — φρουραῖς φυλάττεσθαι*] Si Pausaniae fides, Antipater Graeciae libertati, finito Lamiaco bello, non insidiabatur, sed Demades proditorumque alii auctores fuere *ἔς τε Ἀθήνας καὶ πόλεων τῶν ἄλλων τὰς πολλὰς Μακεδόνων εἰσαχθῆναι φρουρὰς* L. VII. 10. Atque hae sunt *πατρικαὶ* illae Cassandri *φρουραί.* Sed consule huius libri cap. 18. Wess.

298. 17. *Καὶ θαῤῥεῖν παρακαλέσαντες*] Suspicor e glossa esse *παρακαλέσαντες*, idque sede sua evertisse *τὸ παρακελευσάμενοι*. Congruum certe et opportunum. Isocrates Evag. p. 300. *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρακελεύονται τῶν δρομέων, οὐ τοῖς ἀπολελειμμένοις* etc. Saepe etiam Noster, cuius Lib. XVIII. 29. vide. Wess.

299. 29. *Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων*] De Heroibus ac divinae sortis, quo e genere Alexander censebatur, hominibus, cum in terris esse desinunt, hoc paene perpetuum. Pausanias L. V. 19. *λέγεται — ὡς χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρ' ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς*. Isocrates Archid. p. 176. *ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν*. Plura adscripta sunt L. I. 20., quae inspice. Wess.

299. 53. *Μηδὲ Μεγαλοπολιτῶν τοὺς μετὰ Πολυαινέτου* etc.] Nihil mihi certi de his sese offert. Credo ex horum proditione natam urbis Megalopolis obsidionem, quam, Alexandro in ultimo oriente, sive *ἔξω τῆς ἄρκτου καὶ οἰκουμένης*, agente, consiliis Antipatri susceptam significat Aeschines in Ctesiph. p. 77. Wess.

299. 54. *Μηδ' Ἀμφισσεῖς*] Videntur sedibus suis deturbati a Philippo, quod sacrum Apollini agrum ararent, et Amphictyonibus. Inspice Demosthen. Or. pro Coron. p. 165. et Aeschinem p. 70. Wess.

299. 55. *Μηδὲ Τρικκαίους*] Ob quod delictum Triccaei exsulaverint, non constat. Pharcadoniorum vicini, et montibus undique incincti erant. Illud Strabo L. IX. p. 669., hoc docet apud Galenum L. I. Antidot. p. 429. Antimachus, Aesculapii, qui Triccae colebatur, opem inplorans:

Ἠπίοις ὃς τήνδε μάκαρ τεκτήναο Παίων,
Εἴτε σε Τρικκαῖοι δαίμον' ἔχουσι λόφοι,
Ἢ Ῥόδος, ἢ Βούρινα, καὶ ἀγχιάλη Ἐπίδαυρος.

Quo loco, quod obiter admoneo, egregie stabilitur fontis Burinae, quod in vetustioribus schedis invenerunt scholiastae, nomen in Theocriti Idyl. VII. 6. Triccam, ut ad eam redeam, serior aetas *Tricala* vocavit, teste Eustathio Iliad. *B.* p. 330. Wess.

Ibid. *Μηδὲ Φαρκαδωνίους*] In Stephano *Φαρκιδὼν* sive potius *Φαρκηδὼν*, quam *Φαρκαδόνα* Theopompus, eodem auctore, nuncupaverat. Straboni nunc quidem *Φαρυκάδων*, propius ad verum Mss. *Φορκάδων*, optime ad Stephanum notante Iac. Gronovio. Tradiderant obsessi Pharcadonii civitatem suam Philippo, quam praesidiariis firmare cum vellet, mutata fide, in eos irruerunt maximo suo malo. Docet Polyaen. L. IV. 2. 18. *Φίλιππος ἐπολιόρκει ΦΑΛΚΙΔΟΝΑ πόλιν Θεσσαλονίκης. ΦΑΛΚΙΔΟΝΙΟΙ παρέδωκαν τὴν πόλιν. ὡς δ' εἰσῆλθον οἱ Φιλίππειοι μισθοφόροι* etc. Sic edunt. Tu scribe *ΦΑΡΚΗΔΟΝΑ πόλιν Θεσ-*

σαλίας et ΦΑΡΚΗΔΟΝΙΟΙ. Fortasse ob eam perfidiam patriae urbis possessione deiecti sunt. Wess.

299. 63. Ὠρωπὸν δὲ Ὠρωπίους ἔχειν] De Oropo Athenienses inter et Boeotos perpetuae intercesserant controversiae. Vid. L. XIV. 17. et XV. 76. Quas etsi disceptare, urbe Oropiis relicta, reges Macedonum sunt conati, tollere tamen non potuerunt. Adi Pausaniam L. VII. 11. Wess.

Ibid. Σάμον δὲ δίδομεν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ καὶ Φίλιππος etc.] Philippum Atheniensibus Sami possessionem controversam non fecisse, testes filii sunt literae, insolentia plenae, apud Plut. Alex. p. 681. A. Rescindunt ergo reges, quae Perdiccas in Samiorum commodum nuper admodum constituerat huius lib. c. 18. Wess.

300. 82. Διὰ τὴν πρὸς Κάσσανδρον ἔχθραν] Ab Antipatro dissenserat Olympias, eiusque odio in Epirum concesserat, uti proditum fuit cap. 49. atque a Pausania L. I. 11. Patris vestigia cum Cassander premeret, utique et eius metu eadem in regione nobilissima femina moram perseverare potuit. De Alexandri filio, ex Roxane suscepto itidemque Alexandro dicto Freinshem. ad Curtii L. X. 6. 2. et Bosius in Nepot. Eum. cap. 6. agunt diligenter. Wess.

300. 4. Ταῦτα — κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν. Ἐπ' ἄρχοντος etc.] Maximus hiatus debet notari inter ἐνιαυτὸν et Ἐπ' ἄρχοντος. Desunt enim duorum annorum gesta, ut patet ex Olympiadum numero. Supra p. 622. (lib. XVII. 113.) numeravit Olympiadem centesimam decimam quartam, Agesia Archonte. Infra p. 679. (lib. XIX. 17.) numerat Olympiadem CXVI., Democlide Archonte. Nullibi Olympiadem CXV. invenire est: nam fuit in hoc hiatu *Neaechmus* Archon et *Apollodorus* iterum Archon. Ansam errori praebuit nomen Apollodori Archontis repetitum, qui supinum vel properantem exscriptorem fefellit. Nam cum Apollodorus fuerit Archon quarto anno Olympiadis CXIV. rursus vel idem vel alius Apollodorus fuerit Archon biennio post, scilicet secundo anno Olympiadis CXV. Secundum hunc Apollodorum pro primo sumpsit, et a secundo scribere continuavit, cum deberet a primo continuo filo historiam exscribere. Desunt igitur ea quae gesta sunt Νεαίχμου Ἄρχοντος Olymp. CXV. et Ἀπολλοδώρου Ἄρχοντος τοῦ δευτέρου vel τὸ δεύτερον, anno secundo dictae Olympiadis CXV. Palm. Deesse huic libro plura, citra dubium est. At hiatus iste alibi commodius invenitur. Vid. not. ad cap. 44. Wess.

300. 7. Κόϊντον Αἴλιον] Cassiodorus Αὔλιον, Livius Αἰμίλιον edit. Rhod. *Q. Aulium* meliores Livii Codd. adpellant L. IX. 15. Inspice Sigon. et Pighium ad ann. CDXXXIV. Wess.

300. 15. Καὶ θησαυροφύλακας, ὅπως αὐτῷ etc.] Praeerant thesauris, qui *Quindis* in Cilicia asservabantur, de quibus infra cap. 62. Wess.

301. 25. *Καὶ δυνάμενον διορθώσασθαι τὴν ἐρημίαν etc.*] In dubio sum, hoccine retineam, an Reg. pr. sequar. Nihil quidem certe est, cur eius scriptura damnetur, modo τὰς τῆς βασιλικῆς οἰκίας ἀποστασίας eorum intelligas, qui spreta regia familia sibi ipsi consulebant, principatum affectantes. Quae vero statim consequuntur ἢ ἐπανέρχεσθαι, bene deficiunt in Basil. et Reg. sec. Glossae enim debentur. Corn. Nep. Eumen. cap. 6. *Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, quum literas et nuntios misisset in Asiam, consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret — et eas res occuparet: huic ille primum suasit, ne se moveret, et exspectaret, quoad Alexandri filius regnum adipisceretur.* Wess.

301. 47. *Τοὺς περὶ Μένανδρον*] Verum id ducis esse nomen Plut. Eum. p. 588. E. ostendit. Wess.

301. 51. *Τοὺς μετ᾽ Εὐμένους προσάγοντας*] Corrige προάγοντας. Rhod.

301. 56. *Καὶ Τεύταμος*] Semper a Nostro et Plutarcho ad eum modum adpellatur. In Polyaeni Strat. L. IV. 8. 2. Τευταμάτης sive Τευτάμης, prave, ut arbitror. Wess.

301. 62. *Οἵ τε Ἀργυράσπιδες — ὁμοίως ἀπήντησαν*] Inepti fuerunt, qui οἵ τε γὰρ scripserunt. Itaque schedarum imperio vocem eam extrivi. Wess.

302. 74. *Τὴν ἐπ᾽ ἀμφ. τ. μ. τῆς τύχης παλίῤῥοιαν*] Polybius pari elegantia τὴν τῆς τύχης παλινρύμην vocat L. XV. 7., Nosterque τῶν πραγμάτων παλίῤῥοιαν Excerpt. Vales. p. 269. Solet enim rerum humanarum vicissitudo saepe reciprocantis aestum maris aequiparare. Wess.

302. 78. *Ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος*] Recte. Sedet ad universi orbis clavum summus rerum arbiter, dispensatque admirabili vicissitudine humanae vitae rationes. Cultissime ex Platonis et Iudaeorum disciplina Philo Iud. de Conf. Ling. p. 334. B. οὐδὲ ὁ κόσμος ἅπας ἀφέτῳ καὶ ἀπελευθεριαζούσῃ κινήσει κέχρηται, ἀλλ᾽ ἐπιβέβηκεν ὁ κυβερνήτης θεὸς τῶν ὅλων, οἰκονομῶν καὶ ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΩΝ σωτηρίως τὰ σύμπαντα. Et de Rer. Div. Hered. p. 523. ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ γὰρ τὸ κοινὸν τοῦ κόσμου σκάφος, ᾧ τὰ πάντα ἐμπλεῖ, καὶ τὸ πτηνὸν ἅρμα, τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, ἡνιοχεῖ. Sumsit hinc colorem idem Philo, quando Macronem Caio dixisse fingit, παραπεμφθεὶς γοῦν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πρύμναν ἀνωτάτω καὶ τοὺς ΟΙΑΚΑΣ ἐγχειρισθεὶς, ΠΗΔΑΛΙΟΥΧΕΙ τὸ κοινὸν ἀνθρώπων σκάφος σωτηρίως Leg. ad Cai. p. 999. B. Habet hoc de genere haud pauca alia, quae, etsi elegantia mire se commendent, non exscribo. Vide de Migr. Abrah. p. 389. C. tum de Praem. et Poen. p. 918. A. Wess.

302. 3. *Οὐκ ἔφησε λήψεσθαι*] Consentit Plutarchus, quem vide in Eumenis vita p. 591. A. Wess.

302. 12. *Ἀπεφαίνετο δὲ αὐτὸν* etc.] Hoc praestat, non *γάρ*, quippe inconmodum huic loco. Sustuli quoque vocem *αὐτῷ*, quae sedem occupaverat post *συνεργήσειν*, scriptis et orationis serie postulantibus. Wess.

302. 20. *Ἐνεργῶς*] *Ἐναργῶς* Leid. frequenti confusione etiam in Novi Test. libris. Vid. S. Paulli Epist. ad Philem. v. 6. et ad Hebr. IV. 12. versionemque Vulgatam. Wess.

302. 23. *Ἐπιθύειν ἅμ' ἡμέρᾳ πάντας*] Nimis generaliter interpres expressit *sacrificent.* Auctor ipse explicat cap. seq. *ἐπέθυον ἐκ κιβωτίου χρυσοῦ — — τόν τε λιβανωτὸν καὶ τῶν ἄλλων εὐωδῶν τὰ πολυτελέστατα.* Verte *thus illi adolebant*, et vide not. in L. XII. 11. Wess.

303. 30. *Κατασκευασθείσης μεγαλοπρεποῦς σκηνῆς* etc.] Mirarer spretam fuisse Basil. *ἐκδόσεως* scripturam, nisi contemptius eam a Stephano et Rhodomanno habitam abunde liqueret. Ego suam in sedem restitui *σκηνῆς* vocem: neque enim sine flagitio abesse hinc tabernaculum poterat, in quo solium una cum diademate fuit collocatum veteri more, de quo Casaubon. ad Suetonii Caesar. c. 76. Conmentum Eumenis ita exponit Corn. Nepos Eum. c. 7. *In principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate iussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur.* Uberius Polyaenus L. IV. 8. 2. *καὶ συνεβούλευσαν ἐκ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ΣΚΗΝΗΝ κατασκευάσαι βασιλικὴν, καὶ θρόνον χρυσοῦν βασιλικῶς κεκοσμημένον. ἐπὶ δὲ τούτου χρυσοῦν στέφανον ἔχοντα διάδημα βασιλικόν· καὶ παρὰ τὸν θρόνον ὅπλα, καὶ μέσον σκῆπτρον, καὶ πρὸ τοῦ θρόνου τράπεζαν χρυσῆν. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐσχαρίδα καὶ λιβανωτίδα χρυσῆν. καὶ λιβανωτὸν καὶ θυμιάματα εὐώδη* etc. Haec enim satis adfirmant viri prudentis consilium et vocem, quam revocavi, neque opus est aut Plut. Eum. p. 591. A. aut Nostrum L. XIX. 15. auxilio ad hanc rem arcessere. Wess.

303. 58. *Ἐθελοντὶ κατήντων*] Non improbat auctor L. XVI. 42. et L. XVIII. 53. *ἐθελοντί.* Nec minus tamen cultum, quod ex Reg. pr. produxi. Sophocles Aiac. v. 24. *Κἀγὼ 'θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην κακῷ.* Adiunge Demosthen. pro Coron. p. 146. Thucydid. L. I. 60. Aristidem T. I. p. 337. etc. atque utere alterutro, ut lubet. Wess.

303. 65. *Εἰς Ζεφύριον τῆς Κιλικίας*] Utrum intelligatur Zephyrium ad Calycadnum, an prope Anchialem, non decerno. De utroque Strabo L. XIV. p. 986. C. et p. 988. Mox *καθ' οὗ — θάνατον κατέγνωσαν* plenum est, sicuti etiam L. XIX. 51. Alioqui praetermitti solet praepositio. Conf. viri doctissimi animadversiones in Aelian. Vol. III Observ. Miscellan. p. 241. Wess.

303. 69. *Ἐπὶ τῶν ἐν Κυΐνδοις φρουρίων τεταγμένους*] Nihil hinc demutandum. Scholion est indocti hominis, quod Reg. 1.

ostentat. Variant tamen castelli nomen, modo *Κουΐνδα,* uti Plut. Eum. p. 590. F. et infra L. XX. 109., modo *Κυΐνδα*, ut cum Strabone L. XIV. 989. Noster hic et L. XIX. 56., scribentes. Sed id leve. De situ castelli maior discordia. Suidas et Io. Malala extremo Chronographiae L. X. urbem *Anazarbum* olim *Κυΐνδαν* fuisse, Abr. Ortelio non dissentiente, adfirmant. At Strabo *ὑπέρκειται δὲ τὰ Κυΐνδα τῆς Ἀγχιάλης ἔρυμα,* manifesto *Quinda* ab Anazarbo longius disiungens: cui equidem adsentiri malim, cum Suidae et Malalae de Anazarbo narrationes fidem vix inveniant. Valesium vide ad Amm. Marcellin. L. XIV. 8. Wess.

304. 77. *Δυσηρέστει τότε τὰ*] Ultimum hoc muta in *τήν*. Rhod. Ego vero veto. Quorsum enim referetur, ita si mutabitur? Solent, fateor, hac dictione plerumque aliter uti, atque *Ἀντίγονος δυσηρέστει τοῖς περὶ* etc. scribere. Confer L. V. 9. Polyb. II. 41. Strabon. L. XIV. p. 993., Lucian. Necyomant. c. 4. Neque improbare tamen vulgatum ausim. Rectius ex Basil., quae ad manus erat, revocasset *προαγωγήν*, unice huic loco congruam vocem. Describitur ea dignatio honorisque gradus. Ita *ἡ παρ᾽ Ἀλεξάνδρου προαγωγὴ* honorem exprimit, ad quem Alexander provexerat Peucestam L. XIX. 14. 46. Polybius L. VI. 6. *τεθραμμένοι ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξουσίαις καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΑΙΣ.* Et Excerpt. p. 1437. *ὄντων δὲ τῶν πλείστων ἐπιφανῶν διὰ τὰς τῶν πατέρων προαγωγάς.* Sic enim oportuit. Namque et ibi vitiosissimum *παραγωγάς*. Iosephus Antiq. L. XV. 1. 1. *ἐν ΠΡΟΑΓΩΓΗΙ τούτους ἐποιεῖτο, eos ad honores admovebat.* Et L. XVIII. 6. 1. *Βερονίκης τῆς μητρὸς τιμωμένης παρ᾽ αὐτῆς καὶ ΠΡΟΑΓΩΓΩΝ ἠξιωκυίας τὸν υἱόν, quae Berenicem matrem in honore habuerit, filiumque dignitate auxerit.* Quod postremum cur viri clarissimi Cocceius et Hudsonus in *προαγαγεῖν* converterint, reddideritque ipsi, quem vocant, contextui, contra scriptos omnes libros doctissimus Havercampus, exputare non possum. Appianus Bel. Civil. L. III. p. 935. *καὶ περὶ τῆς τῶν σφαγέων ἀθρόας ΠΡΟΑΓΩΓΗΣ ἐπέστελλεν.* Hactenus de ea voce. Mox si *κατεσκευάσθαι* in scriptis esset, non damnarem. Wess.

304. 87. *Καὶ λάλων, οἷς ἦν* etc.] Quae sunt inter *λάλων* et *δωρεὰς* parentheseos nota egent. Steph.

304. 2. *Ἐκεῖνον μὲν γὰρ εἰς πλεῖον ἰσχύσαντα*] Legebatur *μέγαν ὄντα εἰς πλεῖον* etc. quorum duo priora induxi, Rhodomanno et vetustis libris obsecutus. Critici enim scholio, quo sequentia illustraverat, accepta sunt referenda. Mox *παρελεῖσθαι* praestabit, indice H. Stephano, qui, *Repono*, inquit, *futurum παρελεῖσθαι, ut p. 788.* (Lib. XX. 107.) *legitur ἀφελεῖσθαι.* Wess.

304. 16. *Συλλαβεῖν τὸν Εὐμένη ταχέως καὶ ἀποκτεῖναι*] Si dividentem particulam *ἢ* ex Reg. pr. interseras, sententia nascetur haud absurda, *ut Eumenem conprehendant aut interficiant.*

Fieri quidem certe potest, ut Antigonus id imperaverit: neque tamen adfirmo. Wess.

304. 22. *Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν αὐτοὺς ἢ — ἀποκλίναντας*] Non plane reiiculum est *αὐτοῖς*, neque invenustum, quod nunc legitur, modo ad sequentia referatur. Maneat ergo sua in sede. Wess.

305. 45. *Νικάνωρ ὁ τὴν Μουνυχίαν κατέχων*] Suffectus erat a Cassandro, nondum vulgata patris morte, in Menylli locum, teste Plut. Phoc. p. 755. F. Munychia natura et operibus erat munita, Piraeeumque paene incingebat apud Strabon. L. IX. p. 606. A. Qui quidem opportunissimus eius situs Macedones commovit, ut eam praesidio occuparent. Ferunt Epimenidem, emunctae naris senem, considerata loci eius natura, dixisse *ἐκφαγεῖν Ἀθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῄδεισαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον*, *suis Athenienses dentibus locum peresuros, si praeviderent, quantum is inconmodi urbi sit allaturus*, hasque Macedonum munitiones tot seculis ante divino ingenio prospexisse Plut. Solon. p. 84. E. Diogen. Laert. L. I. 114. Recte ille, quamquam de divinatione viri quod multi asseverant, nihil admodum est. Egregius Munychiae situs haec Epimenidi verba expressit; animadvertebat hostes, quicumque tandem forent, Munychiam si insiderent, civitatem Atticam premere et conmeatu posse intercludere, locumque adeo urbi detrimento futurum: quod et cum maxime suo malo experta fuit. Wess.

305. 63. *Κατὰ τὸ διάγραμμα* etc.] Vide supra c. 56. de eo. Wess.

305. 69. *Κατελάβετο τὰ τείχη τοῦ Πειραιέως*] Culpa occupati Piraeei in Phocionem collata est: qui cum a Dercyllo moneretur, Nicanorem insidiari Piraeeo, idemque postularet, ut provideret, ne conmeatibus civitas privaretur, audiente populo, negaverat esse periculum, seque eius rei obsidem fore pollicitus erat apud Plut. Phoc. p. 756. D. et Corn. Nepot. cap. 2. De Piraeei claustris lo. Meurs. Piraeei c. 3. agit. Wess.

306. 74. *Φωκίωνα τὸν Φώκου*] Confer Aelian. V. Histor. L. II. 16. et L. XII. 43., ubi Phocum *δοιδυκοποιὸν* sive cochlearia fabricare solitum fuisse significat, dissentiente tamen Plut. Phoc. p. 743. C. Wess.

306. 3. *Τῶν γὰρ — φίλων τινὲς ὑπῆρχον καὶ οἱ* etc.] Non placet *ὑπῆρχον*, quod quidem si in exsilium iret, revocandum nunquam censerem. Suspensa enim oratio ex *ὑπήντησαν* bene procedit. Wess.

306. 13. *Φανερὸς ἦν ἀδικεῖν μέλλων τοὺς Ἀθηναίους*] Consentit Plutarchus, quem in Phoc. vita p. 756. E. vide. Wess.

306. 21. *Κατέφυγον πρὸς Ἀλέξανδρον* etc.] Rem diversiore modo gestam describunt Plut. ibid. p. 757. A. et Corn. Nepos Phoc. cap. 3. Wess.

307. 39. *Φιλανθρώπους καὶ κεχαρισμένας ἔδωκεν ἀποκρίσεις*] Praestare sic visum est. Spem fecit legatis Polyspercbon pristinae libertatis et Piraeei recipiendi. Phocion vero ab Agnonide accusatus, quod Piraeeum Nicanori prodidisset, ex consilii sententia in custodiam coniectus Athenasque deductus est, ut ibi de eo legibus fieret iudicium, Corn. Nepos dicto loco. Mox *ἐν φυλακῇ δεσμίους* si malueris, quod vinctus et custodia septus a Clito Athenas, ut Plutarchus prodidit, sit deportatus, non admodum pugnabo. WESS.

307. 52. *Ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον*] Articulum, quem ipsemet auctor probaverat, eidem reddidi. Quam vero tumultuarie Athenienses Phocionis hoc iudicio sint defuncti et contra reipublicae suae morem, locuples testis Plut. Phoc. p. 757. est. WESS.

307. 67. *Τὴν τοῦ σώματος κίνησιν — ἐναγώνιον*] *Motum trepidabundum* tueri fortasse Interpres poterit his Io. Chrysostomi T. I. p. 442. A. *τῶν ἐν μέσῳ πελάγει σαλευόντων οὐχ ἧττόν ἐστιν ἐναγώνιος, non minus illis sollicitus est, qui medio in mari iactantur.* At Diodorus *ἐναγώνιον* vocare solet, quidquid acre, vehemens atque exercitationi aptum videtur. Ita *ἐναγώνιον ἐνέργειαν, ἐναγώνιον γυμνασίαν, ἐναγώνιον σῶμα* suis locis dixit. Verte potius *vehementem corporis motum.* WESS.

307. 71. *Τῶν δ' ἄλλων φείδεσθαι*] Nicoclem, Thudippum, Hegemonem, Pythoclem, salutis et libertatis patriae studiosissimos, innuebat, de quorum iniusta nece Plut. Phoc. p. 758. WESS.

307. 78. *Ἤγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ*] Instauravi elegantissimam dictionem, optimo cuique probatam. Herodotus L. I. 109. *ὡς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* Iosephus Antiq. L. XV. 7. 4. *Μαριάμμη μὲν οὖν οὕτως ἤγετο τὴν ἐπὶ θανάτῳ* etc. WESS.

308. 84. *Πολλοὺς ἦγεν εἰς ἐπίστασιν — καὶ φόβον. ἀστάτου* etc.] Erade punctum, quod est post *φόβον* et *δὲ* post *ἀστάτου.* RHOD. Nisi quid desit post *τῆς τύχης οὔσης*, quod parum abest, quin valde suspicer, sequendus erit Rhodomannus. Poterat autem sine crimine abesse *διανοίας* vocabulum, Basil. ἐκδόσει neglectum, ut in his Polybianis L. X. 37. *εἰς ἐπίστασιν ἤγαγε τὸν Πόπλιον τὸ γιγνόμενον*, i. e. *res ea Publii animum advertebat.* Et *ἀπαντᾶν σὺν ἐπιστάσει* apud Appian. L. IV. Belli Civil. p. 1062. Nec damno tamen. WESS.

308. 93. *Ἐῤῥίφησαν ἄταφοι πάντες ἐκ τῶν τῆς Ἀττ. ὅρων*] De Phocione Dio Chrysostomus Or. LXXIII. p. 634. *οὐκ ἤρκεσεν αὐτοῖς* (Atheniensibus) *ἀποκτεῖναι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ νεκρὸν εἴασαν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἐξέβαλον.* Consentiunt Plutarchus et Nepos extrema Phocionis vita. Quae quidem proditoribus, cuiusmodi crimine Phocion et amici conciderunt, Athenis perpetua erat poena. Vide S. Petiti Comment. L. L.

Attio. L. VIII. Tit. IV. p. 672. quaeque ibi a me adscripta leguntur. Wess.

308. 97. *Παρ' Ἀντιγόνου λαβὼν ναῦς μακρὰς* etc.] Vide superius cap. 54. Wess.

308. 19. *Οἱ ἐτύγχανον μὲν τὰ Κασσ. φρονοῦντες*] Fuisse puto *ἐτύγχανον γάρ τοι τὰ Κασσάνδρου φρονοῦντες*. Huc certe ducunt schedae veteres, quarum *διετύγχανον* non probo. Wess.

308. 25. *Τοὺς δὲ Σαλαμινίους* etc. *συνέκλεισε*] Ex Plut. Phoc. p. 756. D. conficias, Salaminios ante Cassandri in Atticam adventum, Nicanori, eius amico, factum vehementer voluisse. Mutato proinde animo ad Polysperchontis partes sese adiunxerant. Habet quae huc pertinere putes, Polyaen. L. IV. 11. 2., sed serius ea contigerunt. Wess.

308. 32. *Τὴν ἐπιθησομένην τοῖς πολιορκοῦσι*] Ill. Scaliger libri sui margini adscripserat *τὴν ἐπιγενησομένην*· quod cur vulgato praeponi debeat, nondum perspicio. Wess.

309. 44. *Τὴν ἐκ τῆς αὐτονομίας παῤῥησίαν ἀπέλαβον*] Fiduciam libertatemque, quae illis esse solet, qui suis legibus utuntur. *Τὴν ἐν τοῖς κοινοῖς παῤῥησίαν* pari modo dixit L. III. 53. Wess.

309. 54. *Εὐθὺς οὖν τοὺς μὲν* etc.] *Οὓς μὲν* lege pro *τοὺς μέν*. vel muta sequens *οὓς δὲ* in *τοὺς δέ*. Rhod. Non opus est. Infra cap. 72. *καὶ τὰς μὲν — ὧν δέ*. Et L. XIX. 64. *καὶ τῶν ἄλλων τοὺς μὲν πεσεῖν μαχομένους, οὓς δὲ ζωγρηθῆναι*. Plura alias dedi. Mox *πρὸς τὰς ὑπηρεσίας τοῖς ἔργοις* posuit loco *πρὸς τὸ ὑπηρετεῖν τοῖς ἔργοις*, substantivo casum sui verbi regente, ut saepe. Noster L. XVI. 21. *ἐπὶ δὲ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων*· quod est *ἐπὶ δὲ τοὺς βοηθοῦντας* etc. Wess.

309. 67. *Καὶ τὴν τοῦ σώματος ὁρμὴν*] Non confugo *τὴν ὁρμήν*· nec tamen contemtui foret, si *τὴν τοῦ σώματος ῥώμην* legeretur. Statim de iisdem beluis cap. 71. *ἀχρήστους ἐποίησε τὰς τοῦ σώματος ῥώμας*. et *οἱ δ' ἐλέφαντες τῇ ῥώμῃ προσπίπτοντες* etc. Confer tamen Africanum Cestor. cap. 24. p. 298. Wess.

309. 78. *Καὶ τὰς στηριγίας ἐμπρήσας*] Basileae vulgaverunt *τάς τε ῥηπὰς*, qua voce plerique Lexicographorum Graeci sermonis copias locupletarunt. *Ῥηπαί*, inquiunt, *tigella, substructionibus fulturisque accommodata, ut sublicae Caesari*: ad loci huius sententiam non male illi quidem, quamquam vox ipsa nihili est, indigna prorsus, quae post haec locum tueatur. Paullo melius scripti libri, nec sine labe tamen. Verum est, quod Ill. Scaliger orae sui libri allevit, *στήριγγας*. Hesychius, *Στήριγγες, ἐρείσματα*. Ita vero vocant *sublicas* sive columellas, quarum fultura muros turresque, actis cuniculis, tantisper sustinebant, donec tigillis incensis in ruinam praecipites abirent. *Στηρίγματα, ἐρείσματα, στυλώματα* et *ὑποστυλώματα* aliis dicuntur. Polybius L. V. 4.

ἐμβαλὼν πῦρ τοῖς ἐρείσμασι, ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖχος. Et cap. 100. moenia ὑπώρυξαν καὶ διεστύλωσαν, τῶν δὲ ἐρεισμάτων οὐ δυναμένων ὑποφέρειν τὸ βάρος etc. Suffodiendi modum declarat Apollodorus Poliorcet. p. 17. interque alia τὸ τεῖχος στυλώμασιν ἐρειδέσθω, ait, πυκνοῖς μᾶλλον καὶ λεπτοῖς. Tum καὶ οὕτω κατακαέντων τῶν ὑποστυλωμάτων, καταπεσεῖται ὅλον τὸ τεῖχος etc. Adde Fl. Vegetium L. IV. 24. Wess.

310. 6. Δάμιδος ἡγουμένου etc.] Notum est Damidis in Alexandrum, ut deus haberetur, imperantem dictum, συγχωροῦμεν Ἀλεξάνδρῳ, ἐὰν θέλῃ, θεὸς καλεῖσθαι, ex Plut. Apophthegm. Lacon. p. 219. E., sed alius is ac domo Spartanus fuit. Wess.

310. 12. Θύρας γὰρ μεγάλας πλείονας ἥλοις et seqq.] Non erit absurdum attentius consideranti Reg. pr. πλείστοις, nec tale tamen, ut vulgatum sede evertere possit. Statim haec tabulata θύρας κατακεκεντρωμένας vocat, alii σανίδας κεντρωτὰς, quod acutissimis clavis essent confixa. Vid. Is. Casaubon. ad Aeneam p. 1806. ed. Gronov. et Iust. Lipsium Poliorcet. L. V. 3. Nonnunquam et tribuli spargebantur, ut ingruentium beluarum pedes et plantas transfoderent. Τρίβολοι χαλκεύονται σιδηροί, ὀξεῖς, ἑδραῖοι, παχεῖς, οἱ κατὰ τὴν πορείαν τῶν θηρίων τῶν πελαζομένων ῥιπτοῦνται Africanus Cestor. cap. 24. p. 298. Wess.

310. 34. Τὴν διὰ τῶν φίλων ἐπιστροφὴν ἐποιοῦντο] De verborum structura mitto dicere: frequens illa scriptori est nostro. Vid. ad L. V. 8. Evenit elephantis, quod sparsis per opportunos aditus tribulis, eum irruunt, assolet. Διπλοῦν δὲ ἐκ τούτου πλεονέκτημα, ἢ γὰρ ἀλγήσας (elephas) ἀναιρεῖ τοὺς ἑαυτοῦ, παραμυθούμενος ἀνίατον τὴν ἀλγηδόνα, ἢ ἵστασθαι μὴ δυνηθεὶς πᾶς συμπίπτει, ibid. Africanus scribit. Wess.

311. 49. Προσλαβέσθαι δὲ καὶ Ἀῤῥιδαῖον] Confer huius libri cap. 52. et Κιανῶν πόλιν ne muta. *Tyana* enim longius ab Arrhidaei praefectura aberant, Cappadociae contributa. *Cius*, quam *Prusiadem* deinde adpellarunt, Phrygiae, quae Arrhidaeo parebat, erat contermina. Vid. ad Hieroclis Synecdem. p. 692. Wess.

311. 60. Ἐνίκα ὁ Κλεῖτος] Meminit victoriae Polyaenus L. IV. 6. 8. Clitus autem ea animi fuit insolentia, ut, paucis inimicorum navibus depressis, Neptunus dici ac tridentem gestare sustinuerit, referente Plut. Or. II. de Fort. Alexand. p. 338. A. Neque enim alius is esse videtur. Wess.

311. 63. Ἐλάττους Leid. Cett. ἐλάττω. Vid. ad L. I. 92. Wess.

311. 72. Ταύταις μὲν διεβίβαζεν εἰς τὸ πέραν] Hoc adsciscere ex Reg. pr. et Leid. placuit, orationis serie postulante. Cetera, quae ab iisdem mutantur, librariorum inconsiderantiae debentur. In rei vero gestae ordine nihil admodum dissentit Polyaenus ibid. Wess.

311. 81. *Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος*] Hunc in modum L. IV. 55. *ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν μὲν Ἰάσονα — δόξαι.* Et L. XIV. 83. saepeque alias. Quid subintelligatur, operose disquirere in re expedita supervacaneum erit. Mox *πεζῶν* potius censui ob *τῶν ὑπασπιστῶν τοὺς ἀλκιμωτάτους* Polyaeni et sermonis indolem. Wess.

311. 89. *Καὶ τὰς μὲν τοῖς ἐμβόλοις τύπτοντες ἀνέῤῥηττον*] Quod felici coniectura adsecutus erat Ill. Scaliger, id auctoribus schedis correxi: namque nihili est vulgatum *ἀνέῤῥιπτον*, et amanuensium lapsu, qui et ex *ἀναῤῥηττόντων* L. XVII. 58. in Reg. I. progenuerat *ἀναῤῥιπτούντων*, natum. Diodorus L. XIV. 72. *αἱ δὲ πλείοσιν ἐμβολαῖς ἀναῤῥήττουσαι τὰς συγγεγομφωμένας σανίδας* simili in re. Wess.

312. 8. *Κατειλημμένην ἀδίκως ὑπὸ Πτολεμαίου*] Vide, quae scripta sunt huius libri cap. 43. Wess.

312. 15. *Καὶ κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν ἐπιθευένου etc.*] Tametsi non inconmodam dent sententiam, quae in Reg. pr. leguntur, cur tamen vulgato praeferantur, caussa non est gravis. Periculum vero, in quod Eumenes circa Babylonium agrum sollertia Seleuci incurrit, uberius, sed ad Tigrim amnem, describitur sequentis libri cap. 13. Wess.

Ibid. Σελεύκου] *Λευκοῦ* Vat. simile vitium apud Hesychium in *Λεπταλέον*. Confer Suidam Voc. *Ὀογεῶνας*. Wess.

312. 25. *Ἱππεῖς δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους*] In dubio animus est, hoccine mordicus retineat, an dissidentium Codd. sequatur auctoritatem. Tacent scriptorum alii, omniaque integra decernenti relinquunt. Wess.

312. 41. *Ὡς δὲ ἀνεθεωρήθη τὸ συμφέρον*] Sic L. XII. 15. *ἀναθεωρούμενος δὲ καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος.* Et L. II. 5. S. Lucas de Paullo A. A. XVII. 23. *διερχόμενος καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα.* pro quo Clemens Alexandrinus Stromat. I. p. 372. *καὶ ἱστορῶν τὰ σεβάσματα,* sed glossam pro vero amplexus. Hinc *ἀναθεώρησις* pro *diligenti rei consideratione* apud Suidam, sive Diodorum potius, cuius verba, quod monere neglexi, Grammaticus exscripsit e L. XIII. 35. Wess.

313. 50. *Ἀπὸ τιμήσεων ἄχρι μνῶν δέκα*] Vide superius cap. 18. Antipater, cum post Lamiacum bellum Atticam rem publicam ordinaret, omnibus, quorum census drachmarum duo millia excederet, ad honores aditum patefecerat, aliis, qui infra eum censum erant, exclusis. Filius, quod multis ea res gravis esset, mutavit, illis etiam rei publicae administratione permissa, quorum bona x minas sive drachmas mille aequabant. Vid. Cl. Bonamici Dissert. T. XI. Comment. Acad. Inscript. p. 256. Wess.

313. 53. *Οὗτος δὲ παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν etc.*] Videtur Demetrius statim atque Athenis a Cassandro fuit inpositus, civium censum egisse, quo liqueret quinam honoribus fungi possent. Meminit eius Ctesicles apud Athen. L. VI. p. 272. C., ubi

nune prava τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι pro τῇ πεντεκαιδεκάτῃ. Scio virum magnum CXVI Olympiadem maluisse. Sed rei series vix patitur, ut ultra finem Olymp. CXV. recensus iste populi proferatur. Accessit ad rempublicam Atticam Demetrius anno tertio Olymp. CXV. Opus statim fuit tali censu, ut Cassandri constitutio valeret. Sed hoc leve est. Ab isto vero anno Demetrius per decennii spatium Athenas Atticas summa cura et prudentia administravit, magnaque in laude apud cives fuit versatus, ut praeter Diodorum L. XX. 46. testificatur Diogenes Laert. L. V. 75. Videtur quidem Plut. Demetr. p. 893. C. Phalerei Demetrii potentiam annis XV. circumscribere, qui a bello Lamiaco et clade prope Crannonem defluxerint ad restitutam Atheniensibus a Demetrio Poliorcete αὐτονομίαν. Sed non sunt districte accipienda, quae ibi produntur. Toto eo spatio viguit Athenis paucorum dominatus, valuit etiam gratia et auctoritate Demetrius; verum ita, ut primo quinquennio eius potentiae collegas haberet Phocionem pluresque alios. Quibus civium quodam furore sublatis, solus deinceps reipublicae curam in decem annos gessit. Habet Ill. Scaliger ad Euseb. ann. MDCCIX. quae hinc in viam reduci poterunt. Wess.

313. 57. *Τοῖς ἀπὸ τῆς νίκης ἀκροστολίοις*] *Rostris ex victoria relatis* Interpres, non satis ex vero. *Ἀκροστόλια* in summa navium prora erant, quibus titulus, sive index, qui nomen navis continebat, inscriptus erat. Supra rostra erat *στόλος*, cuius summa pars *ἀκροστόλιον*. Vide Cl. Salmasium in Solin. p. 403. et Io. Scheffer. de Milit. Nav. L. II. 6. p. 157. Id vero in more habebant, ut victis navibus *τὰ ἀκροστόλια* detraherent, iisque suas in victoriae argumentum ornarent. Exempla, si velis, reperies L. XX. 53. et cap. 88. Porro quae Nicanoris mortem spectant, et fraudem, qua a Cassandro circumventus periit, ea copiosius descripsit Polyaen. L. IV. 11. 1. Wess.

313. 66. *Τῆς Ἀντιπάτρου συμμαχίας*] Legi debet *τῆς Κασσάνδρου*, ut bene vidit Rhodomannus. Nam Antipater inter vivos agere dudum desierat. Wess.

313. 73. *Τὴν βίβλον αὐτοῦ περιγράψομεν*] Sustuli labem, qua hoc verbum adsperserunt librarii saepissime. Vid. not. in L. I. 41. p. 51. Wess.

ANNOTATIONES IN LIBRUM UNDEVIGESIMUM.

314. 6. Ὀλυμπιάδος μετὰ τοῦ παιδὸς κάθοδος] Ὀλυμπιάδος κάθοδος Reg. 1. Vide L. XIX. 11. Wess.

314. 13. Καὶ Πολέμων] Sic quoque L. XIX. 14. ubi vide. Wess.

314. 20. Ἐν Παρατάκοις] Rectius ἐν Παραιτάκοις aut Παραιτάκαις. Vid. lib. seq. cap. 34. Wess.

315. 42. Παλλήνης] Optime Leid. Sic Thraciae peninsula, in qua Cassandrea, dicebatur. Confer L. XIX. 52. Wess.

315. 75. Στρατηγὸν καὶ Λακεδαίμονος] Scribe ἐκ Λακεδ. ob L. XIX. 70. Wess.

315. 77. Καὶ εἰρηνικῶς ἄρχων] Omnia alia ibid. cap. 71. de Acrotato produntur. Oportuerat ergo τυραννικῶς, ut bene Rhodomannus. Wess.

315. 81. Κολλατίνων ἀπόστασις] Καλλαντιανῶν. Rhod. Verum est Καλλατιανῶν. Vid. ibid. cap. 73. Wess.

316. 13. Ἔτι δὲ Κεντοριπίνων] Hoc solum legitimum, docente Phil. Cluverio Sicil. Ant. L. II. 6. Wess.

317. 13. Καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχειν ἀτερματίστους] Orationis series hoc verum praestat, non item Grammaticorum explicationes. Hesychium audi, Ἀτερμάτιστος, ἀβέβαιος, ἀθεμελίωτος. Ἀτέρμονες, ἄριστοι. Quae ipso sermonis usu, quin iugulentur, non dubium est. Scribe Ἀτέρμονες, ἀόριστοι et bene quidem istud habebit congruetque Scholiastae Euripidis Hecub. v. 925. Prius expediri non potest, nisi quadam inprudentia pro ἀνερματίστῳ positum agnoscas. Illi enim glossae adscriptae conveniunt, ut ἀνερμάτιστα καὶ ἀκυβέρνητα πλοῖα Philon. Iud. de Insid. Potior. a Deter. structis p. 181. D. et ἀνερμάτιστα καὶ ἀνίδρυτα ἤθη eiusdem de Fortitud. p. 742. C. ostendunt. Suidam simili scholio deceptum in ordinem coegit L. Kusterus. Wess.

317. 15. Τὸν λεγόμενον — ἐξοστρακισμὸν] Vid. L. XI. 87. et Seberum ad Polluc. L. VIII. 19. Wess.

317. 23. *Εἷς δὲ τυράννου*] In Diogen. Laertii L. I. 50. εἷς δὲ μονάρχου legitur, levi differentia, quamquam Nostri scriptura paullo significantior. Wess.

317. 26. *Μάλιστα δὲ — περὶ τὴν Σικελίαν*] Siciliam hac ex caussa *nutricem tyrannorum* vocat Isidorus Origin. L. XIV. 6. *Tulit enim illa quondam insula multos et crudeles tyrannos*, quae Ciceronis verba L. V. Verr. c. 56., nec temere ullus terrae tractus reperitur, qui atrocissimorum tyrannorum numero Siciliam superet. Wess.

318. 60. *Ἔτη συνάγεται ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἕξ*] Haec vitio esse foedata, Bongarsius pertendit ad Iustini L. XXII. 5. Caussam id statuendi reperisse sibi visus est in sequenti auctoris L. XX. 2., ubi a Troia capta ad Agathoclis in Africam expeditionem numerantur anni DCCCLXXXIII.; quam quidem expeditionem cum tyrannus ingressus sit anno dominationis VII., legendum esse ἑπτάκοντα ἕξ. Addit, *nisi superior numerus* (libri videlicet XX. 2.) *emendandus videatur*, *ut legamus* ἑπτακοσίων *pro* ὀκτακοσίων. *Et hoc verius*. Male utrumque. In mendo sunt verba lib. seq. cap. 2. scriptumque ab auctore fuit, sicuti, cum eo devenerimus, dicetur uberius, τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ἑβδομήκοντα. Quod cum non animadverteretur, virum doctissimum in fraudem induit. Nam, quae hoc loco perscribuntur, ipsa labis suspicione libera sunt. A Troia capta ad Heraclidarum in Peloponnesum reditum anni abierunt LXXX. Inde ad primam Olympiadem CCCXXVIII, ceu proditum a Diodoro est L. I. 5. Adde in cumulum solidas Olympiades CXIV, praetereaque tres annos, et ratio constabit. Wess.

318. 66. *Μάνιον Φούλβιον*] Reducito ex annalibus Capitolinis *Μάρκον Φόσλιον*. Rhod. *M. Fulvium* collegam addidit *L. Plautio* ex Cassiodoro in Fastis Cuspinianus, apertissime Diodori scripturae favente. Sed aliter Cassiodori meliores libri. Itaque non repugno. Confer Livium L. IX. 20. et Pighium ad ann. CCCCXXXV. Wess.

318. 72. *Ἐν Θέρμοις τῆς Σικελίας*] Urbis originem vide L. XIII. 79. Wess.

318. 79. *Ἐξέπεσε χρησμὸς*] Frequens de oraculorum responsis esse solet. Vid. not. in L. IV. 42. Lucianus Alexand. c. 24. *καὶ γὰρ αὖ καὶ οὗτος ἐξέπεσεν ὁ χρησμός*. Wess.

319. 5. *Πένης δ' ὤν, ἐδίδαξε τὸν Ἀγαθοκλέα* etc.] Patrem Agathoclis, ipsumque tyrannum prima iuventute figulinam exercuisse, inter scriptores convenit Polybium L. XII. 6. Plut. Apophtheg. p. 176. E., et de sui Laud. p. 544., Iustin. L. XXII. 1., Athen. L. XI. p. 466. A. atque alios. De aetate, quam agens Syracusas commigravit una cum patre, controversa res. Noster septennem eo descendisse significat: at Polybius ferme XVIII annos natum: quod vero est similius. Decessit Agathocles anno Olymp. CXXII. 4., aetatis LXXII., postquam annos XXVIII principatum ad-

ministrasset, uti docetur L. XXII. Eclog. xii. Natus ergo est circa initium Olymp. cv. Iam Timoleon sub principium Olymp. cx Siculis Graecisque ad Syracusanae civitatis ius aditum dedit, quo tempore annis XVIII paullo maior erat Agathocles. Proinde ἑπταέτους δ' ὄντος αὐτοῦ de aetate, qua a patre agnitus est, accipi dumtaxat debet. Wess.

319. 7. Ἐπὶ τῷ Κρημισσῷ] Plutarchus in Timol. (p. 248. D.) confirmat eam quae in textu est lectionem. Steph. Κριμισσῷ] Κρίμησον ποταμὸν vocat Plutarchus, Κριμισσὸν rectius Lycophron v. 961. et eius commentator Tzetzes, pluresque alii. Vid. Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. II. p. 267. et Holsten. ad Steph. in Κρίμισα. Wess.

319. 18. Δάμας γάρ τις τῶν ἐνδόξων] Meminit hominis Iustinus L. XXII. 1., sed *Damasconem*, cuius uxorem adulterio cognitam post viri mortem in matrimonium receperit Agathocles, vocitans. Wess.

319. 26. Ἐν ταῖς ἐξοπλασίαις φέρειν] Φορεῖν Reg. 1. Mallem ἐξοπλισίαις, ut saepe ante, dedisset. Wess.

320. 41. Περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος etc.] Rerum Sicularum libro superiore proximo ne minima quidem fit mentio. Ideo parenthesis haec tota alicui removenda videatur. Atqui haec ipsa non minimam nobis suspicionem movet, vel antecessisse hunc librum alium, quo res Siculorum fuerit complexus; vel easdem commode alicubi fuisse intertextas, maxime cum bis exiguo intervallo eadem ἀνάμνησις repetatur. Et haec forte causa est, quod biennii etiam magistratus desiderantur. Rhod. Tractaverat res Siculas superiore libro, et ea quidem parte, quam omnibus in libris defectam ostendimus L. XVIII. 44. Wess.

320. 50. Οἱ μὲν περὶ Σωσίστρατον ἐδυνάστευσαν τῆς πατρ.] Nihil refert Σώστρατον legas an Σωσίστρατον· hoc plenum, illud contractum est. Quid? Polyaenus Σωσίστρατον itidem adpellat, et qua via, expulso Agathocle, dominatum Syracusis occuparit, docet L. V. 37. Wess.

320. 58. Καὶ παραβόλοις ἐγχειρῶν πράξεσιν] Hoc melius. Supra L. XV. 31. καὶ παραβόλοις πράξεσι χρώμενος. Et L. XX. 3. ἐπετελέσατο πρᾶξιν παραβολωτάτην. Wess.

320. 67. Κεκοινωνηκότων τῆς τῶν ἑξακ.] Explevi orationem, articulis destitutam, ut leniore tractu pergeret. Wess.

320. 88. Παρήγγειλε καὶ τοῖς σαλπιγκταῖς] Locus, si quae necessitas urgeret, σαλπισταῖς esse posset, uti apud Lucian. Ver. Hist. L. I. 17. Sed ea quidem nulla est. Vide not. in L. III. 37. Wess.

321. 95. Τοῦ μὲν ἔτι διώκειν ἀπέστησαν] Putarem τοῦ μὲν ἐπιδιώκειν fuisse olim, idque vulgato esse elegantius, nisi auctor hoc dicendi genus alias probaret. Vid. mox cap. 9. Wess.

321. 4. *Ἀκεστορίδου τοῦ Κορινθίου*] Fortasse in continuis illis turbis cum Syracusani ex metropoli sua, ut olim Timoleontem, arcessiverant. Wess.

321. 16. *Ἀνοδίᾳ τοῦ ἑτέρου μέρους τὴν* etc.] *Τοῦ ἑτέρου μέρους* reiectanea. Rhod. *Ἀνοδίᾳ τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιήσατο*] Si legeris distracta voce cum Regio pr. *ἄνω διὰ τοῦ ἑτέρου μέρους* ferri uteunque voces istae possent. Sustuli tamen Codd. imperio. *Ἀνοδίᾳ χρήσασθαι* Philoni dicuntur, qui per asperum ac difficile iter progrediuntur lib. de Temulent. p. 247. B. et L. I. Vit. Mos. p. 628. Straboni *διὰ ὀρῶν, καὶ ἀνοδιῶν καὶ κυκλοπορείας* L. XI. p. 795. C. et L. XVI. p. 1127. A. Wess.

321. 26. *Παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν*] Egregie his usus est Io. Fr. Gronovius Obs. L. IV. 4., ut in Iustino L. XXII. 2. legi oportere teneret: *Tum Hamilcari* (Agathocles) *expositis ignibus Cereris tactisque, in obsequia Poenorum iurat:* Sic enim olim mos ferebat, ut in templis atque ad aras *καθ' ἱερῶν* iurarent. Vide virum doctissimum ad Appian. Hispan. p. 431. Wess.

321. 36. *Μετὰ τὴν ὀλιγαρχίαν ὑφηγημένον τῆς πόλεως*] Lege *κατά.* Neque enim sexcenti isti, restituto populari imperio, Syracusis praeerant. Fuerant, cum paucorum dominatus valeret, praecipua potestate instructi, qua, reipublicae mutata forma, exciderant. Nihil clarius. Wess.

322. 47. *Τούς τε ἐκ Μοργαντίνης*]. Vid. L. XI. 78. et XIV. 78. Videntur autem Morgantini tanto cupidius ad Agathoclem sese adiunxisse, quod eum sibi praetorem et ducem antea inposuerant ipsi apud Iustin. L. XXII. 2. Mox doctissimus Interpres *καὶ τοὺς αὐτῷ πρότερον συμπορευθέντας πρὸς Καρχηδονίους* vertit, *cum illis, qui adversus Carthaginienses operam ei prius navaverant:* haud scio an male. Ex Iustino quidem certe constat, Agathoclem ad Carthaginienses, cum patria exsul aberat, sese adplicuisse. Wess.

322. 62. *Εἰς τὸ Τιμολεόντιον*] Nepos Cornel. Timol. cap. ult. *Timoleonteum*, et Plut. extrema vita Timol. *Τιμολεόντειον* vocant: cum Nostro facit Polyaenus, estque discrimen perleve et in veterum scriptis frequens. Sylburgium vide ad Pausan. L. II. p. 171. Wess.

322. 63. *Τοὺς περὶ Πείσαρχον καὶ Δεκλέα* etc.] Inmanem hanc perfidiam et crudelitatem attigit etiam Polyaenus L. V. 3. 8., sed *Τίσαρχον καὶ Διοκλέα* praecipuos ex illis sexcentis, et verius, me iudice, adpellans. In reliquis non usque quaque consentit, ut nec Iustinus L. XX. 11. 2. Wess.

322. 79. *Οἱ μὲν γὰρ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν*] *Nam gratiosissimi civium* Interpres. Tu vide not. in L. XI. 88. Wess.

322. 99. *Τὰς ἰδίας εὐπορίας ἐπανορθώσασθαι*] Imo *ἀπορίας ἐπανορθώσασθαι.* Steph. Adstipulor Stephano. Statim *αὐ-*

λείους θύρας vocat, quae ipso aedium in vestibulo erant. Philo Iud. de Congres. Quaer. Erud. Causs. p. 425. ὥσπερ γὰρ ἐν μὲν οἰκίαις ΑΥΛΕΙΟΙ πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι' ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν. Harpocration. Αὔλειος, ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας. Ubi Valesium vide, et ad Euseb. L. IV. Vit. Constant. c. 7. atque ad Evagrium H. Eccles. L. IV. 1. Wess.

323. 22. Πρὸς τοὺς Ἀκραγαντίνους] Consule c. 70. inferius. Wess.

323. 32. Καὶ συνήθη τοῖς συγγραφεῦσι τραγῳδίαν] Δεινοπάθειαν, ut Suidas explicat, sive tragicam et cum indignatione coniunctam descriptionem. Vide Severianum Or. VI. de Mundi Creat. T. VI. p. 499. B. operum Io. Chrysostomi. Wess.

323. 39. Ἔπραττον καθ' αὐτοὺς] Ultimas voces in Latinis neglexerat Interpres. *Solos seorsimque agentes* exprimunt, ut alias dictum est. Conf. Cl. Lamb. Bos Animadv. c. 4. Wess.

323. 45. Δεινοκράτην μὲν ἀφῆκε] Fuit Dinocrates exsulum deinde dux, multumque negotii tyranno facessivit, quamquam et ipse praevaricator ac tyrannidis cupidus. Vide infra c. 104. et L. XX. 80. Ad eum referunt numum Syracusanum, ΔΕΙΝΟ. inscriptum, L. Begerus Thes. Brand. T. I. p. 298. et Sig. Havercampus in Parutae Num. p. 1050., coniectura non admodum certa. Wess.

323. 55. Τὸ μὲν χλαμύδιον ἑαυτοῦ περιέσπασε] Non multum dissimile Gelonis, sed viri melioris, institutum descripsit auctor L. XI. 26. Wess.

324. 70. Οὗτος μὲν ἐχειροτονήθη] Ferri utcunque vulgatum potest: praeoptarem tamen, mei si res esset arbitrii, οὕτως μέν. Wess.

324. 75. Τὴν ἔχθραν εἰς κενὸν — ἐνδείκνυσθαι] Frustra nulloque profectu. S. Paullus Epist. ad Philipp. II. 16. οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Heliodorus L. X. p. 502. τῶν σκελῶν δὲ ἄπρακτα σκαιρόντων καὶ εἰς κενὸν ἀερονομούντων. quod posterius luctatorum et pugilum est, cum verberant ictibus auras, aut, ut Seneca loquitur Quaest. Nat. L. VII. 23., quum manus exercent et in ventum iactant brachia. Wess.

324. 82. Καὶ πολλοὺς μὲν εὐεργετῶν etc.] Firmat Polybius, Agathoclem referens constabilita tyrannide πάντων ἡμερώτατον δοκεῖν γεγονέναι καὶ πραότατον Excerpt. p. 1383. Wess.

324. 87. Ἅπερ εἰώθασι ποιεῖν σχεδὸν ἅπαντες οἱ τύραννοι] Bene Claudianus de IV. Cos. Honor. v. 290.

— — — sors ista tyrannis
Convenit: invideant claris, fortesque trucident,
Muniti gladiis vivant, septique venenis.
Ancipites habeant arces. —

Confer Io. Stobaeum Tit. XLVII. Wess.

324. 95. *Ῥωμαῖοι — διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας*] De Samnitici belli duratione non admodum discordat Livius L. VIII. 23. Ferri etiam *Σαυνίτας* ex Reg. sec. poterat, quoniam plerumque ita gentem adpellant *ἀπὸ τῶν Σαυνίων* Graeci, docente ad Strabon. L. V. p. 383. viro magno, nisi Eustath. in Dionysii Perieges. v. 375. *Σαμνίτας* Diodorum praeferre monuisset, et hi id libri loquerentur. Wess.

324. 2. *Καὶ προσαγ. Κανυσίους*] Non moveor auctoritate earum schedarum, quae *Κανουσίους* praeoptant. Vulgatum tuentur Graecorum plerique et Latini. Vid. Ph. Cluver. Ital. Ant. L. IV. p. 1221. De re ipsa hic Livius L. IX. 20. *et ex Apulia Theanenses Canusinique, populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt.* Tum post pauca: *Et duae Romae additae tribus, Ufentina ac Falerina.* Unde apertum cuivis erit, iure rescriptam esse *τὴν Ὠφεντίναν*, quo modo et Sigonius citat ad eum Livii locum, legitimamque esse *Φαλερίναν*; ut ibidem Sigonius ex suo codice. Wess.

324. 6. *Πρὸς μὲν Βρεττίους διελύσαντο*] Vide obiter de eo bello loquentem cap. 4. huius libri, et de Menedemo L. XXI. Eclog. IV. ubi Crotoniatarum tyrannum fuisse factum indicatur. Wess.

325. 30. *Προσλαβόμενος Αἰακίδην τὸν Ἠπειρώτην*] Pyrrhi regis patrem, quem *Αἴακον* Dexippus et Syncellus perperam adpellant, apud Pausan. L. I. 11. p. 27. et Iustin. L. XIV. 5. Wess.

325. 33. *Ἐν Εὐΐοις τῆς Μακεδονίας*] De mendo cogitare noli. Meminit urbis in Dasseratarum finibus positae Ptolemaeus L. III. 13. p. 93. Wess.

325. 50. *Παρανομήσασα τοὺς* etc.] Malim *εἰς τούς*. Steph.

325. 54. *Ἓξ ἔτη καὶ μῆνας τέτταρας*] Iustinus ibid. sex annis post Alexandrum potitum fuisse regno ait. Septem vero illi contribuunt Porphyrius et Dexippus, inchoatum, ut solent, pro absoluto numerantes. Porro inpotentis vetulae post reditum ex exsilio atrocem vindictam et nefariam in cognatos crudelitatem non praeteriit Pausanias L. I. 25. et L. VIII. 7. Nimirum

— — — Regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exsilio,

vere dixit incertus auctor apud Sueton. Tiber. c. 59. Wess.

326. 65. *Τὸν μὲν ἄνδρα περιέστειλεν*] Interpretis *obvelavit* generalius est. Moritura regina morientis mariti corpus composuit, vestibusque involvit, ut fato functos solent. Iosephus Antiq. L. XIX. 4. 1. *καὶ γὰρ τὸν νεκρὸν περιέπλεξε τοῦ Γαΐου, καὶ ἀναθέμενος ἐπὶ κλίνης καὶ ΠΕΡΙΣΤΕΙΛΑΣ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων* etc. Auctor ipse Excerpt. Vales. p. 282. *ἀναλέξας δὲ τὰ τοῦ σώματος ὀστᾶ καὶ φιλανθρώπως ΠΕΡΙΣΤΕΙΛΑΣ ἀπέστειλε.* Haec de verbo. Fuit Eurydice, primitus *Adea* dicta, magni animi femina, Philippi neptis, filia Amyntae et Cynnes sive Cynanes,

armorum non inperita, uti docent Arrian. in Photii Biblioth. p. 220. et Polyaen. L. VIII. 60. Confer doctissimos viros Ioach. Kuhnium et Iac. Perizon. ad Aeliani Var. Histor. L. XIII. 36. Wess.

326. 72. *Κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον*] Aiunt hoc demum tempore quorundam indicio fuisse cognitum, venenatam potionem Alexandro praebuisse Iollam, propterea que in mortui iuvenis reliquias Olympiadem saeviisse: *ἕκτῳ δὲ ἔτει* (a morte Alexandri) *φασὶν μηνύσεως γενομένης τὴν Ὀλυμπιάδα πολλοὺς μὲν ἀνελεῖν, ἐκρίψαι δὲ τὰ λείψανα τοῦ Ἰόλα τεθνηκότος, ὡς τοῦτον τὸ φάρμακον ἐγχέαντος* Plut. in extrema Alexandri vita. Wess.

326. 86. *Ἐν ταῖς ὀνομαζομέναις Καρῶν κώμαις*] Diceres propter Carrhas fuisse, mora Abrahami et Crassi clade nobilitatas, nisi illae L. XIX. 91. extra Babyloniam, uti erant, locarentur. Wess.

326. 91. *Καθ' ὃν καιρὸν ἡ δευτέρα etc.*] Vide L. XVIII. 39. Wess.

326. 99. *Πρὸς Ἀντιγένην*] Sic Basileae vulgarunt, et melius: namque eum ad modum vocabulum id Diodorus terminare adsuevit; neque praeter morem ille, de quo Demetrius *περὶ Ἑρμην.* sect. CLXXVII. Wess.

327. 15. *Ἔτι γὰρ — περὶ γῆν ἦν*] Repono *περιῆν*. Steph. Libens viro doctissimo subscribo. Alioqui ex schedis *ἦσαν δὲ τὰ σκάφη ταῦτα τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου* rectius fuerit. Wess.

327. 27. *Ἐκινδύνευσεν — τὸ στρατόπεδον ὑπὸ τῆς πλήμης etc.*] Nihil hinc demuto. Quae Codd. aliqui offerunt, modo leviter adiuves, sententiam dant minime malam, nec meliorem tamen. Liquet autem Eumenem insidiis his ad Tigrin flumen fuisse circumventum: proinde secum ipse dissentit auctor, propter Euphratem eas instructas memorans superioris libri cap. 73. Wess.

327. 50. *Διὰ τὴν τοῦ σίτου σπάνιν*] Id miror vehementer. In Susiana frumenti uberrimus erat proventus, saepeque terra centesimam frugem, non nunquam et ducentesimam reddebat. *Πολύσιτος δ' ἄγαν* (Susiane) *ὥστε ἑκατοντάχουν διὰ ὁμαλοῦ καὶ κριθὴν καὶ πυρὸν ἐκτρέφειν· ἔστι δ' ὅτε καὶ διακοσιοντάχουν*, Strabo ait L. XV. p. 1063. C. Wess.

327. 65. *Γένει Παρθυαῖος. ὃς Φιλώταν etc.*] Haec sunt morbosa valde. Python genere Macedo domoque Eordensis fuit, a Parthorum genere alienissimus. Testem huic rei fero Arrianum *Ἀναβ.* L. VI. 28. Deinde Philotas cui regioni praefuerit, tacetur absurde; quam tamen Parthiam fuisse ex sequentibus conficias. Atqui eam provinciam sorte obtinuerat Philippus, quod praeter Arrianum in Photii Biblioth. p. 223. indicavit Diodorus L. XVIII. 39. Ecquid ergo dubii superesse potest, dedisse auctorem *στρατηγὸς — σατραπειῶν ἁπασῶν γενόμενος, Φίλιππον μὲν τὸν Παρθυαίας προϋπάρχοντα στρατηγὸν ἀπέκτεινε.* Scripti certe libri ex magna parte hoc verum praestant. Wess.

328. 71. *Καὶ μεγάλαις ἐπιβολαῖς περιβαλλομένου*] Si *μεγάλου ταῖς ἐπιβολαῖς* ex Reg. pr. malueris, nihil reluctabor. Vulgatum non placet. Quae vero consequuntur, proba sunt. Vide Aelian. Hist. Var. L. XIV. 48. Wess.

328. 78. *Συνηθροιχότων εἰς τὸ αὐτὸ*] Ne move. Interpretes Alexandrini Nehem. IV. 8. *συνήχθησαν ἅπαντες ἐπὶ τὸ αὐτό*, S. Lucas A. A. II. 1. *ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό*· ubi diligentissimi Raphelii ex Polybio notas inspice. Wess.

328. 84. *Σατραπείαν δ' εἶχεν ἔτη πλείονα τῆς Περσίδος*] Revocavi ex Basil. et scriptis veriorem scripturam. Peucestae enim non maior tantum Persidis pars, sed universa parebat, ut L. XVIII. 39. traditum fuit: cuius quidem praefecturam eum ab Alexandro acceperit apud Arrian. Exp. Alex. L. VI. 28., iustum utique est *ἔτη πλείονα*. Wess.

328. 95. *Πολέμων δ' ὁ Μακεδὼν*] Imo vero *Τληπόλεμος*. Hoc nomine Carmaniae praefectum omnes describunt. Vid. L. XVIII. 39. et XIX. 28. Arrian. Exp. L. VI. 27. etc. Wess.

328. 97. *Καὶ Σιβύρτιος*] Optime scripti Codd. Vitium, quod praefecti huius nomen saepe foedavit, non fugit viros eruditos Ian. Gebhardum ad Nepot. Eumen. c. 13. et N. Blancardum in Arrian. L. VI. p. 429. Wess.

328. 6. *Ἐκ δὲ τῆς Ἰνδικῆς Εὔδαμος* etc.] *Εὔδημος* huius libri cap. 44. et Arrian. L. VI. 27. Sed hoc leve. Constat ex eodem Arriano Eudamum in Indis ab Alexandro fuisse relictum, et Poro tanquam custodem adpositum. Wess.

328. 11. *Πεζοὶ μὲν πλείους τῶν μυρίων* et reliq.] Haec bona si fuerint, error est in superioribus numeris. Sede ad calculos, et peditum ampliorem numerum, equitum paullo minorem reperies. Equidem sine membranarum suffragio nihil tentare sustineo. Vide tamen inferius cap. 27. Wess.

329. 30. *Ἵστατο γὰρ — σκηνή*] Vide not. in L. XVIII. 61. Wess.

329. 34. *Συνῆγε καθ' ἡμέραν συνέδριον*] Adscripserat Ill. Scaliger libri sui orae *συνήγετο* aut *συνῆλθε*, quorum alterutrum et ego mallem, vulgato quippe praestantius. Non recte enim dixeris Eumenem in singulos dies eum consessum coëgisse. Id praesidis erat, quam dignitatem praefectorum ceteri homini meo negabant. Wess.

329. 39. *Οἱ βασιλεῖς συνεστάκεισαν διδόναι*] In hoc acquiesco. *Συνέστησαν* Reg. 1. glossa est, alibique locorum sedem occupare commodiorem potest. Conf. And. Dounaeum Praelect. in Demosthen. Or. de Pac. p. 14. Wess.

329. 59. *Ἄτταλος καὶ Πολέμων* etc.] Horum cladem et captivitatem L. XVIII. 45. persecutus fuit. Wess.

329. 65. *Ἐπειδὰν τινας τῶν τηρ. αὐτοὺς λύσαι*] Perperam omittitur pronomen in Reg. schedis: neque enim absentiam

eius ferre potest verbum λῦσαι, quo de erudite Sam. Clarke ad Iliad. Δ, 20. Wess.

330. 93. Πρὸς τὴν Ἀντιγόνου γυναῖκα Στρατονίκην] Meminit feminae in Demetrii, cuius mater erat, vita p. 889. D. Plutarchus. Mox καὶ δεύτερος διὰ ταύτης ἐκπηδήσας cum uno comite optime Interpres: sic enim moris est. Aeschines Or. de Leg. Fals. p. 52. δέκατος δὲ αὐτὸς πρεσβεύσας, legatus cum novem sociis profectus. Τέταρτος ἐξῄει de Abrahamo cum filio et duobus vernis ad sacrificii locum pergente Philo Iud. de Abrah. p. 374. A. Λυσανορίδαν δὲ τρίτον αὐτὸν ἀντ' ἐκείνου πέμψαντες Plut. Socrat. Daemon. p. 576. A. Ἀλλ' ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξε i. e. Noam cum septem aliis in altera S. Petri Epist. cap. II. 5. Neque enim audiendi illi sunt, qui ὄγδοον κήρυκα connectunt inprudenter. Wess.

330. 4. Ἐπ' ἄρχοντος — Δημοκλείδου] Non aliter Dionysius in Dinarch. p. 118. At stadii victorem Eusebius Demosthenem Laconem non sine erroris suspicione vocat. De Coss. anni huius Livius. L. IX. 20. Wess.

330. 18. Ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμὸν] Verius multo legeretur τὸν Πασιτίγριν. Neque dubito, quin auctor ita scripserit, stulti vero librarii primam vocabuli partem amputarint. Mox ἡ τῆς ὀρεινῆς egregie Basil. ἐκδόσις. Wess.

330. 19. Ἡ τῆς ὀρεινῆς ἔχεται] Fortasse ἡ. Rhod.

330. 24. Φερόμενος — ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους] Non repeto, quae de hoc loco alias disputata fuerunt. Vide ad L. XVII. 67. Wess.

331. 28. Τοῦτον δὲ τὸν ποταμὸν προβαλόμενοι] Absurdum est προλαβόμενοι veterum quorundam librorum. Auctor suum tuetur L. XVII. 18. προβαλλόμενοι τὰ ῥεῖθρον τοῦ προειρημένου ποταμοῦ. Tum huius lib. cap. 25. προβεβλημένοι γὰρ ἀμφότεροι ποταμόν τινα. Alibi προβλήματι ῥεῖθρου, aut προβολαῖς ποταμῶν χρώμενοι simili in re. Wess.

331. 36. Ἐπὶ τῷ μὴ τετευχέναι τῆς στρατείας] Repone στρατηγίας, et post συνεχώρησεν interpunge. Rhod.

331. 47. Καὶ σκοπὰς ἐχούσης ὑψηλὰς] Etsi σκοπὴ et σκοπιὰ saepe in scriptis permiscentur, pari tamen paene sunt potestate, neque opus est, ubi nullus membranarum dissensus, ut sibi concedant. Vide accuratissimum T. Hemsterhusium in Luciani D. Marin. I. 1. Ceterum mos ille, quo in speculis collocati clamore alter alteri, secundus tertio, itque ita κατὰ διαδοχὴν significabant, si quid accidisset, per erat in Perside antiquus. Xerxes enim Graeciae bellum illaturus λέγεται διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μέχρις Ἀθηνῶν, ὡς δύνασθαι διὰ φωνῆς δηλοῦσθαι τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἑλλάδι τοῖς Πέρσαις, διαδεχομένων τῶν διεστώτων τὰς παρ' ἀλλήλων φωνάς. Haec Cleomedes Κυκλ. Θεωρ. L. II. p. 169., insuper addens; διὰ δύο νυχθημέρων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος

εἰς Πέρσας clamorem eum, gestarum rerum indicem, pervenisse. Alium nunciandi modum, et accenso quidem et sublato igne, describit Diodorus huius libri cap. 57. Wess.

331. 69. Πρὸς τὸν Κοπράτην ποταμὸν] Non praeteriit hoc Susianes flumen Strabo L. XV. p. 1060., haud longe intervallo a Pasitigri provolvi significans. Bene sit ergo illis Codd. exscriptoribus, qui suum isti fluvio nomen hoc tandem loco servarunt. Iam quod consequitur ἐπέσχε τῆς πορείας, cur damnetur, nihil est. Indicat progrediendi impetum aliquantisper Antigonum stitisse, ut mox cap. 24. διόπερ ἡμέρας τινὰς ἐπέσχε τῆς πορείας. et c. 26. τῆς μὲν πορείας ἐπέσχον, τὴν δὲ στρατιὰν διέτασσον. Wess.

331. 70. Ἐπέσχε τῆς πορείας καὶ] Haec glossematis speciem habent, ideoque a nobis sunt praeterita. Rhod.

331. 73. Σταδίους] Σταθμοὺς Bas. Reg. 2. Ven. male: nimium enim est intervallum. Wess.

332. 81. Διαβὰς τὸ ζεῦγμα τοῦ Τίγριδος] Praestat Πασιτίγριδος. Illum intelligi res ipsa suadet; et Plutarchi Eumen. p. 591. D. locuples testimonium. Vidit id ipsum eruditissimus Cellarius Geogr. Vet. L. III. 19. p. 791. Wess.

332. 91. Ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπιβάντων] Iustum hoc est. Ἐπιβάται, quos librariorum socordia progenuit, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, hoc quidem certe loco. Wess.

332. 2. Ἐπὶ πόλεως Βαδάκης] Nusquam hanc urbem reperire memini, neque adeo decernere tutum est, utra verior sit scriptura. De *Eulaeo* secus, quod flumen, urbem Susa atque arcem alluens, neque Straboni, Plinio, Arriano ac Ptolemaeo praeteritum, Danielis vaticinia אולי cap. VIII. 2. vocitant. Sitne vero idem ac *Choaspes* Herodoti L. I. 188., doctorum virorum certamen est, de quo si quid explorati nosse velis, ad Salmasium in Solin. p. 494. adire consultum erit. Wess.

332. 12. Ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ χολῶνος] Contrahe in unam vocem ἐπικόλωνος. Rhod. Ἡ μὲν γὰρ ἐπικόλωνος] Erat, cum ἡ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸν Κορωνὸν ab auctore venisse suspicarer, iterque indicari, quod praeter radices Coroni montis, de quo Ptolemaeus L. VI. 1. p. 170. et Ammianus L. XXIII. 6., in intimam Mediam pertinebat: quam blandientem coniecturam nunc quidem tueri recuso. Aptum est, quod Rhodomannus, probante Reg. pr. amplexus est, eiusdemque commatis, cuius ἐπίκρημνος. Sit proinde inter singularia scriptoris Nostri. Wess.

332. 14. Ἡ δὲ διὰ τῶν Κοσσαίων ἐθνῶν] Reddidi genti suum nomen, scriptis addicentibus. Vid. L. XVII. 111. Mox οὐ ῥᾴδιον — παρελθεῖν στρατοπέδῳ aeque opportunum foret. Wess.

333. 37. Ἐπειδὴ ποθ' ἧκον ἐπὶ τὰς δυσχωρίας] Noli discrepantium Codd. auctoritatem sequi. Quae enim illi adstruunt, aliena sunt, atque ex praecedentibus temere repetita. Wess.

333. 52. *Καὶ τοῖς ἄλλοις κινδυνεύσας*] Ferri haec possunt. Neque alienum tamen censendum est *καὶ τοῖς ὅλοις κινδυνεύσας* ex vetustis membranis. Quod elegans est profecto, Antigonumque in periculum amittendae summae rei venisse exprimit. Ita *κίνδυνος* et *κινδυνεύειν περὶ τῶν ὅλων* supra L. XIII. 7. atque apud Appianum Mithridat. p. 326., tum *πίπτειν τοῖς ὅλοις, σφάλλεσθαι τοῖς ὅλοις, ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις, συντρίβεσθαι τοῖς ὅλοις*, ab optimo quoque usu frequenti teruntur. Wess.

333. 66. *Τῆς δὲ χώρας ταύτης ἀεὶ τετραπόδων γεμούσης*] Inter alias Mediae ubertates et commoda Strabo et hanc ponit, quod solum eius equis alendis maxime fuerit habile, *ἱππόβοτος δέ ἐστι διαφερόντως* L. XI. p. 796. C. Nimirum *prata* illic *erant virentia, foetusque equarum nobilium*, de quibus Ammianus L. XXIII. 6. ut merito *Μηδίαν τὴν εὐιπποτάτην* vocaverit Max. Tyrius Dissert. XXVII. p. 323. ed. Londin. Longe aliter cum Perside olim comparatum erat, in qua *χαλεπὸν ἦν τρέφειν ἵππον καὶ ἱππεύειν ἐν ὀρεινῇ τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον πάνυ σπάνιον*, Xenophonte teste *Κυροπαιδ.* L. I. p. 7. Mitto alia a diligentissimo B. Brissonio conducta de Pers. Regno L. III. 29. Wess.

333. 79. *Διέστησαν πρὸς ἀλλήλους*] Sine gravi caussa hinc discedunt librorum aliqui. Superius cap. 16. *τούτων δὲ πρὸς ἀλλήλους διϊσταμένων.* Saepeque alias. Wess.

334. 92. *Ἕως τῆς καλουμένης κλίμακος κοίλη*] *Climax* collis cuiusdam nomen fuisse videtur, quod difficilem et scalarum in modum adscensum, *κλιμακωτὴν πρόσβασιν*, praeberet. Talis in Ciliciae finibus *Climax* atque in Syria, alibique terrarum apud Strabonem et Ptolemaeum memoratur. Wess.

334. 98. *Καὶ φύσεις ὑδάτων*] Ill. Scaliger *βλύσεις ὑδάτων* ad libri sui oram malebat, Rhodomannus in notar. Correct. *ῥύσεις ὑδάτων.* quod et ego praefero. Dixit *ῥύσεις ὑδάτων* superioribus in libris semel iterumque Diodorus: confunduntur etiam *ῥύσεις* et *φύσεις* a librariorum natione, uti L. IV. 56. p. 300. Iam nihil certius, Persidem plurium rivorum et fluminum lapsu rigari. Vid. Strabon. L. XV. p. 1060. Wess.

334. 1. *Ἦν δὲ καὶ λείας παντοδαπῆς πλῆθος*] *Praedam multiplicem* vertit Interpres, quem non sequor. Omne genus pecudes intellige, quas Peucestes vi non abegit, sed ab indigenis sibi mitti postulavit. Hesychius, *Λεία, ἡ τῶν θρεμμάτων ἀγέλη.* Hesiodus Theogon. v. 444.

Ἐσθλὴ δ' ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἑρμῇ ληΐδ' ἀέξειν,
Βουκολίας τ' ἀγέλας τε —

ubi scholia: *Ληΐδα δὲ τὴν τῶν τετραπόδων κτῆσιν φασί. λήϊα γὰρ τὰ τετράποδα λέγονται.* Sed quid alios advoco? Diodorus de Nabataeis L. XIX. 97. *αὐτοὶ δὲ διελόμενοι τὴν λείαν, ἄλλοι κατ' ἄλλους τόπους ἀπήλαυνον εἰς τὴν ἔρημον.* Quo loco quid tandem liquidius? Dicit Nabataeos pecudes suas fuisse dispertitos, easque

in diversa solitudinis loca, ne in Demetrii potestatem venirent, abegisse. De praeda ibi nihil. Wess.

334. 8. *Ὡς δέ ποθ' ἧκον εἰς Περσέπολιν τὸ βασίλειον*] Confer not. in L. XVII. 72. Wess.

334. 21. *Καὶ τῶν ἑταίρων οἱ μετ' Ἀλεξ. στρατεύσαντες*] Probum hoc et elegans: contra ea vulgatum generalius. Nota est in Macedonum militia cohors equitum, qui *ἑταῖροι* ex Philippi regis instituto dicebantur. Eos, ut saepe alibi his in libris, auctor innuit. Vide H. Vales. ad Polyb. Excerpt. p. 358. ed. Gron. De vitii origine quid multa? Nihil tritius confusione *τῶν ἑταίρων καὶ ἑτέρων* in membranis. Inspice sollertissimi Io. Millii notas in S. Iacobi Epist. c. IV. 12. et L. Kusteri ad Suidam voc. *Τοὺς ἑταίρους τραγῳδ.* Wess.

334. 25. *Τοῦ δ' ἐπὶ πᾶσιν ὄντος δυοῖν* etc.] Legebatur *ὄντος ἐντὸς δυοῖν σταδίων*. Ego scriptis obsecutus una cum Rhodomanno *ἐντὸς*, quippe superfluum et ex priore natum vocabulo, induxi. Mox *αὐλαίαις* optime Stephanus, addicentibus Reg. pr. Ven. et Vat. schedis. Adde Cosmam Indicopleusten Topograph. L. V. p. 197., qui de *αὐλαίας* voce non male, et lege in citatis ibi Hyperidis verbis *εἱστιῶντο*, ut apud Pollucem L. IV. 122. Wess.

335. 31. *Κεκαλυμμένας αὐλαίαις* etc.] Invenio in scriptis exemplaribus *αὐγέαις*, item *αὐχαίαις*· in editione typographica superioris temporis *αὐχμιαίαις*. Ego ex *αὐχαίαις* feci *αὐλαίαις*, parva mutatione magnum (ni fallor) loco huic adiumentum afferens. Ut autem hic *κεκαλυμμένας αὐλαίαις* habes, sic apud Plutarchum in Artoxerxe (p. 1026. B.) *ἐκάλυψεν αὐλαίᾳ*. Sed et copulata *αὐλαῖαι ac περιστρώματα* reperiuntur et apud alios scriptores: aut certe *αὐλαῖα καὶ περιστρώματα*. Steph.

335. 35. *Ὥστε μηδένα μὲν παρενοχλεῖσθαι τῶν ἑστιωμένων*] Sic malui ex scriptis Codd. Commodius enim. Meminerunt, sed obiter, splendidi huius convivii Plut. Eumen. p. 591. et Polyaenus Strateg. L. IV. 8. 3. Wess.

335. 53. *Ἔστι δὲ προσάγων*] Rectius *προάγων*. Rhod.

335. 54. *Ἡ δ' ἐπιστολὴ Συρίοις γεγραμμένη γράμμασιν*] Polyaenus, quem haec Diodori aemulatum suspiceris, eadem dicto loco. *Σύρια γράμματα* non alia fuisse videntur ac Herodoti L. IV. 87. *Ἀσσύρια*, de quibus supra ad L. II. 13. p. 127. Wess.

335. 67. *Παρήγαγεν εἰς κρίσιν Σιβύρτιον*] Instauravi praefecti huius nomen, saepe amanuensium culpa pravum. Vid. superius cap. 14. Wess.

336. 83. *Λαβὼν* etc. *τοὺς πρότερον ὑπόπτους ὄντας* et seqq.] Commentum, cuius et Plut. Eum. p. 591. D. conmeminit, prudens et usus in re militari magni. Romanos vide, quorum milites donativi partem dimidiam apud signa deponebant, ut minus de deserendo cogitarent, sed fortius dimicarent, et more hu-

mani ingenii illorum maximam curam agerent, in quibus fortunam suam verti norant, Vegetius de Re Mil. L. II. 20. Wess.

336. 95. *Πρὸς εὔνοιαν προεκαλέσατο*] Non dubium est, quin hoc praestet. *Προκληθεὶς εἰς μέθην, προκαλέσασθαι εἰς ἔλεον* et *προκληθεὶς πρὸς συμμαχίαν*, quae suis locis recurrunt, *προκαλούμενος εἰς φιλίας* Dion. Chrysost. Or. XXXI, p. 322. C, id iubent. Wess.

336. 6. *Ἐπηκολούθει τοῖς οὐραγοῦσιν*] Vicinia vocum *ΘΗΡΑΓΟΥΣΙΝ* et *ΟΥΡΑΓΟΥΣΙΝ* haec verba misere foedaverat. Eumenes inter beluas et earum ductores, ut tumultu liber attenuatum valetudine corpus reficeret, versari instituit? Nihil absurdius. Quin ipse elephantorum barritus hominem enecasset. Multo iustius est, quod amplexus sum. Audi Plut. Eumen. p. 591. F, *ἐτύγχανεν ὁ Εὐμένης ἐκ νόσου τινὸς ἐπισφαλοῦς ἐν φορείῳ κομιζόμενος ἔξω τοῦ στρατεύματος ἐν ἡσυχίᾳ διὰ τὰς ἀγρυπνίας*, *Eumenes ex ancipiti morbo extra agmen quiete in lecticu ob vigilias ferebatur.* Ecquid apertius? Wess.

336. 26. *Τοὺς δὲ στρατεύεσθαι* etc. *διανέμειν*] Quae praecedunt, *διανεμεῖν* sibi iungi postulant. Wess.

336. 30. *Καὶ λόγον εἶπε τῶν παραδεδομένων καὶ παλαιῶν*] Laudo Interpretis *fabulam*, quam saepe *λόγος* innuit, Io. Alb. Fabricio Bibl. Graec. L. II. 9. 6. docente. Vulgatum vero cur innovaverim, ut patefaciam, opus non est. Amplectentur ultro, quibus hae deliciae sapiunt. Ceterum veterem hanc fabellam descripsit Aphthonius Fab. 7., interque Aesopicas ex Palatino Codice p. 268. Is. Nic. Neveletus, sed paullo diversam, publicavit. Wess.

337. 48. *Παρήγγειλε — ἀναζευγνύειν*] Posses ex Reg. pr. *ἀναζεύξειν*. Nec necesse tamen. In mandatis et minis saepe alterum potius est. Callimachus H. in Dian. v. 251,

— — *ἀλαπαξέμεν ἠπείλησε*
Λύγδαμις ὑβριστής — —

ubi Stephanus *ἀλαπάξειν* citra caussam. Vide quae statim sequuntur. Wess.

337. 50. *Ἀληθῶς ὑπέβαλε — εἰς τὴν Γαβηνὴν*] *Γαβιηνὴν* legendum. Ita enim Strabo nominat L. XVI. (p. 1080. B.) ubi Elymaeorum provinciam facit Gabianam. Persiae igitur particula est. Pro *ὑπέβαλε* legatur *ὑπέλαβε*, Rhod. *Ἀληθῶς ὑπέλαβε — εἰς τὴν Γαβιηνὴν*] Adsentior viro doctissimo, atque utrumque muto. Prorsus enim ineptum hoc quidem loco *ὑπέβαλε* erat. *Γαβιηνὴν* hanc provinciam et Polyaenus vocat Strateg. L. IV. 6. 13. *Ὅλην τὴν Γαβηνῶν* Plut. Eum. p. 592. C. pro *Γαβιηνῶν*. Wess.

337. 65. *Τῆς μὲν πορείας ἀπείχετο*] Hoc equidem non damno: solet tamen auctor *τῆς πορείας ἐπέσχε* magis adamare, veluti post pauca *τῆς μὲν πορείας ἐπέσχεν, τὴν δὲ στρατιὰν διέτασσον* etc. Wess.

337. 82. *Ἤλαυνεν ἀπὸ αὐτῆρος*] Dionysius Rom. Ant. L.

XI. p. 720. Ὀψεγίνως δὲ — ἀπὸ ῥυτῆρος ἐλαύνων τὸν ἵππον, ἀφικνεῖται. Sophocles Oed. Colon. v. 893.

— — πάντ' ἀναγκάσει λεὼν
Ἄνιππον, ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
Σπεύδειν ἀπαὶ ῥυτῆρος. — —

Quod genus, equos effusis habenis incitatos exprimens, saepe fefellit interpretes, ut in Observat. libris ostendi. WESS.

338. 92. Ὅτι τὰς ἐλπίδας ἐν αὐτοῖς ἀντέχουσι τῆς νίκης] Sic libri omnes. Haud paullo ea in dictione simplex est verbum familiarius. Appian. L. IV. Belli Civil. p. 1057. καὶ ἐν μόναις ταῖς χερσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχουσι, tum ibid. p. 1060. οὐκ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχουσι. Quin ipse Diodorus L. XX. 7. ἐν μόνῳ τῷ νικᾶν ἔξουσι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας. WESS.

338. 2. Ἱππεῖς δ' ὀκτακισχιλίους] Μυρίους καὶ τριακοσίους in aciei descriptione cap. 29. enumerat. Aut haec ergo boni coloris non sunt, aut ibi numeros mendae maculaverunt. WESS.

338. 8. Ἔχοντα τὸ περὶ αὐτὸν ἄγημα τῶν ἱππέων] Interpres ἄγημα *turmam* et *agmen* vertit. Mallem Livii et Curtii exemplo Graecam vocem retinuisset: nam Latina illa non satisfaciunt. Notat in Macedonum militia plerumque selectorum equitum alam, sed numeri non semper eiusdem, ut hoc ex Diodori loco et pluribus aliorum, ab Hugone de Equest. Milit. L. III. 5. et Freinshemio Curtiani Indicis voc. *Agema* in unum conductis, liquet abunde. WESS.

338. 12. Τῆς ὑπερωρείας] Scribe ὑπωρείας. Mox ὧν ἡγεῖ mutilatum ex ἡγεῖτο. RHOD.

338. 17. Ἐξ Ἀραχωτῶν ἱππεῖς ἑξακοσίους] Nihil interest hoc serves, an Ἀραχωσίας ex cap. 14. recipias. Id mirum Sibyrtio hic equites DC contribui, cum illic centum duntaxat et sedecim adduxisse feratur. Similem aliorum in ducum equitibus discordiam, si animum intendas, reperies: unde non iniusta suspicio de numerorum notis, ut saepe, corruptis. WESS.

338. 23. Ἐλέφαντας μὲν ἐν ἐπικαμπίῳ] Τάξει videlicet, de qua L. XVII. 57. Scripsi paullo ante ex Reg. pr. τούτοις ἴσοι, quoniam ita Diodorus adsuevit: ceteroqui insolitum non esse prorsus, ut patrio casui ἴσος iungatur, norunt eruditi. WESS.

338. 26. Ὀχυρωσάμενος τὸ λαιὸν κέρας] Defendi nullo potest modo δεξιὸν κέρας, quod editos omnes occupavit. Versatur in sinistri cornu describenda acie, qua brevi post absoluta orationem ad dextrum tandem cornu convertit. Optime ergo τὸ λαιὸν Reg. sec. WESS.

Ibid. Συνῆψεν αὐτῶν] Lege αὐτῷ. RHOD.

339. 35. Ἀφηγουμένου τούτων — Ἀντιγένους καὶ Τευτάμου] Detracta una litera his pristina rediit sanitas. Supra c. 24. προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀφηγουμένου Πευκέστου καὶ Ἀντιγένους. WESS.

339. 39. τὰ τούτων διαστήματα τοῖς ψιλικοῖς τὴν τάξιν ἀνεπλήρωσεν] P. 348. 29. πληρώσας τὰ διαστήματα τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν. 349. 86. τὰ διαστήματα τοῖς ψιλοῖς διέλαβε τάγμασι. Quod hic quoque praestabit.

339. 46. Τὸ Εὐμένους ἄγημα, τοὺς ἴσους etc.] Totidem alae Eumenis, quam *agema* vocant, equites tribuit Plutarchus in eius vita p. 586. E. Wess.

339. 56. Πεζοὶ μὲν τρισμύριοι πεντακισχίλιοι] Nunquam tot pedites ex illis, quae supra prodidit, conficies. Equitum quidem ratio constat, sed additae in summam non sunt alae duae, ad quinquagenos profundae. Praeterea elephantos CXXV annumeravit. Scribendum ergo ἐλέφαντες δὲ ἑκατὸν εἴκοσι καὶ πέντε, modo superiora a mendis sint libera. Wess.

339. 67. Ὧι μάλιστα ἐπίστευεν] Ἐπίστευον corrigit Rhodomannus, qui audiendus erit, nisi si ad Eumenem referatur. Wess.

339. 68. Καὶ Ἀρμενίας ἀφιπποτοξότας] Video, quid obmoturi sint, qui ἱφιπποτοξότας probabunt. Sed hinc non discedo. Vid. not. in L. I. 8. p. 122. At unde ἐκ Παρουλίας ἀφιπποτοξόται membranarum quarundam venisse putabimus? Ecquae hoc nomine per vastum orientis tractum regio natiove? Nulla, nulla inquam. Sola amanuensium inconsiderantia vitiosum id propagavit. Scriptum erat *ΕΚ ΠΑΡΘΥΑΙΑΣ*, e quo ipsi, obliteratis fortasse vetustate et situ duarum literarum transversis virgulis mirificum extuderunt *ΠΑΡΟΥΛΙΑΣ* vocabulum. Ego vero haud scio an rectissimum ἐκ Παρθυαίας sit? Notissimi sunt Parthorum equites et saggittarii. Ovidius Trist. L. II. 225.

Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques. — —

Clarius Appianus de Cassio L. III. Belli Civ. p. 1001. καὶ αὐτῷ τινες καὶ *ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΙ* συνεμάχουν. Iterum p. 1003. καὶ τοὺς *ΠΑΡΘΥΑΙΩΝ ΙΠΠΟΤΟΞΟΤΑΣ* ἀπέπεμπε τιμήσας. Mitto addere Parthos sagittis atque arcu multo nobiliores esse Armeniis. Vide tamen et Aelian. Tactic. cap. 45. Wess.

339. 74. Τοὺς δ' ἀπὸ Φρυγίας] Ἐχόμενα δὲ τούτοις ἀπὸ Φρυγίας in marg. Steph. Reg. 1. Lege ἐχομένους δὲ τούτων et bonum erit. Wess. Qui non meminerat Polybii XII. 17. 7. τάξαι τοὺς μισθοφόρους ἐχομένους τούτοις, nec Diodori III. 24. aut Platonis Gorgia p. 494. eodem modo loquentium frustraque ex parte ab editoribus sollicitatorum.

339. 76. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τοὺς τε ἀνθίππους ὀνομαζομένους] Nisi erro atque huius opinionis frustra sum, dederat auctor τούς τε *ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ*, quod peccato, illius, de quo proxime, non dissimili in *ΑΝΘΙΠΠΟΥΣ* boni isti viri conmutaverunt. Qui enim quaeso ἄνθιπποι; *Equites contrarii*, Interpres ait. Atqui omnes, qui hosti obiiciuntur, *equites contrarii*. Ἄμφιπποι desul-

tores sunt, veteri militia nobilitati. Aelianus Tactic. c. 37. *τάττεται δὲ τοιοῦτον σχῆμα μάλιστα πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάρους, οὓς καὶ ΑΜΦΙΠΠΟΥΣ ἔλεγον, ὡς εἰθισμένους μεταβαίνειν ἀπὸ ἄλλων ἵππων εἰς ἄλλους.* ubi plura Sixtus Arcerius. Nescio autem an mox deleri debeat copula. Ita quidem certe iidem describerentur a Diodoro atque Aeliano Thraces, qui cap. 27. *Θρᾶκες ἐκ τῶν ἄνω κατοικιῶν*, i. e. in Istrum et Scythiam usque porrecti. Wess.

340. 90. *Παρὰ δὲ τῶν συμμάχων πεντακόσιοι*] Interpres aliud agens, *et a sociis minus totidem*. Ego correxi culpam, a N. Blancardo ad Arriani sui L. III. p. 183. levi brachio perstrictam. Wess.

340. 98. *Συναγωνιζομένων — Ταραντίνων ἑκατὸν*] Meminit eorundem paullo ante, estque Tarentinorum equitum non obscurum inter auxilia nomen. Livius XXXV. 28. *Dein Cretenses auxiliares, et, quos Tarentinos vocabant, equites, binos secum trahentes equos, ad prima signa misit.* Ceterum paullo ante τὸ *τάγμα δὲ τοῦτο* adfectum mihi videtur. Scripserim *πρόταγμα δὲ τούτων, ante vero horum ordinem*, sive *horum ante signani* etc. Ita plane cap. 27. *πρόταγμα δὲ τούτων ἴλας δύο ξυστοφόρων.* tum c. 28. *καὶ τούτων πρόταγμα, τῶν Εὐμένους παίδων ἴλας δύο* etc. Wess.

340. 6. *Τὸ μὲν γὰρ δεξιὸν κέρας — προεβάλετο* etc.] Vereor ut scriptoris mentem assecutus sit Interpres. *Προβαλέσθαι* est *obiicere*, *ὑποστείλασθαι subducere.* Statuit Antigonus dextrum cornu, cui fidebat maxime, hostem adgredi, sinistrum paullo longius retrahere, ut hoc cedendo dimicaret, illo hostem propius urgeret. Wess. Verterat Rhodom. *dextrum cornu in longum protenderat.*

340. 28. *Ἐξαγαγὼν ἐπὶ κέρας τὴν ὀλίγην τάξιν*] Quae tandem *τάξις ὀλίγη* ista? *Expeditine equites*, quos sinistro ex cornu arcessivit Eumenes? Atqui non eos tantum, sed suos omnes in hostem duxit. Fuit fortasse *τὴν ὅλην τάξιν*, qua in cornu exporrecta in hostilem aciem ingruere coepit. *Ἐξάγειν ἐπὶ κέρας* et *ἄγειν ἐπὶ κέρως* in Graecorum acie id exprimunt. Aelian. Tact. c. 29. *ὀρθία δὲ (φάλαγξ) ὅταν ἐπὶ κέρας πορεύεται, πολλαπλάσιον ἔχουσα τὸ βάθος τοῦ μήκους.* Clarius paullo Max. Tyrius Diss. XII. p. 131. ed. Lond. *νήχονται ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι* (cervae) *ἀλλήλαις ἑπόμεναι, ὥσπερ στρατόπεδον ἐπὶ κέρως βαδίζον.* Sic enim optime correxit Io. Davisius, sed cui latuisse videtur nota Arcerii in Aeliani eum locum. Adde L. Kusterum ad Suidae *Ἐπικαίρως παραπλέοντας.* Wess.

341. 38. *Ταῖς μὲν ἡλικίαις ἤδη προβεβήκεισαν*] Augmenti defectus morari neminem debet. Deesse saepe ostensum alias fuit. *Προβεβηκότας ταῖς ἡλικίαις* dixit et L. XII. 18. XIII. 89. *τοὺς προεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις* Xenophon Hellen. L. VI. p. 453. Aliter S. Lucas Evang. cap. I. 18. *καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν*

ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Quod Hebraeorum morem sonat clarissime. Dixeris eorum sermone ואשתי זקנה באה בימים, et verba convenient optime. Wess.

341. 43. Τό, τε εὐώνυμον κέρας — πεφευγότας] Nihil frequentius hac esse enallage, saepe monitum est. S. Lucas Evang. c. XIX. 37, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος — χαίροντες αἰνεῖν τὸν θεόν. Wess.

341. 66. Περὶ λύχνων ἁφάς]. Iterum cap. 43. καταστησάντων δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Εὐμένη περὶ λύχνων ἁφάς. Suidas, Ἁφὰς λύχνων Ἡρόδοτος λέγει· cuius locum L. Kusterus indicavit. Interpres bene, primae facis tempus erat. Censorinum audi de Nat. Die cap. 23. *Post id sequitur tempus, quod dicimus LUMINIBUS ACCENSIS, antiqui PRIMA FACE dicebant.* Wess.

341. 72. Ὡς ἂν τέτταρσι πλέθροις] Fuisse videtur ὡς ἂν ἐν τέτταρσι etc. Wess. Infra p. 348. 21. μετὰ δ' ἡμέρας ὀλίγας ἐν τεσσαράκοντα σταδίοις ἀντιστρατοπεδευόντων τῶν δυνάμεων ἐξέταξαν ἀμφότεροι τὸ στρατόπεδον uno ex libro scripsit Wesselingius, quum abesset praepositio. Polybii I. 39. 12. πολλάκις δ' ἐν τῇ Σελινουντίᾳ παραταττόμενοι τοῖς πολεμίοις ἐν ἓξ καὶ πέντε σταδίοις repositum est pro librorum scriptura ἓξ καὶ πέντε σταδίους. XIV. 8. 3. προθέμενος τοὺς ἱππέας ἐν ἑπτὰ σταδίοις παρενέβαλλε. Hic quoque praepositio deest libris. Sed additae plura ibi exempla citavit Schweighaeuserus.

341. 73. Τῶν ἱππέων ὁ φρυαγμός] Putes ἵππων praestare; nec praestat tamen. Vid. L. XIX. 49. Wess. in Add.

341. 86. Οὔτε γὰρ τοῖς στρατιώταις δυνατὸν ἦν etc.] *Namque illa phalanx Alexandri magni, quae Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat,* sic eleganter de Macedonibus his Corn. Nepos Eumen. c. 8. Wess.

341. 94. Προτιμότερον ἐν ταῖς μάχαις εἶναι τὸ τῶν etc.] Si qui προτερεῖν, a Diodoro saepissime usurpatum, maluerint, illis equidem non pugnabo. Fuisse vero certissimum reportatae victoriae inter Graecos argumentum, ius et potestatem habere in eorum corpora, quos acies confecerat, res est testata. Erat imperatori αἴτησις τῶν νεκρῶν ἀσχήμων καὶ περιέχουσα ἥττης ὁμολόγησιν, Noster propterea ait L. XVII. 68. De Archidamo Iustinus L. VI. 6. *qui cum caedi suos iam et victos videret, per praeconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud Graecos victoriae traditae.* Quorum quidem et Plut. in Nicia p. 527. A. verba antestatus etiam fuit Io. Kirchman. in Append. de Funer. c. 4. Wess.

342. 8. Καὶ παρακατασχὼν τὸν — κήρυκα etc.] Caussam habebat, ne hostes nosse, quot suorum superiore proelio ceciderant, possent. Polyaenus Lib. IV. 6. 10. Ἀντίγονος πλείονας ὄν-

τας τοὺς οἰκείους νεκροὺς λαθεῖν βουλόμενος, ἐπὶ τοσοῦτον κατέσχε τὸν κήρυκα (ab Eumene missum) ἐφ' ὅσον αὐτῶν πάντων τὰ σώματα ἔκαυσεν. Wess.

342. 17. Διήνυσε γὰρ ἕως Γαμάργων τῆς Μηδίας] Inferius c. 37. ἐν Γαδαμάλοις, sive Γαδάρλοις, variant enim libri, τῆς Μηδίας. Idem Mediae tractus est, quidquid ad Polyaenum L. IV. 6. 11., ubi ἐν Γαδαμάρτοις τῆς Μηδίας, obloquatur Maasvicus. Regionis verum nomen nondum reperi. Wess.

342. 33. Ὄντος δὲ παλαιοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς] Apud Cathaios supra L. XVII. 91. Consentit egregie Strabo L. XV. p. 1024. B., sed paucis defungens et longe ab elegantissima hac Diodori ἐκφράσει remotus. Wess.

343. 50. Καὶ τῶν ἄλλων νομίμων εἴργεσθαι] Explicat Plato L. IX. de LL. p. 871. πρῶτον μὲν τῶν νομίμων εἴργεσθαι μήτε ἱερὰ, μήτε ἀγορὰν, μήτε λιμένας, μήτε ἄλλον κοινὸν ξύλλογον μηδένα μιαίνων. Sed latius adhuc porrigitur, copiosissime docente Des. Heraldo Animadv. in Ius Att. et Rom. L. VII. 23. Wess.

343. 62. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλας ἁμιλλᾶσθαι] Non praeteriit hanc in Indis feminarum, ut una cum maritis conflagrarent, contentionem Plutarchus T. II. p. 499. C. Venuste Propertius L. III. Eleg. XI. 15:

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora suis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,
Uxorum positis stat pia turba comis:
Et certamen habent leti, quae viva sequatur
Coniugium, pudor est, non licuisse mori.
Gaudent victrices et flammae pectora praebent,
Inponuntque suis ora perusta viris.

Sic bene vulgatum *Ardent victrices* mutavit H. Stephanus Schediasm. L. V. 10. probante Io. Broukhusio, quem, et Passeratii Commentarium, vide. Wess.

343. 81. Ἡ δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ περιχαρὴς ἀπῄει etc.] Valerius Maxim. L. II. 6. 14. ext. postquam de contendentibus Indorum uxoribus dixisset, opportune, *Victrix*, addit, *gaudio exsultans, deductaque a necessariis laetum praeferentibus vultum, coniugis se flammis superiacit, et cum eo tamquam felicissima crematur: superatae cum tristitia et moerore in vita remanent.* Sed hausit ille ex Ciceronis fontibus Tuscul. Disput. L. V. 27., ubi Camerarius et Davisius plures excitaverunt. Ad hanc diem Indiae in locis veterem morem durare, beatasque eas praedicari feminas atque in coelum ferri, quae in mariti rogum ustulandae insiliunt. Testes, qui rem oculis usurparunt, plurimi sunt. Unum adi Ludov. Romanum Navigat. L. VI. 9., culte funerandi hunc ritum persequentem. Wess.

344. 91. *Χρυσῶν ἀστερισμῶν — λίθοις διειλημμένος*] Ordo verborum *διειλημμένων* postulat. Addita enim stellulis illa lapillorum lumina erant, ut auro mutuum praestarent lenocinium. Quin equidem haud scio an *ἀστερίσκων* scripserit auctor? *Ἀστερισμὸς* certe et *καταστερισμὸς*, quo titulo Eratosthenis insignis libellus est, aliud indicat. Wess.

344. 1. *Τὴν πυρὰν τρὶς περιῆλθεν*] Sollemnis tali in decursione numerus ternarius. Homerus Iliad. Ψ, 13.

Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
Μυρόμενοι.

Virgilius Aen. XI. 188.

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos: ter moestum funeris ignem
Lustravere in equis. —

Plura si cordi fuerint, Kirchmannum de Funer. L. III. 3. et quos ad Statium advocavit Theb. VI. 214. Casp. Barthius, consule. Wess.

344. 7. *Ἐκ τῶν Παραιτάκων εἰς τὴν Γαβιηνὴν*] Cur *Γαβιηνὴν* receperim, dictum superius fuit. De praelio in Paraetacis Corn. Nepos Eum. c. 8. *Hic in Paraetacis cum Antigono conflixit, non acie instructa, sed in itinere: eumque male acceptum in Mediam hiematum coegit redire.* Sic enim optime viri doctissimi Ob. Gifanius et D. Lambinus pravum *hic in pas aetatis* constituerunt ex hoc Diodori loco. Id vero parum congruet, quod de *acie non instructa* addit Nepos, si pressius urgeas. Instruxit enim eam Eumenes accuratissime, sicuti cap. 27. et 28. liquido tradunt. Salva res erit, si Eumenem castris non factis et acie ante ea in campo, ubi commodum erat, structa, sed in itinere conflixisse putes. Lambinum vide de Paraetacis plura adspergentem. Wess.

344. 21. *Τὰ περὶ τἀδελφοῦ καὶ τὸν Ἰόλλου τάφον* et reliq.] Ita lege, ut et habet unus codex, non *Ἰόλλου τἀδελφοῦ*, ex pagina 676. (L. XIX. 11.) Steph. Verba sunt, *ἀνεῖλε μὲν τὸν Νικάνορα τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασσάνδρου, κατέστρεψε δὲ τὸν Ἰόλλου τάφον*. Bonum ergo factum, quod ex optimae fidei membranis H. Stephanus admisit. Wess.

344. 33. *Ἀκούων δὲ — προσκαθῆσθαι Πολυσπέρχοντα*] Malo *προκαθῆσθαι*. Aliud *προσκαθῆσθαι*, in obsidionibus tritum, et cum priore permisceri a librariis solitum. Adi Sylburgium ad Pausan. L. IV. 21. Mox *Κάλλαν* non sollicito, tametsi *Κάλαν* in Macedonibus multi probent. Auctor a more suo non deflectit. Wess.

345. 42. *Ἀριστόνουν μὲν ἀπέδειξε στρατηγὸν*]. Domo Pellaeus et Pisaei F. Aristonus erat, inter septem olim corporis Alexandri custodes, et propterea in summa dignatione et gratia, ut ab Arriano L. VI. 28. et infra cap. 50. indicatur. Wess.

345. 46. *Πρὸς δὲ τούτοις Δηϊδάμειάν τε τὴν Αἰακίδου*] Iustinus de Olympiade L. XIV. 6. *Itaque audito Cassandri ad-*

ventu, cum nuru Roxane et nepote Hercule in Pydnam urbem concedit. Proficiscenti DEIDAMIA, *Aeacidae regis filia, et Thessalonice privigna, et ipsa clara Philippi patris nomine, multaeque aliae principum matronae, speciosus magis quam utilis grex, comites fuere.* Quae, si *nepotem Herculem* excipias, eum enim Alexandrum adpellare debuerat, hinc sumta putes. De Deidamia Aeacidae bene ad eum locum Bernoccerus. WESS.

345. 65. *Τὴν μὲν πόλιν περιεχαράκωσεν*] Vide not. in L. XIII. 49. WESS.

345. 72. *Στρατηγὸν ἐξέπεμψεν Ἀταῤῥίαν*] Habet de Atarrhia quaedam Freinshem. ad Curtii L. V. 2. 5., nec certae tamen fidei. WESS.

345. 88. *Ὅπερ οὐδέποτε γενέσθαι συνέβη*] Oblitus eorum videtur, quae de Alceta, Aeacidae huius avo, prodidit L. XV. 13. Ceterum Aeacidae calamitatem attingunt Plut. principio vitae Pyrrhi et Pausan. L. I, 11. p. 27. WESS.

346. 94. *Ἐπιμελητὴν ἅμα καὶ στρατηγὸν Λυκίσκον*] Confer huius libri cap. 88., et perspicies, Lyciscum Aeacidae in Epiro successorem Alcetam bello vehementi paene oppressisse. WESS.

346. 7. *Ἐν Γαδαμάλοις*] Adi ad not. c. 32. huius libri. WESS.

346. 10. *Ἐτύγχανον — τὴν χειμασίαν — ὥστ' ἐνίους etc.*] Nihil hinc demuto. Plut. Eum. p. 592. C. hiberna tanto spatio fuisse dissepta refert, ut, qui in primis erant, mille ferme stadia a postremis abessent. Quae nulla aut levis est discrepantia. WESS.

346. 23. *Παρασκευάσασθαι δέχ' ἡμερῶν ἄπυρα σιτία*] Perperam in his membranae aliquid innovant. Polyaen. L. IV. 6. 11. *προσέταξε δὴ ῥάψασθαι μυρίους ἀσκοὺς, καὶ πλῆσαι τούτους ὕδατος, καὶ σιτία δέκα ἡμερῶν πέμψαντας* (imo *πέψαντας* cum Casaubono) *ἔχειν*. Latina Nepotis Eum. c. 8. ferme eadem sunt: *Ad hanc rem conficiendam imperavit* (Antigonus) *quam plurimos utres atque etiam culleos conparari: post haec pabulum; praeterea cibaria cocta decem dierum.* Uterque probe, in *coctis* tamen *cibariis*, ut puto, discrepantes. Erat eorum usus in expedito itinere, cum festinato opus erat, non infrequens. Noster L. XIX. 96. *καὶ τούτοις μὲν παρήγγειλε φέρειν ἄπυρα σιτία πλειόνων ἡμερῶν*. Plut. de Athen. Glor. p. 349. A. *οἱ μὲν στρατηγοὶ πολλάκις παραγγείλαντες ἄπυρα σιτία κομίζειν*. At eadem fuisse ac *cocta*, non dixerim, tametsi non sim ignarus decreti, quod Nepotis verbis adposuit Ian. Gebhardus. Vocant Graeci *τροφὴν ἄπυρον*, quidquid, ut edatur, ignis opera non habet opus. Suidas in *Ἄπυρα σῖτα* bene, *Ἄπυρος τροφὴ, ἡ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων*. Quo victu sese Sertorius oblectabat, *δίαιταν ἄπυρον* probans apud Plut. Sertor. p. 574. B., et M. Cato, *ἀρίστῳ ἀπύρῳ*, eodem auctore, contentus. Quin et Scipio exercitus ad Numantiam corruptiorem disciplinam corrigens, militibus iniunxit *ἀρι-*

σιτία, ὀρθοῦς ἄπυρον ὄψον, δειπνοῦντας δὲ προσφέρεσθαι καὶ κρέας ὀπτὸν ἢ ἑφθὸν in Polyaeni L. VIII. 16. 2. Qui quidem victus cum nihil praeferat insoliti, mira mihi semper accidit M. Meibomii confidentia, Diogenem Laertium nullo iure sollicitantis. Scripsit ille Pythagoreos parabili cibo fuisse usos, ἄπυρα προσφερομένους L. VIII. 13., et Zenonem ἀπύρῳ τροφῇ χρώμενον L. VII. 26. Homo meus τροφὴν ἄπυρον de cibariis non coctis neminem usurpasse ait: non certe Hippocratem, nec quemquam artis Apollineae mystam: legendum esse ὀσπρία priore loco et posteriore ὀσπρίων τροφῇ. Cogitasset producta exempla, saltem Suidam in consilium misisset, ἄπυρον τροφὴν ex Diogene citantem, et meritam temeritatis notam vitasset. Iam cum ἄπυρα omnia frigida sint, et ὠὰ ἐκ πυρὸς ἄπυρα ova non cocta apud Aretaeum Morb. Acut. L. I. 10., non iniuria coniiciat ἄπυρα σιτία cibos eos indicare, quos citra ignis operam sumebant. Mecum sentit H. Stephanus ad Plut. Sertor. p. 574., quem vide et Cl. Salmasium ad Capitol. in Gordian. c. 21., nimium eo quidem loco, ut alias dicitur. Wess.

346. 36. Ἔκαον πῦρ μεθ᾽ ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ] Polyaenus de iisdem L. IV. 6. 11. ὀλίγοι δ᾽ αὐτῶν παγετώδους νυκτὸς γενομένης πῦρ ἀνέκαυσαν etc. Wess.

346. 40. Δρομάδας καμήλους διατείνει γὰρ etc.] Plut. Eum. p. 592. D. ἱππαστρίας καμήλους vocat, de quarum in cursu celeritate supra auctor L. II. 54. et copiosissime S. Bochartus Hierozoic. P. I. lib. II. 4. Ego vero celare hic suspicionem non possum, quae Basilii M. Homil. in Divit. legenti suborta fuit. Describit praesulum doctissimus luxum et opes ditiorum interque alia p. 53. Tom. II. ἀγέλαι, inquit, καμήλων, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ νομάδων. Puto fuisse δρομάδων, quarum opportunior illic utique mentio erit. Wess.

347. 49. Μένειν ἐπὶ τῶν ὅρων] Legebatur ἐπὶ τῶν ὀρῶν, quod Rhodomannus corrigi iussit: qui si Basil. ἔκδοσιν inspexisset, pro vero id potuisset putare. Wess.

347. 61. Καὶ πρὸς τὴν ἀποθεώρησιν πανταχόθεν εὐφυῆ] Solum hoc iustum et probum est. Quae addebantur, ex amanuensium progenita sunt nimia diligentia. Plut. Eum. p. 592. E. καὶ τόπον ἐξ ἀπόπτου καταφανῆ τοῖς ὁδεύουσιν τὴν ἔρημον (Eumenes) περιβαλλόμενος, καὶ διαμετρήσας, ἐκέλευε πυρὰ πολλὰ καίειν ἐν διαστήμασιν, ὥσπερ οἱ στρατοπεδεύοντες. Adiunge etiam Nepotem Eum. c. 9. Wess.

348. 99. Λογχοφόρους μὲν Μήδους] Male postremam vocem schedae quaedam omittunt. Vid. supr. c. 29. et Plut. Eum. p. 594. D. Wess.

348. 3. Τῶν πολεμίων παρελεῖσθαι] Sustuli hinc et, quorsum oportebat, amandavi praepositionem κατὰ, inportunam admodum et nulli hic quidem rei. Rectum quoque est παρελεῖσθαι,

que de H. Stephanus ad L. XVIII. 62. Utriusque opinionis aucto-res habeo membranas Reg. pr. Wess.

348. 10. Ἐν μέσῳ μὲν ἀπειληφότες τὰ σκευοφόρα] Non erat profecto, ut de his quidquam mutaretur. Usitatissima res talis in agmine erat. Solo utar Polyaeno L. III. 10. 7. ἔταξε (Timotheus) τὸ στρατόπεδον εἰς ἑτερόμηκες πλινθίον, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ τὴν ἵππον εἰς τὸ μέσον λαβών. De πλινθίῳ Aelianus Tactic. cap. 41. Wess.

348. 28. Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν τοὺς δ' ἐλέφ.] Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν (hic erado punctum) τοὺς ἐλέφαντας πληρώσας pro πληρώσαντες. Rhod. Παρ' ὅλην τὴν δύναμιν τοὺς ἐλέφ. etc.] Nemo dubitare potest, quin ita scripserit, ut constituta a Rhodomanno verba sunt, Diodorus. Cur ergo id recipere abnuerem? Παρέταξε non mutavi, etsi verius multo sit προέταξε. Sic cap. 28. παρὰ δὲ τὴν ὅλην τοῦ στρατος τάξιν ΠΡΟΕΤΑΞΕΝ ἐλέφαντας τεσσαράκοντα. Wess. —

348. 80. Συνῆν δ' αὐτοῖς καὶ Μιθριδάτης] Consentit egregie Polybius, de huius Mithridatis nepote L. V. 43. scribens, ὁ δὲ Μιθριδάτης εὔχετο μὲν ἀπόγονος εἶναι τῶν ἑπτὰ Περσῶν ἑνὸς, τῶν ἐπανελομένων τὸν Μάγον. In Appiani Mithridat. p. 303. noster ἀνὴρ est τοῦ βασιλείου γένους Περσικοῦ, additurque floruisse Antigoni familiaritate, venisse in manifestum vitae discrimen ex quodam somnio, quod Antigonus per quietem viderat, id tamen fuga vitasse, atque in Pontum delatum sibi regnum ibidem firmasse. Ab istis Lucianus Macrob. c. 13., ubi ex condito instauratove eo regno ΚΤΙΣΤΗΣ adpellatur, nihil dissentit. Quae omnia veterum testimoniis satis cum sint munita, non debuerat doctissimus Iac. Palmerius Exercit. p. 212. Mithridatem hunc Mithridatis facere filium, Ariobarzanisque nepotem, nedum Plut. Demet. p. 890. C. verba Μιθριδάτης ὁ Ἀριοβαρζάνου παῖς mutare ac scribere Μιθριδάτης ὁ Μιθριδάτου τοῦ Ἀριοβαρζάνου. Praeferunt quidem speciem aliquam, quae de aetate Mithridatis Ariobarzanis F. obmoventur. Plutarchus aequalem perhibet Demetrio Antigoni, et νεανίσκον adolescentem. Atqui Mithridates Ariobarzanis, si considerentur, quae ad L. XVI. 90. adscripta sunt, contendanturque cum L. XX. 112. hoc tempore sexagenario maior erat. Male proin νεανίσκος. Qui quidem Plutarchi dissensus virgula dignus erat, in ceteris movendum nihil. Quia vero Mithridates hoc praelio cum Eumene contra Antigonum stetit, fuga ea in Pontum, de qua Appianus, Plutarchus et Lucianus, hac pugna prior censeri potest. Wess.

349. 1. Προστάξας πλησίον παραγ. ἀναβοῆσαι] Edebatur ante προστάξας τῶν ἐναντίων πλησίον. Ego vero binas voces, quae medium occuparant spatium, inprudenter ex superioribus repetitas, Codd. iussu exterminavi. Wess.

349. 4. Ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαί] Verbum imperativi modi, quod cum ἐπὶ τοὺς πατέρας iungatur, aut librariorum incuria praetermisit, (credo) aut subaudiendum auctor reliquit. Steph. Deest δρμαίνετε, aut, modo rectum sit in Plutarchey ἁμαρτάνετε. Proclamasse enim Argyraspides ait in Eumen. p. 593. D. ἐπὶ τοὺς πατέρας ἁμαρτάνετε, ὦ κακαὶ κεφαλαί. Sed forsan verbum ipsi reticuerunt, ut solent irati aut metu deiecti. Notum est Pompeii, cum profligato exercitu ad castra eius occupanda Caesariani pergerent, οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὴν παρεμβολήν; etiam in castra? apud Plut. Pomp. p. 657. E. Certius est scribi post pauca ὄψεσθε oportere. Wess.

349. 6. Οὓς μετ' ὀλίγον ὄψονται] Ὄψεσθε. Rhod.

349. 12. Τοσαύτη περὶ αὐτοὺς ἦν εὐχειρία] Posset blandiri παρ' αὐτοῖς, nisi auctor vulgatum pro suo putasset. En tibi ex L. II. 46. διατεθρυλημένης κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῆς περὶ αὐτὰς ἀρετῆς. Et infra c. 54. μεγάλη — ἐμπειρία περὶ τούτους εἶναι δοκεῖ. Mitto τὴν περὶ τὸ σῶμα ῥώμην L. XIV. 115. aliaque plura. De Argyraspidum provecta aetate consentientem videbis Plut. Eum. p. 593. D. Wess.

349. 20. Δι' ὧν παρεστήσατο etc.] Exspectasses δι' οὗ. Vulgatum si dedit auctor, in animo eius σύσσημα fuerunt. Παρεστήσατο invitis libris innovare nolo, nec satis tamen placet. Wess.

349. 28. Ὥστε μηδένα δύνασθαι συνορᾶν] Cultius hoc visum est. Polyaenus eadem in re L. IV. 6, 13. αἴρεται νεφελώδης κόνις ἐπισκοτοῦσα καὶ φιλίοις καὶ πολεμίοις. ubi necesse non erat, ut φιλίους καὶ πολεμίους corrigeretur. Polybius L. IX. 31. ὃ κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἴσως πρώτοις ἐπισκοτήσει Μακεδόσι. Aristides T. II. p. 218. καὶ ὁ παροξυσμὸς ἐπεσκότησε τῇ πρὸς τὴν πόλιν δυσμενείᾳ, quod in τὴν — δυσμένειαν doctissimus Sam. Iebb citra caussam convertit. Sed ad rem. Pulverem, qui prospectum hoc praelio turbavit, Plut. Eum. p. 593. E. silentio non pressit. Wess.

350. 32. Ἤλπιζε γὰρ — λήσεσθαι — ἀκονιτὶ κρατῆσαι] Si in membranis κρατήσειν reperiretur, non foret pro reiiculo: nec tale tamen vulgatum, cui vis sit admovenda. Conf. L. XIV. 14. et cap. 91. p. 712. Wess.

350. 53. Πολλοὶ παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον] Longe verius est παρ' ἀμφοτέροις, quod saepe in his libris amanuenses mutatum iverunt. Wess.

350. 77. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν πολεμίων προσλ.] Adscripserat praestantissimus Rhodomannus τὴν τῶν πολεμίων pro πολεμίων. Erat in Stephanica ἐκδόσει culpa exscribentium τῶν πολεμίων. Id correxit. Paullo post ἠναγκάσθη εἶξαι rei series postulabat. Sermo enim est de Eumene. Mutavit auctor, ut ducem exercitusque meliorem partem tempori cessisse doceret. Ceterum ad quinque hostium millia ab Eumenianis, quod proxime dixit Diodorus, fuisse caesa, agnoscunt Iustinus L. XIV. 3. et Polyaenus L. IV. 6. 13. Wess.

351. 89. *Καὶ τῶν περὶ τὸν Πευκέστην κατηγόρουν* etc.] Non iniuria quidem illi: pugnaverat enim Peucestes admodum segniter, sive, ut Plutarchus ait, *παντάπασιν ἐκλελυμένως καὶ ἀγεννῶς* in Eum. p. 593. D. Wess.

351. 14. *Καταθέμενος εἰς σειρὸν*] Lege *σορόν*. Rhod. Haud absurda Rhodomanni coniectura est, illorum Codd. qui *σωρὸν* praeferunt, auctoritate paene munita. Habet et vulgata, quo se tueatur. *Σειρούς* et *σιρούς* vocant *ὀρύγματα*, sive fossas, servandis frugibus aptas. Scholiastes Demosthen. Orat. de Cherson. p. 60. *Σιρὸς ὁ λάκκος· τοὺς θησαυροὺς καὶ τὰ ὀρύγματα, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα, ΣΙΡΟΥΣ ἐκάλουν οἱ Θρᾶκες καὶ οἱ Λίβυες.* Philo de Telor. Construct. p. 86. *τὰς δὲ κριθὰς δεῖ καὶ τοὺς πυροὺς ὡς βέλτιστα καθάραντας, καὶ ΣΕΙΡΟΥΣ ὡς βαθυτάτους ὑπαιθρίους ὀρύξαντας* etc. Mitto Varronem, Columellam, et ceteros, quos testimonium reddere iusserunt Raderus et Freinshem. ad Curtii L. VII. 4. 24. praetereaque H. Vales. in Harpocrat. p. 51. Transiit hinc vocabuli potestas ad alias speluncas, etiam eas, quibus rustici lupis atque id genus feris insidias moliebantur, uti apud Longum Pastor. L. I. p. 13. et p. 15. Finge iam Antigenem Antigoni imperio in fossam fuisse deiectum, vivumque iniectis lignis ustulatum, ecquid insoliti erit? Simile exemplum si tibi postules, inspice Acta Martyrum Sincer. p. 418. Th. Ruinarti. Quae quidem vulgato ut patrocinantur, cedam tamen ubi membranae edixerint. Wess.

351. 15. *Εὔδημον δὲ τὸν ἐξ Ἰνδῶν* etc.] Semper alias *Εὔδαμον* adpellat. Vid. ad huius libri c. 14. Mox *Κέβαλον* legitimum videtur. Macedones enim pro *Κεφάλῳ* dicebant *Κέβαλον*, soliti *Φ* in *B* convertere, *Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες*, quae Plutarchi verba Quaest. Graec. p. 292. D. Wess.

351. 23. *Περὶ Νῶρα τῆς Φρυγίας*] De castelli situ confer L. XVIII. 41. Wess.

351. 26. *Ἀνεῖλε τὸν ἄνδρα*] In egregii viri morte describenda diligentius et operosius versati sunt Plut. Eum. p. 594. et Corn. Nepos in eiusdem vita c. 12. Wess.

351. 33. *Ὑπ' Ἀντιγόνου ἐτύγχανε φιλανθρωπίας*] Fecerunt haec benevolentiae Antigoni in Hieronymum argumenta, ut eius in laudibus, alioqui aspere Alexandri successores traducere solitus, plurimus esset. Docet Pausanias L. I. 9. p. 23. Wess.

352. 39. *Εἰς τὴν ἐπαρχίαν — Ῥάγας, ἢ ταύτην* etc.] Eadem Duris Samius in Strabon. L. I. p. 103. C. *Δοῦρις δὲ τὰς ΡΑΓΑΔΑΣ, τὰς κατὰ Μηδίαν, ὠνομάσθαι φησὶν ὑπὸ σεισμῶν ΡΑΓΕΙΣΗΣ τῆς περὶ τὰς Κασπίας πύλας γῆς, ὥστε ἀνατραπῆναι πόλεις συχνὰς, καὶ κώμας, καὶ ποταμοὺς ποικίλας μεταβολὰς δέξασθαι.* ubi *τὰς ΡΑΓΑΣ* mavelim. Sic enim ceteri vocitant. Audi eundem Strabon. ex Posidonio L. XI. p. 783. B. *τοὔνομα δὲ ταῖς ΡΑΓΑΙΣ ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι*

φασὶν, ἐφ' ὧν πόλεις τε συχναὶ καὶ κῶμαι δισχίλιαι, ὥς φησι *Ποσειδώνιος, ἀνετράπησαν.* Atque haec speciose illi quidem: conveniebat opinioni soli eius ingenium et vocabulum *ΡΑΓΑΣ*, quod suo e sermone repetebant. Ego vero vehementer fallor, aut regioni a vicina urbe id cognominis venit. *Rhaga* Mediae oppidum erat haud ignobile, eo titulo iam ante Alexandri expeditiones ex Arriano *Ἀναβ.* L. III. 20. insigne, *Ῥάγα τῆς Μηδίας* in Tobiae Histor. cap. IV. 1. Credemusne Medos Graecorum adeo studiosos fuisse, ut eorum voce regionis suae urbem nuncupare voluerint? Apage ineptias. Habent Asiae dialecti רגן, רעע aliaque verba, unde si coniecturis fidendum esset, urbis eius cognomen extundi posset facillime. Sed nolo in re ambigua operam perdere. Wess.

352. 58. *Μναααῖαι γὰρ ἔπιπτον*] Opportunum hic est S. Ioannis illud Apocalyps. c. XVI. 19. *καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους.* Wess.

352. 61. *Θεατροειδοῦς δ' οὔσης τῆς Ῥόδου*] Iterum de Rhodo L. XX. 84. *οὔσης δὲ τῆς πόλεως θεατροειδοῦς.* Eandem theatri formam praeferebat urbs Hierosolymitana, Iosepho teste Antiq. L. XV. 11. 5., quae tamen an ad elegantiam Rhodi proxime accesserit, merito dubites. Vide mihi Aristidem in Rhodiaca p. 342. et Strabonem L. XIV. p. 964. Wess.

352. 65. *Τῶν δ' ἐν τοῖς τείχεσιν ὀβελίσκων συμφρ.*] Sunt hoc loco ex Interpretis opinione *ὀβελίσκοι* fistulae, tubi sive *formae*, sicuti Aquaeductuum scriptoribus nuncupari solent: quo quidem usu vocabulum id reperire nusquam memini, vereor etiam, ut quisquam alius. Quid? nulla necessitas urget, ut a constanti vocis significatione discedas. Fac in cloacarum exitu, ubi moenia permeabant, destituta fuisse verua (*ὀβελίσκους*) brevi spatio, ut aquarum colluvies effluere posset, disiuncta, et planus erit Diodori locus. Namque in aquagiis et cloacis in hanc usque diem cum idem observetur, opportunumque sit ad insidias vitandas atque hostem aditu intra urbem prohibendum, cur Rhodios rem utilem et commodam adeo insuper habuisse censebimus? Sententia est, veruum cratem in cloacis sub ipsis moenibus defixam, limo et quisquiliis ita fuisse obstructam, ut aquae transitum negaret. Wess.

352. 67. *Πᾶς μὲν ὁ περὶ τὸ Δεῖγμα — τόπος*] Athenis *δεῖγμα* forum erat, quod inibi *τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων* mercatores sibi ostenderent. Vid. Harpocrat. in *Δεῖγμα*: et scholia in Aristoph. Eq. v. 975. Meminit praeter alios Aelian. Epist. 18. *καὶ περιβλέπει τὸ Δεῖγμα καὶ πολύς ἐστι, νὴ Δία, τόκους ἐπὶ τόκοις λογιζόμενος.* ubi Interpres, ut solet, aberrat turpiter. Rhodi *Δεῖγμα* itidem forum rerum promercalium fuisse videtur, multis ornatum statuis. *Ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι* invenies in Polybii L. V. 88. Porro Bacchi templum, quod eadem in urbe erat, memorant multi apud Io. Meursium Rhod.

L. I. 11., qui quidem recte fecisset, si Aesculapii hoc fano sua collectanea adauxisset. Wess.

353. 2. Ὅπως — κοινολογησάμενος — ποιήσηται] Reddo auctori vetustis e membranis suam scripturam. Quod edebatur, consilium Antigoni prorsus evertebat. Prae se enim ferebat, Peucestam in Perside relictum iri, sese vero ad mare quam primum descensurum. Confer Polyaen. L. IV. 6. 14. Wess.

353. 8. Παρ' Ἀλεξάνδρῳ προαγωγῆς — τετευχότα] Supra c. 15. διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγὴν, de eodem Peucesta, et de Aristonoo mox c. 51. διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προαγωγήν. Quod et hic praestabilius. Habent, quae adfirmare hoc possunt, viri doctissimi Solanus et Hemsterhusius ad Luciani Halc. c. 2. Mox εὖ πεπολιτευμένον, ut c. 48., non absurdum foret. Vide tamen L. XIII. 27. et c. 32. Wess.

353. 15. Καὶ μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας] Adscripsit not. Correct. Rhodomannus, ὑπογραφόντων *suspectum est pro* ὑποδεικνύντων *aut* ὑποφαινόντων. Prudentius Is. Casaubonus instituit, usum verbi ὑπογράφειν hoc Diodori loco stabiliens in Strabon. L. I. p. 67. Exemplis agemus, quae suspicionem omnem amolientur. Polybius L. V. 36. ἠναγκάζοντο πάντας ἐκκαλεῖν — καὶ πᾶσιν ΥΠΟΓΡΑΦΕΙΝ ἐλπίδας. et post pauca, ὑπογράφων αὐτῷ μεγάλας ἐλπίδας. Tum L. X. 32. καὶ πᾶσι τοῖς αὐταῦ μεγάλας εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ΥΠΟΓΡΑΨΑΣ. Accedat citatum a Suida testimonium. Ὑπογράφεται· δείκνυται. Οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα etc., quae vide in Excerpt. Ursini, quod L. Kusterum fugit, ex Diodoro Eclog. 10. Denique hoc Gregorii Nazianzeni Or. III. p. 93. C. οὕτω κἀκείνῳ τὰ μὲν ἤδη παρῃνομεῖτο, τὰ δὲ ΥΠΕΓΡΑΦΕΤΟ ταῖς ἐλπίσι, καὶ ταῖς καθ' ἡμῶν ἀπειλαῖς. Quibus omnibus in locis ὑπογράφειν ἐλπίδας idem est ac *spem ostentare*. Wess.

353. 23. Ἔχοντα πεζοὺς — πεντακοσίους] Non spernerem καὶ ἱππεῖς πεντακοσίους ex Reg. 2., si quid aliunde praesidii accederet. Statim ἀναλαβὼν recipi potest, retineri etiam vulgatum: quod enim illud iteretur, id quidem insolens non est. Wess.

354. 31. Καὶ μετεσχηκότες τῆς ἐπιβουλῆς] Pro ἐπιβολῆς. Rhod.

354. 48. Ὑποστάντες ἀνηρέθησαν] Nisi intelligas τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων ὑποστάντες aut τὸν κίνδυνον ὑποστάντες, ut alibi loquitur, scribendum erit ἀποστάντες. Sed vide c. 18. p. 332. Wess.

354. 55. Καρμανίαν εἴασεν ἔχειν Τληπόλεμον] Non aliter scripsit auctor. Conf. not. in c. 14. huius libri. Wess.

354. 58. Καὶ πολλοὺς ἔχοντας συναγωνιστὰς] Hoc satis erat. Quae addebantur, schedarum auctoritate librariis remisi. Wess.

354. 66. Καὶ Σιβύρτιον] Vid. L. XIX. 14. Wess.

354. 70. *Τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ χρείας*] Plut. extrema Eumenis vita, Antigonus *ὡς ἀσεβεῖς καὶ θηριώδεις τοὺς ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Ἰβυρτίῳ (Σιβυρτίῳ) τῷ διοικοῦντι τὴν Ἀραχωσίαν, πάντα τρόπον ἐκτρῖψαι καὶ καταφθεῖραι κελεύσας*. Quibus non dissimilia Polyaenus L. IV. 6. 15. Wess.

354. 78. *Τοῖς δ' ὑπακούσασιν ἰδιώταις* etc.] Raro proditoribus scelera bene procedunt: contra iis etiam, quos anteponunt, invisi sunt, ut vere apud Tacitum Ann. I. 58. Segestes. Vide Ian. Gebhardum in Nepotis Eumen. c. 13., qui hoc de genere plura. Wess.

355. 97. *Τήν τε χρυσῆν ἀναδενδράδα*] Saepe Persicis rebus scriptores vetusti *χρυσᾶς πλατάνους καὶ χρυσῆν ἄμπελον* inserunt, docente Brissonio de Pers. Regn. L. I. 77. Mireris ergo ad haec Io. Chrysostomi Hom. VII. in Epist. ad Coloss. p. 377. B. *λέγεταί τις παρ' αὐτοῖς βασιλεὺς τοσοῦτον ἐνυβρίσαι τῇ τρυφῇ, ὥστε πλάτανον ποιῆσαι χρυσῆν καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ οὕτω καθίσαι* nuper adscripsisse virum doctissimum, *quis sit ille rex qui sibi platanum fecit auream, ut sub umbra eius sederet, nescio, nec uspiam me legere memini.* Adeo saepe infida memoria est, depositumque abnegat. Tu vide Herodotum L. VII. 27. Wess.

355. 19. *Χοίνικας πέντε τοῦ μηνός.*] Vix satis illi homini sano ad victum erant unam in hebdomadem, siquidem *χοῖνιξ ἡμερήσιος τροφή*, docente Diogene Laertio L. VIII. 18. cum nota Menagii. Wess.

355. 22. *Καὶ τοὺς ἱππεῖς κατακόψαι*] Lege *ἵππους*. Rhod. *Καὶ τοὺς ἵππους κατακόψαι*] Nihil certius Rhodomanni coniectura, cui ego, etsi libri omnes vetuissent, locum dedissem. *Equitem* pro *equo* posuisse Virgilium Georg. III. 116., et ante eum Ennium notum ex A. Gellio est Noct. Attic. L. XVIII. 5., sed *ὑποζύγια καὶ ἱππεῖς κατακόψαι πρὸς διατροφὴν*, *iumenta et equites ad victum concidere*, quis tandem? Franci victricibus Hungarorum armis intra Pragae moenia conpulsi, rem istam magno suo malo cum maxime experiuntur. Wess.

355. 24. *Ἔτι προσανεχούσης ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσιν*] Sibi servent, quod librarii heic intruserunt. In vulgato acquiescendum est. Polybius L. V. 72. *οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, προσανέχοντες ταῖς ἐλπίσι τῆς βοηθείας.* Et Excerpt. p. 105. *ἔτι μίαν ἐλπίδα καραδοκοῦντες — καὶ ταύτῃ προσανέχοντες.* Iosephus de Bello L. IV. 2. 1. *καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐλπίσιν ἀεὶ προσανέχοντες.* Notat in bona spe esse, eaque niti. Mox *ἔξω τάξεως* auctoris est, qui et *τοὺς ἔξω τάξεως* cap. 22. atque alias dixit. Wess.

355. 36. *Καὶ τὴν δυσωδίαν ἀνυπομόνητον*] Postremam vocem auctor praefert. Vid. L. III. 29. et c. 34. Wess.

356. 58. *Ἐπεχείρησε πεντήρη ναῦν κατασπᾶν*] Polyaenus *πεντηκοντήρη* a Polysperchonte clam submissam Olympiadi, ut

nam concesserat, refert, sed rem a Cassandro fuisse cognitam L. IV. 2. 3. WESS.

356. 63. *Οἰομένου δὲ δεῖν τοῦ Κασσάνδρου τὰ καθ' αὐτὴν etc.*] Suspecta non fuisse, quae edebantur, miror vehementer: consistere certe invicem sibi pugnantia, non queunt. Si enim se suaque omnia victori Olympias permisit, non utique corporis sui salutem pacta est: tanto minus, cum ipsa aliter, ut vulgata ferebant, censeret. Sequamur potius scriptos libros, et vertamus, *cumque Cassander arbitraretur, debere eam omnia sua sibi permittere, difficulter persuasit, ut etc.* Ἐπιτρέπειν τὰ περὶ αὐτῶν sive τὰ καθ' αὑτὸν frequens scriptori nostro est, neque dissimile admodum Polyaeno δοῦναι ἐπιτροπὴν περὶ αὐτῶν, de quo alias. WESS.

356. 77. *Φυγόντα — εἰς Βέδυν διαστρατοπεδ. ἐξεπολιόρκησε*] Urbem *Bedyn* legere non memini, Βέδος — πόλις est in Hesychio; sed literarum series et Etymologus Βενδος quod Phrygiae oppidum, requirunt. Parum etiam placet *διαστρατοπεδεύσας* pro *περιστρατοπεδεύσας*. Cui enim bono illa compositio? Ab illa disiectam praepositionem *διὰ* si praecedenti vocabulo, ut oportere arbitror, adstruxeris, nascetur *Βεδυνδία*, prout Basil. voluit. At aeque id obscurum. Quis enim *ΒΕΔΥΝΔΙΑ* sive *ΒΕΔΥΝΔΙΑ*, unde alterum id progigni potuit, memoravit? Erat cum de *Bendidio*, quo de Livius XXXVIII. 41. cogitarem, quod etsi a Bisaltis longius fuerit disiunctum, constat Thracibus, e quo genere et Bisaltae, Dianam Βένδιν fuisse dictam, suaque sibi *Bendidia* per vastum regionis eius tractum habuisse. Verum nihil demonstratius est. WESS.

356. 80. *Τὸν Εὐμένη ζῶντα ἡγούμενος*] Retineri hoc potest. Dubites tamen, haec glossa sit, an eorum librorum, in quibus τὸν Εὐμένους θάνατον οὐ πυθόμενος sive ἀγνοῶν, id namque Rag. sec. voluisse videtur. Verum res eodem redit. WESS.

357. 89. *Διὰ τὴν παρ' Ἀλεξάνδρου προσκυνησιν*] Vide not. ad cap. 35. huius libri. WESS.

357. 13. *Οὗτοι μὲν οὖν παρεισπεσόντες etc.*] Libet addere Iustini verba L. XIV. 6. haec mire adfirmantia: *sed Olympias ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali, duabus ancillis innixa ultro obviam procedit. Qua visa, percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, et tot in ea memoriae occurrentibus regum suorum nominibus, substiterunt; donec a Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium nec vulnera, aut muliebriter vociferantem.* Sic ille. Pausaniae L. IX. 7. dissensum viri docti dudum notarunt. WESS.

357. 23. *Ἀδελφὴ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ στρατεύσαντος etc.*] Si per membranas stetisset, servari potuerant exterminatae voces. Regnum enim Epiri a Philippo adiutus capessivit Epirensis Alexander, sicuti scriptum est L. XVI. 73. De expeditione eius in Ita-

354. 70. *Τῷ μὲν λόγῳ πρὸς τὰς ἐν τῷ*

Plut. extrema Eumenis vita, Antigonus *ὡς ἀσ*

τοὺς ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Ἰβυρτίῳ (Σ

τι τὴν Ἀραχωσίαν, πάντα τρόπον ἐκτρίψ

λεύσας. Quibus non dissimilia Polyaenu

354. 78. *Τοῖς δ' ὑπακούσασιν*

toribus scelera bene procedunt: contr

invisi sunt, ut vere apud Tacitum

Gebhardum in Nepotis Eumen.

Wess.

355. 97. *Τήν τε χρυσῆ*

bus scriptores vetusti *χρυσ*

inserunt, docente Brisson

ad haec Io. Chrysostomi

λέγεταί τις παρ' αὐτοῖ

ὥστε πλάτανον ποιη

καθίσαι nuper ads

qui sibi platanum

scio, nec uspia

est, depositum

355. ... *αν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς*] Ex Diyllo

...entur, qui apud Athenaeum L. IV. 14.

ἐκ Βοιωτίας ἐπανιὼν καὶ θάψας τὸν βα-

...σιλέα (Eurydicen et Philippum) *ἐν Αἰγαῖς καὶ*

Κύνναν τὴν Εὐρυδίκης μητέρα, καὶ τοὺς ἄλλους

...προσῆκει, καὶ μονομαχίας ἀγῶνα ἔθηκε. Perit Cyn-

... animi mulier, Philippi et Audatae Illyriae F., mox

Alexandri morte summo Alcetae scelere, ut praeter Dio-

... testantur Polyaenus L. VIII. 60. et Arrianus in Biblioth.

p. 220. Plura, quae vitam eius illuminant, viri doctissimi

... Aelianum Var. Hist. L. XIII. 36., non praeterito Interpretis,

... verterat *Cinnam, quam Alcetas sustulerat*, peccato. Wess.

358. 63. *Πολιορκούμενος ἐν Νυξίῳ τῆς Περραιβίας*] Nul-

lum equidem Naxio, Perrhaebiae oppido, quod meminerim, tibi

lecto, controversiam movissem, nisi si Reg. 1. viam ad ve-

rum monstrasset. Refinge eius *ἐν Ἀξιώρῳ* in *ἐν Ἀζώρῳ*, et urbem

habebis, quam Strabo *Ἄζωρον τῆς Τριπολίτιδος* vocat L. VII.

p. 504. Distinctius Livius L. XLII. 53. *Deinde saltu angusto superatis montibus — descendit ad (Tripolim vocant)* AZORUM, *Pythium et Dolichen incolentes.* Tum L. XLIV. 11. *In Perrhaebiam inde ducit, et inter* AZORUM *et Dolichen stativa habuit.* Atque hoc ego tantisper legitimum putabo, donec *Naxio* bonae fidei patronus aliunde suborriatur. Wess.

359. 89. *Τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν*] Praepositionem stigmate inussit Steph., nec est in Reg. 2. Ven. Basil. Habet ipse Diodorus L. I. 10. Wess.

359. 92. *Ὃν τινὲς μὲν Σπαρτὸν προσηγόρευσαν*] Vide Schol. in Euripid. Phoeniss. v. 802. et Tzetzen ad Lycoph. v. 1204. Wess.

... κατάπολ...] ... Diodorus, ut ... it Is. Casaubonus ad L. I. p. 78. Strabonis, ... qui Cadmum cum Harmonia ad Encheleas in ... eorumque ducem ex oraculo constitutam ... L. III. 5. 4. et Pausanias L. IX. 5. Wess.

... ήσαντος τῶν πραγμάτων] Haud scio, ... imperantes Polydorus contemberit, ... tatat, etiam hic Diodoro cum ce... Polydorum regnum reliquisse filio ... et Amphion eius possessione ... o, inde ipsum tandem rece... et Pausanias dicta loca. ... e commentatus sit Eustathius in ... ed neque ea congruunt. Wess.

... ιώτου τοῦ Μελανίππης etc.] Vid. ad I. ... cepti genere paullo aliter. Wess.

... ἐς Ἀλαλκομενίαν καὶ τὸ Τιλφώσιον ὄρος] Stra... 634. B. ὥστε καὶ Θηβαῖοι κατὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ... τὴν πόλιν, ἐκεῖσε (Alalcomeniam) λέγονται ... καὶ εἰς τὸ ὑπερκείμενον ὄρος ἐρυμνὸν τὸ Τιλφώ... ... terum montem Τιλφωσσιαῖον auctor vocat L. IV. p. 310., ... nista vide. Wess.

... 9. 16. ... ὑπὸ Πελασγῶν] ... Strabo L. IX. p. 616. ... ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ Πε... ἐκπεσόντες (Thebani) ἐν Θετταλίᾳ συνεστήσαντο ... πολὺν χρόνον. Tum p. 630. κατελύβοντο ... (Coroneam), ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης ... μετὰ τὰ Τρωϊκά. Nostro probe consentiens Thucydides ... quod Casaubonus monere haud neglexit, et alii moram ... breviorem illis tribuit, anno LX post Troiae ... Boeo... affirmans L. I. 12. At Nostrum idem Strabo adiungit, ... patrium in solum postliminio immigrasse sub tempus ... Aeolicam, ὃν ἔστελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Ὀρέστου παῖ... p. 616. A., prodidit: namque Aeolica migratio centum ... et triginta annis, quod intervallum quatuor generationes ... are potest, bello Troiano fuit posterior, Herodoto Vit. Ho... cap. ult. teste. Wess.

... 359. 19. Κατὰ τὸν ... ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμὸν] De ... is vide quae annotat Erasmus in proverbio *Ad corvos*. Rhod. ... Arnen Thessalicam incolentibus oraculum cecinerat, ἐκπε... λευκῶν κοράκων φανέντων, sive fore, ut conspectis cor... albis inde exciderent. Id puerili quodam lusu factum cum esset, relicta Arne in Boeotiam redierunt. Sic Zenobius Cent. III. 57., quem Schol. Aristoph. Nub. v. 133. exscripsit, Zenodotum vocans. Adfert alia idem Scholiastes, quae vide et loco παρὰ τὸν Πλυνέα-

[illegible] lego [illegible] *Παγασητικὸν*, de quo Stephan. et Geographos [illegible]. Wess.

359. 28. [illegible] δ' [illegible] [illegible]] [illegible] Urbem, quam Alexander anno secundo Olymp. CXI [illegible], Alexander sub initium Olymp. CXVI instauravit. Recte ergo vir magnus Athenaeum notavit Animadvers. L. I. 16. Wess.

359. 33. *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ τὸ πολὺ* etc. [illegible]] Pausaniam, e quo haec lucem accipiunt, inspice L. IX. 7. Wess.

360. 40. *Καὶ τὴν Ἑρμιονίδα — [illegible]*] Urbem Argolidis credo vicinamque intelligit regionem, quam τὴν *Ἑρμιονίδα* Thucydides L. II. 56. et Pausan. L. II. 34. p. 192. appellant. Alioqui urbs *Hermione* aut *Hermion* dici solet. Est in Orphei Argonaut. v. 1134. [illegible] τε καὶ [illegible] *Ἑρμιονία*, cui cum Hermione, quae de descensu ad inferos praedicantur, sunt communia, ea tamen alia est. Interpres longe illic a vero aberravit. Wess.

360. 51. *Ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν Γεράνιας*] Credo legendum *ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰσθμὸν Γερανίας*. Nullus enim legitur *Ἰσθμὸς Γερανίας*. Palm. Aut id iustum est, quod vir [illegible] [illegible] censuit, aut *περὶ Γερανίας*. Vid. Pausan. L. I. 40. qui Γερανίαν hunc montem [illegible] vocat. Porro [illegible] *συγκατασβάντος*, vel *συγκαταβάντος*, quod Leid. in suo libro invenit, videtur praestare. Iustior certe caussa erat eorum militum ad Isthmum [illegible] [illegible], quod Alexander [illegible] non faceret; qui si ad [illegible] descendisset, [illegible] [illegible] haud [illegible]. Wess.

360. 56. *Ναύτιος Σπόριος* etc.] [illegible] ex [illegible] [illegible], [illegible] *Ναύτιος καὶ Μάρκος Ποπίλιος*. [illegible] pro [illegible] [illegible] qui [illegible] inter Megarabus Corinthum. [illegible] *Σπόριος*, [illegible] *καὶ Μάρκος Ποπίλιος*] [illegible] *Popilii* [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Cetera [illegible] debentur libris. Vid. [illegible] L. IX. 21. [illegible] ex [illegible] [illegible] *Σπόριον Ναύτιον* etc. verum foret. Wess.

360. 66. *Τοῦ δ' Ἀγησάνδρου λόγους ἀπαγγείλαντος* etc.] [illegible] praefectum [illegible] [illegible]. Haec [illegible] principia. [illegible] *τῶν ἡγεμόνων τοῦ Σελεύκου, καὶ οὐ κοινώσαντος Ἀντιγόνῳ* [illegible] [illegible] Appianus Syr. p. 195. cit. Wess.

360. 80. [illegible]] Nil quidquam [illegible]. Conf. L. XVII. 103. et Suidam in *Δημήτριος*. Wess.

360. 86. *Παραδόντων αὐτῷ τῶν Χαλδαίων*] De horum disciplina diligentissime egit L. II. 30. etc. Wess.

361. 1. *Λακωνος δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ* etc.] Nota res est ex L. XVII. 112. Wess.

361. 16. Ἀρετῆς ὑπομεμενηκέναι προθυμίαν] M. Scaliger libro suo alleverat ἀρετῆς θάνατον ὑπομεμ. quo [illegible] nescio an Diodorus se facturo possit. Wess. in Add.

361. 32. Κατασταθεὶς σατράπης Πίθωνα] Pythonem Agenoris F., cui Indiae loca, Paropamisadis conterminas, fuerant concredita L. XVIII. 39. et infra c. 69. Wess.

361. 35. Ὡς δ' εἰς Μάλλον παρεγένετο] [illegible], quin auctor [illegible] scripserit. Vid. huius libri cap. 79. et [illegible] in Hieroclis Synecdem. p. 704. Wess.

361. 37. Παρέλαβε δὲ καὶ τὰ ἐν Κυΐνδοις χρήματα] De [illegible] hoc et vitiosa eius scriptura ad L. XVIII. 62. [illegible] Strabo L. XIV. p. 989. Eumenem inde gazam abstulisse, quod, si [illegible], vel de universa quidem, accipiatur, vero parum conveniet. Mox ut συνάρχουσι bene procedat, [illegible] συνέραινε. Wess.

362. 46. Ἡξίουν Καππαδοκίαν etc.] Non dissentit Appianus Syr. p. 193. καὶ ὅμως πρεσβεύοντες Ptolemaeus, Lysimachus, Cassander et Seleucus τὸν Ἀντίγονον ἠξίουν τὴν ἐπικτητόν αὐτῷ γενομένην γῆν τε καὶ χρήματα πρός τε σφᾶς νέμεσθαι καὶ πρὸς ἑτέρους Μακεδόνας, οἳ τῶν σατραπειῶν ἐξεπεπτώκεσαν. Nec non Iustinus L. XV. 1. Wess.

362. 66. Πτολεμαῖον δὲ τὸν ἀδελφιδοῦν ἀπέστειλε] Constitutus a patruo praefectus Hellesponti Ptolemaeus non multo post Dionysii, Heracleae Ponticae tyranni, filiam sibi matrimonio iunxit, Memnone in Photii Biblioth. p. 710. referente. De Astaco, quam librarii Ἀρινσὸν et [illegible] saepe scribunt, Atheniensium colonia, eiusque fatis conferendus praeter Strabonem L. XII. p. 823. Appianus est Mithrid. p. 380. Wess.

362. 73. Ἀριστόδημον τὸν Μιλήσιον etc.] Erat ex Antigoni intimis Aristodemus, sed adulandi artibus infamis, Plut. Demet. p. 892. et p. 896. Wess.

362. 77. Αὐτὸς [illegible] τὴν Ἀσίαν διέλαβε πυρσοῖς] Persarum institutum erat, in speculis tota Asia collocare, qui sublatis in altum facibus alter alteri, secundus tertio atque ita κατὰ διαδοχὴν ostenderent, quid factum esset. Quem morem auctor de Mundo, neque enim Aristoteles est, cap. 6. p. 195. ed. Vulcan. ita describit: τὴν δὲ σύμπασαν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας — διειλήφεσαν — ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες· τοσοῦτος δ' ἦν ὁ κόσμος καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν, κατὰ διαδοχὰς πυρσευόντων ἀλλήλοις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα. Clarius adhuc Aeschylus Agamemn. v. 290.

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν. —

Reliqua non addo, quippe longiora. Vide [illegible] Stanleium et ad Pers.

p. 247. ut praeter ceteros Balth. Stolbergium Dissert. de Angariis. §. 3. Wess.

362. 84. *Στρατοπεδεύσας δὲ ἐν Τύρῳ*]. *Ad Tyrum* Interpres. Sic Artemidorus Oneirocr. L. IV. 26. de Aristandro, ἔτυχεν ἐν Τύρῳ πολιορκοῦντι Τυρίους τῷ βασιλεῖ συνών, *erat ad Tyrum et regi Tyrios oppugnanti praesens*. Forte hic Palaetyrus intelligitur, de qua cap. seq. Wess.

363. 91. *Πυρῶν μὲν μεδίμνων μυριάδας* etc.] Nolo hoc proscribere, neque tamen absurdum *μεδίμνους* erit, quod Leid. suis in schedis reperit, modo per adpositionem quandam dictum censeatur. Lysias Or. XXXI. 7. ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν. S. Auctor Ep. ad Hebr. c. XII. 22. ἀλλὰ προσεληλύθατε — καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. Optime enim ita connectuntur ista, ut eos ad myriadas angelorum, conventum, accessisse innuatur. Namque ex Origene quod adfertur καὶ μυριάδων ἀγγέλων πανηγύρει, id Spencero debetur. Manu exarati Codices a vulgata scriptura non abeunt. Vide ipsum Origen. L. VII. Cont. Celsum p. 714. et L. IV. περὶ Ἀρχ. p. 183. ed. Paris. Wess.

363. 99. *Πλῆρες δ' ἐστὶ ξύλων κεδρίνων, καὶ πευκῶν* etc.] Celeberrimus virtute et doctrina S. Bochartus citat legitque καὶ πευκίνων Phal. L. I. 4., quod in contextum, quem vocant, recepissem, si libri consentientes fuissent auctores; ut enim plane Interpretis et Codd. quorundam exemplo praeteramus, causa non erat. Libanus cedris, piceis cupressisque laetissime vestitus erat. Cyrillus Comment. in Esai. L. II. Tom. IV. p. 348. ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης ὁ Λίβανος, κέδροις τε καὶ κυπαρίσσοις καὶ ΠΕΥΚΗι κατάλιμμον, unde ξύλα κέδρινα καὶ πεύκινα Salomonis usui ex Libano caeduntur 1. Reg. V. 8. Adde H. Relandum, virum diligentissimum, sed Diodori oblitum, Palaestin. L. I. 48. Wess.

363. 2. *Ναυπηγήσια*] *Ναυπήγια* Reg. 1. Leid. ut apud Aristoph. in Avib. v. 1157. Wess.

363. 22. *Ὅτι Νικοκρέων μὲν καὶ τῶν ἄλλων* etc.] Idem Nicocreon est, atque is de cuius superbo et crudeli ingenio Diogenes Laert. L. II. 129. et IX. 59. Wess.

363. 24. *Καὶ Λαπίθιος ἔτι δὲ Μάριος καὶ Κερυνίτης*] Legendum est *Λαπήθιος*, ab urbe *Λαπήθῳ*, cui praeerat. *Λάπηθον* enim plerique omnes vocant, etiam Ptolemaeus L. V. 14., modo sequamur schedas Coislinianas. Porro rectum est *Μαριεὺς*, quod saepe in his Diodori libris amanuenses depravarunt. Cypri oppidum erat *Μάριον*, inde *Μαριεὺς* apud Stephanum. Hanc utramque mendam Celeb. Iac. Gronovius ad Peripl. Scylacis p. 98. sustulit. Restat *Κερυνίτης*, cuius urbem Diodorus modo *Κερυννίαν*, modo *Κερανίαν*, librariorum tamen peccato, adpellat. Verum est *Κερυνία* sive *Κερύνεια*, ut apud Scylacem. Scio virum magnum in Strabon. L. XIV. p. 1001. *Κερωνίαν* praeoptasse ex Ptolemaeo. Sed eius non constat scriptura. In vetere Interprete et Mss. Coislin.

Κεραυνία, quod a *Κερυνίᾳ* distat parum, neque multum deflectit, prout nostra aetate nuncupari adsolet, *Cerines*. Confer not. in Hierociis Synecdem. p. 707. Wess.

363. 28. *Εἰς τήν τ' Ἰόππην* etc.] *Εἰς redundare videtur*, scribit in not. Correct. doctissimus Rhodomannus, a quo dissentire hoc quidem loco nolo. Posset salvum tamen esse, modo pronomen ante *ἀπειθούσας* collocaretur. Wess.

363. 34. *Εἰς τὴν πρὸς Παλαιτύρῳ στρατοπεδείαν*] Bellissime mihi restitutus in integrum hic locus videtur. Castra Antigonus *ἐν τῇ Τύρῳ* fuerat metatus, ut Tyrum, in insula positam, oppugnaret, uti super. cap. vidimus. In continente contra eam Tyrum erat *Παλαίτυρος*, sive *παλαιὰ Τύρος*, sicuti L. XVII. 40. dicitur. Strabo L. XVI. p. 1099. *μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις*. Curtius L. IV. 2. 4. *Esse templum Herculis extra urbem* (Tyrum) *in eam sedem, quam* PALAETYRON *ipsi vocant*. Iusta ergo ἡ πρὸς *ΠΑΛΑΙΤΥΡΩι στρατοπεδεία*. Ceterum de certamine super Palaetyro virorum multo doctissimorum Iac. Perizonii Orig. Babyl. c. 6. et H. Relandi Palaest. L. III. p. 1070. aliud monebo nihil, nisi adeundum Camp. esse Vitringam ad Esai. c. XXIII. p. 665., eumque rem ita, me quidem iudice, expedivisse, ut dubium superesse nullum videatur. Wess.

364. 36. *Ὁ πιστευθεὶς ὑπ' Εὐμένους τῶν ὀστῶν τῶν Κρατεροῦ*] Putes ad pleniorem verborum structuram *τὴν ἐπιμέλειαν* aut *ταφὴν τῶν ὀστῶν* requiri. Plerumque enim ita loqui adsueverant. Supra L. XVII. 80. Parmenion *πεπιστευμένος τοὺς βασιλέως θησαυρούς*. Et L. XX. 19. *Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς Ἀντιγόνου δυνάμεις πεπιστευμένος*. S. Paullus Epist. ad Rom. cap. III. 2. *ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ*. At secus res habet hoc loco. Plenum erit *ὁ πιστευθεὶς περὶ τῶν ὀστῶν*, quam praepositionem modo addit, modo negligit Diodorus. Exemplo sint, *οὗτος δὲ πιστευθεὶς περὶ τῶν ὅλων* L. XIV. 12. Et ibid. c. 66. *παρὰ δὲ τοῖς πολίταις πιστευθεὶς ἅπαξ στρατηγίας*. Tum huius libri cap. 87. *ἐπειδὴ Πτολεμαῖον ἑώρα — καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πραγμάτων πιστευόμενον ἁπάντων*. Wess.

364. 51. *Καὶ τὰ πράγματα λαμβάνοντα* etc.] Praestantissimae feminae infelicem exitum, de quo Plut. Demetr. p. 911. B., innuere videtur. Mater fuit Antigoni Gonatae, ut ex eiusdem Plut. p. 906. E. constat. Male ergo nunc in Stephano *Φίλα, πόλις Μακεδονίας, κτίσμα Δημητρίου τοῦ Ἀντιγόνου παιδὸς, τοῦ Γονατᾶ καλουμένου, ὃς ἀπὸ μητρὸς Φίλας ἐπὶ τοῦ Πηνειοῦ ἔκτισε πόλιν Φίλαν*, editur. Scripserat ipse, debuerat certe, *κτίσμα Ἀντιγόνου τοῦ Δημητρίου παιδός*. Atque hoc quidem diu est, cum corrigerem: quia tamen id ipsum ad Plut. Demetrium p. 7. ed. Londin. animadvertit doctissimus M. Solanus, eidem in solidum contribuo. Wess.

364. 65. *Τοῦ Κασσάνδρου στρατηγοῦ*] Fortasse *Ἀσάνδρου*. Vide mox c. 62. Wess.

364. 69. *Καὶ Ζιβύτην τὸν βασιλέα — καταλαβών*] Hic Bithyniae rex seu dynasta Plutarcho in Quaestionibus Graecis (T. II. p. 302.) dicitur *Ζειποίτης*, Pausaniae *Ζυποίτης* in Eliacis (L. V. 12.) At Memnoni (cap. 21. p. 721. Biblioth. Photii) *Ζιποίτης*, cui magis credo: fuit enim Heracleota Bithyniae vicinus. Haec dubia parit iotacismus inferioris Hellenismi. Inde errorum amplissima messis. Palm. *Καὶ Ζιβοίτην* etc.] Hoc praetuli, quippe verius. *Ζιποίτιον, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως*, Stephanus inquit, et Tzetzes Chil. III. 950.

Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης
Ὁ κτίσας Νικομήδειαν. — —

Livius habet *Ziboetam*, huius fortasse filium, L. XXXVIII. 16. cum Gronovii nota. Fuit Ziboetes Astacenis et Chalcedoniis, sicuti Plut. T. II. p. 402. clarissime docet, gravis adversarius. Astaceni ab eiusdem filio Nicomede videntur tandem oppressi, certe Astacus, condita prope eam Nicomedia, paullatim incolis vacuefacta est. Iam quod Tzetzes, et ante eum Memnon, Nicomediae conditorem perhibent Nicomedem Ziboetae F., ea in re consentientem non habent Stephanum, qui *Νικομήδεια, πόλις Βιθυνίας Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδός*, si tamen ita scripserit. Alibi idem, *ἔστι καὶ Ζῆλα — πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζήλας*. Et melius. Nam Zelas, Nicomedis F., et in regno successor est apud Memnon. c. 23. Unde priore loco *τοῦ Ζήλα πατρὸς* praestaret utique. Verum illud nunc non agimus. Wess.

364. 77. *Ὡς δέ ποθ' — Σέλευκος ἔτυχε μὲν πολιορκῶν Ἐρυθράς*] Mutavi distinctionem auctoritate Reg. primi Seleucus obsidebat Erythras, cuius urbis obsidionem, Ptolemaeo advehiente, solvit, aliorsum classe properans. *Erythrae* in Ionia erant, loco aspero positae, Herodoto Vit. Homer. c. 18. indice. Oppidi incolas *Ἐρυθραίους* multi memorant, etiam Plutarchus Quaest. Graec. p. 298. B., quos nollem a viro consultissimo Histor. Foed. Part. I. p. 139. loco motos. Wess.

364. 89. *Ἔτι δὲ ὡς Ὀλυνθίους — κατῴκισεν εἰς τὴν ὁμώνυμον ἑαυτῷ* etc.] Cassandream Antigonus innuit, in quam praeter alios Olynthii commigrarant. Confer huius libri cap. 52., et me nihil iniuria innovasse agnosces. Wess.

365. 1. *Ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, αὐτονόμους* etc.] Liberos, immunes, suis legibus esse Graecos, ut Livius loquitur L. XXVIII. 32., sive *αὐτονόμους καὶ ἀφορολογήτους*, quomodo L. XVII. 24. Noster. Adi Ezech. Spanhemii Orb. Rom. Exercit. II. 9. Wess.

365. 32. *Τὸν τῆς Καρίας σατράπην Κάσσανδρον*] Scribe *Ἄσανδρον*, et mox iterum *βοηθήσοντας τοῖς περὶ τὸν Ἄσανδρον*. *Asander* enim Cariae fuit satrapes, uti ad Lib. XVIII. 39.

evictum. Quin equidem haud scio an et illud libri c. 57. 58. 60. de rebus Asiae, a Cassandro et Cassandri duce Asclepiodoro gestae, idem *Asander* intelligi debeat. Cassander quidem certe in Macedonia rerum suarum satagebat, neque in Cappadociam exercitum traducere poterat commode, quod in facili erat *Asandro*, Cariae praefecto. Vitium, quo ducis nomen adspersum hic est, recurret in sequentibus haud semel. WESS.

366. 40. *Τῶν δὲ πάντων στρατηγὸν Μενέλαον τὸν ἀδελφὸν*] Vide L. XX. 48. WESS.

366. 53. *Κερυνίαν μὲν καὶ Λάπιθον ἐξεπολιόρκησαν*] Diodorus *Κερυνίαν καὶ Λάπηθον* dederat, et mox τὸν *βασιλέα τῶν Μαριέων*. Respice not. in cap. 59. et c. 79. WESS.

366. 61. *Καὶ Ῥόδου*] Expungendas has esse voces in Addend. admonet Rhodomannus, cui refragari quidem nolim, quamquam caussa, quae adiungitur, parum est praegnans. Seorsum ait de Rhodiis memorari: quod verissimum, sed de Hellesponto itidem memoratur seorsum. In membranis paullo plus praesidii. Tolle ergo, si lubet. Porro *Themisonis*, Cypriorum regis, cui Aristoteles τὸν *προτρεπτικὸν* scripserit, meminit Teles in Stobaei Serm. XCIV. p. 516., quem eumdem esse, non temere dixero. WESS.

366. 65. *Σὺν ταῖς ἐν Τύρῳ καταλειφθείσαις*] Nihil hoc ad rem. Lege *καταληφθείσαις*, et eas intellige, quas capta Tyro suam in potestatem redegit. WESS.

366. 70. *Ἄφρακτοι δὲ τριάκοντα*] Interpres CXXX *apertas*, quasi *ἑκατὸν καὶ τριάκοντα* scribendum censuisset: quo quidem modo proxime acceditur ad navium numerum, quem finivit antea Diodorus, fit tamen iusto is auctior. Ut fatear ingenue, desiderari puto *triremium* numerum: nam nullas prorsus in tanta classe fuisse, cui tandem credibile fiet? WESS.

367. 96. *Οὐχ ὑπακουόντων δ᾽ αὐτῶν*] Sequi debuerat *οὐχ ὑπακούοντος δ᾽ αὐτοῦ*. quod et necessarium erit, nisi Polyspercontem et eius filium Alexandrum animo scribentis obversatos autumes. WESS.

367. 10. *Ἅπαντας ἀνεῖλον παρὰ τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα*] Vide L. XIII. 23. Humanissimus Graecorum mos erat et Deorum, ut ferebant, responsis constabilitus, supplicibus parcere. Dodonaeo Iovi adscribitur in Pausan. L. VII. 25.

Μηδ᾽ ἱκέτας ἀδικεῖν. ἱκέται δ᾽ ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Quin *ἀλιτηρίους* et conscelaratos adpellabant *τοὺς ἁμαρτάνοντας εἰς τοὺς ἱκέτας* in Schol. Aristophan. Equit. v. 443. Plura Sam. Petitus Leg. Attic. L. I. Tit. 1. p. 85. edit. Nov. et Stanleius in Aeschyli Eumen. v. 232. WESS.

367. 16. *Ἐπιμελητὴν τῆς πόλεως ἀπέλιπεν*] Cuius tandem? An *Stymphaliorum*, de quo paullo superius, oppidi? Fors est, ut *πόλις* regionem ipsam explicet, quod a sermonis usu non dissentire, ex Strabone L. VIII. p. 546. constat. WESS.

367. 17. *Καὶ θεὶς τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα*] Illustrissimus et numquam sine laude memorandus Iosephus Scaliger in suis ad Eusebium notis p. 85. hoc loco Diodorum graviter reprehendit et hanc narrationem accusat falsi, eo quod Nemeus agon trietericus erat, et numquam cadebat in secundum Olympiadis annum, sed semper tertium. At ignoscant mihi tanti viri manes, si Diodorum hoc loco tueri confido: non est enim in culpa forte Diodorus. Fuerunt enim Nemea duplicia, aestiva scilicet et hiberna, ut ex Pausania liquet in Corinthiacis (cap. 15.) ubi sic ait de Argivis: *καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα, ἀνδράσιν ὡπλισμένοις Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν.* Et in Eliacorum II. (cap. 16.) post lacunam haec verba sequuntur: *ἐκλειφθέντα δὲ Νεμείων τε καὶ Ἰσθμίων αὐτὸν βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐς Νεμείων ἀγῶνα τῶν χειμερινῶν ἀπέδωκεν Ἀργείοις.* Aestiva Nemea mensis Panemi die XII. celebrabantur, ut ait antiqua hypothesis Nemeorum Pindari. Panemus autem Attico Hecatombaeoni respondebat, ut ipse Scaliger asserit in suis de mensibus laterculis, et erant illa celebria Nemea trieterica et periodica. Hiberna vero fuisse annua iure putamus, sicut Athenis Panathenaica magna pentaeterica erant, et quinto quoque anno celebrabantur: minora vero quotannis. Hoc igitur loco Diodori Cassander post aestatem et autumnum in sua expeditione consumptum, dum in Macedoniam ad hiberna exercitum suum reducebat, Nemeorum agona hibernum curavit, non vero trietericum. PALM. Studium Diodori defendendi laudare possum, non item defensionem. Falsa res est, singulis annis Nemeos hibernos fuisse celebratos. Nemei enim ludi trieterici erant, binique qualibet Olympiade redibant. Id nos Critici veteres ad Pindarum docent Argum. Nem. III. et V. praeterque ceteros omnes Imp. Iulianus Ep. XXXV. p. 408. C. *Διττὰ δέ ἐστι*, inquiens, *Νέμεα παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις.* Addit his Imperator, suo tempore duos alios ab Argivis ludos edi, *ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι, ut quatuor omnino ludi annis quaternis sint.* Quae quidem sola validissime infringunt doctissimi Palmerii sententiam. Bina quaternis annis si Nemea celebrabantur sertamina, Nemea hiberna non fuerunt annua. Aliam, qua Diodoro succurreretur, viam munire Sam. Petitus coepit Comment. L. L. Attic. Lib. I. Tit. I. p. 135. Pertendit Nemea anno quarto Olympiadis fuisse edita, et quoniam tertio quoque anno instaurabantur, secundo eadem anno acta. Idem in mentem venerat Setho Calvisio, probante in Prolegom. ad Pindari Nemeonic. Erasmo Schmidio. Atque hoc firmari si posset, commodissimum foret. Annus enim est Olymp. CXVI. secundus, quo Nemeum hunc agonem Cassander dedit. At obstant Nemeorum a viris illis doctissimis producta exempla, quae si cum cura examinentur, partim in Olympiadis annum primum, partim in eiusdem Olymp. tertium incurrent. Ipso examine abstineo, quod diligentissime eo perfuncti

sunt D. Petavius ad Iuliani Epist. XXXV. p. 117. et H. Dodwellus Dissert. VII. de Cyclis p. 300. Dices, si Nemei ludi perpetuo primis et tertiis Olympiadum annis respondeant, quid Diodoro fiet? Paucis ut absolvam, illud ipsum, quod viri excellenti eruditione Scaliger, Petavius, Dodwellus de eo praedicaverunt. Retulit in annum secundum Olymp. CXVI, partem rerum Cassandri, quae sequente tertio erant administratae, quoniam pleraeque ante Archontem Nicodorum evenerant: quod illi non esse insolens, alias ostendimus. WESS.

367. 24. *Πρέπελλον*] Pro *Πρεπέλαον*. RHOD. Vid. infra c. 68. WESS.

368. 37. *Ἀφροδισιάδα*] *Ἀφροδισίαν* Leid. male. Vide Stephanum in *Ἀφροδισιάς*. WESS.

368. 42. *Ἀμφοτέρους κατεστρατήγησε*] Durum est *ἤκουσε*, deinde *κατεστρατήγησε* sine copula, ac videtur fuisse dicendum *ἀμφοτέρους οὖν κατεστρατήγησε*, vel ponenda aliqua alia particula ante *ἀμφοτέρους*. aut certe pro *ἤκουσε* debuisse praecedere *καὶ ἀκούσας*. Nisi hunc locum sicut et alios huiusmodi Diodori idiomati adscribamus. STEPH.

368. 51. *Τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου παραβοηθεῖν*] Servari istud potest. Blanditur tamen vehementer *τῶν ἀπὸ Ῥόδου νεῶν παραβοηθεῖν* ex scriptis membranis. Ipse auctor id asserit, cum in praecedentibus *παραπλεῖ ταῖς ἀπὸ Ῥόδου ναυσὶν* de eadem hac classe. WESS.

368. 65. *Ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἔκρηγμα*] Erat in Palaestinae Aegyptique finibus. Ptolemaeo L. IV. 5. *Ἔκρηγμα Σιρβωνίδος λίμνης*, Plinio L. V. 13. *emersus Sirbonis lacus*. Ostium, quo in mare lacus iste erumpebat, fuisse videtur olim, quod dein ingestae oppleverunt arenae. *Τὸ δ' Ἔκρηγμα συγκέχωσται* ait Strabo L. XVI. p. 1102., quem vide L. I. p. 114. cum nota Casauboni. WESS.

368. 69. *Τὰ πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων*] Mirum si *πραχθέντα τῶν Ἑλλήνων* dixit, pro *πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων*. STEPH.

368. 76. *Διεψεύσατο τοὺς πιστεύσαντας ταῖς ἐπαγγελίαις*] Nisi *πιστεύσαντας ταῖς ἐπαγγελίαις* artissime iunxeris, praestabilius, cultius certe, *τῆς ἐπαγγελίας* erit, uti scriptis in libris, et Plut. in Demetrio p. 903. B. Habet de Messeniorum obsidione, ab Agathocle suscepta, Polyaenus quaedam L. V. 15., nec huius tamen temporis. WESS.

369. 90. *Πολλοὶ συνδεδραμήκεισαν*] Sic schedae omnes, a quibus dissentiendi caussa non est. Indulgent in his sibi Graeci plurima. *Παρακεχωρήκεισαν* L. XV. 62. *προβεβήκεισαν* L. XIX. 30. *καταβεβήκει* mox cap. 69. *ἀναπεπόμφεισαν* Eclog. XXXII. p. 330. Ursini generis sunt eiusdem. Porro praepositionem *κατὰ*, quae ante *οὐδὲν* sedem invaserat, Codd. iussu eliminavi. WESS.

369. 99. *Εἰς Ἀβάκαινον*] Hoc verissimum. Vid. ad L. XIV. 78. Wess.

369. 3. *Φερέντην πόλιν τῆς Ἀπουλίας — εἷλον*] Opportune Acro in Horat. L. III. Od. IV. 16. *Ferentum oppidum est Apuliae, Venusinae civitati vicinum, in valle situm.* Cuius Grammatici verba nuper haud habuit de oppido disputans ad Livii L. IX. 16. Car. Sigonius, quem de *Nuceria Alfaterna* ibid. cap. 41. consule. Wess.

369. 10. *Κόϊντος Πόπλιος τὸ δεύτερον*] *Κόϊντος Πουβλίλιος τέταρτον.* At Diodorus pro hoc nomine ubique scripsisse *Ποπίλιος* videtur. Rhod. Belle Rhodomannus. Fuit Publilius hoc anno quartum consul, uti Tabulae Capitolinae ostendunt. Vid. Pighium ad ann. CDXXXVIII, hos consules Livio L. IX, 22. reddentem, ibidemque Sigonium, qui suo e Diodori libro *Ποπλίλιος*, quod restitui, citat. Wess.

369. 17. *Κατέλαβεν — πολιορκοῦντας τὴν Κυλλήνην*] Navale Eleorum erat, ab Elide stadiis CXX disiunctum. Pausan. L. VI. 26. p. 518. *Κυλλήνη δὲ σταδίους μὲν εἴκοσιν Ἤλιδος καὶ ἑκατὸν ἀφέστηκε — καὶ ὅρμον παρεχομένη ναυσὶν ἐπιτήδειον, ἐπίνειον δὲ οὖσα Ἠλείων.* Wess.

369. 24. *Καὶ τοῖς Αἰγεῦσι — ἀποκαταστῆσαι*] Mallem *Αἰγιεῦσι*, ut apud Pausan. L. VII. 24. et Plut. Caton. Mai. p. 343. A. Huc quoque ducit *Αἰγιαίων*, quod mox e Mss. sequetur, vocabulum ex *Αἰγιέων* progenitum. Ausus sum id quidem refingere: nam *Αἰγισαίων* illud omnes ineptias superabat. Hoc non moveo, quod Achaeae *Αἰγεῖς* et Polybius scribat L. II. 41. p. 179. Wess.

370. 52. *Ἡ δὲ γυνὴ Κρατησίπολις*] Conmeminit feminae, de clandestinis eius et Demetrii amoribus quaedam adspergens, Plut. in Demetr. p. 892. E. Vid. infra L. XX. 38. Wess.

370. 56. *Καὶ πολλοὺς τῶν ἀπόρων ὑπολαμβάνουσα*] Sic plane Excerpt. Peirescian. p. 360. *καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν ὑπελάμβανεν.* Nam *ἀνελάμβανεν*, quod H. Valesius substituit, eidem remittimus. Egregie Diotogenes ex Pythagorae sectatoribus apud Io. Stobaeum Tit. XLVI. p. 330. *δεῖ γὰρ ἐς τοῦτο πεπᾶσθαι τὰ χρήματα, ὥστε φίλους εὐεργετεῖν, καὶ δεομένως ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΕΝ, καὶ ἐχθρὼς δὲ μετὰ δίκας ἀμύνασθαι, in divitiarum fructus esse debet, ut amicis bene faciamus, egenos sublevemus, et inimicos iure ulciscamur.* Quod verissime dictum neglectiorem verbi usum abunde illustrat. Wess.

370. 73. *Περὶ τὸν καλούμενον Καμπύλον ποταμὸν*] Legere alibi id flumen non memini. Nomen a flexuosissimis orbibus, quibus Maeandri in modum volvebatur, videtur inpetrasse. *Καμπύλα τόξα* Homeri et *καμπύλοι ὀδόντες* Lycophronis huc ducunt. Wess.

370. 81. *Εἰς Στρατον πόλιν συνῴκησαν*] Ex hoc loco credo accepit Ortelius suam *Stratopolim*, quam posuit in suo Le-

xico. Sed legendum est Στράτον πόλιν. nam Στράτος urbs erat Acarnaniae caput ac veluti metropolis, ex Thucydide, Xenophonte, Polybio, Strabone, et aliis. Palm. Eadem Palmerius Graec. Veter. L. III. 5., et recte, ut ex scriptis Codd. adparet. Wess.

370. 83. Ἄλλοι συνῆλθον ἐπὶ Σαυρίαν, Δεριεῖς δὲ etc.] Urbis *Sauriae*, quod quidem sciam, nusquam alia mentio est. Palmerius Graec. Antiq. L. III. 8. eamdem reperisse se negat, sicut et *Derienses*, quos tamen, si Θυριεῖς refinxeris, tuebitur Stephanus in Θυρέα, ubi ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας Θύριον διὰ τοῦ ι. τὸ ἐθνικὸν Θυριεύς. Vide ibi Iac. Gronovium, cui egregium hoc conmentum debetur. De *Agrinio* apud Polyb. L. V. 7. Wess.

371. 91. Καὶ διαβὰς τὸν Ἕβρον ποταμὸν] Foedum profecto mendum: Hebrum Thraciae fluvium in Illyriam transfert hic locus. Ita non scripserat procul dubio Diodorus. Lege confidenter Δρῖνον, qui necessario transvadandus erat Cassandro, ut in regiones Glauciae subiectas penetraret ex Apolloniatum regione, unde proficiscebatur. Palm. Quaeramus amplius de isthoc Illyridis Hebro: nisi quis *Apsum* haud procul Epidamno, quem tramittere ex Apolloniatum finibus profectus Cassander debuit, esse putet. *Drinus* Palmerii longius abest, nec spernendus tamen. Wess.

371. 25. Εἰς Κῶν] Εἰς Κῶ L. XIII. 69. At vide not. in L. XVII. 27. Wess.

371. 28. Κάσσανδρος δὲ] Verius Ἀσανδρος ob L. XVIII. 39. et XIX. 62. Quem vero *Prepelaum* adpellat, is Πρέπελλος est huius libri cap. 64. scribentium peccato, quo et Πέριλλος et Περίλαος confundi solent. Wess.

371. 34. Περὶ Κάπριμα τῆς Καρίας] Feliciores *Caprima* ista eruent: mihi ignota sunt. Ὑλάριμα Cariae notiora sunt, nec eadem propterea. Vid. ad Hieroclis Synecdem. p. 688. Wess.

372. 50. Ἐνεδρεύειν τοὺς περὶ Πτολεμαῖον] Tametsi praecesserit cap. 68. ἀπέστειλεν ἐνεδρεῦσαι τοῖς πολεμίοις, non sequor libros, in quibus τοῖς inest. Vulgatum enim illi nihil concedit. S. Lucas Evang. c. XI. 54. ἐνεδρεύοντες αὐτόν. Iosephus de bello L. II. 21. 3. ἐνεδρεύοντες Πτολεμαῖον τὸν Ἀγρίππα. Appianus Civil. Belli L. III. p. 881. καὶ τοὺς ὀλίγους ὁ Δολαβέλλας ἐνεδρεύσας. Haec sufficiunt: nam ut ex Diodoro, cui saepe placet, loca stipem necesse non est. Wess.

372. 63. Γεγονὼς ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν] Eadem Plut. Demet. p. 891. A. et Appian. Syriac. p. 196. Wess.

372. 80. Συσκευαζόμενον τὰς πόλεις] Sic de eodem Agathocle L. XIX. 102. διανοούμενος καὶ ταύτην τὴν πόλιν συσκευάζεσθαι. Et iterum cap. 106. Adde Demosthenem Or. de Cherson. p. 54. et quae ibi Critici veteres. Wess.

373. 98. Μετὰ τὴν πρὸς Ἀντίπατρον μάχην etc.] Vide L. XVII. 63. Videntur Spartani τοὺς τρέσαντας, ita vocare so-

20 *

lebant omnes, qui ex praelio re male gesta aufugerant, ignominiae nota, quam leges irrogabant, liberasse, invito tamen Acrotato. Prudentius simili in re versatus est Agesilaus, referente eius in vita Plutarcho, et maculae id genus describente p. 612. E. Wess.

373. 2. *Πληγάς τε ἐνεφόρησαν*] Veneto Codici laus instaurati debetur loci. Xiphilinus, ut alios mittam, in Nerone *Ἰούλιος οὖν τις Μουντανὸς — προσέπεσέ τε αὐτῷ καὶ πληγὰς πολλὰς ΕΝΕΦΟΡΗΣΕΝ.* Wess.

373. 15. *Καὶ τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα προσέπεσθαι* etc.] Mirum, ni initium ultimi verbi ansam librariis dederit omittendi τοῦ *προσενόουν*, quod alii bene servarunt, in hoc vitiosi, quia *προσέπεσθαι* neglexerunt. Scribe *προσέπεσθαι προσενόουν*, et hians oratio bene progredietur. Wess.

373. 30. *Ἀνήλωσε*] *Ἀνάλωσε* Leid. satis Attice. Vid. Thom. Magistrum in *Ἀνάλωσα*. Wess.

Ibid. *Τὰ μὲν πολιτευόμενος*] Interpres, quasi *κακῶς πολιτευόμενος* esset, Latina adornavit. Ego vero longe praeferrem ex scripto Peiresciano *πολιτελευόμενος* seu *πολυτελούμενος*, si de vocis usu res certa foret. Contra enim se ponerentur *διανοσφιζόμενος* et *πολυτελούμενος* elegantissime, et altero magnificus apparatus, altero peculatus, quo utroque reditus dilapidarit Acrotatus, indicaretur. At verbum istud ostendi mihi cupio. Putes eruditissimum Valesium id ubi ubi reperisse: nam Excerpt. p. 124. *τὰ μὲν πολυτελευόμενος*, *non ut vulgo*, inquit, *πολιτευόμενος*, *egregia emendatio.* Simus itaque hoc Catone contenti. Wess. *Πολυτελέσασθαι* sic dixit Diogenes L. X. 11. p. 609.

373. 42. *Διῆρεν εἰς τὴν Λακωνικὴν*] Reliqua viri fata exsequitur Pausanias L. III. 6. et VIII. 27. p. 656. Wess.

374. 51. *Καθάπερ προϋπῆρχον*] Foedere, quod cum Timoleonte sociaverant, omnes Graeci nominis in Sicilia urbes Poeni liberas reliquerant. Vid. L. XVI. 83. Quare aut priora tempora respiciunt haec, aut urbes eas contra pacta suae iterum ditioni adiecerunt. Wess.

374. 70. *Πλειστικὴν μὲν φρουρὰν ἔχουσαν* etc.] Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II. 15. p. 772. *Πλειστινὴν* corrigebat ob Livium: sed nondum certo constat *Plestinam* Marsorum et *Plistiam* Samnitium eandem fuisse: adde *Plistiam* in manu exaratis Livii libris *Plisticam* scribi, quod non esse de nihilo pulcre monuit Celeb. Io. Fr. Gronov. ad L. IX. 21. Wess. *Πλειστινὴν* probarunt suo etiam adsensu Scaliger et Is. Vossius. Idem in Add.

374. 74. *Ῥωμαίων Σατικόλαν πολιορκούντων*] Interpres *dum Satriculam oppugnant Romani:* quod idem ille Cluverius Ital. Ant. L. IV. p. 1184. inprobat: *Saticolam* enim urbem istam cum Graecis tum Latinis dici; quod verum. Livium adi dicto loco et Stephanum Byzantinum voc. *Σατίκολα*. Wess.

374. 90. *Κόϊντον Αἴλιον ἵππαρχον*] *Αὔλιον* pro *Αἴλιον* scribendum Tabulae Capitolinae monent, tametsi *Aemilium* edti Livius. RHOD. *Κόϊντον Αὔλιον*] Accedo Rhodomanno. *Ὤλιον*, quod quibusdam in libris, Car. Sigonius probavit, dictum arbitratus, quomodo *Claudium* et *Clodium*, *plaustrum* ac *plostrum* efferunt ad Livii L. IX. 22. At *Αὖλον* saepe Noster, nunquam *Ὦλον* aut *Ὤλιον* scribit. WESS.

374. 92. *Περὶ τὰς καλουμένας Λαυστόλας*] Livius ita L. IX. 23. *obviam itum hosti, atque ad* LAUTULAS *ancipiti proelio dimicatum est.* Tum, *invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse, atque in ea cecidisse Q. Aulium magistrum equitum.* Unde conficitur, quod et in mentem Ph. Cluverio venit It. Ant. L. III. p. 1012. *Λαυτόλας* melius esse. Certe Latinae originis si oppidi hoc vocabulum sit, quod mihi nondum liquet, *Lautulae* praestabunt. Vid. Cl. Arn. Drakenborchium ad Livii L. VII. 39. Mox *ὑπέστη τῷ πλήθει* praeferrem. WESS.

374. 95. *Μόνος ὑπέστη τῷ τε πλήθει*] Vel *τότε* legendum, vel *τῷ*. Nam verbum *ὑπέστη* etiam dativum regit. RHOD.

375. 2. *Ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν*] Mutuo sibi auxilio fuerunt schedae veteres: quod unis deerat, alterae expleverunt. Quin H. Stephanus in Codd. suorum aliquo id reperisse videtur: namque inter operarum peccatum vulgatum refert. Sed Livium audi L. IX. 26. *Eoque ira processit, ut Romae quoque, cum de colonis mittendis Luceriam consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent. — Vicit tamen sententia ut mitterentur coloni.* Sic ille, verum Coss. *M. Poitelio* et *C. Sulpicio*, eaque parte Nostro minime consentaneus. *Λουκερίαν* Diodoro reddiderunt Is. Casaubonus in Strabon. L. VI. p. 435. et Ph. Cluverius Ital. L. IV. p. 1215. et Ill. Scaliger ad libri sui oram. WESS.

375. 7. *Ἀλλὰ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα* etc.] Claudicabit oratio, nisi *ἀλλὰ κατὰ τοὺς* sive cum H. Stephano *καὶ κατὰ τοὺς* rescripseris. Vitium frequens et ex scribendi conpendio natum. Vid. Coteler. Monum. T. II. p. 589. In Leontio Act. 4. de sectis p. 462. non multum dissimile reperies: *τοὺς χρόνους γὰρ ἐκείνους, βασιλεὺς εἷς ἦν ἐν Ῥώμῃ, καὶ εἷς ἐν Βυζαντίῳ* editur vulgo. Quanto melius in scripto Vossiano: *δύο γὰρ ἐγίνοντο κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους βασιλεῖς, εἷς ἐν Ῥώμῃ* et reliq. Sed sunt hoc de genere plura isto bonae frugis in libello, de quibus alias. WESS.

375. 12. *Μάρκος Πόπλιος*] *Ποιτήλιος* pro *Πόπλιος*. RHOD. Vid. Livium cum nota Sigonii, et Fastos Pighii ad ann. CDXXXIX. WESS.

375. 14. *Καλλαντιανοὶ κατοικοῦντες ἐν τοῖς ἀριστεροῖς* etc.] Non muto, quantumvis L. XIV. 37. de Salmydesso auctor, *οὗτος δ' ἐστὶ μὲν ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου*. Eodem enim redit et diserte Strabo L. XII. p. 816. A. *καλεῖται δὲ τὰ ΑΡΙΣΤΕΡΑ τοῦ Πόντου Θρᾳκικά.* Ceterum *Καλλατιανοὶ* semper appellandi

erant urbis *Callatidis* sive *Callatiae* incolae, ut dixi ad Anton. Itiner. p. 227. Confer. L. XX. 113. Wess.

375. 43. *Ἀπέσταλκεν — ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Καλλαντιανοῖς*] Quod in pr. Reg. erat βοηθήσων τοῖς Καλλ., conmodius fortasse videbitur; nec est tamen. Sive enim ἀπέσταλκε τοῖς Καλλατιανοῖς, seu βοήθειαν τοῖς Καλλ. artissime iunxeris, verborum ordo nihil habebit insolens. Regunt saepenumero utroque in sermone verbi sui casum substantiva, estque geminum huic L. XVI. 21. καὶ τῶν συμμάχων — ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῖς Βυζαντίοις τρεπομένων. Alia si desideres, ecce tibi Dionysium Ant. Rom. L. I. p. 8. καὶ πολιτείας μεταδόσει τοῖς μετὰ τοῦ γενναίου ἐν πολέμῳ κρατηθεῖσι. Arrian. Ἀναβ. Ἀλεξ. L. I. c. 11. p. 25. μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον τῷ Νεοπτολέμου γένει. Plautum Amphit. I. 1. 12. *Opulento homini hoc servitus dura est.* Et Mercat. II. II. 37. *Filius quam advexit matri ancillam suae.* Sallustium Catil. c. 32. *Quod neque insidiae consuli procedebant.* Haec sufficiunt. Adde tamen Cel. Iac. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. IV. 4. 11. Wess.

376. 47. *Περὶ τὸ καλούμενον ἱερὸν κατεστρατοπέδευσεν*] Fanum erat ad ipsum Ponti os in continente Asia, ab Europa stadiis ferme XII disiunctum. Docet praeter alios Polybius L. IV. 39. et Noster L. XX. 112. Vide quae de eo copiose satis scripta nuper sunt ad S. Petiti Conment. L. L. Attic. L. V. Tit. 4. p. 503. Wess.

376. 52. *Παραγενόμενος δὲ ἐπὶ τὴν — ὑπερβολὴν*] Saepe de itinere per ipsos montium vertices ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους Strabo, veluti L. IV. p. 313. B. ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους πρότερον οὔσας ὀλίγας — νυνὶ πολλαχόθεν εἶναι καὶ ἀσφαλεῖς. Adde ibid. p. 315. B. et L. VII. p. 449. A. Wess.

376. 65. *Ἐξέπεμψε Τελεσφόρον*] Haud scio an idem sit Telesphorus, quem provinciarum olim praefectum Lysimachus, quod Arsinoen suam, crebrius vomentem, hoc ambigui soni versu

Κακῶν κατάρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων

perstrinxerat acute, caveae inclusum circumferri excruciatumque interfici iussit, Athenaeo L. XIV. 1. p. 616. et Plutarcho de Exsil. p. 606. B. testibus. Nam quod Antigono cum maxime militat, id nihil officit. Deseruit eius dein partes, aliis sese adiuncturus infra cap. 87. Wess.

376. 92. *Πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φίλιππος — ἐν οἷς ἦν καὶ Αἰακίδης*] Cassandri frater Philippus erat, qui praelio ad Oeniadas cum Aeacide congressus eundem superavit vulneratumque interfecit. Operae erit Pausaniam audire, γενομένης δὲ Φιλίππου τε ἀδελφοῦ Κασσάνδρου καὶ Αἰακίδου μάχης πρὸς Οἰνιάδας, Αἰακίδην μὲν τρωθέντα κατέλαβε μετ' οὐ πολὺ τὸ χρεὼν lib. I. 11. p. 27. Wess.

377. 2. *Κάσσανδρος ὁ τῆς Ἀσίας κυριεύων*] Lege *τῆς Καρίας*, ut supra p. 704. (cap. 62.) *τὸν τῆς Καρίας σατράπην Κάσσανδρον*. PALM. Bene Palmerius. Addidisset *Ἄσανδρος* Cariae huic praefecto fuisse nomen, suus huic loco color redisset. Vid. not. in L. XVIII. 39. WESS.

377. 10. *Καὶ Σέλευκον*] Non videtur de nihilo eorum Codd. scriptura, in quibus *καὶ Κάσσανδρον*. Fortasse lectum olim utrumque fuit, ut amicitiam cum Ptolemaeo, Seleuco et Cassandro, quam prius coluerat, missis legatis instauraverit. Vid. libri huius cap. 68. WESS.

377. 22. *Πλὴν τῆς ἄκρας*] Vide L. XX. 27. et Strabonem L. XIV. p. 963. WESS.

377. 25. *Ἐπὶ τὴν Ἴασον πόλιν ἐκπεμφθεὶς* etc.] Plerique *Ἴασσον*, cuius cives in numis *IACCEIΣ*, adpellant, nec tamen omnes, sicuti ad Hieroclis Synecdem. p. 689. ostensum fuit. At id leve. Quae sequuntur *ἠναγκάσθη προσθέσθαι τοῖς περὶ Ἀντίγονον*, Interpres ad Ptolemaeum retulit, tanquam is cum Antigono se coniungere sit coactus: qui quidem Antigoni cum dux fuerit et fratris filius atque ab eodem ad Iassum occupandam missus, in aperto utique est, id parum procedere. Lege *ἠνάγκασε ταύτην προσθέσθαι* etc. *urbem eam partibus Antigoni se adiungere coegit*, et clara omnia erunt. WESS.

377. 47. *Ἐπέπλευσαν — καταφρονοῦσι τοῖς πολεμίοις*] Erunt fortasse, qui *καταφρονοῦντες τῶν πολεμίων* maluerint ex Reg. pr.; ego aliud censeo, et a vulgato non deflecto, quippe gestae rei satis congruo. WESS.

378. 57. *Ἀντεστρατοπεδεύσαντο — περὶ Κίνναν πόλιν*] Urbis *Cinnae* nulla apud Livium in anni huius historia, nulla apud alios, quod rescire quitum est, mentio recurrit. Id Philippum Cluverium inpulit, ut de Luceria cogitaret Ital. Antiq. L. IV. p. 1212., cui, nisi aliud Codd. scripti imperaverint, accedere non possum. Nam et nihil fere commune habent *KINNA* et *ΛΟΥΚΕΡΙΑ*, et praefert Italicum quid *Cinna*, ex nobili Corneliorum familia haud ignotum. Livium quod attinet, eius dissensus morari neminem debet, in gestis huius anni rebus diversos annales secuti. Ipsum adi L. IX. 24. et seqq. Fors ergo *Cinna* obscurum in Samnitium finibus oppidum fuit. WESS.

378. 68. *Γάϊον Μάνιον*] *Γάϊον Μαίνιον* et *Μάρκον Φόσλιον ἵππαρχον*. RHOD. *Γάϊον Μαίνιον*] Ita scripsi ex Sigonii, *Μαίνιον* citantis ad Livii L. IX. 26., codice: cetera, etsi a Rhodomanno bene correcta sint, non audeo mutare. Liquet autem hinc et ex Tabulis Capitolinis, Dictatorem C. Maenium rei in Campanos gerendae, non quaestionis in eos exercendae caussa fuisse dictum. Livius alios secutus annales dissentit. WESS.

378. 77. *Αὐτοὺς ἀνεῖλον*] *Itaque sive timore eius, seu*

conscientia, *Calavios*, *Ovium Noviumque*, (*ea capita coniurationis fuerant*) *priusquam nominarentur apud dictatorem*, *more haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit*; hactenus Livius dicto loco. Wess.

378. 82. *Γάϊος Ἰούνιος*] Supple *δεύτερον* ex Livio (L. IX. 28.) Licet has vices rarissime annotet Diodorus, brevitati suae gratificans. Rhod.

378. 85. *Παρμενίων Μιτυληναῖος*] Eusebio *Παρμενίδης Μιτυληναῖος*, quod eodem redit. Wess.

378. 86. *Στρατηγὸν Πολέμωνα*] Quis fuit ille *Polemo*, de quo Diodorus solus meminit? Nullus profecto. Lege ex historia *Πτολεμαῖον*, ut infra hac eadem pagina et infra p. 742. (L. XX. 19.) Palm. Nullus dubito, quin verum assecutus sit vir eruditissimus. *Ptolemaei*, ducis Antigoni et eiusdem ex fratre nati, in his rebus frequentissima recurrit mentio, *Polemonis*, nisi sicubi illum loci possessione everterit, ut hoc et seq. capite, nulla. Supra vide cap. 57. Wess.

379. 98. *Καὶ τὰς ἐξ Ὠρεοῦ ναῦς*] Legendum esse *Ὠρεοῦ*, (licet *Ὤρου* non solum sit in excusis quibusdam codicibus, sed et in scriptis) ex initio huius paginae ac sequentis apparet. Steph.

379. 99. *Καὶ τειχίσας τὸν Σαγονέα*] *Τὸν Σαλγανέα*; quae Stephano urbs est Boeotiae. Rhod. In margine adscriptum est *Σαλμονέα*, utrobique male. Lege *Σαλγανέα*. Est enim ὁ *Σαλγανεὺς* urbs Boeotiae, de qua Dicaearchus, Strabo, Livius, Stephanus et alii. Palm. *Καὶ τειχίσας τὸν Σαλγανέα*] Instauravi urbis nomen, eoque fidentius, quod virorum doctorum coniecturae et discordes Codd. scripturae huc ducerent. In Ptolemaeo L. III. 15. neglecta una litera *Σαγανεὺς*, quod librariorum peccatum, sicuti et hoc ipsum corrigendum monuit Abr. Ortelius. Wess.

379. 12. *Ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθῶν, ὑπὲρ τῶν οἰκείων* etc.] Prima fronte videtur restitui posse hic locus addito duntaxat verbo coniunctivi modi ante vel post *ἀγωνίσασθαι*. Sed erit *Ἀντίγονος* nominativus participii *βοηθῶν*, quum potius debeat esse *Κάσσανδρος*, meo quidem indicio: quare lectionem margini adscriptam huic praefero, orationem *ἀνακόλουθον* esse dicens, et quum praecessisset, *ἢ μένοντος Κασσάνδρου περὶ τὴν Εὔβοιαν*, sequi debuisse *ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθοῦντος*. Sed in priore loco post *μένοντος Κασσάνδρου* subiungitur *αὐτὸς καταλάβῃ*, videlicet ὁ *Ἀντίγονος*. at in posteriore, quum et participium et coniunctivus ad eandem personam ferantur, dicere non potuit *ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθοῦντος ἀποβάλῃ*. ideo dixit *ἢ τῇ βασιλείᾳ βοηθῶν ἀποβάλῃ*. Steph. Hic enormis *ἀσυνταξία* est: cui scholion marginis quidem mederi, sed nimis violenta castratione, conatur. Quid? si *βοηθοῦντα* scribas, et post *Κάσσανδρον* restituas *ἀναγκάσῃ*; Rhod. Recto quidem decurret tenore Diodori oratio, si monitori Rhodomanno suffrageris eiusque laudaveris medicinam: at ea violen-

tior est atque omni schedarum veterum patrocinio caret. Res secius in H. Stephani habet expositione, cui et Codd. auctoritas pondus addit, et Graecorum saepe ex usu ordinem verborum variantium consuetudo. Illam ergo amplector, cetera lectori integra relinquens. Wess.

379. 15. *Πλείσταρχον μὲν ἀπέλιπεν ἐπὶ τῆς — φρουρᾶς*] Cassandri frater *Plistarchus* fuit, de quo Pausanias L. I. 15. et Plut. Demetr. p. 903. plura. Wess.

379. 31. *Διέδωκε — κατὰ πόλιν εἰς τὴν χειμασίαν*] Vid. ad L. XV. 38. Novi probe Illust. Scaligeri decretum in Act. Liter. Schurzfleischii p. 27., quod sermonis usu non firmari animadverto. Ecce tibi Polybium Excerpt. p. 1421. *σὺν δὲ τούτοις καὶ πλείους ἑτέρους ἐξηρίθμηται ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ὀνομάζων*. ubi *κατὰ πόλιν* citra controversiam est *ex singulis oppidis*. Adde Ioseph. L. II. B. I. cap. 10. 3. *πάντων γὰρ τῶν ὑποτεταγμένων ἐθνῶν ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ συγκαθιδρυκότων τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τὰς Καίσαρος εἰκόνας*. Et Basilium M. de Spiritu Sancto c. 7. *κατά τε χώραν καὶ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ*. Sed desino: quae alias conduxi, abunde sunt. Wess.

379. 43. *Ἐπίκαιρος γὰρ ἡ πόλις ἐστὶ* etc.] Ad Graeciae principatum retinendum Chalcide nihil poterat esse opportunius. Philippus, Persei pater, propterea eam inter *τὰς πέδας τῆς Ἑλλάδος* sive *Graeciae compedes* non inmerito numerabat apud Polyb. L. XVII. 11., Livium L. XXXII. 37. Plut. Flamin. p. 374. D. Mox *Πολέμων* rectius *Πτολεμαῖος* erit. Wess.

380. 62. *Καὶ τῶν Ὀπουντίων τὰ Κασσάνδρου φρονούντων*] In his nihil est quod offendat. Si qui tamen cum Reg. 1. sentire malint, fruantur arbitrio suo. Wess.

380. 85. *Καὶ τὸν τῆς Κεραυνίας δυνάστην*] Margini adscriptam lectionem comprobare videtur locus quidam p. 705., in quo nomen idem legitur, sed cum *νν*. Ibi autem cum *Κερυννία* copulatur non *Λαπιθία* sed *Λάπιθος*. Pro quo secundum Stephanum *Λάπηθος* scribendum fuerit per *η*. Nam illi *Λάπηθος* urbs est Cypri, *Λαπίθη* Thessaliae. Apud Strabonem (L. XIV. p. 1001.) scriptum est *Λάπαθος*. Steph.

380. 86. *Τὸν τοῦ Μαλιέως*] Si hoc non est parentis Stasioeci proprium, ut *τὸν τῶν Μαριέων*, scilicet *βασιλέα*, legam, certa ratione adducor. Est enim *Μάριον* (pro quo alibi *Μάριος* perperam in historia nostra legitur) urbs Cypri, cuius gentile *Μαριεὺς*, ut Stephanus docet. Ideo haud scio an non supra p. 705. A. legendum sit *Μαριέων* pro *Μανέων*, *Mariensium* non *Manensium*: quorum idem Stasioecus rex ibi nominatur. Rhod. Non repeto, quae de *Lapetho* et *Mario*, Cypri oppidis, scripta superius sunt ad huius lib. c. 62. Wess.

381. 93. *Ποσίδειον καὶ ποταμοὺς Καρῶν*] Non memini

Ποταμοὺς Καρῶν alibi legere. Flumen Syriae *Καῤῥὰ* est in Stephani *Κάῤῥαι*, a quo id Mesopotamiae oppidum nomen indeptum fuisse ait. Sed id ab ora Syriae superioris maritima, de qua heic loci, aberat longius. *Posideum* non obscura Syriae urbs erat prope Orontis ostium ex Ptolemaeo L. V. 15. atque aliis. Ipse auctor eius commeminit Excerpt. Peirescian. p. 378., ubi prave nunc *Πισίδιον*. Wess.

381. 12. *Σταθμοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας*] Quidam *mansiones* reddunt, de quibus lege Herodotum (L. V. 53.) ubi singulis CL stadia tribuit, quae quinque milliaria Teutonica, demto quadrante cum duobus stadiis efficiunt. Stathmi igitur XXIV constituunt CXII milliaria cum dimidio, si XXXII stadia pro uno milliari acceperis. Rhod. Herodotus non dicit *σταθμὸν* aequare CL stadia, sed diurno itinere totidem stadia posse absolvi: nec longe tamen ab isto intervallo afuisse videtur. Graeci saepe itinera *σταθμοῖς*, ut Latini *castris* metiuntur. Noster quidem certe L. XIV, 29. *σταθμὸν* de diurno itinere accepit. Nam quod apud Xenophont. *Ἀναβ.* L. IV. p. 265. de Graecis *ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν διὰ Χαλύβων ΣΤΑΘΜΟΥΣ ἑπτὰ* legitur, id ipse expressit *διῆλθον ἐν ἡμέραις ἑπτά*. Unde manifestum est, citatissimo itinere usum fuisse Antigonum, qui VI diebus *σταθμοὺς* sive *mansiones* XXIV percucurrerit. Mallem autem in praecedentibus *ἓξ ἡμέραις*, etsi non nesciam, quid vulgato patrocinetur. Wess.

381. 28. *Περὶ τὴν παλαιὰν Γάζαν τῆς Συρίας*] Mirum est Gazam hic semel iterumque *παλαιὰν* adpellari, et *Παλαιγάζαν* in Dexippi fragmento apud Syncellum Chronograph. p. 266. Fuitne duplex olim *Gaza*, uti *Tyrus* et *Palaetyrus*? Ita puto. Vide ordinem rei gestae. Ptolemaeus castra metatur ad Palaegazam: eandem in urbem suas copias coegit Demetrius. Pugnatur. Victus abit Demetrius, retroceditque cum equitibus ordines servantibus Gazam usque: mox ubi sub solis occasum Gazam praeteriisset, equitum aliqui in urbem se, res suas ablaturi, recipiunt, et ab insequente Ptolemaeo una cum urbe capiuntur. Haec cap. 84. Quae quidem, nisi plane erro, ita comparata videntur, ut *Palaegaza* et *Gaza* diversae sint censendae, nec longo tamen intervallo disseptae. Putares *Παλαιγάζαν* eam esse, quam Alexander expugnatam evertit, quoniam de illa Strabo L. XVI. p. 1102. A. *κατεσπασμένη δ' ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μένουσα ἔρημος*, *eversa ab Alexandro Gaza est, manetque deserta.* Verum obstat situs, qui nobilissimae Gazae, quam Alexander occupavit, idem mansit: habent praeterea ultima Strabonis verba plurimum difficultatis; neque enim verum est, quod et viri docti dudum viderunt, Gazam post Alexandri tempora desertam durasse. Diodorum, quem illi neglexerunt, advocabo. Refert huius lib. cap. 59. Antigonum *Ioppen* et *Gazam*, quod dicto audientes non erant, pugnando cepisse. tum eamdem Gazam a Ptolemaeo fuisse subactam cap. 84.

eumdemque principem Ioppen, Samariam et Gazam, adventante maximis cum copiis Antigono, destruxisse, infra c. 93. Haec, alia ut mittam, Strabonis ista *καὶ μένουσα ἔρημος* sollicitant vehementer, paeneque efficiunt, ut cum Palmerio adscititia autumem, praesertim quoniam Xylander vertendo eadem praeteriit. Utcunque id ceciderit, persevero ea in opinione, duplicem fuisse Gazam, proboque illa Hieronymi de Loc. Sacr. vehementer, *antiquae civitatis* (Gazae) *locum vix fundamentorum praebere vestigia: hanc autem, quae nunc cernitur in alio loco, pro illa, quae corruit, aedificatam.* Adi nunc ad S. Lucae A. A. cap. VIII. 26., ubi de Gaza *αὕτη ἐστὶν ἔρημος*, et hanc *Palaegazam*, missis eruditorum fluctuationibus omnibus, intellige. Habet de duplici Gaza Palmerius etiam Exercit. p. 85. nonnulla, quae, ut alias fortasse ostendam, consistere non possunt. Vid. et not. in Antonini Itiner. p. 151. Wess.

381. 36. *Καίπερ νέος ὢν παντελῶς*] Annis XXII non maior. Confer supr. c. 69. Wess.

382. 50. *Τοῦ τε πατρὸς ἤδη γεγηρακότος*] Suidam haec, et quae consequuntur, exscripsisse in *Δημήτριος*, L. Kustero minime latuit. Wess.

382. 53. *Ἔτι δὲ κεκοσμημένος ὅπλοις βασιλικοῖς*] Mera *παραδιόρθωσις* est Reg. 1. scriptura: vulgatam Suidas quoque tuetur. Erat Demetrius *ἰδέᾳ καὶ κάλλει προσώπου θαυμαστὸς καὶ περιττὸς*, omnemque fictorum et pictorum artem frustrabatur, Plut. Demet. p. 889. D. teste. Astris propterea et soli, astrorum pulcerrimo, comparatur in Ithyphallico carmine apud Athen. L. VI. 15., sicuti probe monuit magnus Animadversor. Conf. infra L. XX. 93. Wess.

382. 77. *Καὶ πλαγιοφύλακας τὰς ἴσας*] Scio *φύλακας* et *φυλάκους* veteres subinde probasse, decretumque Eustathii in Homer. p. 1365. illa de re, nec hic tamen recipio. Superius cap. 28. *πλαγίας φυλαττούσας ἔξω τοῦ κέρατος ἴλας* nuncupavit. Wess.

383. 10. *Ἔταξαν δὲ ἐπὶ τοῦ κέρατος τοῦ τῶν* etc.] Scribe *ἐπὶ τοῦ κέρατος τούτου τῶν ἱππ.*, ut post pauca *προέταξαν τοῦ κέρατος τούτου καὶ τὰ ψιλικά.* Wess.

383. 13. *Κομίζοντας χάρακα σεσιδηρωμένον*] Sollemne ad beluarum equitumque impressionem impediendam inventum erat *κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς ἢ σανίδας ἐμβάλλειν κεντρωτὰς*, uti Plut. in Apophthegm. p. 200. B. loquitur. Relege quae dicta ad L. XVIII. 71. fuerunt. Wess.

383. 34. *Κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐπιστροφὴν*] Nihil moveor illorum Codd. imperio, haec qui mutant. Tritum est in Graecorum militia *ἐπιστροφῆς* vocabulum apud Aelianum Tact. c. 31., dicunturque *ἐπιστροφὴν ποιεῖσθαι*, qui in hostem iterum sese convertunt. Wess.

383. 51. *Τινὰ μὲν αὐτῶν περιεπείροντο*] De verborum structura dictum supra L. V. 8. fuit. WESS.

384. 60. *Ἄπρακτον ἐποίει τὴν βίαν αὐτῶν*] Si ἡ τοῦ χάρακος πῆξις praecederet, nihil hic quidem salebrosi foret. Nunc verba consideranda, ac si dictum τοῖ *Πτολεμαίου — προεωραμένου* fuisset, quod praeter morem Diodoro atque aliis haud accidere, notum est. Vide hoc L. XIX. 96. *τῶν δὲ περὶ Ἀθήναιον κατηγόρει, φάσκων — ὑπ' αὐτοῦ* etc. WESS.

384. 88. *Διελθὼν σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίους*] Usus his est Cel. H. Relandus Palaestin. L. II. 14. ut quantum Gaza ab urbe Azoto afuerit, demonstraret: non male quidem ille, quamquam revera intervallum indicatur, quo Palaegaza et Azotus disseptae erant. WESS.

384. 96. *Ἔπεσον μὲν πλείους τῶν πεντακοσίων*] Haec sana praestare nolo. Caesorum numerus pro cladis eius magnitudine et multitudine captivorum minor est. Puto fuisse *πλείους τῶν πεντακισχιλίων*, quem numerum Plutarchus edit in Demet. p. 891. A. *ἐσφάλη περὶ πόλιν Γάζαν ἡττηθεὶς* (Demetrius) *ὀκτακισχιλίων ἁλόντων καὶ πεντακισχιλίων ἀποθανόντων*. Ut ut erat, in tempore pugnatae huius pugnae egregie Diodoro convenit cum Castore Chronographo apud Ioseph. L. I. C. Apion. c. 22. p. 455. WESS.

385. 7. *Καὶ συνθέμενος πάλιν πρὸς αὐτὸν*] Ordo sermonis *πρὸς αὐτοὺς* expostulabat. At Diodorus ad unum transit Seleucum, quem Babyloniae possessione everterat contra datam fidem Antigonus. Ceterum Iustinus Demetrio privatum omne instrumentum ac familiam a Ptolemaeo fuisse redditam, adiecto hoc verborum honore scribit. *Non se propter praedam*, sed *propter dignitatem inisse bellum; indignatum quod Antigonus devictis diversae factionis ducibus, solus communis victoriae praemia corripuisset* L. XV. 1. WESS.

385. 11. *Προσέταξεν ἐπὶ τὰς ναυαρχίας διελεῖν*] Non audeo citra Codd. auctoritatem *τὰς ναυαρχίας* configere: ingenue tamen ut fatear, *τὰς νομαρχίας* scripsisse autor videtur. Omnis Aegyptus, uti notissimum, in Nomos sive *νομαρχίας* erat descripta: per quas praefecturas conmodius capti, ut custodirentur, distribui potuerunt, quam per navium, quod vulgata requirunt, praefecturas. Sed ea coniectura est. WESS.

385. 14. *Ἐπῄει τῶν κατὰ Φοινίκην πόλεων* etc.] Cultius si autumaveris ex Reg. 1. *ἐπῄει τὴν κατὰ Φοινίκην, τῶν πόλεων* et reliq., me adstipulatore uti poteris. Vulgatum tamen sedem tueri passus sum, quod et id patronos nancisci posset. WESS.

385. 23. *Σιδῶνα μὲν προσηγάγετο*] Ineptus essem, de Sidone si commentari instituerem: incidit tamen, quod *ἀπροσδιόνυσον* non videbitur. Appellatur urbs in Iosuae cap. XI. 8. צידון רבה, *Σιδὼν ἡ μεγάλη*. qui titulus urbis amplitudinem et celebritatem describens interpretum quorundam animum advertit:

quaerunt nodos, ubi nulli sunt. Audiamus Rabanum Maurum L. II. in Ios. p. 728. Tom. IX. Ampl. Collect. ed. Martene, *vocat autem — etiam eos, qui circa Sidonem magnam sunt. Ego quidem cum in locis Sidonis aliquotiens demoratus sim, nunquam comperi, duas esse Sidonas, unam magnam, aliam parvam, quantum ad terrenum pertinet locum.* Tum rem ut expediat, allegoriis et mysticis disputationibus absurdissime abutitur, quas tangere nolo. Vide vero quid Rabani ex verbis conficiat doctissimus libri editor ibid. p. 668. *Inter alia praeclara*, inquit, *quae plurima huic operi inspersit, disces (Lector) commorationem eius nonnullam in Orientis partibus, cuius nec Rudolfus, nec Trithemius meminere. Sic enim habet in illa verba capitis XI.* 8. usque ad Sidonem magnam. Ego quidem cum in locis Sidonis etc. *Atque haec Rabani peregrinatio referenda videtur in iuveniles eius annos, cum necdum esset Fuldae magister, fortasse nec monachus, nedum abbas Fuldensis, aut archiepiscopus Moguntinus.* Ecquando ergo, liceat mihi rogare? Operae utique pretium fuisset commonstrare, Ludovici Pii, Lotharii et Caroli Calvi aetate Syriam et Palaestinam Christianorum ex Europa peregrinationibus adeo fuisse frequentatas, ut Rabanus Sidone *aliquoties commorari* sine incommodo quiverit. Sed quid circuitione utor, et virum doctum ad incitas urgeo? Nunquam de se Rabanus, etsi suo in libro, professus est ea. *Codicem enim ex sanctorum patrum dictis, in historiam Iesu Nave sensu allegorico prolatis*, uti ipse ad Fridericum, nostrae urbis olim praesulem, perscripsit, studiose collegit, et ea quidem religione, ut una cum pulvisculo, quod dici solet, ex Origenis in Iosuam Homiliis a Rufino Latina veste indutis, abraserit omnia. Contende utrumque opus, et nihil olim ex tripode verius pronuntiatum reperies. Quin ipsa illa, quae scribenti ansam praebuerunt, verba Homil. Rufini XIV. in Ios. p. 430. ed. Paris. leguntur omnia. Id vero Theologo latuisse et Benedictino e S. Mauri societate mirarer profecto, ni vastam considerarem monumentorum, undique labore incredibili conductorum, molem, quae singulis attentiorem animi curam negavit. Redeo ad Diodorum. Wess.

385. 29. Ἐλοιδόρησε φορτικῶς] Sententiam non male expressit Interpres *gravissimis conviciis incessit*, etsi odiosum quiddam atque insolens designet vocabulum istud. Non me quidem fugit M. Ant. Mureti in Aristotel. Ethic. L. I. 5. asperior contra Lambinum disputatio, at *ridiculum* et *sordidum* ut ubique τῷ φορτικῷ probissime congrueret, nunquam efficere potuit. Wess.

386. 53. Τὰς μὲν ναῦς — ἀπέδωκε] Non proscribo ἀπέδωκε, nec caussam video, cur ἀπέδοτο aliarum schedarum damnari debeat. Potuit Telesphorus accepto pretio naves hostibus vendere, potuit easdem Antigoni praefectis reddere. Tacent monumenta, arbitriumque eligenti relinquunt. Wess.

386. 73. *Παρέλαβε τὴν Κυλλήνην*] Supra vide huius lib. c. 66. Wess.

386. 78. *Ὑπὸ Ἀρύβλου τοῦ πατρὸς*] Hunc alii scriptores *Arybban* nuncupant. Magnus fuit avunculus Alexandri Magni: Alcetas frater est Aeacidae. Vide R. Reineccium in Molossici regni descriptione. Rhod. Lege Ἀρύμβου, vel Ἀῤῥύβου. nam utroque modo legitur apud auctores. Palm. Praestat Ἀρύμβου. Vide not. in L. XVI. 72. Erat Alcetas ingenio truci et iracundo, fueratque propterea a patre regia domo expulsus. Pausaniae hoc debemus L. I. 11. p. 27. Ἠπειρῶται δὲ Ἀλκέταν ἐπὶ βασιλείᾳ κατεδέξαντο, Ἀρύμβου μὲν παῖδα καὶ ἀδελφὸν Αἰακίδου πρεσβύτερον, ἀκρατῆ δὲ ἄλλως θυμοῦ, καὶ δι' αὐτὸ ἐξελασθέντα ὑπὸ τοῦ πατρός. Wess.

386. 84. *Περὶ Κασσωπίαν πόλιν*] Duplicem Cassiopen, sive Cassopen maritimam et mediterraneam Ptolemaeus habet L. III. 14., quarum hanc huius esse loci I. Palmerius arbitratur Graec. Veter. L. II. 4. p. 266., me non invito. Altera illa mediterraneae videtur navale et portus fuisse. Reliquas Cassopiae urbes annumerat Demosthen. Or. de Halon. p. 52., neque multum refert *Κασσωπίαν* scribas an *Κασσιοπίαν*. Conf. Itiner. Anton. p. 521. Wess.

386. 93. *Κατέφυγεν εἰς Εὐρυμενὰς, πόλιν Ἠπειρωτικὴν*] *Eurymenas* Thessaliae urbem in Magnetum finibus Scylax Peripl. p. 60. Stephanus ex Hecataeo et Livius L. XXXIX. 25. memoraverunt, Diodorus Epiroticam ait, quam rem admiratione dignam profitetur Cl. Iac. Gronovius ad Stephanum. Mihi eadem non videtur, additoque πόλεως Ἠπειρωτικῆς titulo a Thessalica clarissime discerni. Wess.

387. 13. *Ὅτι τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες*] Vid. huius libri c. 78. Wess.

387. 28. *Αὐτόν τε κατέσφαξαν καὶ δύο τῶν υἱῶν*] In regnum redux sibi subiectis furibunde adflixerat. *Καὶ τότε ἥκων* (Alcetas) *ἐξεμαίνετο εὐθὺς ἐς τοὺς Ἠπειρώτας· ἐς ὃ νύκτωρ αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας ἐπαναστάντες ἔκτειναν* Pausanias inquit L. 1. 11. p. 27. Wess.

387. 33. *Οὐ πλείους τῶν ὀκτακοσίων* etc.] Paullo aliter Appianus de Syr. Bell. p. 196. *καὶ πεζοὺς ἐς τοῦτο* (ad Babylonem recuperandam, Ptolemaeus) *ἔδωκεν αὐτῷ χιλίους καὶ τριακοσίους ἱππέας*. Wess.

387. 57. *Ἐν μὲν γὰρ Βραγχίδαις αὐτοῦ χρηστηριαζομένου*] Aliud responsum, Seleuco de futura felicitate ab Apolline Didymeo redditum idem Appian. ibid. p. 198. servavit. Forte utrumque regem movit Seleucum, ut Milesiis ἐς Βραγχίδας remitteret Apollinis aheneam statuam, quam olim Xerxes Ecbatana deportari iusserat, apud Pausan. L. 1. 16. p. 39. Wess.

388. 62. *Διότι πάντα γίνεται τὰ καλὰ — — διὰ πόνων*] Eadem Democriti sententia, suadentis τοὺς πόνους διώκειν, δι᾽ ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίνονται τοῖς ἀνθρώποις in Plut. adv. Colot. p. 1126. A. et Xerxis, qui ad Artabanum μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι apud Herodot. L. VII. 50. et cuius tandem non, modo ne vecors fuerit? Praeclare Philo Iud. de Sacrif. Abel. et Cain. p. 134. B. Ἀρχὴν γὰρ, εἰ δεῖ τ᾽ ἀληθὲς εἰπεῖν, παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ θεὸς ἀνέδειξεν ἀνθρώποις πόνον, οὗ χωρὶς τῶν καλῶν παρὰ τῷ θνητῷ γένει συνιστάμενον οὐδὲν εὑρήσεις. Wess.

388. 69. *Τῶν ἐν Καρραῖς — Μακεδόνων*] Geminatam mallem caninam literam. Carrhae enim intelliguntur, Crassi post dein clade nobilitatae, et superstitioso cultu sub Christianorum imperio infames. Conf. not. in Hierocl. Synecd. p. 714. Wess.

388. 93. *Σέλευκος — ἀνεκτήσατο τὴν Βαβυλωνίαν*] Haec sunt initia nobilissimae per Orientem aerae Seleucidarum, quam cum recepta Babylonia et anno primo Olymp. CXVII. inchoandam esse, clarissimum in modum patefecerunt viri eruditi. Praeter ceteros inspice H. Norisii Epoch. Syromaced. Dissert. II. I. p. 70. Wess.

388. 9. *Καταπεφρονηκότων καὶ etc.*] Lego καταπεφρονηκότως, qua voce utitur alibi, ut sint copulata duo adverbia καταπεφρονηκότως καὶ ῥαθύμως. Steph. Si cuius animo allubescat pro vulgato certare, fruatur arbitrio suo. Mihi H. Stephanus verum assecutus videtur. Mox c. 93. de Cille ipsemet Diodorus, στρατοπεδεύειν καταπεφρονηκότως, et de Athenaei militibus c. 95. καὶ ῥαθύμως ἔχοντες τὰ περὶ τὰς φυλακὰς, tum interiectis paucis, τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀθήναιον στρατοπεδευσάντων ΚΑΤΑΠΕΦΡΟΝΗΚΟΤΩΣ. Wess.

389. 18. *Τὰ δὲ προσκόπτοντες τοῖς — πραττομένοις*] Hoc retinendum censeo, tametsi προσταττομένοις non male convenire huic loco videatur. Infra simili in re L. XX. 4. ὁρῶν — δυσχεραίνοντας τοῖς πραττομένοις. Scripturae compendium ut πράττεσθαι et προστάττεσθαι ab amanuensibus confunderentur, effecit. Vid. L. I. 2. et III. 53. etc. Wess.

389. 20. *Ἔφυγε μετὰ τῶν φίλων διὰ τῆς ἐρήμου*] Eumdem tamen pugnando Seleucus occidit deinceps. Appian. Syr. p. 197. Νικάτορα, ita hominem adpellat perpetuo, κτείνας αὐτὸς ἐν τῇ μάχῃ, τὸν ὑπ᾽ Ἀντιγόνου Μηδείας σατραπεύειν ἀπολελειμμένον. Conf. ibid. p. 200. Wess.

389. 37. *Περὶ Μυοῦντα*] Syriae hanc urbem, neque enim Ioniae Myuntis ratio ulla esse potest, alibi reperire non memini. Plutarchus expeditionem Cillae, et quomodo a Demetrio sit circumventus, memorare non neglexit in Demetrio p. 891. C., sed nihil de Myunte, in cuius scriptione cum schedae conspirent veteres, a suspicionibus abstineo. Wess.

389. 43. *Τὴν ἧτταν ἀναμαχήσασθαι διειλήφθη*] Si posterius displiceat verbum, quoniam de Demetrio sermo est, *διειλήφει* adsumi potest. *Ἀναμαχήσασθαι* necessarium videbatur, de quo plura ad L. XVI. 19. Wess.

389. 50. *Ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας*] Saepe Antigonus amoena ista in urbe, si otium esset, morari solebat. Inspice Plut. Demet. p. 891. D. Wess.

390. 68. *Ἀχρὴν μὲν τῆς Φοινίκης Συρίας*] Lege *Φοινικοσυρίας*. Rhod. Non opus esse, ut in his quidquam mutetur, videbis ex H. Relandi Palaest. L. I. 9. *Acen*, quae Ptolemais deinde fuit, supra L. XV. 41. illustravimus. Wess.

390. 71. *Ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν*] Vide C. Sigonium Emendat. L. I. 4. et I. Fr. Gronovium Obs. L. III. 22. Pervulgatum est in praeda, quae aut abigitur aut aufertur. Herodotus L. I. 88. *ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά*. Ioseph. Ant. L. II. 10. 1. *ἐμβαλόντες εἰς τὴν χώραν, ἔφερον καὶ ἦγον τὰ τῶν Αἰγυπτίων*. Aliud longe indicat in his Pselli de Daemon. Oper. p. 21., cum de daemone, qui se incredibili insolentia iactarit *τῶν ἐπιγείων ἁπάντων δημιουργὸν ἄγειν τε καὶ φέρειν τὸ ἐγκόσμιον πᾶν*, i. e. *terrestrium omnium creatorem, quique res in mundo omnes regat atque administret.* Quo etiam modo Plut. T. II. p. 486. E. *ὁ ἀδελφὸς ἄγει καὶ φέρει πάντα, καὶ θαυμάζεται*, *frater administrat et omnia curat, estque in admiratione.* Interpres Pselli aliud sectatus est. Ceterum *ἄγειν ἢ φέρειν* si commodius autumaveris, succurret Plut. Demet. p. 891. F. *ἐκ δὲ τῆς χώρας ὅσα φέρειν ἢ ἄγειν ἠδύνατο* etc. Nec res tamen magni momenti. Wess.

390. 74. *Ἐπὶ τὴν χώραν τῶν — Ναβαταίων*] Imperito amanuensi debetur *νομάδων* vocabulum. Vid. Plut. Demet. p. 891. E. in tempore susceptae huius expeditionis Nostro egregie consentaneum. Wess.

390. 88. *Μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν* etc.] Rechabitarum idem olim mos, idem institutum. Ipsimet profitentur apud Ieremiam vatem c. XXXV. 7. imperatum sibi a maioribus fuisse, לא תשתו יין אתם ובניכם עד עולם ובית לא תבנו וזרע לא תזרעו וכרם לא תטעו ולא יהיה לכם כי באהלים תשבו כל ימיכם. *Vinum ne bibite in perpetuum, nec vos, nec liberi vestri: domum ne struite, frumentum ne serite, neque vitem plantate, neque sit vobis illa, sed in tentoriis habitate semper.* Qui quidem Rechabitae cum ex Kineis genus deducant, Kinei vero Iethronis, soceri Mosis, eadem olim, quae Nabataei, loca incolentis, sint posteri, adparet ab antiquissima aetate hanc vitae disciplinam in Arabia convaluisse, eamque a Rechabitarum maioribus in terram Palaestinam fuisse inportatam. Mansit Saracenis, indidem ortis, eademque Arabiae loca incolentibus, in sera tempora idem ferme vitae usus: *nec eorum quisquam*, verba Ammiani sunt e L.

XIV. 4., *aliquando stivam apprehendit, vel arborem colit, aut arva subigendo quaeritat victum.* tum post pauca, *victus universis caro ferina est, lactisque abundans copia, qua sustentantur, at herbae multiplices — et plerosque nos vidimus* FRUMENTI *usum et* VINI *penitus ignorantes.* Cetera mitto, id quod dixi, comprobantia. Uberius enim rem declaravi Observ. L. II. 2., ubi, si tanti putes, vide. Wess.

390. 92. *Διαλαμβάνοντες τοὺς ταῦτα κτωμένους* etc.] Forte inter caussas instituti et ea fuit, quam Diodorus memorat, quamquam vitae genus, quod amplexi erant, et soli, in quo agebant, ingenium, hos mores paene requirebat. Habitabant loca *οὔτε σῖτον, οὔτε οἶνον*, ut ipsi infra c. 97. aiunt, ferentia: praeterea pastores erant, incertis sedibus semper vagi. Quare nec frugibus, neque vitium atque arborum culturae studere ex commodo poterant. Wess.

390. 2. *Διαδεχόμενοι παρὰ τῶν κομιζόντων* etc.] Confer superius L. III. 42. Wess.

391. 10. *Ὀρύγματα μεγάλα ποιοῦσιν*] Easdem cisternas attigit L. II. 48. Wess.

391. 19. *Ποτίζουσι δὲ καὶ τὴν λείαν*] His in notar. suarum Correct. adscripserat Rhodomannus, pro *λείαν* posse etiam legi *ἀγέλην*, sed eodem vocabulo tamen iterum Diodorum uti, quod verum est, et *λείαν* non esse mutandum clamat. Vide ad huius libri c. 21. Wess.

391. 23. *Τὸ πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων καὶ μέλι πολὺ* etc.] Puto copulam sedem suam migrasse scriptumque olim fuisse *πέπερι καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων μέλι* etc. Nam cui bono *πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων* scriberetur? neque enim aliunde haberi posse, veteres autumaverunt unquam. Ad mellis eius ingenium indicandum prorsus opportunum erat, *ἀπὸ τῶν δένδρων* colligi. In Arabia enim variisque aliis Asiae locis mel quoddam in arborum folia depluit et concretum colligitur. Polyaenus *ὗον μέλι*, Amyntas *ἀερόμελι*, quod in poculis dilutum bibatur, vocat, sicuti superius L. XVII. 75. declaravimus. Ad hoc Aelianus Hist. Anim. L. V. 42. *ἐν Μηδίᾳ δὲ ἀποστάζειν τῶν δένδρων ἀκούω μέλι.* Aristoteles Admirand. non longe a principio, *φασὶ δὲ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ μέλι γίγνεσθαι πολύ.* Isidorus Origin. L. XX. 2. *Siquidem huc usque in India et Arabia colligatum* (mel) *reperitur, ramis inhaerens in similitudinem salis.* Quae quidem omnia ad firmandam coniecturam videntur abunde esse. Iam cum Ioannis Baptistae, in Iudaeae desertis, ipsaque adeo Nabataeae vicinia, agentis *τροφὴ* fuerint *ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον*, S. Matthaeo referente Evang. c. III. 4., non absurda eorum suspicio est, qui hos de melle cogitaverunt. Vetus scriptor in *Ἀκρὶς* apud Suidam, *ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ Πρόδρομος καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον, MANNA τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται.*

Et eius sententiam qui amplexus est, Cl. Salmasius Dissert. extrema de Manna, tum H. Relandus, hoc ipso Diodori loco usus, Palaest. L. I. 57. Non me fugit, quid obmoveri possit, oppositumque illi sententiae sit a Cl. Altmanno in Dissert. quas Tempe Helvetica T. I. p. 61. exornat. Sed revera mel istud magis commonstrat tenuem S. Ioannis victum, quam mel, quod ab apibus in arborum truncis et scopulorum rimis deponitur. Et quis illud ἄγριον esse dixit? Novi ex Plinii L. XI. Hist. Nat. c. 16. *genus mellis, minime probatum, silvestre*, quod tamen aliud erat, convehi post primos autumni imbres, cum erice sola floret in silvis, ad alvearia solitum. Verum desino, arbitriumque suum cuique relinquo. Wess.

391. 30. *Ὑπογυίου δ' αὐτοῖς οὔσης πανηγύρεως*] Ea esse videtur, de qua Diodorus L. III. 43. Wess.

391. 33. *Ἀπολιπόντες ἐπί τινος πέτρας*] Ita si scripsit, celsius quoddam saxum agri Nabataei intellexit, ego vero dubito. Erat ea in regione urbs Petra, totius Nabataeae metropolis, Nostri L. III. 42. et Strabonis L. XVI. p. 1112. nemini non cognita. In illam conduxisse videntur bona, quae moveri poterant, etiam senes, uxores, libererumque capita, praesertim loco oppertuno et scopulis incincto positam, tametsi, uti statim sequitur, muris non circumdatam. Omnia quidem certe, quae succedunt, urbem postulant. Fors ergo ἐπὶ τῆς Πέτρας fuit olim. Wess.

392. 72. *Ταῖς γὰρ εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν etc.*] Non abludit Isidori Pelusiotae L. II. Ep. 296. *εἰώθασι γὰρ ἄνθρωποι, οἷς ἀδόκητος μάλιστα εὐημερία ἐπιπίπτει, εἰς ὕβριν χωρεῖν.* Verumque adeo est et usu conprobatum, fortius saepe adversas res et prudentius tolerari, quam secundas. *Δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ* Gobryas elegantissime inquit in Xenophontis Cyroped. L. VIII. p. 175. Wess.

392. 82. *Ἐπιστολὴν γράψαντες Συρίοις γράμμασι*] Literas Assyrias *Σύρια γράμματα* adpellare amat. Vid. L. II. 13. et XIX. 23. Hinc vero discimus, Nabataeos Arabes iisdem olim literis fuisse usos, quibus Assyrii et Hebraei: neque diffiteri Arabes possunt, novitia sua esse elementa, ultro agnoscentes ipsi vetustiorum sua in gente olim usum fuisse, quae ex normae Hebraicae progressu אבגד הוז *Abgad Hevez* fictis vocabulis adpellitabantur. Ordo, nomina, figurae ab Hebraeis non discrepabant. Conf. Ed. Pocockium Specim. Histor. Arab. p. 155. et praeter ceteros Alb. Schultens in elegantissima Dialect. Clavi c. 2. p. 321. Wess.

392. 89. *Βουλόμενος ὑπαγαγέσθαι — εἰς ῥᾳθυμίαν*] Illustravit hoc genus And. Donnaeus ad Demosthen. Orat. de Pace p. 98. Wess.

393. 8. *Φέρειν ἄπυρα σῖτα*] Supra ἄπυρα σιτία. Sed eodem redit. Conf. Suidam in Ἄπυρα, Eustathium in Homer. p. 1704. quaeque adscripta sunt huius libri c. 37. Wess.

393. 19. *Οὔσης μιᾶς ἀναβ. χειροποιήτου*] Vide L. II. 48. *Λείαν* Interpres de *praeda* iterum accipit. Tu pecudum greges intellige. Wess.

393. 29. *Βασιλεῦ Δημήτριε*] Aut errant Nabataei, aut Demetrio blandiuntur; nondum enim *regis* titulo Antigonus Demetriusque insignes erant. Ceterum persimilis, quod commodum huic loco adscripserat Camusatus, oratio Sandanis est ad Croesum regem apud Herodotum L. I. 71. Wess.

393. 33. *Εἰς τὴν χρείαν*] In Stephanica ἐκδόσει operarum errore εἰς τῆς χρείαν erat; quod vitium bene Rhodomannus correxit. Wess.

393. 45. *Ἀλλὰ — δούλους ἕξεις ἀθύμους*] Videri potest parum hic necessarium vocabulum *δούλους*, neglectum quoque a Reg. 2. et Basil., quibus tu si adstipuleris, feram equidem, nec proscribam tamen. Constat eo praesente haud male sententia. Wess.

393. 58. *Κατὰ μέσην τὴν σατραπείαν τῆς Ἰδουμαίας*] Lacum Asphaltiten L. II. 48. in Nabataeorum regione locat: unde non inmerito suspectae sunt, praetereunturque quibusdam in libris *τῆς Ἰδουμαίας* voces. Servandae si sint, dicendum erit, Idumaeae provinciam suo ambitu lacum istum fuisse conplexam: quam in rem opportuna erunt haec Hieronymi ex Comment. in Obad. c. 1. *Omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque Petram et Ailam (haec est enim possessio Esau) in speculis habitatiunculas habet.* Nam ab Eleutheropoli Palaestinae ad Petram Nabataeorum porrecta si fuit Idumaea, lacus utique *κατὰ μέσην τὴν σατραπείαν τῆς Ἰδουμαίας* fuit. Wess.

394. 63. *Τῶν καθ' ὕδατος εἰωθότων ζώων*] Infinitivum deesse, qui cum *εἰωθότων* iungatur, perspicuum est: eum autem ex p. 92. (L. II. 48.) addere possumus, ubi eadem habentur, legiturque *εἰωθότων ζώων εἶναι*. Steph.

394. 75. *Ὀσμὴ — — πνεύματος μοχθηροῦ*] Deest L. II. 48. *μοχθηροῦ* vocabulum, quam omittendi eius causam habuisse videntur librarii. Ego retineri posse puto: addenda tamen praepositio est, quam neglectam bene in Addend. advertit Rhodomannus, scribendumque *μετὰ πνεύματος*, ut L. II. 48. Cetera, quae lacum spectant, dicto loco illustravimus. Wess.

394. 96. *Ἐπικάθηνται οὐ πλείω τριῶν*] *Πλείους* pro *πλείω*. nam id et constructio et sensus exigit. Rhod. Paene praefero *ἐπικάθηνται τρεῖς* ex Reg. 1. Solet tamen Diodorus illud *πλείω* novo quodam modo usurpare adverbii potestate instructum. Vid. ad L. I. 92. et XIII. 94. Wess.

394. 5. *Οὐ καταδύεται, — ἀλλὰ ἐπινήχεται τοῖς* etc.] Vespasianus ἐκέλευσέ τινας, νεῖν οὐκ ἐπισταμένους, δεθέντας

ὀπίσω τὰς χεῖρας, ῥιπτοῦνται κατὰ τοῦ βυθοῦ, καὶ συνέβη πάντας ἐπινήξασθαι in Ioseph. L. IV. B. Iud. c. 8. 4. Mitto Galenum aliosque plures, ab H. Relando Palaest. L. I. 38. diligenter in unum conductos. Wess.

395. 15. *Μὴ μιγνυμένης γὰρ καθάπερ τοῖς λοιποῖς ἀρώμασιν* etc.] Confer not. in L. I. 91. et quae Io. Nardius observavit de bitumine, in ventre cadaverum Aegyptiorum Florentiae animadverso, ad Lucretii L. VI. p. 637. Wess.

395. 27. *Ἐπιμελητὴν ἀπέδειξεν Ἱερώνυμον*] Non *Ἱερώνυμον* sed *Ἀντίγονον* habet vulgata editio: pro quo *Ἱερώνυμον* ex nostris exemplaribus recte repositum esse cum ex aliis tum ex Pausania (L. I. 9. p. 23.) constat. Steph.

395. 32. *Εἰς ἑξακισχιλίους ἐπιπλεύσαντες οἱ* etc.] Ante *ἐπιπλεύσαντες* post distinctionem pone *καί*, et abiice *οἱ* subiunctum. Rhod. *Εἰς ἑξακισχιλίους ἐπέπλευσαν ἐν ταῖς — καὶ σχεδὸν* etc.] Ita locum, male antea decurrentem, ex vetustis libris instauravi. Rhodomanni proba fuisset medicina, si per schedas stetisset. Idem vir doctus paullo ante in Addend. legendum putavit *καὶ τὸ τέλος εἶλε*, quo sine iactura carebimus. Wess.

395. 41. *Καὶ τῶν — εὐτυχημάτων*] Ferri hoc potest: nec pravum tamen, modo ad Nicanorem referatur, *ἀτυχημάτων*. Vide modo libri huius c. 91. Wess.

395. 57. *Τοὺς μὲν αὐτῶν ἐκλιπόντας τὸν Εὐφράτην*] Salebrosa ea sunt. *Vix fieri potest*, ait Rhodomannus in not. Addend., *ut hic locus non sit mendosus. Quid enim est ἐκλιπόντας τὸν Εὐφράτην est? Melius conveniret διαβάντας.* A quo non dissentio. Edixit Patrocles, ut qui militum Babylone erant, pars Euphratem transirent, seque in vicina Arabiae deserta reciperent, ceteri trans Tigrin in Susianen profecti saluti consulerent. Wess.

395. 58. *Πρὸς Εὐτελῆ καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν*] Prioribus exterminatis *Περσίδα θάλατταν* scribatur: Quid enim mare rubrum cum Susiana propinquitatis habet? Nisi *κατάχρησιν συνεκδοχικὴν* esse iudices, de qua supra etiam monui. Rhod. Neutrum viri docti iustum est. Nusquam ego quidem Eutelem istum reperire memini, nec propterea tamen in exsilium ablegandus est; namque illum amanuenses ex se tanquam araneos finxisse, quis crediderit? Multo minus *θάλασσα ἐρυθρὰ* in *Περσίδα* convertenda est. Quid enim veterum in scriptis vulgatius eo Persici sinus titulo? Audi ipsum Diodorum huius libri c. 17. de Pasitigride fluvio, *καὶ φερόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς — εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐξερεύγεται θάλασσαν·* nam Persicum ibi sinum indicari, quisque videt. Plura ad Rhodomannum in ordinem cogendum adposita sunt L. II. 11. Wess.

396. 67. *Ὧν τὴν ἑτέραν εἷλεν*] Operae erit pretium Plut. Demet. p. 891. inspicere. Wess.

396. 73. Ἐν ᾧ — τὴν ἔφοδον αὐτῷ ποιήσασθαι] Praeferent ἄφοδον fortasse aliqui, quibus adsentiri nihil est necesse. Interpres scriptoris mentem belle expressit, *expeditionem.* Wess.

396. 83. Κατεστρατοπέδευσαν ταῖς τῶν Ῥωμαίων παρεμβολαῖς] Quam diversum hoc a πολεμίων! et quam ridiculum! Rhod. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. III. p. 1037. haec Diodori exscribens κατεστρατοπέδευσαν ταῖς τῶν πολεμίων παρεμβολαῖς habet, haud dubie ex Rhodomanni coniectura, quam neque ego, nisi tu Σαμνιτῶν malueris, inprobavero, modo πρὸς ταῖς etc. legatur. Wess. Σαμνιτῶν in Add. proposuerat Rhodom.

396. 88. Τήν τε Φρετομανῶν πόλιν εἷλε] Nulla hoc nomine gens in Italia. Quare in Φρετομανῶν voce corrigenda operam non abutuntur viri docti: e quibus quidem P. Faber Semestrium L. II. 7. p. 76. τῶν Σορανῶν Livio favente legit. Is enim L. IX. 24. *Iam Sora,* inquit, *capta erat, — et quos reliquos fortuna — fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque — vinctos Romam deducunt. — Omnes — virgis in foro caesi ac securi percussi, summo gaudio plebis.* Obstat tamen Fabro haud parum, quod Soranorum ea caedes ante hos duos annos in Livii annalibus peracta sit, et magnum Σορανῶν inter et Φρετομανῶν vocabula discrimen intercedat. Aliud vide Ill. Scaligeri ad libri sui marginem et Ph. Cluverii It. Antiq. L. III. p. 1037., legentium Φρεγελλανῶν. quod sese commendat melius: namque *Fregellas* hoc anno a Dictatore fuisse receptas ibid. Livius c. 28. testis est: discrepantia praeterea exigua est inter Φρετομανῶν sive ΦΡΕΤΕΜΑΝΩΝ et ΦΡΕΓΕΛΛΑΝΩΝ voces. Ad hoc suo ex codice τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν citavit C. Sigonius in dict. Livii locum. Quo minus tamen plana omnia sint, idem in caussa Livius est. Nihil de *Fregellanis* ille, Romam deductis et securi percussis. Hoc amplius ad Fregellas a Dictatore C. Poetelio rem gestam refert, de Fabio tacens, sicuti et scriptores Capitolini. Ergone alios scriptores hac in re duces habuit Diodorus? Quod cum saepe alias fecerit, dictu non absurdum est. Wess.

396. 92. Ῥαβδίσας ἐπελέκησε] P. Faber et Lexica vulgata ἐπελέκισε ex hoc Diodori loco proferunt, quo modo Excerpt. Valesii p. 409. καὶ ῥαβδίσας ἐπελέκισε. tum Eclog. 1. Lib. XXXVI. p. 906. τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας — ῥαβδίσας ἐπελέκισε. At contra scripti libri veniunt, quorum auctoritas exigua erit, si valeat Eustathii decretum, πελεκῶ περὶ ξύλων λέγεται, πελεκίζω δὲ ἐπὶ προβάτων καὶ ἀνθρώπων in Homer. p. 1531. Suidas non dissimilia prodit voc. πελεκᾷ, quibus adstipulari non vereor. Wess. Formam ἐπελέκησεν Cassio Dioni exemit Maius p. 535., afferens tum πελεκισμός Diodori Exc. Vatic. p. 95. tum ἐπελέκισε hoc ipso ex loco, quasi omnibus libris confirmatum sit.

396. 94. Κελίαν καὶ τὴν Νωλανῶν ἀκρόπολιν ἐξεπολιόρκησε] Urbis *Celiae,* non longo intervallo Venusia disiunctae, me-

minit Ptolemaeus L. III. 1. p. 74., sed ea et a Nola multum aberat, et a Livio non memoratur, *qui captae decus Nolae*, scribente, *ad Consulem trahunt, adiiciunt Atinam et Calatiam ab eodem captas.* Haec moverunt Ph. Cluverium Ital. Ant. L. III. p. 1037., ut *Καλατίαν* praeoptaret. Ego dubito. Wess.

396. 99. *Εἰς τὴν νῆσον τὴν Ποντίαν καλουμένην*] Concordat Livius L. IX. 28. Wess.

396. 1. *Τῆς εἰρήνης ἄρτι γεγενημένης*] Credo ἄρτι damnatum ab amanuensibus esse, quod Athenis aliud notaret. Criticos audi ad Aristophan. Nub. v. 1148. *διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρ' Ἀττικοῖς. ἄρτι μὲν γὰρ, ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ, πρὸ ὀλίγου.* Quorum sententiae cum Atticae eloquentiae princeps non paruerit Demosthen. initio Orat. de Leg. Fals., cur tandem in Diodoro non feratur? De pace Agathoclem inter et Messenios coalita supra c. 75. Wess.

396. 12. *Οἱ δὲ Μεσσήνιοι* etc.] Fortasse evenit hac tempestate, quod de Messeniorum nobili cive Megacle a Polyaeno proditum est L. V. 15. Paullo ante Rhodoman. *προβούλεσθαι τὴν φιλίαν* in not. Addend. corrigit, quem minime sequor. Wess.

397. 31. *Μετεμέλοντο μὲν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις*] Alibi *μετεμέλοντο τοῖς πεπραγμένοις*. Sed praepositionem, ut libitum est, addit et negligit. Conf. L. XV. 9. et huius lib. c. 75. Wess.

397. 48. *Ἐπὶ τὴν Κεντοριππίνων πόλιν*] Rectius *Κεντοριπίνων*, etiam post pauca, fuerit, uti L. XIII. 83. et XIV. 78. Wess.

397. 61. *Τὴν μὲν ἐξ Ἀθηνῶν*] Videtur deesse accusativus qui cum *τὴν* iungatur. Steph. Praecessit *φορτηγοῖς πλοίοις*, sequi proin debuerat *τὸ μὲν ἐξ Ἀθηνῶν*. At Diodori animo obversabatur vox *ναυσί*. Memini geminum huic locum in superioribus tractavisse. Wess.

398. 66. *Περὶ τὴν Βρεττίαν*] Si *περὶ τὴν Βρεττιανὴν* discordantes librarii dedissent, nihil, ut ex Polybio L. I. 56. notum, commisissent absurdi: nunc eorum amplexi sunt sectam, quibus *Βρεττίαν* et *Βρεττανίαν* confundere mos turpis fuit. Vide Is. Casaubon. in Athen. L. V. 11. et infra Eclog. VIII. Lib. XXVI. Wess.

398. 87. *Τὸν Ἔκνομον καλούμενον λόφον*] Cognominis caussam declarat cap. 107. huius libri. Wess.

399. 15. *Προσέταξε — τὴν μὲν Ῥωξάνην* etc. *κατασφάξαι*] Non dissentit Iustinus L. XV. 2. Si tamen Pausaniae credis, Roxanen Alexandrumque eius filium Cassander *ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων* L. IX. 7. Wess.

399. 30. *Ἐπὶ Πολλίτιον, Μαῤῥουκίνων οὖσαν πόλιν*] Non recordatus horum Diodori fuit diligentissimus Cellarius, cum post *Teate* et *Aternum*, Marrucinorum descriptas urbes, subderet, *an plura oppida habuerint Marrucini, nullo indicio vel a geographis vel historicis est proditum: nec mirum silentium illorum,*

quia, eodem Strabone testante, hae gentes κωμηδὸν ζῶσιν, in vicis habitabant magis quam in oppidis Geograph. Vet. L. II. 9. p. 763. Nusquam etiam *Pollitium* a Ph. Cluverio in Marrucinis attingitur, alioqui accuratissimo Diodori excerptore. Vicit utriusque diligentiam L. Camarra de Teate Antiq. L. I. 4. Wess.

399. 32. *Καὶ κατῴκισαν τὴν προσαγορ. Ἰντέραμναν*] *Et, Interamna et Casinum ut deducerentur coloniae, senatus consultum factum est. Sed triumviros creavere ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules M. Valerius, P. Decius.* Sic viri docti in Livio L. IX. 28. corrigunt rectissime. Demiror tamen neminem stabiliendae coniecturae Diodori haec, quibus nihil ad eam rem opportunius, advocasse. Wess.

399. 39. *Τριήρεις μὲν κατήρτυσαν*] Solet plerumque ea in re *κατήρτισαν* auctor usurpare: parum tamen refert. Polybius L. I. 29. *καὶ τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καταρτύσαντες.* et Excerpt. Leg. LXVII. p. 1234. *καὶ παραυτίκα καταρτύσαντες τριήρεις* etc. Wess.

399. 45. *Καὶ ζευγίππας διακοσίους*] *Rhedarios* Interpres, obscure. Ego dubito utri indicentur, desultoresne, binos trahentes equos, *ἄμφιπποι*, de quibus nos alias et Excerpta in Coislin. Biblioth. p. 508., an bigae, e quibus antiquissimo tempore pugnabatur, sive *ζεύγη πολεμιστήρια* in Diodori L. I. 54. Posterius, tametsi *ζευγίππας* alibi legere non memini, similius vero videtur. Conf. L. V. 21. et 45. Mox *Βαλλιάρας*, nisi oblitum eorum fuisse velis, quae conmentatus est L. V. 17., reliquisse censendus est. Plures tamen scriptorum liquidam in hac voce non geminant, insulasque *Βαλιαρίδας*, uti statim Diodorus, nuncupare adsolent. Wess.

399. 56. *Εἰώθασι*] *Εἰώθεισαν* Reg. 1. Leid. non male si *εἰώθεισαν* facias. Wess. immo v. p. 412. 96.

399. 58. *Μέλασι ῥακίοις κατακαλύπτειν τὰ τείχη*] De nihilo non est Venet. et Basil. scriptura. Solebant Phoenices, quorum Poeni propago, in luctu et post gravia delicta *σακκίοις* sive *ciliciis* sese involvere. Menander in Porphyrii de A. A. lib. IV. 15. de Syris:

— *Εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἰς θ' ὁδὸν*
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου. —

Plut. de Superst. p. 168. D. *ἔξω κάθηται σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς.* Cuius utriusque verba non fugerunt Ill. Hug. Grotium ad S. Matth. c. XI. 21. Iudaeorum similem lugendi ritum explicantem. Addo ex Iosepho Ant. XIX. 8. 2. *ἡ πληθὺς δὲ αὐτίκα — ἐπὶ σάκκου καθεσθεῖσα.* et de Bello Iud. L. II. 12. 5. *οἱ ἄρχοντες — σάκκους ἀμπεχόμενοι καὶ τέφραν τῶν κεφαλῶν καταχέοντες.* Atque haec pro *σακκίοις*. Mos ipse in publico luctu singularis est, et ab aliis, nisi fallor, neglectus

Non multum tamen dissimile, certe eiusdem originis, quod infra L. XX. 9 proditur. Wess.

400. 67. *Καὶ δόξας ἀγαθὸς εἶναι*] Vid. Iustin. XXII. 3. Wess.

400. 92. *Ἢ καὶ νὴ Δία χρημάτων etc.*] Nihil hinc demuto: rarior est in his Diodori libris asseverandi formula *νὴ Δία*, quae forte librariis eam prorsus omittendi fuit occasio. Alii cum servent, satis huic loco opportunam, cur exterminabimus? Statim *καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀνέλαβεν* brevius extulit loco *ἀνέλαβεν εἰς αὐτόν*, ut L. XX. 4. Wess.

400. 6. *Τὸν Ἔκνομον λόφον*] Meminerunt eiusdem Polybius et Plutarchus, docente Ph. Cluverio, et castellum *Daedalium*, quo de Antonini Itiner. p. 94., ab hoc Phalaridis non distinguente, Sicil. Antiq. L. I. p. 214. Mihi posterius longe incertissimum semper visum fuit. Wess.

400. 9. *Τὸν διαβεβοημένον πρὸς τὰς — τιμωρίας*] Eleganter Silius Italicus L. XIV. 211. de Phalaridis tauro:

Ductor Grosphus erat, cuius caelata gerebat,
Taurum parma trucem, poenae monumenta vetustae.
Ille, ubi torreret subiectis corpora flammis,
Mutabat gemitus mugitibus: actaque veras
Credere erat stabulis armenta effundere voces.
Haud inpune quidem: nam dirae conditor artis
Ipse suo moriens inmugit flebile tauro.

Adde, quae adscripta sunt L. XIII. 90. Diodori. Wess.

400. 15. *Ἦν ποταμός, ὃν ἀμφότεροι etc.*] Himera est, uti ex cap. 109. et L. XX. 3. videbis. Wess.

401. 45. *Ὡς ἔτυχε*] Confer L. II. 30. et not. in L. I. 8. Wess.

401. 61. *Οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι μναιαίους λίθους etc.*] Latius de his perscripsit auctor L. V. 17. et 18. Iunge illa etiam, quae conduxit Had. Iunius Animadv. L. I. 2. Wess. Suidas in *Μναιαῖος* haec habet: *οἱ τῶν Βαληαρίδων νήσων σφενδονῆται μναιαίους λίθους ἔβαλον.* quae ex his et proxime praegressis a Grammatico fuisse concinnata, manifesto liquet. Scribe tamen in eius excerpto *Βαλιαρίδων*, ut Diodorus adsuevit. Idem in Add.

401. 74. *Ἡ μὲν μάχη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο*] Habet de hoc vocabulo Eustathius aliqua in Homer. p. 1047., sed longius arcessita. Tu, si videtur, recurrere ad L. XVII. 27. Wess.

401. 86. *Καὶ ταῦθ' ἁλυκοῦ τοῦ ῥεύματος ὄντος*] Himerae, in Libycum mare evolventis, aquae salsae erant. Vitruvius L. VIII. 3. *In Sicilia flumen est Himera, quod a fonte cum est progressum, dividitur in duas partes: quae pars profluit contra Etruriam, quod per terrae dulcem succum percurrit, est infinita dulcedine; altera pars, quae per terram currit,*

unde sal foditur, salsum habet saporem. Sic lege ex scripto Franequerano. Vero quidem parum congruit, Himeram fluvium, qui in Tuscum mare pergit, et eiusdem nominis alium, in Libycum mare egredientem, uno fonte scaturire, quod veterum sibi plerique persuaserunt, docente Ph. Cluverio Sic. Antiq. L. I. p. 211., constat tamen hoc salsi saporis esse flumen, et ab indigenis propterea *Salsi* hunc usque in diem nuncupari. Wess.

402. 20. *Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπολιπὼν* etc.] Pro *ἀπαγαγών*. Rhod. *Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπαγαγὼν τὴν* et reliq.] Optime vir doctus. Optassem equidem, ut hoc saltem in loco Stephanus, et, qui eius *ἐκδόσει* presse inhaesit, Rhodomannus, aliquam Basil. editionis rationem habuissent. Vitassent quidem certe turpissimam maculam, quae haec Diodori inquinavit. Wess.

ANNOTATIONES
IN
LIBRUM VIGESIMUM.

403. 12. *Πτολεμαῖος δὲ Νικοκρέοντα*] *Νικοκλέα* nativum est pro *Νικοκρέοντα*. Rhod. Vid. ad L. XX. 21. Wess.

403. 35. *Ὡς Καρχηδόνιοι Βομίλκαν* et seq.] Bene Basil. *Bomilcar* enim est. Mox *κατέλευσαν*, *lapidibus cooperuerunt*, verius erit. Conf. L. XX. 45. Wess.

404. 40. *Ἐν τῇ Τυῤῥηνίᾳ Κάπριον ἐξεπολιόρκησαν*] *Καίριον* habent scripti quidam codices dict. loc., ubi de castello inquirere consultum erit. Wess.

404. 83. *Ῥωμαῖοι τὸ μὲν ἔθνος τῶν Ἄσκλων κατεπολ.*] Vitium habet haec scriptura, ab Interprete bene animadversum. Vide L. XX. 102. Wess. Vertit Rhodomannus *Aequorum*.

406. 9. *Πρὸς τὴν τῶν πράξεων ἐπίγνωσιν*] Aut aliquid post *ἐπίγνωσιν* sive ante *τῶν φιλοτίμως* desideratur, aut nobis reliquit author repetenda *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* verba illa, *τὸ συνεχὲς διασπῶσιν*. ut sit, *ἀλλὰ καὶ τὸ συνεχὲς διασπῶσι τῶν φιλοτίμως ἐχόντων* etc. Sed hoc posterius credere durum est. Steph. Rhodomannus ab H. Steph. iudicio nihil dissentit: et qui posset, cum res per se loquatur? Diodorus ipse quid reliquerit, non temere adfirmavero; neque male tamen defectum verbis ex principio L. XV. *μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν* expleveris. Wess.

406. 11. *Ἔτι δὲ ἐγκώμια καὶ ψόγους καὶ τἄλλα* etc.] His et superioribus auctor argumenta, in quibus declamandis Rhetores studium ponebant, designat. *Τρία τὰ ἀνωτάτω εἴδη*, Scholiastes in Hermogenis Rhetor. p. 12. ait, *τῆς ῥητορικῆς, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, πανηγυρικόν*. Ad prius pertinent *λόγοι πρεσβευτικοὶ*, ad secundum *δημηγορίαι*, ultimum conplectitur, sicuti idem docet, *τὰ ἐγκώμια καὶ τὸν ψόγον*. Haec caussa, cur in Aphthonii et Libanii Progymnasmatibus hoc genus declamationes non desiderentur. Confer L. Cresollii Theatr. Rhetor. L. III. 6. Wess.

406. 26. *Τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας γένος ἁπλοῦν* etc.] Pro-

facta haec sunt ex Polybii imitatione. Vide librum eius I. 5. et quae notavit Is. Casaubonus p. 108. ed. Gronov. Wess.

407. 34. *Ἐκβάλλομεν ἐκ τῆς ἱστορικῆς πραγματείας*] Quod Diodorus reliquerat, id veterum auxilio schedarum tandem recepit. Ipsemet alibi hoc genus probavit et Dionysius T. II. p. 129. *δεύτερόν ἐστι*, inquiens, *τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον*. Liquet autem clarissimum in modum, concionum in historia usum non districte auctorem damnasse, neque adeo recte reprehendi, quasi in leges suas peccarit ipse, orationes historiae inserendo. Bodino eam criminationem tribuit G. Io. Vossius Art. Histor. c. 20., Nostrum egregie defendens, quamquam Bodinum Methodi Hist. c. 4. si inspexeris, inter crimina, quorum reus peragitur Diodorus, istud non reperies. Wess.

407. 44. *Πολλὰ ἀναγκαίως παραλειφθήσεται*] Omnino legendum est *παραληφθήσεται* non *παραλειφθήσεται*, et paulo post non dubito quin *κεκραμένην* habuerit ipsum *αὐτόγραφον*. Steph. *Πολλὰ ἀναγκαίως παραληφθήσεται*] Coniecturam viri doctissimi Basil. *ἔκδοσις* et schedae Reg. 1. verissimam praestant. Redeat ergo suam in sedem. *Κεκραμένην* citra Codd. auctoritatem refingere non sustinui, tametsi unice probum, scriptorique placens L. V. 69. Wess.

407. 60. *Ἔτη συνάγεται — τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα*] In mendo est vox ultima. Ab urbe Troia eiusque excidio abierunt ad annum Olymp. CXV. tertium ɪↄcccʟxvɪ anni. Sic auctor ipse L. XIX. 1. Adde in summam annos VII., quorum res gestas eo se libro perscripturum professus est, habebis Olymp. CXVII. annum alterum, in quo cum maxime versatur, sive a capta Troia ɪↄccclxxɪɪɪ. Dederat proinde *τῶν ὀκτακοσίων ἑβδομήκοντα*. Nihil apertius. Wess.

407. 68. *Γάϊον Ἰούλιον*] *C. Iunius* erat, ut bene Interpres. Vid. Livium L. IX. 30. Vitium peperit librariorum socordia. Auctor enim ipsemet suis utrumque nominibus in priore consulatu L. XIX. 19. designavit. Wess.

407. 78. *Μηδ' ἂν ἐγχειρήσειν — ἀντιταχθῆναι*] Ineptum hoc quidem loco *ἐγχειρίσειν* erat. Quod ex membranis revocavi ipso sermonis genio sese commendat. Vide hoc saltem de Nino rege *στρατεύειν ἐπὶ Βακτριανοὺς ἐνεχείρησεν* L. II. 5. et Alexandri monachi de Crucis Invent. ipso in principio, *τοῦτο τὸ ἐπίταγμα — δεξάμενος ἐγχειρήσειν ἐδειλίασα*. Sic enim scripsit, quod Gretserum neglexisse miror. Wess.

408. 87. *Βαρυνομένους τοῖς προστάγμασιν*] Polybium de durissimo, quod Poeni in Afros inhibebant, imperio vide L. I. 72. Wess.

408. 88. *Τὸ δὲ μέγιστον, διαρπάσειν* etc.] Agathocles oratione ad expeditionis socios apud Iustinum L. XXII. 5. latius omnia haec exsequitur. Wess.

408. 2. *Χωρὶς τῆς πανοπλίας ὑπηρέσιον καὶ χαλινὸν*] Non

puto aberrasse a scriptoris mente Interpretem [qui vertit *stragulum equestre*]. Solet, fateor, ὑπηρέσιον nautarum esse et remigum. Scholiastes ad Thucydid. L. II. 94. Ὑπηρέσιόν ἐστι τὸ κῶας, ᾧ ἐπικάθηνται οἱ ἐρέσσοντες, διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς. Unde suave istud Isocratis de Atheniensibus, ad remum admotis, οἱ μὲν ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦντες, ΥΠΗΡΕΣΙΟΝ ἔχοντες ἐκβαίνουσιν, Or. de Pac. p. 248. At in equitibus, cum ὑπηρέσιον fraeno adiungitur, quid aliud erit, ac vestis, sessuro substernenda? Porro ὅπως — ἔχειν dictum videtur, ut ὅπως — γνωσθῆναι in Luciani Parasit. c. 32. et ὅπως — πράττειν in scripto Claromont. supra L. XIV. 19. Wess.

408. 30. *Διεκελεύετο οὖν σώζειν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἰδίων κτήσεων* etc.] Fraudem, qua civium copiosiores circumvenit tyrannus, aliter paullo Polyaenus Strateg. L. V. III. 5. enarrat, praeter alia, *καὶ δὴ προέγραψεν*, aiens, *ἐπιτρέπων τοῖς βουλομένοις σώζειν ἑαυτοὺς, ἐξιέναι τῶν νεῶν μετὰ τῶν ἰδίων κτημάτων*. Quae quidem verba non multum ab istis Diodori abludunt, sententia plurimum, etsi prave. Censebimusne in navibus, quibus in Africam tramissurus erat Agathocles, *τὰ ἴδια κτήματα* habuisse hos homines omnia? Fuerat profecto commodius et rei gestae congruentius *ἐξιέναι τῆς πόλεως*. Urbe enim Syracusana ut una cum facultatibus sese ditiores subducerent, tyrannus animo agitabat, quo eas universas possessoribus pessumdatis intervertere posset. At Polyaenus secutus aliud est. Wess.

408. 34. *Τούτους μὲν — ἀνεῖλε*] Mille et sexcentos: tot enim discessisse Iustinus L. XXII. 4. prodidit, qui mox de servis ad pileum vocatis et militiae adscriptis, *omnes inde servos, militaris aetatis, libertate donatos, sacramento adegit, eosque et maiorem partem ferme militum navibus imponit*. Quae Nostri verbis cum optime respondeant, nihil utique erat, cur Schefferus nodum ibi in scirpo quaereret. Wess.

409. 40. *Εὐτρεπῆ*] *Εὐπρεπῆ* Basil. frequenti confusione. Vid. T. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mar. X. p. 316. Wess.

409. 68. *Τηλικαύτην ἔκλειψιν ἡλίου συνέβη γενέσθαι*] Passus id deliquium sol fuit Syracusis mensis Sextilis die XV. feria VI. hora VIII., ut viri docti, Calvisius, Petavius atque alii ostenderunt. Docet insuper Iustinus ibid. c. 6. Agathoclem eius rei caussam militibus exposuisse, atque illis esse adversum, ad quos eatur, prodigium, studiose docuisse. Iunge Frontinum Strateg. L. I. 12. 9. in eo errantem, quod lunae hanc deminutionem putarit. Wess.

410. 98. *Πρύμναν ἀνακρουσάμενοι*] Interpres [qui *retro inhibita puppi*] antiquum obtinet. Vid. ad L. XI. 18. Wess.

410. 1. *Πρὸς τὰς καλουμένας Λατομίας*] Vicinae urbi lapicidinae nomen fecerant. Strabo L. XVII. p. 1191. A. post urbem Tunetem descriptam *καὶ λατομίαι τινὲς, καὶ ἐπ' αὐτῶν*

πόλις εὐμέγεθος; nisi Diodori minime oblitus est Is. Casaubonus. Wess.

410. 10. *Ταῖς κατεχούσαις Σικελίαν θεαῖς Δήμητρι καὶ Κόρῃ* etc.] Vid. L. V. 3. In Cereris et Proserpinae tutela Siciliam veteres deputabant, unde eamdem ἔχειν et *κατέχειν* sollemni paene phrasi dicebantur, ut in Sophoclis Oed. Colon. v. 39. Eumenides, *αἱ γὰρ ἔμφοβοι Θεαί σφ' ἔχουσι*. et v. 54. *Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν Σεμνὸς Ποσειδῶν*. Plura diligentissimus Ez. Spanhem. ad Callim. H. Pallad. v. 53. Wess.

410. 13. *Λαμπαδεύσειν ἁπάσας τὰς ναῦς*.] Ceres raptam filiam quaesitum itura, *accensis ex Aetnae crateribus facibus*, *λαμπάδας ἐκ τῶν κατ' Αἴτνην κρατήρων ἀνάψαμένη*, dixit alibi Diodorus, varias orbis partes oberrare coepit. In eius rei memoriam *τὸν μετὰ τῶν λαμπάδων δρόμον*, uti Liban. T. I. p. 353. B. loquitur, Deae isti celebrasse videntur. Huc quidem certe tyrannus respicit, *λαμπαδεύσων* suam classem. *Λαμπαδεύεσθαι* enim eorum erat, qui cum lampade discurrebant, eamque aliis per manus tradebant. Vetus scriptor apud Suidam, *Ἀριστέγονος οὐκ Διονύσου μύστης, ΛΑΜΠΑΔΕΥΕΣΘΑΙ μέλλων*. Sumsit hinc colorem Philo Iud. de Div. Her. p. 486. D. cum mira suavitate de accendendo virtutis studio precatur, *ἱκέτης οὖν γίνομαι, ἵνα — ἀναφλέγηται σωτήριον φέγγος, ὃ ΛΑΜΠΑΔΕΥΟΜΕΝΟΝ ἐπαλλήλοις διαδοχαῖς, ἰσόχρονον γενήσεται κόσμῳ*. Harpocrationem vide in *Λαμπάς*. Wess.

410. 27. *Τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπηλάλαξε*] Quod in Iosuae libri c. VI. 20. Alexandrini interpretes dederant *ἠλάλαξε πᾶς ὁ λαὸς ἅμ' ἀλαλαγμῷ μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ*, verterant olim ante Hieronymum aliqui *ululatu magno ulularunt*, alii *iubilarunt iubile magno*. Neutrum probat Rufinus Homil. VIII. in eum Iosuae lib. p. 422. *Et quamvis*, inquiens, *iste sermo inproprie translatus esse videatur: ἀλαλαγμὸς enim in Graeco scriptum est, quod neque iubilum, neque ululatum proprie significat; sed illam magis ostendit vocem, qua belli tempore exercitus clamorem consonum tollens, unanimiter sese cohortari ad praelium solet*. Recte profecto, neque ab hoc loco aliene. Rabanus Maurus eadem omnia habet suo in Commentario p. 695. Tom. IX. collect. amplissimae, firmatque adeo opinionem, quam ad superiorem librum prodere memini. Wess.

410. 40. *Ὑπὸ τῆς Ἀγ. γοητείας καὶ ἀνοίας παραλογ.*] Post *γοητείας* aufer *καὶ ἀνοίας*, scioli alicuius infartum. Rhod. Mallem et ego *καὶ ἀνοίας* librorum veterum auctoritate amotum. Sin tamen, leniore medicina reponendum *καὶ ἀπονοίας* erit, uti a Celeb. T. Hemsterhusio ad Luciani Iud. Vocal. c. 1. factum animadverto. Wess.

411. 49. *Ἐπὶ τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν*] Soli debetur Diodoro urbis huius accuratior notitia. Habet quidem Io.

Garnerius in Diss. II. de Synodis ob Pelagium vivo Augustino celebratis post Mar. Mercatoris Oper. pagina 179., habet, inquam, *Romanum Megalopolitanum* in Proconsulari Africae provincia Episcopum, adscribitque ignotum sibi esse, qua parte eius provinciae *Megalopolis* ista sedem habuerit. Didicisset hinc, modo verba meminisset, oppidi situm: quamquam, ut sedulo agam, de *Megalopolitano* illo Praesule res nondum est expedita. Adpellatur, quod H. Norisius et Th. Ruinartus ad Not. Afric. p. 112. ed. Ven. admonere haud praetermiserunt, fidelioribus in Codicibus *Meglapolitanus*; sive *plebis Meglapolitanae*, quemadmodum in Carthagin. Collat. c. 133. p. 271., eique patronus accedit *Coronatus Meglapolitanus*, quem Notitia Eccles. Africae ex Proconsulari provincia una cum aliis in exsilium missum fuisse refert Hunerici regis iussu. Neque id tamen scriptionis discrimen tanti videtur, ut alii eum urbi imponendum arbitrer. *Meglapolis* dicendi compendio ex *Megalopoli* nasci facile potuit. Et hoc eadem erat in provincia, in qua haec Diodori; quin, si Notitiae ordo iustus est, prope Clupeam, a qua citra omne dubium haec Μεγάλη πόλις brevi spatio fuit dissepta. West.

411. 61. Ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τὸ πεδίον ἐνέμοντο βοῶν] Discordia amanuensium ansam praebuit, hoc ut eligerem. Si qui aliud maluerit, utatur suo iudicio. Ego vero hanc regionis Punicae amoenitatem, villas sumtuosissimis praetoriis distinctas, pascua armentis et pecudum gregibus laetissima, iucundamque istam rivorum a fontibus deductionem attentius considerans, imaginem, tenuem tamen, agri Batavici videre videor, et eius inprimis, quem aquis lene sonantibus Vechta radit. Offerunt sese ultro plura alia meditanti, quae missa faciam. Id maximopere velim, ut hi libertatis et honestioris mercaturae fructus sine labe possessoribus diutius perennent, quam Carthaginiensibus! Wess.

411. 78. Καὶ πρὸς τὸν Λευκὸν Τύνητα] Hanc etiam urbem qui praeter Diodorum attigerit, recordor neminem. Non equidem ignoro Ab. Ortelii iudicium, *Album* hunc *Tunetem* et *Tunetem* pro eadem urbe putantis. At multa obstant. Oppidum *Tunes* Carthagine distabat spatio xv M. P., ut Livius L. XXX. 9. sive ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους, sicuti Polybius ait L. XIV. 10. *Albus* ab eadem urbe *Tunes* longius aberat. Adde, hanc urbem ab Agathocle solo fuisse aequatam: *Tunetem* deinceps illius in potestatem venisse et praesidium satis accepisse validum. Sic auctor ipsemet c. 17. Errat ergo vir sollertissimus. Wess.

412. 90. Ἀπ' αὐτῶν] Ὑπ' αὐτῶν Reg. 2. Vid. not. in L. IV. 46. Wess.

412. 92. Εἰς τὴν χώραν προσάγουσαν] Προάγουσαν. Rhod. Εἰς τὴν χώρ. προάγουσαν] Extrivi literam, quae loci sententiam interturbabat. Factum etiam alias, sed Codd. imperio. Vid. L. XVIII. 59. Wess.

412. 95. *Διὸ καὶ ταῖς πρώραις δέῤῥεις κατεπέτασαν*] Navalibus in praeliis, aut sicubi ad loca infesta classem admovebant, fieri id moris erat. Quare Metellus insulis Gymnesiis propius sese et naves adiuncturus, *ΔΕΡΡΕΙΣ ἔτεινεν ὑπὲρ τῶν καταστρωμάτων, σκέπην πρὸς τὰς σφενδόνας* in Strabon. L. III. p. 256. Poenorum haec alia consuetudo. Segestria ista, prorae oppansa, nigricantis fuisse coloris videntur, uti in luctu atque inferiis usus ferebat. Hinc navis inferias Achilli solutura *ἐκ Θετταλίας μέλανα ἱστία ἠρμένη ἐς Τροίαν ἔπλει* apud Philostrat. Heroic. c. 19. p. 741. Conf. not. in L. IV. 61. Wess.

412. 15. *Προκαταπεπτωκέναι ταῖς ψυχαῖς*] Versus censeo *προσκατεπεπτώκει* ex Reg. 1. Praeterquam enim quod ignara rei bellicae multitudo erat, animo quoque conciderat. Qua in re *καταπίπτειν* et *ἀναπίπτειν* eadem quandam habent. Pausanias L. X. 20. *τοῖς δέ γε Ἕλλησι κατεπεπτώκει μὲν ἐς ἅπαν τὰ φρονήματα.* Synesius L. II. Provid. p. 117. B. *οὗτοι μὲν — τοὺς καταπεπτωκότας ταῖς γνώμαις* etc. Polybius Excerpt. p. 1430. *ἡττηθέντες δὲ κατὰ τὸν κίνδυνον οὕτως ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς.* Philo L. I. vit. Mos. p. 630. E. *τά τε σώματα παρεῖντο, καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπεπτώκεσαν.* Alia tibi, si desideres, dabit vir doctus Miscellan. Observ. Vol. X. p. 206. Wess.

412. 29. *Ἄννωνα καὶ Βορμίλκαν*] *Βομίλκαν*, expuncto ρ., ut etiam in sequentibus. Rhod. *Καὶ Βομίλκαν*] Ex Basil. ἐκδόσει ducis nomen instauravi. *Bomilcar* dicitur Iustino, neque id nomen aliter in Livii libris scribitur, apud Appian. Pun. p. 22. *Βομίλχαρ*. Ceterum *διὰ τὴν ἰδίαν τούτοις ἀπιστίαν* ex more venit, quo nominibus saepe verbi sui, uti dictum supra fuit, casus adstruitur. Aliud spectavit Cl. Iac. Gronovius ad Stephan. Byzant. in *Ἄβαι*, quem vide. Wess.

412. 36. *Ἡ πρὸς τὰς τιμωρίας πικρία τῶν Καρχηδονίων*] Certissima est Diodori animadversio. Exempla atrocitatis istius quasi per saturam suppeditabunt Valer. Maxim. L. II. 7. ext. 1., Polybius L. I. 11. 24., Livius Epit. 50., Iustinus XIX. 2. XXI. 4. 6., Polyaen. L. V. 11., Appian. Pun. p. 67. etc. Wess.

413. 57. *Εἰς τὸν ἱερὸν λόχον*] Carthaginiensium nobilissimi et ditissimi ad duo ferme millia et quingentos sacram eam cohortem explebant. Vid. L. XVI. 80. Wess.

413. 64. *Ἔδωκεν Ἀρχαγάθῳ τῷ υἱῷ*] *Archagathum* plerumque Diodorus et Iustin. L. XXII. 5. vocitant. At Polybio Excerpti Leg. I. p. 1087. *Ἀγάθαρχος* est, probante H. Valesio ad Nostri Excerpt. p. 257. Vid. infra c. 56. Wess.

413. 75. *Τὰ τῶν ἀσπίδων ἔλυτρα ῥάβδοις διέτεινε*] Pari modo *τοὔλυτρον τοῦ δόρατος* Aristophanes Acharn. v. 1119., qua de voce copiosius viri eruditissimi Is. Casaub. in Athen. I. 7. et Th. Gatak. ad Antonini Imp. L. IX. 3. p. 266. Solebant milites contra imbres, pulverem, aliasque iniurias scutis tegumenta induere, *τὰ σκέ-*

τινα καὶ ὅπλων σκεπάσματα in Plutarchi Lucull. p. 510. A. Quem quidem morem abunde cum declaraverit Iust. Lipsius Annal. Mil. Rom. L. III. 2., verbum non addam. Wess.

413. 87. Ἑκάστων οἰωνιζομένων, διὰ τὸ δοκεῖν etc.] Noctua praetervolans victoriae omen Graecis, ad Salamina in Persas pugnaturis fuerat. Hinc γλαὺξ ἔπτατο de feliti rerum successu elegans proverbium. Hesychius, Γλαὺξ ἵπταται· πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαῦκά φασι διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν. quibus gemina Zenob. Cent. II. 98. et Append. Vat. I. 48. Indidem noctuae volatus victoriae auspicium censebatur, γλαυκὸς πτῆσις εἰς νίκης σύμβολον ἐλογίζετο non Athenis tantum, sed tota Graecia in Schol. ad Equit. Comici v. 1091. Quin ipse poëta Vesp. v. 1081.

Γλαὺξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπτατο,

vulgi eam persuasionem respiciens. Wess.

414. 93. παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμειναν affert Suidas v. παραστάται.

414. 11. Ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς] Sic L. XI. 31. ἀνατραπέντες ταῖς ψυχαῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. Wess.

414. 23. Δοὺς τοῖς — ἄσημον ἔκκλιμα] Putes Basil. voluisse ἔκλειμμα, quod pravum. Id auctor vult, Bomilcarem sensim aciem hostilem vitasse cessimque iviste. Vocabulum ipsum Lexicographorum copias augere potest. Wess.

414. 43. Οὐ πλείους χιλίων] Sed praelio commisso, duo de Siculis, tria millia de Poenis cum ipso duce occidere, ita Iustinus L. XXII. 6., haud parum cum Diodoro dissidens. Iustinum exscripsit, sed male intellectum Orosius. Censuit bonus vir duos tantum ex Agathoclis exercitu periisse; quod iste noluit, sed duo millia de Siculis, tria de Poenis occubuisse. Vide Oros. L. IV. 6. Wess.

414. 46. Ἐν αἷς ἐκομίζετο ζεύγη χειροπεδῶν] Par olim insolentia Spartanorum, qui πέδας φερόμενοι ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο. Contigit iisdem quod Poenis: victi pedicas gestare debuerunt ipsimet, quibus Tegeatas innectere constituerant apud Herodotum L. I. 66. Cuiusmodi iustae talionis exempla in mundo habeo plura, quae nunc praetermittentur. Wess.

414. 50. Εἰς συνεργασίαν ἐμβαλεῖν] Probe Interpres in ergastula. Ecce iterum Diodorus Excerpt. Peiresc. p. 369. καὶ τούτων τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύων εἰς τὰς συνεργασίας ἐνέβαλλε. Vocis, in copiosis Graeci sermonis Thesauris praeteritae, compositio rem eam belle declarat. Wess.

414. 69. Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις] Auctoris a mente non aberravit Rhodomannus [qui vertit coloniae suae praesidem]. Id subvereor, ut recte expressa sint verba. Hercules ὁ παρὰ τοῖς ἀποίκοις is esse debet, qui apud maioris patriae colonos est. Atqui omnia, quae succedunt, Herculem Tyrium expostulant, quem Poeni etiam missis pretiosissimis donariis impense placare contenduntur. Ergone παρὰ τοῖς ἀποικ-

σταῖς fuit olim? Non dico, etsi, modo libri id darent, pro malo haud putarem. Hoc mihi quidem satis constat, Herculem τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις coloniarum esse, quem sibi infestum Carthaginienses ob infrequentiorem religionis cultum arbitrati, Tyrum mittunt, qui placent et venerentur, quoniam inde ipsi, Gaditani, ceterique coloni domo profecti acceperant. Hercules censebatur idem, quamquam praecipua religionis sedes Tyri erat. Quotannis autem τὰς πατρίους ἀπαρχὰς selectissima navi, quam ἱεραγωγὸν vocant Graeci, Tyrum religiosissime mittebant. Vide Polyb. Exc. Leg. CXIII. p. 1310. Wess.

415. 79. *Τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι*] Io. Dougtaeus Analect. Sacr. Pars. II. 61. *aurea cum simulacris delubra* vertit, aediculas esse portatiles, quae Deorum simulacra suo ambitu conplectebantur, opinatus; quod quidem auctor si voluisset, *ναοὺς αὐτοῖς ἀφιδρύμασι* scriptum fuisset. Vid. Davisium ad Max. Tyrium Dissert. VII. p. 520. ed. noviss. Nam ut nunc verba habent, aediculae signis, quae Tyri erant, tramissae fuerunt. Id bene, quod his Diodori usus sit vir doctus ad *ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος* illustrandos, e quibus fabricandis victum Demetrius Ephesi tolerabat in S. Lucae A. A. cap. XIX. 24. Fuerunt enim eiusdem haud dubie generis. Hae parvae aedes ad formam templi Ephesii superstitiosis Dianae sacris parabantur, istae in delubris olim Carthagine dedicatae Tyrum amandabantur Herculi consecrandae. Pertinet huc *ἀργυρέου ναοῦ ἐργεπιστάτης* Cratinus ex Artemidori Onirocrit. L. IV. 33. Wess.

415. 82. *Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον* etc.] Eusebius haec exscripsit Praep. Evang. L. IV. 16. p. 161. A. Saturnum Carthagine victimis humanis fuisse cultum, res est testatissima. Vid. L. Vivem ad Augustini L. VII. de Civ. D. cap. 19. et H. Grotium in Deuteron. c. XVIII. 10. Wess.

415. 92. *Διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων* etc.] *Pescennius Festus in libris historiarum per saturam refert, Carthaginienses Saturno humanas hostias solitos inmolare, et quum victi essent ab Agathocle, rege Siculorum, iratum sibi Deum putavisse; itaque, ut diligentius piaculum solverent,* DUCENTOS *nobilium* FILIOS *inmolasse*, haec adposite Lactantius Instit. L. I. 21. Adiunge Eusebium Or. de Laud. Constant. c. 13. p. 646. *φησὶ* (Diodorus) *τῷ Κρόνῳ διακοσίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων δημοσίᾳ θῦσαι τοὺς Λίβυας· οὐκ ἐλάττους δὲ ἐπιδοῦναι τῇ θυσίᾳ τριακοσίους ἑτέρους.* et eum a Diodori mente quadamtenus aberrasse perspicies. Noster CCC istos sese ultro mactandos obtulisse, Eusebius liberos totidem numero inmolandos dedisse illos trecentos significat. Wess.

416. 96. *Ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτεταχὼς τὰς χεῖρας*] Locus illustris et ab eorum nemine, qui nefandum *Molechi* cultum exposuerunt, neglectus. Quin et simulacrum hinc effinxe-

runt, sed mirificum manibusque expansis et ita in sublime elatis, ut illis infantem inponere nullus potuerit. Inspice Kircheri Oed. Aegypt. Synt. IV. 15. p. 334. et, qui paullo melius expressit, Io. Braunii Sel. Sacr. L. IV. 8. p. 476. Fefellerunt multos ὕπτιαι statuae χεῖρες, quae eorum saepe sunt, qui stipem rogant. Pauperibus propterea ἡ δεξιὰ διὰ πάσης ἡμέρας ΥΠΤΙΑ τέταται, προκαλουμένη τὸν δώσοντα in Libanii T. II. p. 940. B. Porrigebat ergo Saturnus iste aheneus cavas manus, sive, ut bene Isaacides in Ierem. c. VII. 32. de Molecho ידיו פשוטות וניסקות, *manus eius porrectae et sensim erant elevatae.* Iam quod idem subiungit Iudaeus, locum prope Hierosolyma *Tophet* a tympanorum pulsu esse adpellatum, quoniam מקישין כתופים שלא ישמע האב קול חבן הכומרים *sacerdotes tympana pulsabant, ne ad patris aures eiulatus filii accideret,* illi geminum plane et germanum Carthagine fiebat. Testis Plutarchus de Superst. p. 171. C., cuius etsi pluscula temperare non possum quin adscribam: *παρειστήκει δὲ ἡ μήτηρ ἄτεγκτος καὶ ἀστέναχτος. εἰ δὲ στενάξειεν ἢ δακρύσειεν, ἔδει τῆς τιμῆς στέρεσθαι, τὸ δὲ παιδίον οὐδὲν ἧττον ἐθύετο. Κρότου δὲ κατεπίμπλατο πάντα πρὸ τοῦ ἀγάλματος ἐπαυλούντων καὶ τυμπανιζόντων, ἕνεκα τοῦ μὴ γενέσθαι τὴν βόησιν τῶν θρήνων ἐξάκουστον. Adstabat mater sine fletu et gemitu: quem si ederet aut fleret, honore excidebat, et infans nihilo minus immolabatur. Strepitu vero ante simulacrum opplebantur omnia fistularum et tympanorum, ne exaudiri clamor eiulatusque possent.*

Tantum religio potuit suadere malorum,
Quae peperit saepe scelerosa atque impia facta!

Bene ex Lucretiana aemulatione Lactantius L. I. 21. Institut. WESS.

416. 1. *Παρ' αὐτοῖς*] *Παρ' αὐτῷ.* RHOD.

416. 8. *Διὰ τούτου τοῦ νομίμου τετηρημένος*] Sic melius: legis nulla mentio praecessit. Plato Minoe p. 315. B. *Καρχηδόνιοι δὲ θύουσιν* (homines) *ὡς ὅσιον ὂν καὶ ΝΟΜΙΜΟΝ αὐτοῖς.* Porro in Euripidis altero versu libri eius nunc quidem *χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας* praeferunt. Confer not. Brodaei et Barnes. ad Iphig. Tauric. v. 625. WESS.

416. 25. *Οἱ προεστηκότες — διετήρησαν*] Simile ferme id S. Lucae de Maria, Christi matre, Evang. c. II. 51. *καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα.* WESS.

416. 35. *Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα*] Credo loci sententiam optime assecutum esse Rhodomannum. *Οἱ περὶ τὴν τυραννίδα* et *οἱ ἰδιῶται* contra se ponuntur, ut *ἄρχοντες καὶ ἰδιῶται* in Platon. Polit. p. 259. Suntque adeo *οἱ περὶ τὴν τυραννίδα* tyrannidis studiosi et patroni, sicuti *οἱ περὶ τὴν φύσιν* apud Aristotelem Hist. Anim. L. III. 3. p. 59. Physiologi, bene post Budaeum monente H. Stephano Thes. T. III. p. 248., et *αἱ περὶ*

Λακεδαιμονίους πόλεις, quae Spartanorum partes amplectuntur, superius L. XIII. 52. Wess. Vertit Rhodom. *qui tyrannidi favebant.*

417. 51. *Συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμόνων, οἱ μάλιστα* etc.] Ita legendo cohaeret optime oratio, *συνήδρευσαν τῶν ἡγεμόνων οἱ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦντες ἔχειν. καὶ ῥηθέντων πολλῶν λόγων*, vel *ῥηθέντων δὲ πολλῶν λόγων*. Steph. *Συνήδρευσαν τῶν ἡγεμ. οἱ μάλιστα* etc.] Mihi persanatus ab H. Stephano locus hic videtur. Itaque non sum veritus eius ex iudicio verba refingere; quam rem si qui temerariam putaverint, revocent, uti lubebit, veterem scripturam. Wess.

417. 54. *Τῆς τἀδελφοῦ τόλμης καὶ πράξεως ἐναντίαν ἔχων διάθεσιν*] *Τόλμης ἐναντίαν* Reg. 2. Ven. Basil. Cett. *καὶ πράξεως* interponunt, quo carere possumus. Wess. Cui operae non obtemperarunt. Et recte. II. 34. *τόλμῃ τε καὶ πράξει πολὺ διαφέρουσαν*. Eodem modo saepius loquitur Polybius.

417. 69. *Αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων*] Vid. infra c. 94. Wess.

417. 90. *Ἡ κατὰ τὸ σύνηθες ἐφοδία — κατενόησε*] Mera glossa est, quam Reg. 2. praefert. *Ἐφοδία*, Hesychii verba sunt opportuna, *τὸ ἐπιέναι τὰς φυλακὰς τὸν ἄρχοντα*. Saepe inde *ἐφοδεῦσαι* et *ἐφοδείαν* sive *ἐφοδίαν* de circitoribus, qui vigilias circumeunt, rei militaris scriptores Polybius L. VI. 33., Polyaen. L. VII. 14. usurpant. Cuius circuitionis morem describit Philo de Tel. Construend. p. 93. *ἐκκοιτίας τε καὶ ἐφοδίας προσηκούσας ποιητέον, αἳ χρήσονται ξυλίνοις λαμπτῆρσι, ἵνα — μὴ καταφανεῖς ποιῶσι τοὺς ἐφοδεύοντας* etc. Wess.

418. 6. *Πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν*] Interpres *Novam urbem*. Mallem *Neapolin* retinuisset: namque ita Graecis Latinisque dici adsolet oppidum hoc maritimum. Vid. Itiner. Anton. p. 493. et de *Adrumeto* ibid. p. 52. Wess.

418. 9. *Ἐλύμαν δὲ τὴν βασιλέα τῶν Λιβύων*] Tametsi certum non habeam in tanta Codd. discordia istud reguli nomen, placuit tamen. Quin si Phoenicum ortus fuerit stirpe, haud iniuria autumaveris, ab usu rerum et scientia ita dictum videri, ut *Ἐλύμας ὁ μάγος, οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα* in S. Lucae Act. Ap. c. XIII. 6. עלים *sapientem* Arabum sermone et *τὸν τὰ περίεργα δεινὸν* sive *magum* indicat. Sed hoc verum praestare nolim. Wess.

418. 20. *Ὑπὸ τῆς τῶν Ἀδρυμητινῶν* etc.] Lectionem marginis amplector, ut probatiorem. Rhod. Mihi quoque Codd. eorum scriptura sese probat, quam suam etiam in sedem revocavi. Rhodomanni si procederet opinio, *ἀπὸ τῆς — χώρας* scribi satius fuerat. At *χώρας* vocabulum tot schedae cum ingulent, articulum *τῆς*, tanquam nulli hic rei, aliorsum proficisci iussi. Wess.

418. 32. *Θάψον εἷλε κατὰ κράτος*] *Thapsus* non longe Adrumeto aberat, oppidum maritimum et Caesaris victoria nobile.

Vide Strabon. L. XVII. p. 1191. et Hirtium de Bel. Afr. c. 79. Wess.

419. 57. *Καὶ γὰρ Ἐλύμαν*] Sic scripsi. Conf. c. 17. *Ἐνίκησαν* et *ἀνεῖλον*, quod vetustis in membranis, non laudo. Series ipsa de Agathocle omnia haec dici, clarissime manifestat. Wess.

419. 63. *Βοηθήσας Αὐτολέοντι τῷ τῶν Παιόνων βασιλεῖ*] Tzetzes Chil. VI. 472. ex Diodoro *Αὐδολέοντα* vocat, nactus librum, Reg. 2. similem. Vulgatam scripturam Ariston ὁ *Αὐτολέοντος*, a Lysimacho in Paeonum regnum, non sine fraude tamen, reductus, constabilit apud Polyaen. L. IV. 12. 3. Quae vero Tzetzes subiungit de Xermodigesto, qui Autoleontis thesauros in fluvii Sargentii alveo absconditos Lysimacho indicarit, ea haud scio an depromta magnam partem sint ex Decebali simili instituto, de quo Xiphilinus in Traiano. Quaeram alias diligentius. Wess. In numis *ΑΥΔΩΛΕΟΝΤΟΣ* conspicitur, unde *Αὐδολέοντι* ex Tzetze et Reg. 2., sive *Αὐδωλέοντι*, verius arbitreris. Numos reguli, eiusdemque originem et gestas res diligentissime explicuit Nobilissimus Bimardus ea Diatribe, quae Dissertationum Academ. Corton. Part. II. exornat p. 160. etc. Idem in Addend.

419. 65. *Τοὺς δὲ Αὐταριάτας — κατῴκισε*] Tacet de ranis, quarum multitudine Autariatae divexati patrio solo excesserant. Vide not. in L. III. 30. et Athen. L. VIII. p. 333. A.; nam operarum illic errore Athen. p. 383. videbis. Wess.

419. 67. *Παρὰ τὸ καλούμενον Ὀρβηλὸν ὄρος*] Longe ineptissimum *Ὀρβίταον* erat *ὄρος*, nusquam terrarum lectum; quo magis miror in eo probando obdurare doctissimos potuisse viros, H. Steph. et L. Rhodomannum. Quanto melius *ΟΡΒΗΛΟΝ* *ὄρος*, ex librariorum quadam inconsiderantia in *ΟΡΒΗΛΟΝ* conversum? Magno is mons tractu inter Moesiam et Macedoniam porrigebatur, docentibus Strabon. L. VII. p. 502. Antipatro in Epigram. Anthol. L. VI. p. 569. et Ptolem. L. III. 9. Bene ergo Iustinus L. XV. 2. Cassander *veritus ne Macedoniam occuparent* (Autariatae) *facta pactione in societatem eos recipit, agrosque iis ultimos Macedoniae adsignat.* Vidit hanc loci maculam et dextre abluit Celeb. Barbeyracius Hist. Pact. et Foeder. Part. I. p. 254. Accipe aliud genus. De Philippo Polyaen. *ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρβηλίων χώραν· ἡ δέ ἐστι φαραγγώδης καὶ δασεῖα*, Strateg. L. IV. 2. 16. Quaerunt viri docti, qui tandem *Arbelii* illi? Nihil Casaubonus decernit, Maasvicius *Ἀργιλίους* corrigit. At *βάρβαροι* post pauca illi ipsi dicuntur; qui quidem titulus Argiliis non convenit, Graecis et Andriorum colonis. Tu mecum *τὴν Ὀρβηλίων χώραν* refinge, et difficultas evanescet omnis. A monte accolae *Ὀρβήλιοι* et regio *Ὀρβηλία*, quomodo Ptolemaeus L. III. 13. p. 93., dicebantur. Barbari erant, quippe Thracum originis, silvasque et saltus incolebant. Wess.

419. 73. *Τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπείας* etc.] Haec erat Ptolemaei istius praefectura, sicuti ex Memnone in Photii Biblioth. p. 709. alias ostendi. Wess.

419. 82. *Καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην*] Meminit eius Suidas in *Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου*. Statim *διεπέμπετο δὲ καὶ πρὸς τὰς ὑπὸ* etc. citra dubium scripsit Diodorus, quod Rhodomannum minime fugit. Wess.

420. 96. *Τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα*] Freinshemium ad L. X. 6. 11. Curtii consule. Wess.

420. 17. *Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων*] Auctor Indicis huius libri *Νικοκρέοντα* vocavit, neque alius profecto est ac *Nicocreon*, quem Paphiorum regem Ptolemaeus Cypro ducem superioris libri c. 89. inposuisse traditur. Sed is et *Nicoclea* et *Nicocreon* vero nomine dicebatur. Istud hic iteratur saepius estque in Polyaeni L. VIII. 48. et Athen. L. VIII. 11. p. 352. hoc dabit idem Athen. ibid. p. 349. F. Quin *Ἀριστοκρέων* Origeni est L. VII. C. Cels. p. 733., sed forsan memoriae parum fidae peccato. Vide magnum Animadversorem ad Athen. L. VIII. 9. et, quem is suo merito laudavit, P. Leopard. L. I. Emend. c. 10. Wess.

420. 22. *Ὁρῶντες ἀθρόους γεγονότας* etc.] Tolerari haec possunt. Haud scio tamen, an meliora sint habenda, quae Reg. pr. liberaliter offert: talia certe, quae ab inscito amanuensi non exspectes. Wess.

420. 29. *Ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν*] Polyaenus dict. loc. *ἑαυτὸν ἀνεκρέμασεν*, genus mortis clarius exponens. Addit de Axiothea eiusque et cognatarum tragico exitu plura, quae ibi legi malim. Id tamen monere absurdum non fuerit, apud Athenaeum L. VIII. p. 349. F. Nicocreontis uxorem *Βιοθέας* nomine insignem esse, idque ab eruditissimo P. Leopardo defendi quodam Ovidiano in Ibin versu. Mihi alia mens. Ovidii is vers. 517. aliorsum spectat, Broteaeque exitum describit, docente Salvagnio. Nicocreontis uxor omnibus aliis Axiothea est. Lege ergo in Machonis apud Athen. fragmento *Ἡ Νικοκρέοντος εἰσιοῦσ' Ἀξιοθέα Γυνὴ μετὰ παιδίσκης* etc. Reguli nomen, ut correxit Leopardus, firmant Eclogae Hoeschelianae, quas magnus animadversor vidit, reginae vero, scriptores, quos memoravi. Vitii, ne id negligam, origo praecedenti *εἰσιοῦσα* debetur, quod primam literam voci ablatam sibi vindicavit, nobisque *Βιοθέαν* pro *Ἀξιοθέᾳ* reliquit. Wess.

421. 52. *Βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ*] Non aliter L. XVI. 52. At enim Parysades regni habenas capessiverat anno Olymp. CVII. quarto: itaque ante annum, cuius gestae res hoc recensentur loco, fatis concessit. Wess.

421. 57. *Διαβὰς τὸν Θάψιν ποταμὸν*] Nec hoc fluvii nomen, neque *Θάτην*, pront in quibusdam dicitur membranis,

iustum videtur. Mutemus literarum ordinem, refingamusque *Ψάθιν*, quod flumen, in Maeotidem sese evolvens, ex Palat. et Coislin. schedis dabit Ptolemaeus L. V. 9. p. 149. Mecum sentit consultissimus Barbeyracius Hist. Foed. Part. I. p. 256. Wess.

421. 62. *Καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον*] Credo et morem innui, quo rex mediam aciem curabat, quoque castra plaustris circumdabantur. Describit posteriorem diligenter Paullus Piasecius, Polonis suis in hunc diem *Tabor* id genus adpellari admonens, Chronic. Rer. Gest. p. 333. et seqq. Wess.

421. 85. *Λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ*] Absentiam praepositionis desiderare noli. Iosephus Belli Iud. L. I. 6. 2. *ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ λειφθεὶς εἰς Ἱεροσόλυμα συνελαύνεται.* Adde Raphelii ex Polybio observat. in S. Iacobi Epist. c. I. 4. Porro regiam ad flumen Thapsin seu Psathin potius, eruditissimus Barbeyracius suspicatur in urbe fuisse, quae Ptolemaeo, eidem fluvio accubans, *Auchis* est. Mihi non liquet. Wess.

421. 99. *Διεστύλωτο δ' οἴκοις*] Interpres ad alterum regiae aditum haec retulit: ego ad ipsam regiam. At quid *διεστύλωτο οἴκοις* erit? an *columnatis aedificiis interseptus*, ut ille? Non arbitror. *Διαστυλωθῆναι* ea perhibentur, quae columnis aut trabibus suffulciuntur, ut in Polybii L. V. 4. et c. 100. Id de regia, in locis palustribus condita, verum esse posse, dubitat nemo. Quo vero modo *οἴκοις*, *domibus*? Praesertim super aquis habitacula cum fuerint. Non equidem intelligo, ut nec Reg. pr. scriba, cui propterea consultius visum est, vocem eam negligere. Longe melius officium suum functus est Reg. sec., cuius *εὐκίοσι* si distrahas scribasque *διεστύλωτο δ' εὖ κίοσι*, *columnis egregie erat suffulta*, habebis illud ipsum, quod auctor reliquit. Wess.

422. 37. *Εἰς Γάργαζαν πόλιν*] Nusquam legere hanc urbem memini. Abr. Ortelius sitne *Gerusa* Ptolemaei rogat? Non dixero. In celebritate quadam *Panticapaeum* est, urbs magna et Bosporanorum metropolis et regia, Eustathio ad Dionysii Perieg. v. 314. teste. Wess.

422. 59. *Εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους*] De Demosthenis avo materno, in Bosporum profecto, Aeschines Or. in Ctesiphont. p. 78. *κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὀνομασμένους ΚΗΠΟΥΣ.* Quem locum cum citet Harpocration in *Κῆπος*, merito H. Valesius refinxit *πόλις δέ ἐστι κατὰ Βόσπορον καλουμένη ΚΗΠΟΙ.* Urbs erat haud exigua, ab hortis amoenis adpellata, Milesiorumque colonia; Plinio propterea *Cepi Milesiorum* L. VI 6. et Scymno Chio,

Κῆπος δ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.

ubi *Κῆποι* praestare putes, nisi in Tabula Peutingerorum inter Hermionassam et Stratocliam oppidum *Cepos* collocatum reperiretur. Wess.

422. 61. *Βουλόμενος ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν*] Vide Cel. T. Hemsterhusium ad Luciani Necyom. c. 21. et Th. Gatakerum in Imp. Anton. L. VI. 2. Elegans est in rebus prudenter beneque constituendis *ἀσφαλῶς* et *εὖ θέσθαι*. Philostratus Vit. Apoll. L. VII. 36. *Ἀλλ' ἔστιν τὰ σαυτοῦ εὖ θέσθαι διδαξαμένῳ δ' αὐτὸν* etc. et L. VIII. 7. p. 351. *ἔλεγον ἐς τοὺς Ἀκρισίους.... εὖ τίθεσθαι τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας*. Paullo diversius hoc poëtae apud Plut. T. II. p. 467.

— — *ἀλλ' ὁ τυγχάνων*
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράξει καλῶς.

Id enim vult, felici eum fore statu, qui rebus praesentibus prudenter utatur. Quod ipsum personatus Themistocles Epist. IX. Habronycho praecipit, *σὺ δὲ οὖν, Ἁβρόνυχε, τὰ παρόντα εὖ τίθεσο, καὶ τῶν μελλόντων ἐκ τοῦ μηκίστου εὐλαβοῦ*. Wess.

423. 81. *Καλλαντιανῶν δὲ πολιορκουμένων* etc.] Lege *Καλλατιανῶν*. de quorum obsidione, a Lysimacho instituta, dixit obiter L. XIX. 83., sed haec serius contigit. *Psoam* invenient alii. Wess.

423. 89. *Ἡνιόχους καὶ Ταύρους, ἔτι δ' Ἀχαιοὺς* etc.] Iungit eosdem Appian. Mithrid. p. 365. Infames autem eos, et praecipue Tauros, scelerum atrocitate ac rapinis, quibus navigantibus incommodabant, fuisse, auctor indicavit L. III. 43. Wess.

423. 1. *Ἐκ γὰρ τῆς Σκυθικῆς ἐπανιὼν*] Nullam equidem huic loco status controversiam movissem, nisi Basil. et Vat. ansam dedissent. *Ἰνδικῆς*, modo paullum adiuvetur, unaque litera auctius procedat, verum dabit. *Sindi* regibus Bosporanis parebant, quorum regio *Σινδική*. Lege itaque *ἐκ γὰρ τῆς Σινδικῆς*. Vitium peperit praecedens articulus, cuius ultima litera primam huius vocabuli absorpsit, neque in Diodoro tantum, sed multis aliorum in verbis. Is. Casaubonum ad Strab. L. XI. p. 757. vide et Is. Vossium ad Scylacem p. 74. et Holsten. in Stephan. Byzant. voc. *Σινδοί*. Wess.

424. 16. *Οὔτε δοῦλον οὔτε ἐλεύθερον — εἶα τοῦτ' ἔχειν ὄνομα*] Frequens olim nomen *Μῦς*. Plures in unum conduxit Aegid. Menagius ad Diogenem L. X. 3., eo insignes. Addatur in cumulum CANINIA P. L. MUS ex Thes. Gruteri p. DCCCCLXVI. 9. Wess.

424. 28. *Τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθρίππου σκηνὴν*] Bosporanorum et Scytharum has aedes Seneca Herc. Fur. v. 534. *multivagas domos*, ipsas *gentes patriis sedibus hospitas*, vocat eleganter. Wess. Illustrat haec Hemsterhusius ad Plut. Aristoph. p. 369. egregie: illum ergo adi et Ioseph. Barbarum Itiner. p. 436., similes currus Tartarorum describentem. Idem in Add.

424. 32. *Ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἰταλίαν*] *Εἰς τὴν Σαυνίαν* lego pro *Ἰταλίαν*. Et pro *Ἰτάλιον Τάλιον* placet. Rhod. *Ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀπουλίαν*] Ego vero hoc amplectar, Reg. 2. fidem

secutus, donec certius auxilium suboriatur aliunde. *Τύλιον* non admitto. Cur enim? Aeque mendo fortasse contaminatum est ac *Ἰτάλιον*. Mihi quidem certe nec *Italium* nec *Talium* lectum unquam est. Ad Livium si adeas L. IX. 31., incertior, quam fuisti, abibis. Tacet enim, belli a Romanis dextre administrati non oblitus. Wess.

424. 42. *Καταράκταν — καὶ Κεραυνιλίαν ἐκπολιορκήσαντες*] De his urbibus idem iudicium esto, quod de *Italio*. Maximopere me quidem demerebitur, qui ex Apulia aut Samnio eas eruerit. Wess.

424. 48. *Ὁ τῆς Αἰγύπτου δυναστεύων*] Hoc malui. neque enim Aegypti hoc tempore rex erat Ptolemaeus. Scio *βασιλεύειν* latius posse accipi, praestat tamen, quod revocavi ex errore. Auctor ipse c. 19. *οἱ περὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου δυνάστην* etc. Wess.

425. 60. *Τοῦτον μὲν κατέλιπε* etc.] Vid. supra c. 19. Wess.

425. 74. *Περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαλίαν*] Stymphalia fuit in Peloponneso; at locus, de quo nunc agitur hoc loco, non fuit in Peloponneso, ut ex sequentibus patet paulo post, ubi ait de eodem Polysperchonte, de quo hic agitur; *ἐπεχείρησε μὲν διὰ τῆς Βοιωτίας προάγειν εἰς Πελοπόννησον*. Ergo, si mihi credis, leges *Στυμφαίαν*. nam ea, quae supra dixit, *κατήγαγεν ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν Ἡρακλέα*, docent eam non fuisse in Peloponneso: non enim fuit Peloponnesus *πατρῴα βασιλεία* Herculis Alexandri filii, sed Macedonia, inter quam et Aetoliam, ubi copias paraverat, iacet regiuncula *Stymphaea* dicta. Palm. Parum abest, quin redundantem literam exteram. Citra omnem enim controversiam *Στυμφαίαν* aut *Τυμφαίαν* auctor scripsit. Locus necis, qua infelicissimus iuvenis perfide oppressus est, regionisque tractus, quem castris Polysperchon occupaverat, id sibi expostulant. Vide not. in L. XVII. 57. Wess.

425. 84. *Τὰς προγεγενημένας καὶ κατὰ Μακεδονίαν δωρεὰς*] Expungatur *καί*. Rhod.

425. 91. *Ὁ δὲ Πολυσπέρχων ἀνελὼν τὸν νεανίσκον*] Vendidit iuvenem Polysperchon centum talentis Cassandro, vocatumque ad coenam et insidias suspicantem, sed blanditiis circumventum, convivarum manibus strangulavit. Sic Plutarchus T. II. p. 530. C. Scelus patratum est in Epiri urbe Trampya. Lycophronem audire Alexand. v. 800. operae erit pretium:

Ὅ, τ' αἰπὺ ναίων Τραμπύας ἐδέθλιον,
Ἐν ᾗ ποτ' αὖθις Ἡρακλῆ φθίσει δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίναισιν, Αἰθίκων πρόμος.

Qui quidem draconem *Tymphaeum* adpellat Polysperchontem, Aethicumque ducem, quod Epirotis, quos inter Aethices, Tymphaeis vicini, docente Stephano in *Αἰθικία*, imperabat. En Tzetzae scholion, tenebras poetae ad hunc modum optime dispel-

lentis: *Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ Βαρσίνης* (sic iure Potterus) *τῆς Περσίδος υἱὸς ἐγένετο καλούμενος Ἡρακλῆς, ὃν ἀνεῖλε καλέσας εἰς δεῖπνον Πολυσπέρχων ὁ Τυμφαῖος, Αἰθίκων βασιλεὺς, χαριζόμενος Κασσάνδρῳ. Τυμφαῖοι, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος, καὶ Αἴθικες ὁμοίως.* Hactenus ille; cuius et poetae verba *Στυμφαίαν* sive *Τυμφαίαν* in superioribus verissimam esse, liquido conmonstrant: neque latuit id Palmerio, illis stabiliendae coniecturae dexterrime uso, Vet. Graec. L. II. 9. p. 343. Porro Herculem Alexandri veneno sublatum prodit Pausanias L. IX. 7. In Iustino diligentiam requiras: Trogum suum, ut Prologus clamat, male expressit L. XV. 2. Wess.

425. 3. *Ἀφ' ἑαυτοῦ Λυσιμαχίαν καλέσας*] Cardiam Lysimachus evertit et in proximo loco sui nominis hanc urbem condidit. Conf. Pausan. L. I. 9. p. 24. et inferius Excerpt. Peiresc. p. 298. Wess.

425. 6. *Ὁ Ἀρέτας υἱὸς*] Arabicum nomen in Graeciam transfert haec lectio. Lege *Ἀρεύς*. Sic enim ab omnibus expressum est nomen filii Cleomenis Spartani. Palm. *Ὁ Ἀρεὺς υἱὸς*] Non temere dixerim, Aretae nomen, quod pluribus Arabum regulis inpositum novimus, Arabicum esse. Aretam quidem certe Spartanum L. XIV. 70. Diodorus memoravit. Vel sic tamen ex vestigiis Reg. pr. *Ἀρεὺς* refinxi, tum quod ab aliis omnibus ita nuncupetur, tum quoniam viri eruditione praestantes Ioseph. Scaliger Canon. Isagog. L. III. p. 332. et D. Petavius Doct. Temp. L. X. 53. hoc maluerunt. Scribi praeterea debuerat *ὁ Ἀρεὺς υἱωνός*· nam Acrotati filius Areus fuit, Cleomenis nepos. Ego vero non mutavi, incertum arbitratus auctorisne peccatum sit an librariorum. Vide Pausan. L. III. 6. et de Cleomene ad Nostri L. XV. 60. Wess.

426. 12. *Τὴν μὲν οὖν σιτοπομπείαν διεκώλυε*] Conf. not. in L. XIII. 88. Wess.

426. 22. *Προστάξαντες καταλαβέσθαι τὸν Εὐρύηλον*] Excusabo audaciam, si ea est, qua *Εὐρύκλον* in *Εὐρύηλον* converti. **Euryclum** nemo novit Syracusis; **Euryelum**, et variante dialecto **Euryalum**, plures. Stephanus: *Εὐρύηλος· οὕτως ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν· πολίχνιον δὲ τοῦτο Συρακουσῶν ἀπόχρημνον.* Livium addo, qui L. XXV. 25. *Marcellus — ad Euryalum signa referri iussit. Tumulus est in extrema parte urbis versus a mari, viaeque imminens, ferenti in agros mediterraneaque insulae, perconmode situs ad conmeatus excipiendos.* et tanto quidem cupidius, quod Nostri si ad illius conparentur verba, res dubio careat. Wess.

426. 53. *Τὰ δὲ διὰ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν* etc.] Conspirantes scripti libri mihi persuaserunt haec a Diodoro venisse omnia. Redeant ergo postliminio suam in sedem. Wess.

427. 72. *Τῆς στρατείας τὴν κρατίστην*] Praestat *στρα-*

τιᾶς. De Agathoclis ad Himeram amnem clade copiosius extremo lib. XIX. Diodorus. Wess.

427. 73. Οἱ δὲ τειχήρεις ἀποληφθέντες] Scribe ἀπολειφθέντες. Rhod.

427. 81. Ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου] Vide L. XVII. 86. Paullo ante προσλαβόμενος ἀπάτην καὶ φόβον si qui ex Reg. pr. ductibus effingere velint, illis liberum esto. Wess.

427. 88. Ὅς ἔφησεν αὐτὸν εἰς τὴν ὑστεραίαν etc.] Tangit historiam, nec ubique tamen consentiens, Cicero L. I. de Divinat. c. 24. *Apud Agathoclem scriptum in historia est, Hamilcarem Carthaginiensem, cum oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem, se postridie coenaturum Syracusis: cum autem is dies illuxisset, magnam seditionem in castris eius inter Poenos et Siculos milites esse factam: quod cum sensissent Syracusani, improviso eos in castra irrupisse, Hamilcaremque ab his vivum esse sublatum. Ita res somnium conprobavit.* Sequitur Ciceronem, ut saepe, V. Maximus L. I. 7. 8. Confer Victorium Var. Lect. L. XX. 12. Wess.

428. 17. Ἑλόμενοι στρατηγὸν Ξενόδικον] Correxi ducis nomen ex Ven. favente auctore. Bene Rhodom. in not. Addend. Ξενόδικον· *qui infra etiam* Ξενόδοκος *scribitur* p. 791. (c. 57.) *et deinceps.* Wess.

428. 32. Θεμένους τὰ ὅπλα παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς] Sic hoc libro c. 46. καὶ τοὺς μὲν φρουροὺς ἠνάγκασαν θέσθαι τὰ ὅπλα. Caesar Octavianus apud Appian. Belli Civil. L. V. p. 1110. προὐχάθητο ἐπὶ βήματος καὶ προσέταξε μὲν ἅπασι θέσθαι τὰ ὅπλα. Quae quidem si in numerato habuisset doctissimus Hudsonus, cautius rem instituisset ad Thucydid. L. II. 2. Athenis θέσθαι ὅπλα saepe erat περιθέσθαι, nec semper tamen, ut Critici veteres monuerunt ad Aeschin. Or. in Timocrat. p. 5. et Thucydid. L. VIII. 93. Adde P. Leopardum Emendat. L. XI. 20. Atticum istum morem sequutus Libanius T. II. p. 43. μᾶλλον μὲν οὖν ἢ καὶ πρόσθεν, inquit, ἠγάπησεν ὑπὲρ πατρίδος, ὥσπερ ὅπλα, τοὺς λόγους θέμενον, *magis quam quidem antea dilexit eum, qui pro patria orationes, tanquam arma sumserat.* Interpres aliud spectavit, non animadvertens a scriptore suo Demosthenis in Midian. p. 360. et Lycurgi in Leocrat. p. 153. elegantias imitatione quadam exprimi. Wess.

428. 36. Ἐπόρθουν τήν τε Λεοντίνην] Si discordes librarii Νεητίνην scripsissent, traxissent fortasse in partes lectorum aliquos: nunc nihil est, cur vulgatum repudietur. Consule Ph. Cluverium Sic. Antiq. L. II. p. 360., de *Echetla* ibid. disputantem. Wess.

428. 65. Πλησίον τῆς παρεμβολῆς τῶν πολεμίων] Media vocabula τῆς παρεμβολῆς ad sententiam necessaria admodum non sunt. Omittuntur etiam in vetustis quibusdam membranis, quas

sequi si qui voluerit, duces habebit. Simile C. Claudii factum a Livio proditur, *Claudius consul — caput Asdrubalis, quod servatum cum cura attulerat, proiici ante hostium stationes — iussit* L. XXVII. 51. Wess.

429. 70. *Τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον*] Lege, quae de regibus Carthaginiensium disputata fuerunt ad L. XIII. 43. Wess.

429. 75. *Εἴασε τὴν εὔροιαν μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς* etc.] Ineptae amanuensis explicationi acceptam refer *εὐνοίας* vocem. *Εὔροιαν* tuebitur Polybius L. II. 44. *ἐγένετό τις εὔροια πραγμάτων*. et L. III. 10. *λέγω δὲ τὴν εὔροιαν τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχηδονίοις*. et c. 15. *μὴ λανθάνειν Ῥωμαίους τὴν γενομένην εὔροιαν Καρχηδονίοις τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων*. Tum L. V. 14. *τοῖς θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενημένης αὐτῷ περὶ τὴν ἐπιβολὴν εὐροίας*. Quibus omnibus in locis felicem rei successum eo vocabulo designari, quis est quin perspiciat? Synesius, sed diversiore figura, in Dion. p. 36. D. philosophos flumine quodam orationis usos *τοὺς σὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντας*, et p. 40. B. Aristophanis e Nubibus versus *στρογγύλως καὶ σὺν εὐροίᾳ* prolatos habet. Adde not. in L. II. 45. Wess.

430. 87. *Ἐδόκει γὰρ ἔχειν λάθρα τοῦ πατρὸς τὴν Ἀλκίαν*] Scelus hoc Archagathi iterum tangitur L. XX. 69. Wess.

430. 90. *Ἁρπάσας σιβύνην*] De teli huius vero nomine quaesivimus L. XVIII. 27. Wess.

430. 96. *Πολλοὶ — τῶν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένων*] Tametsi praecesserit *τὶς τῶν ἐφ' ἡγεμονίᾳ τεταγμένων*, noli eos amplecti libros, qui haec mutatum iverunt. Vide potius adscripta L. XIII. 14. Wess.

430. 19. *Διόπερ ἀποθέμενος τὴν πορφύραν*] Tyrannica ea vestis, quam Hiero, ne cives offenderet, posuit, induit autem Hieronymus, avi modestiam spernens. Livius L. XXIV. 5. *nam qui* (Syracusani) *per tot annos Hieronem, filiumque eius Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexere* PURPURAM *ac diadema ac satellites armatos*. Wess.

430. 27. *Δειλίᾳ συνεσχημένον*] Ita legi debere monet Rhodomannus, et iure. Operarum in Steph. editione peccatum est *συνεχημένον*. Wess.

430. 34. *Καὶ τοῖς ὄχλοις εὐχαριστῶν*] Ex sermonis Attici cultiore usu proscribitur a Grammaticis *τὸ εὐχαριστεῖν*. Id voluit Phrynichus, quando Eclog. p. 8. *Εὐχαριστεῖν*, inquit, *οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι*, eiusque vestigiis inhaerens Thomas Magister. Alioqui falsum est, neminem id vocabuli usurpasse. Arrianum et Epistol. Phalaridis auctorem obviam optime Grammaticorum nationi ire iussit clarissimus Io. Alberti, neque Diodorum neglexerunt eruditi Lipsienses T. IX. Supplement. Actor. suorum p. 15. et 372. Exscribam locorum aliqua, ut quaerendi molestiam

compendifacitis. De Syracusanis L. XVI. 11. καὶ περὶ μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εὐχαριστούντων τοῖς θεοῖς. tum de iisdem ibid. c. 20. ὁ μὲν δῆμος εὐχαριστῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν αὐτοκράτορα τὸν Δίωνα. Quae quidem indicio esse possunt, nihil sanctissimos N. T. scriptores novasse, cum verbi istius usum non repudiarent. Wess.

430. 57. Ἐπὶ πόλιν Σούτριον, ἄποικον Ῥωμαίων] Inspice Livium L. IX. 35. Wess.

431. 76. Περὶ τὴν καλουμένην Περυσίαν δευτέρᾳ — κρατήσας] De praelii loco in annalibus dissensus erat. *Eam tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam, quidam auctores sunt. — Sed, ubicunque pugnatum est, res Romana superior fuit: itaque Perusia, et Cortona, et Arretio, — legati, pacem foedusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos inpetraverunt;* sic Livius L. IX. 37., cuius e verbis Κορτωνιάτας scribi debere putares, nisi in Stephano esset Κρότων, πόλις Τυῤῥηνίας μητρόπολις, οἱ πολῖται Κροτωνιᾶται. Sed Stephani istud ex vitioso scriptoris veteris exemplari haustum videtur, neque efficere aptum est, quominus Κορτωνιάτας recipiamus. Wess.

430. 81. Πόλιν δὲ — Καστάλαν ἐκπολιορκήσας] Nulla hoc nomine, quod quidem sciam, in Italia urbs. Φαισόλαν *Faesulam* corrigit plausibili coniectura Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. p. 509. et 572. Wess. Clarissimus Gorius Inscript. Antiq. Etrur. Part. II. p. 83. refinxit Καρσούλαν sive Καρσούλας; coniectura eleganti. Vide de urbe Ph. Cluverii Ital. Antiq. p. 638. 683. Idem in Add.

431. 86. Λεύκιον Κλαύδιον] Γάϊον Πλαύτιον. Sic in Tab. Capitolinis reperitur. Rhod. Bene Rhodomannus, ante quem Pighius in Fast. ad ann. CDXLI. p. 362. idem docuerat. Wess.

431. 90. Ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα] Frontinus, qui ante hos duos annos in consulatu M. Valerii et P. Decii Muris Appiam deductam prodit, et verius, *concipitur Appia in agro Lucullano, via Praenestina, inter milliarium VII. et VIII. diverticulo sinistrorsus passuum DCCLXXX.*, non multum, hac quidem parte, a Diodori rationibus deflectens, L. I. de Aq. ductib. sect. 5., cum Io. Poleni nota. Wess.

431. 94. Τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς κατέστρωσεν] Lege Procopium L. I. Belli Goth. c. 14., ubi λίθον μυλίτην καὶ φύσει σκληρὸν *lapides molares et natura praeduros* ab Appio adhibitos ait, et quae commentatus est Lipsius de Magn. Rom. L. III. 10. Wess.

431. 98. Ἢ κοῖλους ἀναλήμμασιν — ἐξισώσας] Putes interpretem ἀναλώμασι, quomodo Reg. pr., legendum autumasse; id certe quidem vertendo expressit. At bene habet vulgatum. Ἀναλήμματα sunt ὑψώματα, seu moles, quibus cava locorum con-

planantur altiusque educuntur. Strabo *κοιλάδων ἐγχώσεις* vocat L. V. p. 360. Tu vide not. in L. XVII. 71. Wess.

431. 3. *Ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν — ἐνίους ἀνέμιξε*] Hiat oratio. Forte fuit *πολλοὺς τῶν δυσγενῶν*, aut, si nimium id putetur, *τοὺς πολλούς*. Inquinavit enim Senatum Appius lectis humilibus, et libertinorum filiis. Conf. Livium L. IX. 30. Mox sequor Reg. 1. In vulgato nimis inconcinnum erat iteratum *ἐξουσίας* vocabulum. Censor Appius, *urbanis humilibus per omnes tribus divisis forum et campum*, verba Livii sunt ibid. c. 46. ex correctione Gronovii L. IV. Vet. Pec. c. 9., *corrupit:* huc respicit auctor, neque latius porrigi debet, quod ille de censu prodidit. Wess.

431. 8. *Ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτοῦ — τὸν φθόνον*] Satis hoc quidem cultum. Philo in Flacc. p. 990. C., sed diversiore forma, *διά τινας ὑπερβολὰς ἀνηκέστων κακῶν, ἃ κατ' ἐμοῦ ΘΗΣΑΥΡΙΖΟΜΕΝΟΣ (ὁ δαίμων) χαρίζεται τοῖς δολοφονηθεῖσι.* Pari elegantia *μέγας κακῶν θησαυρὸς*, quod Plautum non sprevisse notissimum est, Euripid. Ion. v. 923., *κακῶν ταμεῖον καὶ θησαύρισμα* Democritus in Plut. T. II. p. 500., et *ὀργῆς τινος ὑπούλου θησαυρὸς* ibid. p. 517. Ecquis ergo Paullinum istud *ΘΗΣΑΥΡΙΖΕΙΣ σεαυτῷ ὀργὴν* ob iucundissimam figuram non amplexabitur? Vide optimi viri Epist. ad Rom. c. II. 5. et clarissimi Io. Alberti notam. Wess.

431. 16. *Καὶ γὰρ οἱ μὲν ὕπατοι* etc.] Si qui *εἶθ' οἱ μὲν* voluerit, optio est. Ego non moveo. Statim *συνῆγον τὴν σύγκλητον* unice verum est. Livius de Coss. C. Iunio Bubulco et Q. Aemilio Barbula: *initio anni questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus, — negaverunt, eam lectionem se — observaturos: et senatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat* L. IX. 30. Wess.

432. 21. *Καὶ τὴν τῶν συγγενῶν προαγωγὴν*] Verius arbitror *δυσγενῶν* ex Reg. pr. Favit enim plebes humilibus istis et libertinorum filiis, quos Appius Claudius allegerat. Mox fidenter *Γναῖον Φλαύιον* scripsi, quo illum praenomine omnes designant, patre libertino progenitum perhibentes. Quod vero additur *πατρὸς ὢν δεδουλευκότος*, id verum non praestabit Suetonius, qui his temporibus *libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos, ex his procreatos*, auctor est in Claud. c. 24. Sed C. Sigonium L. I. Ant. Iur. Civ. Rom. c. 6. lege. Porro peccat Diodorus Cn. Flavii aedilitatem hunc in annum coniiciens, qua fungi demum post hos sex annos apud Livium L. IX. 45. coepit. Verum et alia hic stipavit, quae partim citius aut serius administrata sunt. Wess.

432. 27. *Προσεποιήθη τυφλὸς εἶναι*] Vera hunc loqui crederem, nisi annales docerent post Censuram Appium consulatum petiisse, urbanisque artibus opes auxisse in Livii L. IX. 42.

et X. 22. Caussam caecitatis aliam, sed ex superstitione repetitam, dabit idem Livius L. IX. 29. et Valerius Maxim. L. I, 1. 17. Wess.

432. 29. *Ἐπ' ἄρχοντος — Χαρίνου*] Seneca de Epicuro Ep. 18. *hoc certe in his epistolis ait, quas scripsit Charino magistratu ad Polyaenum.* Quem locum signaverat manus recentior ad oram Reg. pr. In Dionysii T. II. p. 116. *Καίριμος* est. Porro victor, qui stadii coronam abstulit, apud Eusebium *Ἀνδρομένης Κορίνθιος* audit. Wess.

432. 37. *Παρέλαβε παρὰ Κρατησιπόλεως*] Artes, quibus magni animi femina Corinthum, invitis praesidiariis, Ptolemaeo tradidit, Polyaenus L. VIII. 58. exsequitur. Wess.

432. 40. *Τὸ διλογεῖν — παρήσομεν*] Sic L. XVI. 46. *τὸ διλογεῖν περὶ αὐτῶν παρήσομεν.* et ante Nostrum Xenophon de Re Equestr. p. 745. *εἰ δέ τις διλογεῖν ἡμᾶς οἴεται, ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν νῦν τε καὶ πρόσθεν, οὐ διλογία ταῦτά ἐστιν.* Ceterum Ptolemaei studium libertatis Graecorum restituendae tangit Suidas in *Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου.* Wess.

432. 55. *Θυγάτηρ δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου*] Lege de eius et Alexandri Epirotarum regis nuptiis supra L. XVI. 92. Wess.

433. 71. *Κλεοπάτρα — περιμάχητος γενομένη*] Vid. not. in L. III. 10. et XII. 66. Potuisset et in procis nobilissimae feminae Perdiccam numerare, de quo Arrian. in Photii Biblioth. p. 220., insuper docens Sardibus eam post fratris mortem vitam plerumque egisse, et contra Antipatri criminationes animo se plus quam muliebri defendisse, alia tamen occasione, p. 225. Wess.

433. 85. *Τοὺς καλουμένους Ζούφωνας*] Sic omnes libri. Equidem *Zuphonas* hos in Numidia reperire non memini: invenient fortasse alii. Wess.

433. 17. *Βαρεῖς ἐπικειμένους*] *Βαρέως* legendum. Rhod. Infra c. 65. *οἱ δὲ βάρβαροι βαρέως ἐπικείμενοι*, recte haud dubie: nec propterea tamen id heic inculcandum fuerat: vulgatum enim aeque probum. Vide haec ex Diodoro depromta: *καὶ βαρεῖς ἐπικείμενοι τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἕλλησι* L. XIII. 110. *οἱ μὲν περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν βαρεῖς ἐγκείμενοι* etc. L. XV. 56. et *οἱ μὲν Μακεδόνες — βαρεῖς ἐπέκειντο τοῖς πολεμίοις* L. XVII. 12., tum *Ἄννων — ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι* L. XX. 12. Quae omnia mutanda esse, ne Rhodomannus quidem, modo post fata liceret, profiteretur. Wess.

434. 40. *Μακρὰν ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν*] Conf. L. III. 17. et 69. Aristoteles, sed paullo aliter, L. V. Politic. c. 11. *ἀλλὰ τοῖς γ' ἐκτοπίζουσι τυράννοις ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ συμφέρει τοῦτο μᾶλλον.* Wess.

434. 45. *Εἰς τὸ φρούριον*] Quale illud atque ubi locorum? Forsfuit *εἴς τι φρούριον.* Wess.

434. 56. *Πρὸς Ὀφέλλαν εἰς Κυρήνην*] Lege supra L. XVIII. 21. de hoc principe et Iustin. L. XXII. 7. Wess.

434. 75. *Γεγαμηκὼς Εὐθυδίκην τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα*] Meminit feminae, quae post Ophellae mortem in Demetrii nuptias transiit, sed alio nomine Plut. Demet. p. 894. E. *ἠγάγετο χηρεύουσαν ΕΥΡΥΔΙΚΗΝ, ἣ Μιλτιάδου μὲν ἦν ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ, συνοικήσασα δὲ Ὀφέλλᾳ, τῷ Κυρήνης ἄρξαντι.* Uter verum servaverit, nolo decernere, quamquam familiarius est *Eurydices* in Graecia nomen. Wess.

435. 93. *Ἡνιόχους δὲ καὶ παραβάτας*] Recipi potuerat *παραιβάτας*, nisi poeticum esset. Vide supra L. V. 29. et L. XII. 70. Strabo in simili re L. XV. p. 1035. B. *δύο δ᾽ εἰσὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι παραβάται πρὸς ἡνιόχῳ.* Sic melius enim manu scripti eius libri. Wess.

435. 1. *Περὶ Αὐτομόλας*] Legendum *Αὐτόμαλα.* Strabo L. XVII. p. 1193. B. *εἶθ᾽ οἱ Φιλαίνων βωμοί. καὶ μετὰ τούτους Αὐτόμαλα φρούριον.* et Apollodorus apud Stephan. *Αὐτομάλακα·* nam ita locum alii adpellitant; Cl. Salmasium vide in Solin. p. 271. Wess.

435. 9. *Τῶν γὰρ γινομένων αὐτῇ παιδίων* etc.] Paria scholiastae de Lamia ad Aristoph. Pac. v. 757. *ἡ δὲ ἀποθνησκόντων αὐτῆς τῶν παιδίων βαρυθυμοῦσα, τὰ τῶν ἄλλων παιδία διὰ φθόνον ὑποκλέπτουσα ἀνῄρει· διὰ τοῦτο καὶ τὰς τίτθας ἐκφοβούσας τὰ βρέφη καλεῖν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὴν Λαμίαν.* Adde Strabonem L. I. p. 36. cum Casauboni nota. Solebant Graecorum antiquissimi historici cupide Lamias suis libris intexere, *Λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας*, sicut Dionysius ait T. II. p. 139. Equidem non dubito, quin ex hoc fonte hauserit *τὸν ΛΙΒΥΚΟΝ ΜΥΘΟΝ* Dio Chrysostom. p. 83. et Fabulam *ΛΑΜΙΑΝ* Euripides. Wess.

435. 21. *Ὡς εἰς μάρσιπον ἐμβάλοι*] Non absurdum est *εἰς ἄρσιχον*, quod idem atque *ἄῤῥιχον* sic vocant cophinum sive vas ex vimine textum, docentibus Grammaticis. Inspice Schol. in Comici Aves v. 1306. et Etymolog. in *Ἄῤῥιχος.* Porro non iniusta suspicio est paullo ante scriptum fuisse *τοὺς κατὰ τὴν χώραν ὑπολαμβάνειν.* Wess.

435. 23. *Εἰς τὸ προειρημένον μέτρον μεταφέροντες*] *Μέθυ* pro *μέτρον.* Rhod.

435. 27. *Τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς*] Non iniuria docti viri suspicantur, versus hos ex Euripidis Lamia, cuius Prologum Lactantius citat Instit. L. I. 6. sumtos esse: priorem, turpiter heic claudicantem, Ios. Barnesius exhibet,

Τίς τοὔνομα πᾶσι τοὐπονείδιστον βροτοῖς,

ad sententiam bene, sed citra auctoritatem omnem. Illust. Scaliger et Is. Vossius margini sui libri adscripserant

Τίς τοὔνομ᾽ αἰσχρὸν κἀπονείδιστον βροτοῖς.

versuique et sententiae bene consuluerant. Quid poëta dederit, in incerto manet. Wess.

436. 31. *Ἀλλὰ καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς ἀπολιπούσης*] Ad illustrandum hunc locum et historiae pleniorem cognitionem facit locus Theophrasti de loto arbore (Hist. Plant. L. IV. 4.) *πολὺ δὲ τὸ δένδρον καὶ πολύκαρπον. τὸ μὲν οὖν Ὀφέλλου στρατόπεδον, ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, καὶ τούτῳ φασὶ πλείους ἡμέρας ἀπολιπόντων τῶν ἐπιτηδείων κεχρῆσθαι.* Id est, *arbor est ibi frequens et multi fructus; exercitum itaque Ophellae, cum Carthaginem iret, per plures dies eo fructu usum fuisse aiunt deficiente commeatu.* Palm.

436. 35. *Πολλῇ τῇ συμφορᾷ περιέπιπτον*] *Πολλοὶ* pro *πολλῇ*. Rhod. Ego vero intercedo. *Πολλῇ τῇ συμφορᾷ* est *insigni ac difficili calamitate.* Quo usu *πολλῇ τῇ εὐσεβείᾳ διαφέρειν singulari pietate excellere* L. III. 10., *ὥστε καίπερ πολλῆς οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν ἀγωγῆς τῶν τηλικούτων φορτίων*, hoc est, *difficilis et laboriosae*, ut bene vir magnus, apud Strabon. L. XII. p. 865. B. et *καὶ γίνεται πολὺς ἐνταῦθα ἀγὼν*, *mox acre illic ortum certamen est*, in Appiani Mithrid. p. 313. Wess.

436. 37. *Ὁμοίαν ἔχοντες τὴν χρόαν τῇ — χώρᾳ*] Cerastas intelligit, quas serpentes *δεινοὺς εἶναι τὸ δῆγμα* Callias prodiderat L. X. Rer. Agathocl., hanc, puto, Ophellae expeditionem executus, in Aelian. de Animal. L. XVI. 28. Posses et Hammodytas arbitrari. Lucanus L. IX. 715.

Concolor exustis, atque indiscretus harenis
Hammodytes: spinaque vagi torquente cerastae.

aut eam pestem, quae isti poetae *tabificus seps*. Aelian. Hist. An. L. XVI. 40. *τὴν χρόαν ἐκτρέπει* (seps) *τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἔοικε τοῖς τόποις, καθ' οὓς ἔρχεται.* At prius vero propius. Vide Diodorum L. III. 50. Wess.

436. 41. *Πλεῖον ἢ δύο μῆνας κακοπαθήσαντες*] Tantundem temporis Cato itinere suo, cum Cyrenis ad haec loca pergeret, absolvit. Lucanus L. IX. 940.

Bis positis Phoebe flammis, bis luce recepta
Vidit harenivagum, surgens fugiensque, Catonem.

Quamquam Strabo et Plutarchus citius has solitudines emensum, ut Micyllus probe monuit, referunt. Mox *διαχωρίσαντες* ex membranis auctori restitui. Wess.

436. 43. *Διαχωρήσαντες*] Lege *διαχωρίσαντες*. Rhod.

436. 67. *Καὶ προχειρότερον ἑαυτὸν πιστεύσας*] Aut deest vocabulum, aut *αὐτῷ* scribendum. Voluit fortasse *προχειρότερον ἑαυτὸν πιστεύσας τῷ τυράννῳ*. Negligit autem eam fraudem, qua Agathocles Ophellam, regulum inpudicum, circumscripsisse perhibetur in Polyaeni Strateg. L. V. 3. 4. Wess.

436. 74. *Δεισιδαίμονες γὰρ οἱ μέλλοντες ἐγχειρεῖν* etc.] Egregie. Illustre exemplum, quo solo defungar, pete ex prudentissimi scriptoris Annal. XV. 51. etc. Wess.

437. 81. *Οὐκ ἐτόλμα δὲ ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα*] Concisum est et cultum, quod Reg. 1. offert, nec praestabilius tamen. *Ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα* Diodoreum est de tyrannide, quam quis palam invadit. Wess.

437. 86. *Οὔτε — ἔγνω τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος*] Scabiem, quae per omnes editos serpserat iteratis *ἐν τῇ πόλει* vocibus, adhibita ex Reg. pr. medicina sustuli. Scripsissem ex eodem *εἴτε γὰρ Ἀγαθοκλῆς — ῥαδίως ἂν ἐκράτησε τῆς Καρχηδόνος. ἐπεὶ εἵλετο ἂν — εἴτε πάλιν οἱ — ῥαδίως ἂν αὐτὸν ἐχειρώσαντο* etc. suavius enim et nitidius. Sed nolui nimius videri. Wess.

437. 10. *Τὸ μεσολαβεῖν τὴν διήγησιν*] Relege adscripta ad L. XI. 2. Wess.

437. 17. *Ἐν τῇ καλουμένῃ Νέᾳ πόλει*] Arbitrarium est uno duobusque vocabulis oppidi id nomen efferre: non item *ἔξω τῆς — οὔσης* retinere. Series postulat *οὔσῃ*. Neapolis ista prope veterem Carthaginem erat, illi paene adhaerescens. Itaque alia atque ea est, qua de supra c. 17. et Thucydides L. VII. 50. Erunt fortasse, qui *Magalia* putabunt, qua Poeni voce *novam villam*, teste Isidoro L. XV. Orig. c. 12., describunt: at ea partem Carthaginis faciebant, *Byrsam* ambitu suo conplexa. Confer Servium in Aeneid. I. 372. et S. Bochartum de Phoenic. Colon. L. I. 24. p. 470. Ego suburbium Carthaginis Neapolim hanc fuisse opinor. Wess.

437. 20. *Μισθοφόρους δὲ χιλίους*] Hic quippiam ad integrandam sententiam deest, ut *παρακελευσάμενος*, vel *ἀναλαβὼν*, vel *συναγαγών*. Rhod. *Μισθοφόρους δὲ τετρακισχιλίους*] Hoc malui. Mille conductitii et civium quingenti, quos edd. annumerabant, nimis erant pauci ad tantae amplitudinis urbem, in qua, postrema obsidione, septingenta ferme hominum millia reperiebantur, Strabone L. XVII. p. 1189. auctore. Deesse vero ad pleniorem sententiam participium aliquod, optime Rhodomannus perspexit. Wess. In ed. Hanov. expressum *παρακαλεσάμενος*.

438. 38. *Ἀπὸ τῶν οἰκιῶν*] Ita scriptum ab auctore fuit, ut bene Reg. pr. *Ὑπὸ* nihili hoc quidem loco erat. Wess.

438. 46. *Αὐτὸν δὲ τὸν Βομίλκαν αἰκισάμενοι δεινῶς*] In crucem Bomilcarem sustulerunt. Iustinus L. XXII. 7. *ob quam noxam in medio foro a Poenis patibulo* (Bomilcar) *suffixus est: ut idem locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ante fuerat ornamentum honorum.* Wess.

438. 54. *Πρὸς τὰς — Πιθηκούσσας*] Sic melius. Appian. L. V. Bell. Civil. p. 1130. *ἐς νῆσον ὡρμίσθη τὰς Πιθηκούσσας, ἣ νῦν ἐστιν Αἰναρία.* Firmat scripturam origo vocis: *Πιθηκόεσσα* facit *Πιθηκούσσας*. P. Cluverius L. IV. Ital. Ant. c. 4. *Πιθηκούσας* scribens ad originationem attendisse animum non videtur. Wess.

438. 61. *Τὸ καλούμενον Κάπριον*] Veriusne sit *Κάπριον* an *Καίριον* non finivero. Putares in posteriore latere *Caere*, nisi id oppidum diu antea praefectura fuisset. Livius in gestis anni huius rebus L. IX. 41. *Tarquinienses metu subegerat frumentum exercitui praebere, et inducias in quadraginta annos petere. Volsiniensium castella aliquot vi cepit.* Addit deinde, tantum terrorem sui fecisse consulem, *ut nomen omne Etruscum foedus peteret: ac de eo quidem nihil inpetratum: induciae annuae datae.* Unde conficias *Caprium* sive *Caerium* ex Volsiniensium fuisse castellis. Adde Cluver. Ital. L. II. p. 557. Wess.

438. 67. *Ἀναξικράτης*] Hoc Archonte Athenis, exacto Demetrio Phalereo, libertatem fuisse restitutam agnoscunt Dionysius T. II. p. 116. et Plut. in Rhet. Vit. p. 850. Statim *κατεστάθησαν* primitus fuit et *Οὐολούμνιος*, quod fide membranarum refinxi. Inspice Livium L. IX. 42. Wess.

439. 78. *Καὶ κήρυγμα ποιησαμένου*] Multo haec plenius et distinctius Plut. Demet. p. 892. Invectus classe sua in Piraeeum, cum silentium et audientiam inpetrasset Demetrius, per praeconem pronuntiavit, *ὅτι πέμψειεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀγαθῇ τύχῃ Ἀθηναίους ἐλευθερώσοντα, καὶ τὴν φρουρὰν ἐκβαλοῦντα, καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καὶ τὴν πάτριον ἀποδώσοντα πολιτείαν. Sese, quod felix faustumque sit, a patre missum esse, ut Atheniensibus libertatem restitueret, praesidium eiiceret, ac leges illis et patriam reipublicae formam redderet.* Habet, quae horsum referri debent, Polyaen. Strateg. L. IV. 7. 6. Wess.

439. 96. *Ἔτυχε παραπομπῆς*] Parum refert hoc an *παραφυλακῆς* recipias. Opus erat Demetrio comitatu, cuius praesidio tueri se ab infesta Atheniensium multitudine poterat: hoc enim moderationis et reipublicae cum cura administratae pretium abstulit, ut vulgi mobilis odia in se derivaret, absens indicta caussa damnaretur, statuae everterentur, eraderenturque psephismata, uti notum ex Philochoro apud Dionysium in Dinarch. p. 113. Bene Plut. Demet. p. 892. D. *εἰς Θήβας αὐτὸν, ὥσπερ ἠβούλετο, μετὰ ἀσφαλείας* (Demetrius Poliorcetes) *συνεξέπεμψεν.* Thebis, quod omnibus cognitissimum, auctorque prodit, deinceps in Aegyptum se recepit, sed Cassandro fatis functo, Antigoni metu, Hermippo teste in Diogenis L. V. 78. At Antigonus, Demetrii Poliorcetae pater, ante Cassandrum praelio ad ipsum pugnans occubuit; quare aut errasse Hermippus, aut Antigonus iste, quae Usserii coniectura, idem censendus est, ac Antipater Cassandri F., quem Eusebius et Dexippus Antigonum vocitant. Ut ut est, Hieronymi in explicandis Demetrii Phalerei rebus, legationeque ad Poliorceten Demetrium obita, errores erudite expedivit Ill. Scaliger ad Chron. Eusebii ann. MDCCIX. Wess.

439. 8. *Οὔσης τῆς Μουνυχίας ὀχυρᾶς*] Vid. not. in L. XVIII. 64. Wess.

439. 22. *Ὁ μὲν Δημήτριος κατασχὼν τὴν Μουνυχίαν*] Negligit gestae rei ordinem Diodorus. Demetrius, occupato Piraeeo praesidiisque ad Munychiam relictis, Megara contendit: qua urbe in ditionem potestatemque redacta, Munychiam, summa vi oppugnatam, occupavit. Sic Philochorus apud Dionysium T. II. p. 113. et Plut. Demet. p. 893. B. Munychiae vero inpositum a Cassandro praefectum Dionysium habet etiam Suidas in *Δημήτριος*. Wess.

439. 25. *Γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους*] Lege Plut. Demet. p. 893., honores Demetrio patrique eius Antigono ab Atheniensibus, in turpissimam adulationem versis, decretos diligenter exponentem, sed Stratocli, homini inpudentissimo, aliud multoque insolentius psephisma contribuentem. Wess.

440. 31. *Καὶ συντελεῖν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν* etc.] Festum Dionysiorum diem mutato nomine *Demetria* appellarunt. *Τῶν ἑορτῶν τὰ Διονύσια μετωνόμασαν Δημήτρια*, Plutarchus ait. Confer Io. Meursii Graec. Fer. L. II. in *Δημήτρια*. Wess.

440. 33. *Ἐνυφαινόντων αὐτοὺς εἰς — πέπλον κατ' ἐνιαυτὸν*] Nisi librariorum nimia diligentia repetitas ex superioribus putes voces *κατ' ἐνιαυτὸν*, in errore Diodorus erit. Peplus non erat annuus, sed quinto quoque anno, cum Panathenaea magna celebrarentur, ab Atheniensibus spectabatur: testis praeter alios Plautus Mercat. I. 1. 66. Scio probe Grammatici verba ad Aristophan. Equit. v. 563. *ἐπεσκευάζετο οὖν ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ΕΝΙΑΥΤΟΝ, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναίοις*. Sed ille ab errore, quem Io. Meursius Panathen. c. 17. perstrinxit, tueri se non potest. Verius ex eadem natione alius ibid. adscripsit, *διὰ πενταετηρίδος* Minervae navim, ex qua peplus pendebat, instrui. Porro Diodori inconsiderantiam, si tamen eius est, tetigit Is. Casaubonus ad Capitolini Antoninum Philosophum c. 21. De pepli vero textura post diligentem Meursii operam plura addere supervacaneum existimo. Wess.

440. 35. *Μετ' ἔτη πεντεκαίδεκα — ἐκομίσατο*] Vide, quae dicta fuerunt ad extremum L. XVIII. p. 318. Wess.

440. 43. *Ἔδωκεν — πεντεκαίδεκα μυριάδας*] Eadem Plutarchus, sed a Demetrio patris nomine promissa Atheniensibus referens, de legatione nihil, p. 893. B. Porro Imbrum post pauca *πόλιν* vocat eo ex more, quo insulas, una eiusdem nominis urbe insignes, Graeci *πόλεις* passim adpellant, de quo ad Itiner. Anton. p. 523. abunde. Wess.

440. 63. *Ναῦς δὲ ταχυναυτούσας μὲν τριήρεις* etc.] Rhodomannus in not. suarum Addend. correxit *ταχυναυτούσας καὶ τριήρεις*· quo carere possumus. In navium Demetrii numero veteres dissentiunt, uti ex Polyaeno L. IV. 7. 8. cum Maasvicii nota apertum est. Wess.

440. 65. *Καὶ πορεῖα τῶν παντοδαπῶν ἱκανὰ* etc.] *Sunt πο-*

ρεῖα, Salmasium audis Observ. ad Ius Att. et Rom. p. 736., *vectoria et actuaria navigia, non solum militibus vehendis, sed etiam quibuslibet idonea, unde et vectoria appellata Caesari:* haud male. *Στρατιωτικὰ πορεῖα* auctor infra c. 50. et 74. habet, et c. 83. *ἰδιωτικὰ πορεῖα τῶν ταῖς ἀγοραῖς χρωμένων.* Longe alius fuerunt generis *πορεῖα ὑπότροχα.*, quorum ope naves ex uno in alium portum per siccum trahebantur apud Polyb. fine L. VIII. Wess.

440. 70. *Εἷλε — Οὐρανίαν καὶ Καρπασίαν*] De *Carpasia* Cypri res est explorata. *Uraniae* patronum alias paravi Nonnum Dionys. L. XIIII. 452., quem pari caussa excitatum video ab eruditissimo Bocharto de Phoen. Colon. L. III. 3. p. 353. Sed dubito cum maxime, parumque absum a mendi suspicione. *Ἡρανία*, quod Steph. e manu exaratis Codd. eruit, ducit ad *Κερυνίαν*, quam urbem, Carpasiae vicinam, amanuenses his in libris mendosissime scripserunt, *Κερανίαν*, *Ἡρανίαν* aliisque modis adpellantes. Ceterum Menelaus, qui Ptolemaei in insula res curabat, eiusdem frater erat, Nostro L. XIX. 62. una cum Plut. Demet. p. 895. teste. Wess.

441. 91. *Ἣν ὠνόμασεν Ἀντιγονίαν*] Lacus erat in agro Antiocheno, e quo fluvius *Archeutas*, sive *Ἀρκευθος* potius, ut in Strabon. L. XVI. p. 1090. D., progrediebatur; quem inter et lacum sita erat Antigonia, nisi fallit Io. Malala Chronograph. p. 254.; et stadiis quidem ab Antiochena urbe quadraginta, adfirmante disertissimis verbis Libanio in Antioch. p. 348. C. In eam vero nominis sui urbem Antigonus plures Athenis colonos deduxit, sicuti iidem perhibent. Wess.

441. 98. *Σελεύκου καθελόντος αὐτὴν*] Seleucus Antigoniam evertit post praelium ad Ipsum, quo Antigonus cecidit, Libanio et Malala ibid. testantibus. At quae haec verborum stribiligo *μεταγαγόντος* (sic melius scriptae schedae) *ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπ' ἐκείνου δὲ κληθεῖσαν Σελεύκειαν*; quis ita loquitur, qui ab eodem principe urbem conditam et cognominatam profitetur? Cur non *ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ καὶ κληθεῖσαν Σελεύκειαν.* Adde, ceteros scriptorum auctores esse, eversa Antigonia incolas Antiochiam a Seleuco fuisse traductos. Audi Strabonem L. XVI. p. 1089. partem Antiochenae urbis primam *ὁ Νικάτωρ συνῴκισε, μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου μικρῷ πρότερον.* et Libanium Antioch. p. 349. C. *Ἀντιγονίαν δὲ αὐτὴν ἠφάνισεν — τὸ δὲ πλήρωμα δεῦρο* (Antiochiam) *μετέστησεν. ἐν οἷς ἦσαν καὶ Ἀθηναῖοι.* Qui quidem satis erunt locupletes. Accedat in cumulum Io. Malala p. 256. *ὁ δὲ Σέλευκος, μετὰ τὸ καταστρέψαι τὴν Ἀντιγονίαν, ἐποίησε μετοικῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἰς ἣν ἔκτισε πόλιν Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην.* Ecquid apertius exspectari potest? Ergone Diodorus in alia omnia ivit? Nolo equidem di-

stricte id negare: nec fero tamen insulsum istum sermonem. Mei res si foret arbitrii, scribi debuisse *ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπὸ πατρὸς δὲ κληθεῖσαν Ἀντιόχειαν* adfirmarem. Constat enim Seleucum patri Antiocho istum honorem habuisse; ut Syriae haec metropolis eius superbiret nomine. *Τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἀντιόχου* Libanius ait: nam quod Malala p. 255. Chronograph. *καλέσας αὐτὴν Ἀντιόχειαν εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ, τοῦ λεγομένου Ἀντιόχου Σωτῆρος*, id meliorum auctoritate abunde repulsum est. Wess.

441. 22. *Τὴν ὀνομαζομένην Ἑλέπολιν*] Amplior et veterum scriptorum testimoniis celebratior ea Helepolis est, qua Demetrius Rhodum oppugnavit c. 92. huius libri. Vocem explicat Hesychius, *Ἑλεπόλεις· μηχανήματα, οἱ κριοὶ ἢ οἱαδήποτε, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦνται.* haud absurde: nihil certe necesse fuerat, ut *οἱαδήποτε* exemplo Clarissimi W. Trilleri Emend. Hesych. p. 15. in *ἢ ἴα δήποτε* aut *ὀϊστὰ δήποτε* converterentur. Vocant enim *ἑλέπολιν* omne id, cuius ope urbes capiuntur, seu homo sit seu machinae genus. Inspice Euripid. Iphig. Aul. v. 1476. et 1511. Ioseph. Bell. L. II. 19. 9. cum nota Ez. Spanhemii. Wess.

442. 47. *Περὶ τὸ μεσονύκτιον*] Supra L. XVIII. 31. *ἡ μὲν ὥρα κατελάμβανε μεσονύκτιος.* quod aeque ac *μεσονύκτιον* Phrynichus cum Thoma Magistro *ποιητικὸν* esse pertendit, non satis ex vero: *περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον* dixit Lucianus, uti monuit Clar. Io. Alberti ad S. Lucae c. XI. 5., dixerunt alii. Mox *τοὺς πυροφόρους* adpellare videtur *τοὺς πυρφόρους ὀϊστούς*, quibus Tyrios fuisse usos Arrianus ait L. II. p. 96.; ipse infra *τὰ πυρφόρα* et *βέλη πυρφόρα* c. 89. 98. et *πυρφόρους* vocat. Wess.

442. 64. *Ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα*] Totidem naves Ptolemaeo dat Polyaenus L. IV. 7. 7. At Plut. Demetr. p. 895. D. centum et quinquaginta, forsan librariorum nimia diligentia: nam neque hic, neque in Polyaeno mendi ulla suspicio suboriri poterit: quod uterque adiunctis LX Menelai ducentarum numerum rotundet. Verum leve istud et in numeris paene sollemne. Quod succedit, *τούτων δ' ἦν ἡ μεγίστη, πεντήρης, ἡ δ' ἐλαχίστη, τετρήρης*, *quarum maxima quinqueremis, minima quadriremis*, id indicare videtur, unam duntaxat quinqueremem in ea Ptolemaei classe fuisse, ceteras omnes quadriremes. Atqui in sequentibus plures maximarum navium, *τῶν μεγίστων σκαφῶν*, in hostes Ptolemaeus ducit, iisdemque adversarios in fugam vertit. Adde, sub Demetrii signis plures maximae molis fuisse naves, hepteres hexeresque, neque consultum fuisse illis molibus quinqueremem et quadriremes obiicere. Vidit haec omnia, animadvertendaque censuit doctissimus Marc. Meibomius de Trirem. Fabr. p. 608. ed. Graev., propterea corrigens *ἡ μεγίστη, πεντεκαιδεκήρης quindecim ordinum navis*; quae si probetur, eadem

in Ptolemaei classe sex, septem, octoque ordinum naves, imo et ampliores, putari poterunt. Id equidem ego vellem maximopere, ut πεντεκαιδεκήρης aut scriptis e libris aut veterum auctoritate munitior esset. Nihil certe iuvat ἡ Πτολεμαίου ναῦς πεντεκαιδεκήρης in Pollucis L. I. 83. cum ea Philadelphi aut Philopatoris, ut viri docti bene observarunt, fuerit. Quid? Plutarchus liquido tradit, hoc genus navium ante Demetrium, oppressis Cassandri filiis toti Macedoniae imperantem, a nemine visum unquam fuisse. Accipe verba ex eius Demet. p. 910. B. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων οὔτε ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΗΡΗ ναῦν πρότερον, οὔτε ἑκκαιδεκήρη. Nihil apertius, modo Nostri verba, planissime idem confirmantia ex c. 93. addideris. Demetrius postremis vitae Ptolemaei Lagi annis has naves molitus est: non habuit ergo hoc ad Cyprum praelio Ptolemaeus eiusmodi navim. At manet difficultas: quae me iudice dissipabitur, si τούτων δ' ἦσαν αἱ μέγισται, πεντήρεις etc. legatur, ut mox in classis Demetrii descriptione, τούτων δ' ἦσαν αἱ μέγισται μὲν ἑπτήρεις et reliq. Neque nocebit τῶν μεγίστων σκαφῶν insecuta mentio, cum quinqueremes et quadriremes revera e maximis fuerint navibus: nedum hepteres et hexeres Demetrii, quibuscum congressus Ptolemaeus est; quae quidem maiores et propterea minus agiles atque hostium insultui magis obnoxiae, ut Aegyptiae illae in Antonii classe apud Dionem L. L. p. 502. Wess.

443. 78. *Καὶ τῶν τρισπιθάμων* etc.] De hac machina inferius c. 86. Wess.

443. 92. *Ἔχοντος τοῦ λιμένος στενὸν τὸν ἔκπλουν*] Confer Plut. Demet. p. 895. D., paria docentem. Wess.

443. 2. *Ἐπὶ δὲ τούτοις ἔταξεν*] Hoc retineo. Si quid sani inest voci ἐπίπλους, adiectiva erit, navesque extremo in agmine procedentes notabit; quem in modum τὰς πρόπλους *praecursorias* vocat Appian. Mithrid. p. 344. Wess. Quae notavi ad ἐπίπλους libri Veneti, firmabunt haec Polybii L. I. 50. Ἀτάρβας — ἔχων πέντε ναῦς ἐπίπλους ὑπέστησε τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἀντίπρωρον τοῖς πολεμίοις. Idem in Add.

443. 8 *Μαρσύας, ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις* etc.] Duo fuerunt Marsyae, rerum Macedonicarum scriptores, alter domo Pellaeus, Periandri F., alter Philippensis, Critophemi F., quem τὸν νεώτερον Harpocration, sicuti istum τὸν πρεσβύτην adpellat in Μύρτανον et Λιτή. Uter ergo Noster est? G. Io. Vossius de Histor. Graec. L. I. 10. temporum rationem ostendere putat, τὸν νεώτερον sive *iuniorem* intelligi a Diodoro Siculo hoc in loco. Quae mihi res haud leve dubium habere semper visa est. Suidas, cui accuratiorem notitiam utriusque Marsyae debemus, de iunioris aetate tacet: de Pellaeo Marsya ait, educatum una cum Alexandro et fratrem fuisse Antigoni, qui deinde regnarit. Haec bene conveniunt in Diodori Marsyam. Aetas congruit, neque An-

tigonus alius est, quam Demetrii pater. Miror vero nec ab Vossio neque a Kustero animadversum fuisse vitium, nisi tu errorem malis, in Suidae verbis, *Μαρσύας, Περιάνδρου, Πελλαῖος, ἱστορικὸς — καὶ ἀδελφὸς Ἀντιγόνου, τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος· σύντροφος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως*. Antigonus, uti memoravimus, is ipse est, de cuius *filiique* rebus Diodorus disserit. Atqui is patre natus est Philippo, teste Arriano L. I. Exp. Alex. extremo, pluribusque aliis. Proinde culpa non vacat *Περιάνδρου* in Suida nomen. Habet de *Marsya* quaedam H. Valesius ad Harpocrat. in *Λιτή*, quae hinc in ordinem cogi poterunt. Wess.

443. 10. *Ἀρχικυβερνήτης ὢν τοῦ σύμπαντος στόλου*] Vide Iac. Gronov. ad Arriani L. VI. 2. p. 237. et Scheffer. Milit. Nav. IV. 5. Wess.

444. 22. *Καθάπερ ἦν ἔθος, διὰ τῶν κελευστῶν*] De *portisculi* sive celeustae officio quaedam Ill. Scaliger ad Varron. Coniect. p. 188., plura Io. Schefferus Milit. Nav. L. IV. 7., sed neuter notabilem hunc morem attigit. Wess.

444. 28. *Ἦρε τὸ — σύσσημον, ἀσπίδα κεχρυσωμένην*] Vid. L. XIII. 46. Lacedaemonii praelio ad Aegos flumen *σημεῖον μετέωρον αἴρουσι χαλκῆν ἀσπίδα* in Polyaeni L. I. 45. 2. Wess.

444. 39. *Οἱ μὲν — συγκαθῆκαν*] Cl. Rhodomannus in notar. suarum Addend. videri omissum ait *τὰ δόρατα*, quam in versione coniecturam secutus est: non refragabor, nisi si in genua eos sese demisisse velis. Wess. In *συγκαθῆκαν* subauditur *ἑαυτούς*, *simul omnes nitebantur*, *incumbebant adversus hostes*. V. ad Polybii p. 279. 20. dicta. Reisk.

444. 59. *Ὅμως δὲ ποικίλαι*] Vide num *ὁμῶς*, an vero, quod malim, *ὅλως*, huc magis quadret. Rhod. Habes similem particulae eius usum L. I. 73. p. 85. in vulgatis certe libris: quam pari modo inmutatum ivit Rhodomannus. Ego vero *ὁμοίως* refinxi fide meliorum membranarum. *Ὁμῶς* hic praefero. Wess.

445. 88. *Κατέδυσεν*] *Κατέλυσεν* Basil. Vide ad L. XIV. 49. Wess.

445. 96. *Καὶ Βουρίχῳ*] Locum *Burichus* tenuit inter Demetrii adulatores, teste Athenaeo L. VI. 14. cum magni viri animadversione. Wess.

445. 4. *Ναύαρχον ἐπιστήσας Μενοίτιον*] In Polyaeno L. IV. 7. 7. Menelaus ipsemet ex Salaminis portu erumpit, ut fratri sociisque auxilio sit, seque Ptolemaeo fugam ingresso comitem addit, non sine errore. Melius Plutarchus, parta victoria Demetrium Salaminem properasse, et Menelaum ad urbem exercitumque et classem dedendam conpulisse in Demet. p. 895. F. tradidit. Wess.

445. 14. *Ἐλήφθησαν τεσσαράκοντα*] Imo vero septuaginta, si fides Plutarcho dict. loc., sed ille et aliis in rebus a Nostro dissentit. Wess.

445. 27. *Τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν κατορθωθέντων*] Nihil refert, hoc malueris an *κατορθωμάτων*. Missus ad Antigonum est Aristodemus Milesius: qui qua insolentia et fastu senem, de praelii eventu anxium, torserit, docetur ab eodem Plut. p. 896. Wess.

445. 34. *Αὐτὸς ὁμοίως ἀνέλαβε τὸ διάδημα*] Exercitus in Aegypto Ptolemaeum regem, ne propter nuperam cladem victoribus minor videretur, salutavit. Appianus Syr. p. 197. *ἀνεῖπε δὲ καὶ Πτολεμαῖον ὁ οἰκεῖος στρατὸς βασιλέα, ὡς μὴ διὰ τὴν ἧσσαν μειονεκτοίη τῶν νικησάντων*. Eadem Plutarchus in Demet. p. 896. Wess.

446. 43. *Πυθόμενος τοὺς — δυνάστας ἀνηρημένους*] Claudicat oratio, quippe manca. Adstruxit Rhodomannus *τὸ διάδημα* in notar. Correct., me non invito. Quod vero Diodorus continuo subiungit, *καὶ διάδημα μὲν οὐκ ἔκρινεν ἔχειν*, id videtur convelli posse veteri numo, qui in Parutae Tab. CLII. Agathoclis diadematum repraesentat caput: nec iuvat tamen; siquidem aut a tyranni adulatoribus aut post eius mortem percussus est: firmant suspicionem crines, quibus istud caput egregie vestitum est, caruit autem, dum in vivis esset, Agathocles. Vid. Illust. Ez. Spanhem. Dissert. VIII. de Num. Praest. p. 546. et Sig. Havercampum ad Parut. p. 1047. Wess.

446. 51. *Διὰ τὸ μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην εἶναι*] Si cui blandiatur Reg. pr. scriptura, non equidem invidebo: mihi vulgata placet. Agathoclem myrtea corona capitis calvitiem obtegere fuisse solitum Aelianus non reticuit Var. Hist. XI. 4. Wess.

446. 57. *Διδοὺς ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων*] Sic supra c. 45. et Iosephus Bel. Iud. L. I. 24. 4. *διδοὺς τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν*. Philo Vit. Mos. L. III. p. 675. C. *ἵνα θύσῃ περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων*, quod genus et *βαπτισθῆναι εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν* frequens est in sacris N. T. libris. Idem Philo Leg. Cai. p. 1032. *αἰτήσασθαι φόρων ἄφεσιν*. Par usus vocis *παρέσεως*, cum de delictis, tributis, reliquisque, quae condonantur, sermo est. Vide, neque enim id agere consilium est, Epistol. Phalarid. 80. et 92. Philon. de Insid. Potiori Struct. p. 181. A., et quae erudite disputavit vir praestantissimus, mihique longo usu cognitissimus, H. Venema Dissert. Sacr. L. I. 4. p. 72. Wess.

446. 70. *Προκειμένων αὐτοῖς σκοπῶν πολιτικῶν*] Non dissimile crudelitatis exemplum ad urbem Rhegium in Phytone Dionysius edidit tyrannus apud Philostrat. VII. Vit. Apoll. c. 2. Tu Nostri L. XIV. 112. lege, et mecum animadverte *πύργον Ἀγαθοκλέους turrim Agathoclis* triginta ab Utica stadiis huius obsidionis tempore videri excitatam, qua de Appian. Punic. p. 13. Wess.

447. 2. *Ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην ἄκραν*] Interpres *equi arcem* verterat, quod hic et inferius mutavi. Satis adparet

urbem Uticae vicinam fuisse, meritoque a Polybio τοὺς Ἰτυκαίους καὶ τοὺς Ἱππακρίτας L. I. 70. 73. coniungi. Clarius situm signat Scylax Peripl. p. 119. ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν... Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστι. Liquet enim ultra Uticam in occidentem versus plagam hanc *Hippuacram* sedem habuisse. Errat ergo Appianus Punic. p. 111., aut aliam intelligit, cum de Pisone: ἀπὸ δὲ ταύτης ἐς Ἱππάγρετα μετῆλθεν, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι, ἀκροπόλει, καὶ λιμέσι καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκεύαστο καλῶς· μέση δ' οὖσα Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης etc. At aliam indicasse, plura dissuadent: namque inter Carthaginem et Uticam nemo magnam adeo urbem collocavit; ad hoc clarissime Zonaras Pisonem urbem *Hipponem*, quam ultra Uticam fuisse omnes norunt, obsedisse tum temporis ex Dione perscribit. Proinde eamdem urbem, idem etiam nomen, modo Ἱππακρίτας legeretur, habemus, ab Agathocle, postquam in ditionem redacta fuerat, egregie auctam et munimentis instructam. Accedat Polybius L. I. 82., Hippacritas una cum Uticensibus acriter conatibus Agathoclis sese obiecisse, plane uti Diodorus; referens. Iam eo Africae in tractu, quem memoravimus, celebri cum nomine *Hippo Diarrhytus* fuerit, merito mihi semper decrevisse Cel. S. Bochartus visus est L. I. 29. de Phoen. Colon. p. 474., *Hipponem* et *Hippuacram*, de qua hic agitur, eandem esse urbem. Novi in alia omnia ivisse Abr. Berkelium ad Stephan. in Ἱππούακρα, qui si attendisset ad lacum, quem Ptolemaeus et Plinius, ut docte Bochartus monuit, Hipponi Diarrhyto adiungunt; praeterea Zonaram, Annal. L. IX. 29. p. 464. ed. Paris. Hippacritas et Hipponem non distinguere, rectius ea opera supersedisset: nam in Ptolemaeo duplicem Ἵππου ἄκραν, tum in Numidia, tum ad Syrtim maiorem, quod reperit, id nihil eius caussam iuvare, in sequentibus monebitur. Wess.

447. 11. *Λιβοφοίνικες δὲ* etc.] Vide L. XVII. 113. Quod sequitur de nominis eius caussa, idem usu venit Καρομεμφίταις in Aegypto, ut pulchre significavit Iac. Gronovius ad Stephan. in Κυρικόν. Ptolemaeo sunt Λιβυκοὶ Φοίνικες. Wess.

447. 25. *Ἀρχάγαθον τὸν υἱὸν*] Firmant schedarum aliquae et Basil. ἔκδοσις H. Valesii suspicionem, de qua huius libri c. 11. Wess.

447. 27. *Ξενόδοκος, ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων* etc.] Praestat Ξενόδικος, uti c. 31. Wess.

448. 38. *Εἰς τὸν Ἀκράγαντα*] Sequor scriptos libros et Graecorum morem, etsi non ignorem, quid pro vulgato adferri possit in medium. Wess.

448. 52. *Ἐπεβάλετο — εἰς τὸν Κεντόριπα παρεισ.*] Iustum hoc si putes, Κεντόριψ primo casu urbs erit: atqui id nemo habet. Τὰ Κεντόριπα Strabo L. VI. p. 417., περὶ Κεντόριπα Polyb. L 9. aliique. Scribe εἰς τὰ Κεντόριπα, quod viri doctissimi

Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. II. 6. p. 309. et Ios. Wasse ad Thucydid. L. VII. 32. amplexi optime fuerunt. Wess.

448. 79. *Συνεχῶς ἀκονιτὶ περιπεποιημένος τὴν νίκην*] Ad hanc victoriam pertinere numum opinantur, *ΔΕΙΝΟ.* cum victoriae signo inscriptum, Begerus Thes. Brand. T. I. p. 297. et Sig. Havercampus ad Sicil. Parutae p. 1050. Wess.

449. 87. *Οὗτος γὰρ Τώκας — χειρωσάμενος*] *Tuccam* esse arbitror, et Numidiae quidem: nam plures eo nomine Africa habebat, de quibus ad Anton. Itiner. p. 48. Numidiae videri, oppido vicini Numidae persuadent. Lege de ea Dion. Cassium L. XLVIII. p. 421. et Ptolemaeum L. IV. 3. Haud vero scio, an adiungere debeam, nominis istius originem erutam esse a diligenti viro Iac. Hasaeo ex תוכיים, *Tucciim*, quas *simias* putat, atque ex Africae ora in Palaestinam Salomonis aetate allatas ob 1. Reg. X. 22. et 2. Chron. IX. 21. Res enim admodum est incerta, et multis originationum ambagibus inplicata. Adi, si hoc genere caperis, Bibl. Bremensis Class. II. Fasc. III. p. 471. etc. Wess.

449. 90. *Τὴν ὀνομαζομένην Φελλίνην*] Putes a *suberis* copia hanc urbem, et *Asphodelodes* a laeto *asphodeli* proventu Graecos adpellasse: mihi, quod quidem meminerim, nec *Phelline* urbs, neque *Asphodelodes* usquam sese obtulerunt: nam *Bellinensis* Africae Episcopus, qui concilio Cabarsussitano subscripsit, ad *Phellinem* referri non posse videtur. Wess.

449. 93. *Τρίτην δ' εἷλε Μεσχέλαν*] *Meschelam* sive *Maschalam* nondum reperi, nisi *Maxulam* velis, quod tamen urbis eius situs non permittit. Conf. not. ad Anton. Itiner. p. 58. Est in Stephano *Μέγυσα πόλις Λιβύης*, quam nostram esse, non dixero. Id mihi satis liquet, frustra eam Appiano Punic. p. 114., ubi de Pisone *ἐπολιόρκει τὰ μεσόγαια*, inculcari a viro eruditissimo: revera enim tum temporis Calpurnius Piso in subigendis mediterraneis Carthaginiensium oppidis operam ponebat, ut ex seq. Appian. pag. cognosces. At id nunc non agitur. Hoc non negligendum, Diodorum L. III. nihil de hac urbe, nihil de Graecis, Troia reversis, perscripsisse, atque adeo *ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ* vitio laborare. Wess. *Τρίτῃ* ex *τρίτην* repetitum pro *ἑβδόμῃ*, ut videtur.

449. 97. *Ἑξῆς δὲ τὴν ὀνομ. Ἄκραν Ἵππου* etc.] Si *Hippuacra*, quam supra investigavimus, sit *Hippo Diarrhytus*, nihil commodius et locorum descriptioni convenientius censeri poterit, quam ab *Hippone Regio* nihil hanc discrepare. S. Bochartus, vir summus, ea fuit sententia de Colon. Phoenic. L. I. 24., nec illam tamen Abr. Berkelio persuadere potuit. Observat enim ad Stephanum in *Ἱππουάκρα*, Africam habuisse duos *Hippones* totidemque *Hippuacras*, testeque utitur Ptolemaeo, a quo L. IV. 3. *Hippuacra* non longe ab Hippone Regio, et aliud eiusdem nominis promontorium prope Philaenorum aram collocatur. Atque hoc quidem bene habet. Vellem tamen animadvertisset, Hippuacrae sive Hippi promonto-

rio, quod a Philaenorum ara prope aberat, hic locum esse non posse. Est illud enim longo spatiorum intervallo ab illo disseptum tractu, in quo Eumachus rem gessit, hoc est, a Numidia; in qua, Ptolemaeo auctore, cum fuerit *Hippuacra* sive promontorium Hippi, habueritque urbem *Hipponem*, manet utique vero adfinis Bocharti opinio, et tanto quidem magis, quoniam superior *Hippuacra*, quam Agathocles occupavit, haud longe ab Utica disiuncta fuit, sicuti nec *Hippo Diarrhytus*. Addo non absurdum videri, utramque urbem a suo *Hippi* promontorio, unde unde adpellato, quoniam in eo sedem tenebat, nomen esse indeptam. Quae vero sequitur *Acris*, eam incassum quaesivi. Wess.

449. 6. *Εἰς τὴν καλουμένην Μιλτίνην*] Fuit in hoc Numidiae tractu oppidum nobile *Mileum*, quo de ad Optat. Milevitani L. I. 1. superus editor, quod aliud tamen esse videtur. Wess.

449. 19. *Μεθερμηνευομένας Πιθηκούσσας*] Scylax p. 119. Peripli urbem maritimam *Πιθηκούσσας* memorat, quam tametsi Is. Vossius ab hac non discernit, aliam puto: haec mediterranea fuit longeque a mari disiuncta, sicuti series rerum ab Eumacho gestarum patefacit. Scylacis Pithecussae non longe ab ea silva fuisse videntur, quam ex Posidonio descripsit Strabo L. XVII. p. 1183. A. Vide vero in quas se fraudes induant, qui aut aliorum fide veterum loca citant, aut scriptores negligenter pervolvunt. Usus his Diodori verbis Iac. Hasaeus, ut clariora adparerent, addidit: *Tres istas urbes non proprie civitates fuisse, sed loca habitationum coniicere fas est, quas simii incolebant. Eas autem esse specus, non est quod dubitemus, cum a simiis integrae civitates condi nec soleant nec possint.* Quid censes? Lege cetera in Bibl. Bremens. Clas. II. Fasc. III. p. 594. et mirare. Wess.

449. 23. *Καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες*] Confer L. I. 87. In *ταμείοις* et *ταμιείοις* permiscendis librarii sibi multa permittere solent, docente Cel. Dukero ad Thucydid. L. I. 69. Wess.

450. 32. *Πιθήκου αἷμα ποτίσειαν*] Pro *αἷμα ποτίσειαν*, quid si *αἷμα ἀποτίσειαν* legatur? Steph. Credo Stephanum verum coniectando esse adsecutum. Quorsum enim istud, *simidae sanguinem biberunt?* qua de re nihil in praecedentibus. Aliud est, quod me moratur. Non video, quo modo hic congruere queant verba *ἐπὶ τῶν ἀνατεινομένων*, *in magnifice sese efferentes.* Agitur de fraude capitali, iactantiaeque nullus hic locus est. Scribe *ἐπὶ τῶν ἀνατεὶ κτεινομένων*, *in eos qui inpune occiduntur*, quemadmodum Reg. sec. Adde iam, *ὅτι πιθήκου αἷμα ἀποτίσειαν eos simiae sanguinem luere*, et dicti caussam agnosces. Videtur, ne id praeteream, Iunius vitium perspexisse, qui de hoc proverbio ex Nostro: *unde etiam apud eos dicatur de iis, qui iam occisi et e medio sublati sint*, *ὅτι πιθήκου αἷμα ποτίσειαν*, i. e.

simiae sanguinem ope profudisse. Forte ἀποκτεινομένων voluit. Wess.

450. 57. *Καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς Καρχηδόνος*] *Longius ab urbe Carthagine digredi.* Polyaenus L. VI. 16. 4. ὡς δὲ μακρὰν ἀπεσπάσθησαν ἄχρι πελάγους διώκοντες. quae scriptoris verba, pluriumque aliorum, non fugerunt accuratissimam T. Hemsterhusii diligentiam ad Luciani D. Deor. XX. 5., quorsum, si de verbi usu edoceri velis, recurre, et ad Miscellan. Observ. Vol. X. p. 210. Wess.

450. 62. *Ἀλλ' εἰς περιουσίας* etc.] Lege ἐκ περιουσίας. Rhod. Idem malo et ego. Vide Gataker. ad Anton. L. VI. p. 196. Alii ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀναλίσκειν simili in re, ut Stobaeus Serm. XV. p. 152., quod tamen sicuti et ἐκ περιουσίας ad alia transfertur. Ἐκ περιουσίας κατηγορεῖν ex Demosthene explicat Harpocration. Ἐκ περιουσίας πονηροὶ, sive, ut postea adpellantur, ἐξ εὐπορίας πονηροὶ in Oratoris eius Or. I. in Steph. p. 630. Τοὺς ἐναντιωθέντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος εἷλον Philo L. I. Vit. Mos. p. 642. E. Sed desino. Wess. Ἐκ περιουσίας recipiendum esse et Ursinus monuit. Idem in Add.

450. 84. *Ἐφήδρευε τῇ πόλει*] Lege τινὶ πόλει, et statim in eodem versu ἐφελκόμενον pro ἐφελκόμενος. Rhod. De participio ἐφελκόμενον nullum dubium est. At τινὶ πόλει non patiuntur sequentia. Arbitrari malim deesse hic urbis eius nomen, quam Poenus insederat. Wess.

451. 1. *Ἐμβαλόντων οὖν — εἰς ἀσυντάκτους*] Ab hac scriptura ut discederem, glossa librarii Veneti permoveri non potui. Proba est me iudice. Wess.

451. 24. *Καὶ τῶν ἀπὸ τῆς χώρας εἰσβολῶν ἀπέκλεισε*] Interpres vertit ac si ἐπὶ τῆς χώρας esset, quod haud sane absurdum. Id agebant Poeni, angustiis locorum occupatis, ne Graeci in regionem, Carthagini vicinam, excurrere possent. Qua quidem sententia illud ἀπὸ sive ἐπὶ non admodum est necessarium. Herodotus L. II. 75. ἐσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς πεδίον μέγα. tum post pauca τὰς δ' ἴβις — ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρας. Sed praestat ἐπὶ hoc quidem loco. Wess.

451. 26. *Ἐστρατοπέδευσεν Ἀτάρβας*] Idem vir doctus in Latinis *Atarbas* retinuit. Ego *Adherbalem* esse iussi, secutus Polybii Romanorumque morem. Vide Polyb. L. I. 46. Wess.

452. 48. *Καθάπερ ἦν συντεθειμένος*] Non muto. Ferri tamen poterit συντεθειμένον Reg. 1., si qui id maluerint. Wess.

452. 62. *Τοῦ δόλωνος ἀρθέντος*] Sic bene: nam quae in schedis quibusdam mutantur, Grammatico debentur. *Dolon* ex minimis erat velis, ad proram, uti Isidorus Orig. L. XIX. 3. ait, adhaerescens. Idem ex Procopio L. I. Vandal. c. 17., citato a Suida, liquet. Polybius Excerpt. p. 1409. ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαρμένης τὸν δόλωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι.

Adde Schefferum, in hoc velo nimis parcum, L. II. Milit. Naval. c. 5. p. 140. Wess.

452. 76. *Πειρᾶσθαι προκαλέσασθαι τὸν ἄνδρα*] Parum abest, quin *πειρᾶσθαι καὶ προκαλεῖσθαι* ex veteri libro recipiam, quippe cultum et opportunum. Quoniam tamen ceteri omnes pro vulgato stant, id de possessione non deieci. Wess.

452. 85. *Ἐν ἀνέσει καὶ σκιατροφίᾳ*] Verum est *σκιατραφία*, quod amanuensium socordia saepe in *σκιατροφίαν* abiit. Vide Sylburgium ad Clenardi Grammat. p. 502. et viros doctos in Pollucis L. IV. 147. et L. VI. 185. Wess.

453. 91. *Ἱππεῖς δὲ πλείω*] Pro *πλείους*, ut saepe in hoc scriptore. Wess.

453. 3. *Θηρώμενος τὴν — εὔνοιαν*] Sic *ἔπαινον ἢ τιμὴν θηρώμενοι* Philo Iud. de Cherub. p. 128. D. *Θηρώμενοι δόξαν* Musonius in Stob. Serm. XXIX. p. 202. et *θηρώμενος ἔλεον* Iosephus Ant. XIV. 9. 4. Quin *θηράσαι τὴν ἀρετὴν, οὐδὲ δίχα τούτων ἀθήρατον οὖσαν,* in Clemente Alexand. Strom. L. I. p. 336., tum *θήρα τῆς νυνὶ ζητουμένης ἰδιότητος* Iamblichi de Myster. p. 7. et *θήρα τοῦ μέλλοντος* ibid. p. 79. Qua etiam translatione *τὴν ἀλήθειαν ἰχνηλατεῖν* Philo Iud. Vit. Contempl. p. 893. Quorsum autem haec? ut dictionis elegantiam exponerem, et cultissime Ciceronem scripsisse, *non pudet igitur Physicum, id est, speculatorem venatoremque naturae* etc. L. I. Nat. Deor. c. 30. Errant, qui otiosam et frigidam eam Physici interpretationem putaverunt, Davisio strenue renitente. Wess.

453. 10. *Καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων* etc.] Erant *ἠθολόγοι* morum quidam et affectuum imitatores et effictores ad risum movendum apud Ciceron. L. II. Orat. c. 59. Eosdem, certe ex eadem factione, Manetho

Μωρολόγους, χλεύης θ' ἡγήτορας, ὑβριγέλωτας,
Ἔν τ' ἀρεταλογίῃ μυθεύματα ποικίλ' ἔχοντας

vocat Apotelesm. L. IV. 446. Conf. Budaeum Annot. Prior. in Pandect. p. 254. et Salmas. in Vopisci Aurel. c. 42. Porro Ill. Scaliger *εἰκάζειν*, quod paullo superius legitur, mutavit in *κακάζειν*, quem cur sequar, caussa non est. Wess.

453. 17. *Τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος*] Vid. not. in L. I. 55. et L. II. 58. et enumerationem *τῶν κυριωτάτων μερῶν τοῦ σώματος* apud Proclum in Paraphr. Tetrabibl. Ptolem. L. III. 17. p. 209. et eiusdem libri veterem scholiastem p. 138. Hic iugulum faucesque indicari, unusquisque videt: metu enim tonsorum filias suas Dionysius tondere docuerat: *quarum ipsarum, postquam adultae aetati adpropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit, ut candentium iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent* ex Cicerone Tuscul. Disp. V. 20. scribit Valer. Max. L. IX. 13. ext. 4. Adeo meticulosi sunt tyranni! Wess.

453. 21. *Λαβὼν ῥυτὸν*] Hoc Suidas in genere poculi, Hesychius in specie phialae genus facit. Rhod. Praestaret *μέγα*, nisi *ῥυτὸν χωροῦντα δύο χοᾶς* Diphilus dixisset apud Eustathium in Hom. p. 1286. qui tamen id poeticum esse et animadvertendum indicat. Figuram eius poculi describit Ulpianus ad Demosth. Midian. p. 363. *ῥυτὰ*, inquiens, *ἐπιμήκη ποτήρια κερατοειδῆ. ἄνω μὲν εὐρυνόμενα, εἰς ὀξὺ δὲ λήγοντα.* nec dissentit Athen. L. XI. p. 497. Lege Salmasium in Solin. p. 663. Wess.

453. 29. *Κεραμεῦ καὶ καμινεῦ* etc.] Meminit dicti responsique Agathoclis Plut. Apophthegm. p. 156. E. Mox *εὐτραπελία* scurrilem in iocando urbanitatem exprimit. Aristoteles Eth. Magn. L. I. 31. optime: *εὐτραπελία δ' ἐστὶ μεσότης βωμολοχίας καὶ ἀγροικίας. ἔστι δὲ περὶ τὰ σκώμματα. — ἔσται δὲ ὁ εὐτράπελος διττῶς πῶς γενόμενος. καὶ γὰρ ὁ δυνάμενος σκῶψαι, καὶ ὃς ὑπομένη σκωπτόμενος, εὐτράπελος· καὶ ἡ εὐτραπελία τοιαύτη.* Iunge Dos. Heraldi Animadv. in Martial. L. I. 42., plura si velis. Wess.

453. 36. *Τὸν ἀριθμὸν πεντακοσίους*] Tyranni hoc scelus copiosius persequitur Polyaen. L. V. 3. 3. Wess.

454. 71. *Τοὺς — παρήλλαττον οὐδὲν ἐνοχλοῦντας*] Rei series scriptum olim fuisse *οὐδὲν ἐνοχλοῦντες* persuadet: secutus et id Interpres est. Wess.

454. 75. *Ἀνῃρέθησαν Ἀγαθοκλέους*] Rectius, meo quidem iudicio, *τῶν Ἀγαθοκλέους*. Steph.

454. 81. *Καὶ πολλοῦ πυρὸς τοὺς ἱεροκαντ. ἄνδρας κατέχοντος*] Non repeto, quae de inmani hac Carthaginiensium religione in superioribus animadversa sunt. Hic mecum observa *τὴν ἱερὰν σκηνὴν πλησίον οὖσαν τοῦ βωμοῦ*, sive sacrum in castris tabernaculum prope eam aram, in qua capti illi Graeci diis adolebantur. Monuit olim Servius ad Aen. L. VI. 68. solitos fuisse Carthaginienses brevia deorum simulacra in lecticis portare, fortasse ut circum agros et castra circumferri possent, cuiusmodi *deorum baiulos* variis Matheseos suae locis Firmicus Maternus memorat. Hinc vero discimus, Poenos exemplo Phoenicum suorum, qui *ναὸν ζυγοφορούμενον* honori Dei Agrotae, sive *Schaddai*, uti explicat Bochartus, circumgestabant apud Euseb. Praep. Evangel. L. I. p. 35., suis in castris tabernaculum habuisse, in quo sacra Saturno sive *Molecho* facerent, quorsumque respiciat vates Amosus c. V. 26. ונשאתם את סכות מלככם, id est, interprete S. Stephano A. A. cap. VII. 43., *καὶ ἀνελάβετε τὴν ΣΚΗΝΗΝ τοῦ ΜΟΛΟΧ.* Ut enim Phoenices et Poeni, ita Israëlitae isti degeneres tabernaculum, sive *φορητὸν ναὸν*, Molechi circumgestabant, eiusque numini victimis humanis litabant. Rem ipsam viderunt viri egregii, sed Diodori, qui mirifice caussam eam potuerat iuvare, obliti, Camp. Vitringa Obs. Sacr. L. II. 1. et Io. Spencerus Leg. Hebr. L. III. 3. p. 805. nam de aediculis sive

ναΐσκοις quae ad Amesum alii commentantur, a veterum quidem more non abhorrent, sed ibi ἀπροσδιόνυσα sunt. WESS.

454. 90. *Τῶν γὰρ σκηνῶν ἐκ καλάμου — συγκειμένων*] *Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia exaedificata, lignea ferme tota erant. Numidae praecipue arundine textis storeaque pars maxima tectis — habitabant*, sic de Poenorum Numidarumque castris Livius L. XXX. 3. WESS.

455. 34. *Μετὰ τὸν ἐμπυρισμὸν τῆς παρεμβολῆς*] Basil. ἐμπρησμὸν voluisse videtur, quod minime malum. Culpa librariorum est, has voces permiscentium: in Polybio certe L. IX. 34. τὰς πρὸς τοὺς ἐμπρησμοὺς παρασκευὰς mutarunt Cod. Augustani scribae, iusseruntque esse πρὸς τοὺς ἐμπυρισμούς. Contra ea ἀρχείων ἐμπυρισμὸν, ut olim scripserat Hyperides apud Pollucem L. IX. 156., pro imperio in ἐμπρησμὸν converterunt, sicuti etiam in Athenaeo de machin. p. 4. WESS.

456. 58. *Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου*] Abunde proverbii usus illustratus est L. XVII. 86. WESS.

456. 72. *Καὶ συνέβιβασε — Ἡρακλείδην. τὸν γὰρ Ἀργάγαθον* etc.] Heraclidae, Agathoclis F., meminit Polyaenus L. V. 3. 4. Eum autem, Archagatho praeterito, a patre fugae comitem fuisse adscitum, negat Iustinus L. XXII. 8., in aliis praeterea Diodoro non consentiens. WESS.

456. 85. *Τὴν ῥαδιουργίαν ἐξέθηκαν*] Non *fraudem* tantum, sed perfidiam et scelus, quo exercitum hostium furori tradebat. Supra L. IV. 11. ἐχρήσαντο καὶ τότε τῇ συνήθει ῥᾳδιουργίᾳ καὶ τόλμῃ de conductitiis militibus, in seditiones et facinora proiectis. et L. XIX. 33. ἐπιπολαζούσης δὲ τῆς ῥαδιουργίας, qua Indorum uxores in maritis veneno necandis grassabantur. Recte proin ad hominem ex fraudibus et flagitiis quasi consutum S. Paulus in A. A. cap. XIII. 10. ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥαδιουργίας. Polybium, longum ne faciam, praetereo L. XIII. 2. XVII. 30. et Excerpt p. 1402. Mox ἐμπεσούσης δὲ πτοίας sine dubio verum est. Ipse auctor c. 68. ἐνέπεσε φόβος εἰς τὸ στρατόπεδον. WESS.

456. 96. *Ἐκπεσούσης δὲ* etc.] Ἐμπεσούσης scribatur. RHOD. Ἐμπεσούσης non neglexit Ill. Scaliger sui libri margini adscribere. WESS. in Add.

457. 12. *Κουΐζεσθαι τοὺς ἀεὶ διδομένους μισθοὺς*] Sic pulcre Reg. 1. Οἱ ἀεὶ διδόμενοι μισθοὶ stipendia sunt, quae serie quadam militibus darentur: namque in continua successione et temporis et loci cultissimum istud est adverbium. Superius c. 45. καθ' ἃς τυγχάνοιεν ἀεὶ γενόμενοι, id est, *ad aedes, quas progredientes subibant.* Et L. XVI. 76. αὗται δὲ ταῖς οἰκοδομαῖς ἀεὶ κατὰ τὴν — ἀνάβασιν ἀλλήλων ὑπερέχουσι· et statim ταῖς ἀεὶ κατωτάτω οἰκίαις — ἐχρῶντο. Quem in modum, ut erudite Is. Casaubonus ad Athen. L. VI. 6. ostendit, οἱ ἀεὶ βασιλεύοντες,

οἱ ἀεὶ ὕπατοι, qui alius post alium regnum consulatumque administrant. Wess.

457. 17. *Ἀντεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλ. ἐλπίσιν*] Sustuli glossam, qua cultam dictionem librarii deformaverant. Vid. not. in L. II. 26. Wess.

457. 21. *Ἦν — — ἐξηγρίωσαν χώραν ἐξηνάγκαζον — ἐξημεροῦν*] Explicat auctor ipsemet huius lib. c. 81. *καὶ τὴν χώραν ἐξηγρίωσαν, ἀφανίσαντες πᾶν τὸ δυνάμενον ἐνεγκεῖν ἥμερον καρπὸν*, *et vastitatem agris induxerunt, exstirpatis omnibus, quae mitiorem fructum ferre possent.* Et L. XVI. 83. *αἱ δὲ χῶραι διὰ τὴν ἀργίαν ἐξηγρίωντο, καὶ καρπῶν ἡμέρων ἄφοροι καθειστήκεισαν.* Hinc silvescens atque incultu obsitus ager *τόπος δεινῶς ἐξηγριωμένος* Aeschini Or. in Timarch. p. 14. Omnia alia *ἐξημεροῦν*, de quo ad L. I. 15., complectitur. Wess.

457. 27. *Οἷον τῆς θείας προνοίας*] Interpres ad supplicium retulit, quod divina providentia Agathoclis filiis inposuit: eum, si placet, sequere. Mihi locus videtur defectus et mancus. Suadet ipsa oratio, quae verba haec excipit, parum, ut nunc habet, conveniens atque cohaerescens. Quid desit, quantumque, ob schedarum silentium non temere adfirmavero. Mox *μοῖραν*, quippe Grammatici conmentum, aliorsum relegavi. Wess.

457. 39. *Ὡς — τῶν ὕστερον α. γεγενημένων τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι*] Nisi τὸ θεῖον divinam vindictam, quam praesentem deinde expertus est Agathocles, indicet, sana haec praestare non ausim: mallem quidem certe *τοῖς ὕστερον αὐτῷ γεγενημένοις τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι*, *divinum numen intento illas in res fuisse animo, quae illi deinceps contigerunt.* Quomodo *τῷ ἐπιστῆσαι* utuntur Plut. T. II. p. 111. D., Liban. T. I. p. 933. D. atque alii. Wess.

457. 52. *Εἰς τὴν τῶν Ἐγεσταίων πόλιν*] Ita correxi, ut in urbis hoc nomine sibi constaret. Vid. L. IV. 23. Wess.

457. 60. *Παρὰ τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν*] Memoravit Segestanorum id flumen Strabo L. XIII. p. 905. C. Scripsi autem *τοὺς μὲν γὰρ ἀπορωτέρους* ex Reg. pr. quod sequentia eam vocis scripturam desiderarent. Wess.

458. 64. *Ἐνίους δ' ἀστραγάλους etc.*] Lectionem marginis interpretatus sum. Rhod. *Ἐνίων δ' ἀστραγάλοις ἐπέτεμε*] Nolui his locum negare, ut Latina Graecis responderent: quamquam mihi non probantur universa. Quid enim *καὶ προστιθέμενος βιαιότερον* hoc verborum ordine? Video sententiam Interpretis, quam Graeca ferre posse dubito. Quid? vulgata si distinguas, *ἐνίους δ', ἀστραγάλους προστιθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλεν*, vertasque, *quosdam, admotis vehementius talis, gravissimis cruciatibus divexabat*, absurdane erunt? Praesertim si *ἀστράγαλοι* inter tormenti fuerint genera, quod apud Stephanum Thes. T. V. p. 558. significatur. Certe flagella olim crudelio-

res talis sive ossiculis armabant, ut ictus infligerentur atrociores et penetrantiores, *μάστιγες ἀστραγαλωταὶ* Plut. Adv. Colot. p. 1127. atque aliis. Sed viderint peritiores. Wess.

458. 75. *Πιέζων συνέτεινε*] Pro *συνέτεινε* assumendum indicavi ex margine *συνέτριβε*. Rhod. *Πιέζων συνέτριβε*] Adstipulor viro doctissimo. *Κάρκινοι* aut fasciae videntur fuisse ex ferro, de quibus Gorraeus ex Galeno, aut calcei quidam, ut in Hesychio et Polluce L. VII. 90. Utraque ad hoc tormenti genus accommodari potuisse, non dubium est. Statim *ὑπὸ τοῦ βάρους* ex Scaligeri margine melius erit. Wess.

458. 86. *Ἀλλὰ Δικαιόπολιν μετονομάσας*] Agathocle mortuo pristinum nomen recuperavit. Vid. Ph. Cluverii Sic. Antiq. L. II. p. 266. Wess.

458. 94. *Ποικιλώτατον — τῶν προγεγονότων*] Superlativus est pro comparativo. Euripides Androm. v. 6.

Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ
Ἐμοῦ πέφυκεν. —

Nec raro alii. Wess.

458. 98. *Ἐσχατογήρους*] Sic plerique omnes, neque ego mutabo. *Ξενοφῶν — ἐσχατόγηρως ὢν* superius L. XV. 76. De Aristodemo Strabo *οὗ διηκούσαμεν ἐσχατογήρω, νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ* L. XIV. p. 962. Wess.

458. 3. *Καὶ καθόλου πᾶς ὁ μέλλων* etc.] Omissum a librariis suspicor verbum pass. indic. modi, praet. imperf. numeri singul. quod erat ante *καθόλου*, vel post *ἀπολειφθεῖσι*. Quod verbum si quis desiderari nollet, ex *πᾶς ὁ μέλλων* necesse haberet facere *πάντα τὸν μέλλοντα*. Steph. Ego retineo. Oratio *σολοικοφανὴς* est, inque optimis scriptorum reperitur. Scholiastes ad Pindari Pythion. Od. VII. 6. *τὸ δὲ ΝΑΙΩΝ ἀντὶ τοῦ ναίοντα· ὡς καὶ Ὅμηρος*, (Il. *B*, 350.) *Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα· εἶτα ὑποβαίνων, Ἀστράπτων ἐπιδέξια, ἀντὶ τοῦ Ἀστράπτοντά φησιν.* De qua syntaxi plura Eustathius ad eum poëtae versum p. 236. Wess.

458. 8. *Καὶ θρῆνος ἐγίνετο συμφορητὸς*]. Etsi plane absurdum non est *ἀφόρητος*, haud melius tamen vulgato. Conploratio a miseris undique orta innuitur, quomodo conferta et constipata multitudo *συμφορητὸς ὄχλος* Dionysio T. II. p. 185. Lege, quae disputavit Davisius ad Max. Tyr. Dissert. XVII. p. 563. edit. noviss. Wess.

459. 22. *Ἦρχε Κόρυβος*] Verum nomen fuit *Κόροιβος*, et sic scribitur apud alios, et nomen Graecis usurpatum est. Palm. *Ἦρχε Κόροιβος*] Vitium, quod Coroebi nomen deturpaverat, animadvertit Sylburgius ad Dionysii Dinarch. p. 116. Fuit iste Coroebus non adeo Archon, quam *ἱερεὺς τῶν Σωτήρων*, i. e. Antigoni et Demetrii Deorum *Σωτήρων* sacerdos. Namque Athenienses, libertate recepta in adulationem versi, *Σωτῆρας ἀνέ-*

γραψαν Θεοὺς (Antigonum et Demetrium) καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες, ΙΕΡΕΑ ΣΩΤΗΡΩΝ ἐχειροτόνουν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, Plut. Demet. p. 898. D. Quo quidem honore primus defunctus est Coroebus, postremus Diphilus. Vide ibid. p. 911. D. Wess.

459. 28. Εἰς τὴν Ἀντιγονίαν] Confer huius libri c. 48. Wess.

459. 38. Ἀπιδεῖν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν] Haud dubie quod sub Vergiliarum occasum coelum inhorrescere et mare saevire soleret: tum enim ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ψύχη ἤδη καὶ πάχνη, Geminus ait Elem. Astron. c. 16. Wess.

459. 49. Περὶ τὰ καλούμενα Βάραθρα] Lege, quae scripsit L. I. 30. et not. ad Hierocl. Synecd. p. 727. Wess.

459. 55. Καὶ πνεύματος ἐπιγενομένου Βορείου] Aquilonem istum, Palaestinae hanc oram infestantem, nautae μελαμβόρειον, Iosepho Belli L. III. 9. 3. teste, adpellabant. Wess.

459. 58. Ἐπὶ πόλιν Ῥαφίαν] Non est consilium ea repetere, quae de Rhaphia et Casio ad Itiner. Antonini p. 151. olim scripsimus. Wess.

460. 68. Κλύδωνος ῥηγνυμένου, τραχ. ἐκινδ.] Distinguendum post τραχύτερον. Rhod.

460. 72. Ἐκλελοίπει τὸ εἰς πότον — ὕδωρ] De augmenti defectu nihil nunc dicam: factum alias. Εἰς ποτὸν rectius erit, si valeat Grammaticorum canon: ποτὸς ὀξυνόμενον σημαίνει τὴν πόσιν· παροξυνόμενον σημαίνει τὸ συμπόσιον. Noster, nisi librariis adscribere malis, in eo observando parum religiosus est. Quod succedit statim εἰς — σπάνιν κατεκλείσθησαν id alibi est συνεκλείσθησαν, veluti συνεκλείσθησαν εἰς φόβους et συνεκλείσθησαν εἰς ἀμηχανίαν. Tu vide diligentissimum Raphelium in S. Paulli Epist. ad Galat. c. III. 23. Wess.

460. 87. Προκατειληφὼς τοὺς εὐκαιροτάτους τόπους] Pelusium inprimis, uti seq. cap. docetur et a Pausania Attic. c. 6. p. 16. Wess.

460. 89. Ἐν τοῖς κοντωτοῖς] Alibi plenius πλοίοις κοντωτοῖς L. XIX. 12. 18. Wess.

460. 96. Εἰς τὸ μεταβολῆς ἐπιθυμεῖν] Nihil hic subesse ulceris suspicari videntur viri docti: ego vero persuaderi mihi non aliter sinam, quin locus sit mancus et inperfectus. Cur enim non dixit δι᾽ αἰτίας τινὰς μεταβολῆς ἐπιθυμοῦντας; et unde εἰς τὸ — ἐπιθυμεῖν aptum suspensumque est? Adde, ut plena sit oratio, δι᾽ αἰτίας τινὰς εἰς τὸ μεταβολῆς ἐπιθυμεῖν φερομένους, aut simile aliud. Wess.

460. 4. Ἐπὶ τὸ καλούμενον Ψευδόστομον] Plura Nili falsa, ut Plinius L. V. 10. vocat, ora erant. Hoc illud fuisse videtur, quod Διόλκος Ψευδόστομον, non multum ab ostio Phatnitico, Ptolemaeo L. IV. p. 116. dicitur. Wess.

460. 9. *Προκαταλαμβανούσης νυκτὸς*] *Περικαταλαμβ.* Reg. 1. satis bene. Vid. infra c. 99. Wess.

461. 12. *Τὸ καλούμενον Φαγνητικὸν*] Non *Φαγνητικὸν*, sed *Φατμικὸν* fuit antea vocatum, videlicet p. 20. (L. I. 33.) quanquam extat ibi et alia lectio *Φατμιτικόν*. Apud Strabonem (lib. XVII. p. 1153.) legitur *Φατνικόν*. Fortasse altera illa lectio non *Φατμιτικὸν*, sed *Φατνιτικὸν* esse debuit, ex quo depravatum hic *Φαγνητικόν*. Steph. Optime Stephanus. Ex *ΦΑΤΝΙΤΙΚΟΝ* a negligente scriba facile effingi *ΦΑΓΝΗΤΙΚΟΝ* potuisse videt quisque. Itaque H. Valesius bene id Diodoro reddidit ad Amm. Marcellin. L. XXII. 16. Conf. not. in L. I. 33. Wess.

461. 22. *Ἀκούων ἕλεσι καὶ λίμναις ὠχυρῶσθαι φυσικῶς*] In his illustrandis operam posui ad Hieroclis Synecd. p. 726., ubi vide. Wess.

461. 27. *Ἐπὶ τὴν γῆν ἐξεβράσθη*] Scriptura Basil. vitiosa est. Lege adscripta L. XIV. 68. Paullo ante *καὶ τῶν στρατιωτ. πορείων ἅμα* converti debere in *ἄλλα* aut certe *τινά*, monuit doctissimus Rhodomannus. Prius praefero, siquidem *ΑΛΛΑ* in *ΑΜΑ* transformatum et alias fuit. Wess.

461. 31. *Φυλακαῖς ἰσχυραῖς καὶ πολλαῖς*] Assumentum est *καὶ πολλαῖς*. Rhod.

461. 57. *Αὐτὸς δὲ τὸ δεύτερον etc.*] Contra Perdiccae, Aegyptum invadentis, consilia et conatus qui se Ptolemaeus sit tutatus, copiose Diodorus L. XVIII. 33. et seq. tradidit. Wess.

461. 63. *Οἱ υἱοὶ Ζάθρας καὶ Κλέαρχος*] Vitio infectum est prioris nomen: verum est *Ὀξάθρας* sive *Ὀξάθρης*, quod ab avo materno reportasse videtur. Vid. Memnon apud Phot. Cod. Biblioth. CCXIV. p. 712. et Simson. Chron. ad Ann. 3699., praetereaque Schefferum in Iustin. L. XVI. 5., sed in errorem, cuius scriptorem suum reum peregit, sese ultro induentem: namque Iustini Satyrus non est hic Zathras, sed Clearchi I. frater, qui, dum adolesceret Timotheus, Clearchi F., tyrannidem Heracleae retinuit et tuitus est, ut bene Iustinus et Memnon apud Phot. p. 705. Ceterum idem Memnon Dionysio principatus annos XXX duntaxat largitur, Noster melius. Conf. L. XVI. 89. Wess.

462. 67. *Διὰ τὰς γεγενημένας — ἀτυχίας*] Postulant hoc conspirantes schedae: quamquam, verum si amamus, nihil admodum intersit. Wess.

462. 87. *Καὶ μηδέ ποθ' ἑαυτὸν — ἀπελπίσας*] Putes commode abesse potuisse pronomen, nec id exterminandum tamen. Vult auctor, nunquam antea sibi fortunisque suis desperasse Agathoclem extremis in rebus. Ita *σωτηρίαν ἀπελπίζειν*, *τὸ Ζῆν ἀπελπίζειν*, eiusque generis alia suis vidimus locis; quin mox *ἀπελπίσαντος — τὰ κατὰ τὴν δυναστείαν*. S. Lucas Evang. c. VI. 35. *καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες*, i. e., ut recte viri docti, *nihil desperantes*. et Galenus L. VI. Composit. Medic. se-

eund. Gener. p. 396. *καὶ αὐτῇ ἐπιμένειν μὴ ἀπελπίζοντες.* Wess.

462. 1. *Καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννὶς*] Conf. not. in L. XI. 11. et XIV. 8. Heliodorus Aeth. L. I. p. 14. *καὶ καλὸν ἐντάφιον τὴν σωφροσύνην ἀπενεγκαμένη.* Wess.

462. 2. *Καὶ ὁ κηδεστὴς Μεγακλῆς*] Aut alios hic duces habuit, aut secum ipse dissentit: supra enim L. XIV. 8. Polyxeno Dionysii adfini dictum istud contribuitur. Sed vide ibid. notata. Hoc mihi liquido constat, prave Megaclem hunc Dionysii *socerum* ab Interprete perhiberi. Habuit enim Dionysius uxores tres, primam omnium Hermocratis filiam, tum Locrensem Dorida, Xeneti F., et Aristomachem, Hipparini F., nullum Megaclem *socerum*. Forsan ergo Megacles est Dionis frater atque adfinitate Dionysio coniunctus: at tum errorem Diodori eiusque, quem hoc loco auctorem sequitur, manifestum habebimus. Nam quo tempore tyranno animum Megacles isto dicto addidisse proditur, nondum illi nubiles erant filiae et soror Polyxeno enupserat. Wess.

462. 11. *Οὐδὲ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἐξελέγξας τῇ πείρᾳ*] Adleverat margini ex Ism. Bullialdi schedis Fr. Dionys. Camusatus, „vertit Rhodomannus *neque spes humanas refellens.* Sed male. „Potius, *sibi vindicans* aut *asserens.* Vel, *ad refellendam ma-* „*lam fortunam spes humanas, quas experientia rerum ipsi lar-* „*giri poterat, non opponens.*“ Sic Bullialdus. Mihi, pace virorum praestantissimorum dixerim, neutrum satis arridet. Genus loquendi consideremus. Hoc Polybianum est Excerpt. Legat. p. 1132. *παρακαλῶν τοὺς Ῥωμαίους, μήτε τὴν τύχην λίαν ΕΞΕΛΕΓΧΕΙΝ, ἀνθρώπους ὑπάρχοντας*: ubi *ἐξελέγχειν τὴν τύχην* quid aliud erit, ac fortunae successum tentare? Id rei et verborum series expostulat. Eidem et hoc debemus Excerpt. p. 1419. de Gazaeis, qui, Syriae rebus post captam Tyrum paene desperatis, Alexandro tamen ausi erant resistere, *μόνοι τῶν κατὰ Συρίαν ὑπέστησαν καὶ πάσας ΕΞΕΛΕΓΞΑΝΤΕΣ* (malim *ἐξήλεγξαν τὰς*) *ΕΛΠΙΔΑΣ*, *soli e Syris sese opposuerant, et omnia, quae sperari poterant, experiri decreverant.* Tum p. 1447. *τοιγαροῦν εἰκότως οὗτοι καὶ δικαιολογίαν καὶ κρίσιν ὑπέμενον, καὶ πάσας ΕΞΗΛΕΓΧΟΝ τὰς ΕΛΠΙΔΑΣ.* Contende nunc Diodori verba *οὐδὲ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἐξελέγξας τῇ πείρᾳ* et verte, *neque experiundo ea, quae homines in spe habere possunt, periclitans.* Id vero nimis arcessitum, etsi non est, si autumaveris, accipe *ἐλπίδας* de exspectatione rei malae, ut apud Thucydid. L. VII. 61. et Appian. Syr. p. 145. atque alios, et Latine exprime, *neque experientia redarguens mala, quae mortalibus evenire possunt.* Alterutrum certe probum erit. Wess.

463. 43. *Πρὸς δὲ τοὺς Καρχηδονίους — συνέθετο τὴν εἰρήνην*] Meminit, sed obiter, Iustinus extremo Lib. XXII. Adde Nostri L. XXI. Eclog. 12. Wess.

463. 51. *Σώραν καὶ Ἀτίαν*] Livius L. IX. 43. *In Samnio quoque — novi motus exorti. Calatia et Sora, praesidiaque, quae in iis Romana erant, expugnata.* Scribe ergo *καὶ Καλατίαν* et vide Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. p. 1180. Detruncatum priore parte urbis nomen est ex vicinia copulae *καὶ*, quae saepe, vocabulo, cuius initium *ΚΑ*, sequente, aut perit ipsa, aut eam syllabam absorbet. Atque id in ignara librariorum natione ferendum utcunque est. Quid de viris doctis dicemus, qui Graeca, a se primum edita, torquere, connectere distrahereque pro arbitrio solent? En tibi M. Ant. Boldetti Observat. in S. Martyr. Coemeter. L. II, 5. p. 382., ubi hoc vulgatum versumque epigramma:

ΕΥΨΥΧΙ CΕΚΟΥΝΔΑΟΥ
ΔΙCΑΘΑΝΑΤΟC ΡΗΓΙΤΑΝΑ,

Eupsyche Secundae bis immortalis Rhegitana. Et p. 390.

ΑΠΕΓΕΝΕΤΟ ΑΦΡΟΔΙC ΖΗCΑC ΕΤΗ III ΜΗΝΑC Θ ΗΜΕΡΑC Κ. ΜΗ ΛΥΠΟΥ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥ ΔΙCΑΘ ΝΑΤΟC.

Decessit Aphrodisia, qui vixit annos III, menses novem, dies XX. *Ne contristare, fili, non oblivioni traderis natus.* Ecquid vidisti melius? Utroque in lapide erat *ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC*, qua tristi formula fato functos saepe prosequebantur, ut in Gruteri Thes. p. DCCCXXXIII. 11. MCXX. 4. Praeterea *ΕΥΨΥΧΙ* feminae nomen haud est, sed *εὐψύχει* i. e. *esto bono animo Secunda,* quem ad modum *ΕΥΨΥΧΙ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC* in Thes. p. DCXCI. 6. Quo de genere plura mihi in mundo sunt, quae nunc praetermittentur. WESS.

463. 54. *Πλησίον Σιλβίου*] Est *Σιλούϊον* in Apulis Peucetiis apud Strabon. L. VI. p. 434., ex quo *Silvini* in Plinii L. III. 11. cum nota Harduini. Porro Diodorus alios hic annales ac Livius, qui de Samnio, igne ferroque vastato, tacet, videtur secutus. WESS.

464. 69. *Τοῖς μὲν Αἰγινήταις*] Legatur *Ἀναγνίταις*. RHOD. Nihil a Rhodomanno dissentit Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. III. p. 982. Vide Livium L. IX. 43. WESS.

464. 74. *Ἦρχεν Εὐξένιππος*] Hoc placuit ob Dionysium in Dinarcho p. 116. Scio Io. Meursium de Archont. L. IV. 16. ea fuisse sententia, huic Archonti, sive sacerdoti potius *θεῶν σωτήρων*, nomen Euxenippi, Xenippi et Xeniae fuisse. At Xenippi titulus hinc sumtus est: Xenias, quem eumdem putavit, alius est, et hoc multis annis prior. Inspice verba Plut. in Hyperide p. 850. B. et erroris cubilia habebis. WESS.

464. 92. *Καὶ τὴν — διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι*] Confer H. Vales. ad Amm. Marcellin. lib. XXIII. 6. et Freinshem. in Curtii L. X. 5. 5. WESS.

464. 8. *Τοὺς πλέοντας — ἐκ τῆς Ῥόδου κατάγειν*] Frequens est de mercatorum navibus cum intervertuntur atque in

alium, quam destinarant, et hostibus quidem amicum, portum devehuntur. Demosthen. Or. in Polyclem p. 667. καὶ Χαλκηδονίων καὶ Κυζικηνῶν καταγόντων τὰ πλοῖα, ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου. Sed audi Harpocrationem, optime hoc genus declarantem, κατάγειν τὰ πλοῖα λέγεται ἀντὶ τοῦ ληΐζεσθαι καὶ κακοῦν, καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς πλέοντας ὅπου βούλονται πλεῖν, ἀλλ' εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς ληστεύουσι κατάγειν· ubi Valesium si consulueris et A. Dounaeum Praelect. in Demosth. Or. de Pac. p. 184., cumulatissime tibi satis esse factum dices. Wess.

465. 26. Τὸν ἐν Ἐλωρύμνοις λιμένα] Lege Λωρύμοις ex Thucydide, Strabone, Appiano, Stephano etc. Palm. Τὸν ἐν Λωρύμοις λιμένα] Librarii admodum infesti huic fuerunt oppido: mutarunt eius nomen in Δώρυμα alias, hic Ἐλώρυμνα pari audacia esse iusserunt. Represserunt tamen eos praeter Palmerium uterque ad libri sui marginem, Ios. Scaliger et Is. Vossius. Erant Λώρυμα Ῥοδίων τι φρούριον ἐν τῇ περαίᾳ, sive in opposita Asiae continenti, ut Appianus Bell. Civil. L. IV. p. 1010. ait. Wess.

465. 29. Ὑπηρετικὰ δὲ πλείω] Sic scripsit, serie orationis commonstrante. Navium id genus alibi illustravimus. Wess.

465. 44. Καὶ τὰς ἱππηγοὺς] Confer L. XI. 3. et Celeb. Dukerum in Thucydid. L. VI. 43., tum Philochorum apud Dionysium T. II. p. 122. et Philostratum Heroic. c. XIX. 20. ubi ποιοῦνται ναῦς τῶν ἱππαγωγῶν τρόπον rectius legeris. Wess.

465. 54. Οὔσης τῆς πόλεως θεατροειδοῦς] Vid. ad L. XIX. 45. Wess.

466. 77. Ὡς τῆς πόλεως προσπολεμούσης ὑπὲρ αὐτῶν] Si longissime hinc exularet τὸ ὑπὲρ, praeferrem προπολεμούσης, uti apud Plut. Pericl. p. 158. F. Appian. Excerpt. Ursini XXIII. p. 361. et supra L. XIV. 98. Nunc commodius explebitur oratio intellectis πρὸς τὸν Ἀντίγονον vocabulis. Wess.

466. 87. Ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῦν etc.] Ex hoc genere *volones* erant, quorum operam post Cannensem cladem Roma non detrectavit, apud Livium L. XXIV. 11. et Festum, fuerant etiam illi, de quibus Sueton. Aug. c. 25. et Velleius L. II. 111. Wess.

466. 89. Τὰ μὲν σώματα δημοσίᾳ θάπτεσθαι] Eo Rhodii scito Atheniensium morem, de quo ad L. XI. 33., imitati sunt. Quin indidem sumtum esse τοὺς υἱοὺς (eorum, qui pugnando pro patria perierant) στεφανῶσαι τοῖς Διονυσίοις πανοπλίᾳ, clarissime videbis, si Aeschinem Orat. in Ctesiphont. p. 75. et quae S. Petitus Comm. LL. Attic. L. VIII. Tit. 3. conduxit, cum his contuleris. Wess.

466. 92. Δημοσίᾳ προικίζεσθαι] Sic L. XVI. 56. ἀλλ' ἵνα προικίσας ἀμφοτέρας συνοικίζῃ. Verbum rarius et in Lexicis vix obvium. Notavit conpluscula doctissimus Hoeschelius ad Photii Biblioth. p. 95. Wess.

466. 1. Ἅπας δ' ἦν ἐνεργὸς etc.] Rhodi architecturae, machinarum bellicarum et armorum artificium egregie exercebatur, Strabone L. XIV. p. 965. et Philone de Tel. Confic. p. 51. auctoribus. Quae quidem res quin illis opportuna hoc maxime fuerit tempore, non dubium est. Imo parum abest quin existimem, hanc eam fuisse tempestatem, qua Rhodiorum feminae crines suos ultro detonderi sunt passae, ut funes inde ad machinarum usum necti torquerique possent, teste Aristide Orat. Rhod. 9. 355. et Frontino Strateg. I. 7. 4. Wess.

466. 12. Καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὰ δυνάμενα etc.] Verba consideranda sunt ac si τῶν αἰχμαλώτων σωμάτων forent: sic saepe de captivis. Wess.

466. 20. Ἐπὶ — φορτηγῶν διαβεβηκότων] Quum διαβεβηκότα ea fere dicantur, quae divaricata sunt, ut extremo lib. I. ostensum, suspicabar olim ἰδίᾳ βεβηκότων, i. e. *quae seorsum progrederentur*, fuisse; augebat suspicionem confusio utriusque in Mss. vocabuli. Sic quod in altera S. Paulli ad Corinth. est c. V. 10. ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, haud pauci legebant τὰ ἴδια τοῦ σώματος. Origeni praeter alios περὶ Ἀρχ. L. III. p. 133. id reddendum est. Edunt sane τὰ διὰ τοῦ σώματος, sed Rufinus *propria corporis* vertit, secutus τὰ ἴδια, quomodo Origenes ipse Homil. XIX. in Ierem. p. 266. Hoc obiter. Nunc ἰδίᾳ βεβηκότων non probo, arbitratus vulgatum non aliud indicare ac ἴσων βεβηκότων, quod statim succedit. De turribus, navibus inponendis, Athenaeus de Machin. p. 9. Wess.

467. 27. Ἐπὶ τετραπόδων ξύλων etc.] *Super ligna quadrupedia* Interpres, quae inter natandum quem usum praebere potuerint, non bene capio: mallem quidem certe ἐπὶ τετραπέδων ξύλων *super ligna quadrata*, ut inferius c. 95. Wess. Vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 546.

467. 33. Ἐνέθετο — τρισπιθάμων — τοὺςποῤῥωτάτω βάλλοντας] Sic huius libri c. 50. καὶ τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ἱκανοὺς ταῖς πρῴραις ἐπέστησε. Hic recte additur τοὺς ποῤῥωτάτω βάλλοντας. Nam genus hoc machinae ad tria usque stadia et amplius in hostes tela vibrabat, id certe, cuius architectus Agesistratus perhibetur. Ὁ γὰρ τρισπίθαμος αὐτοῦ καταπέλτης ἔβαλλε τρία στάδια καὶ ἡμιστάδιον Athenaeo teste de Machin. p. 3., cui Philon. de Tel. Fabric. p. 99. iunge. Wess.

467. 42. Τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν πλοίων etc.] Lege de hoc defensionis genere multa praecipientem Philonem de Tel. Construct. p. 95. Wess.

467. 48. Ὁρμῶσι] Ὁρμοῦσι. Rhod.

467. 49. Βελοστάσεις — τοῖς — μέλλουσι καταπέλτας] Καταπέλταις, non accusandi casu. Rhod. Adstipulor Rhodomanno, qui βελοστάσεις *telorum receptacula* non male vertit. In Maccab. quidem lib. I. 6. 20. et 51. a veteri Interprete *ballistae*

esse iubentur, neque Cangius in Glossario dissentit; fuisse enim *βελοστάσεις* iaculorum quandam congeriem, uno ballistae ictu in hostes coniectam. At loca, quibus id firmare adnititur, non probant: nam Philonis Belopoeic. p. 81. verba tabulatum describunt, machinis telisque recipiendis aptum: et haec, quae praeteriit, clarissime p. 82. *τοῖς μεγίστοις καὶ πλείστοις βέλεσι αἱ βελοστάσεις κατασκευάζονται.* Imo ibid. p. 97. *μηχανημάτων στάσεις* vocat. De structura *ὅπως — εἴργεσθαι*, quae in praecedentibus est, dictum fuit alias. Wess.

467. 56. *Τὸ χῶμα τοῦ μεγάλου λιμένος*] Io. Meursium vide de maiore minoreque Rhodiensium portu L. I. Rhod. c. 13. et de *πέτροις* adscripta L. I. 32. Wess.

467. 61. *Παρεκόμισαν τὰς μηχανὰς*] Solet Diodorus a singulari ad plurale non raro transire: alioqui *παρεκόμισε* hic potius foret. Wess.

468. 90. *Τοῖς ταλαντιαίοις πετροβόλοις συνέτριψε*] Erant ballistae istae omnium vehementissimae. Philo Tel. Struct. p. 85. *οὔτε ταλαντιαῖος πετροβόλος, ὅς ἐστι σφοδρότατος, ἢ οὐκ ἀφίξεται.* Latine recte dixeris *ballistas talentarias* ex Sisennae L. IV. Hist. apud Non. Marcellum c. XVIII. 22. Ceterum Rhodiorum *μεσοπύργια*, quae *interturria* nova dictione Rhodom. vertit, firmissimo opere fuisse exaedificata ibid. p. 84. Philo significat. Wess.

468. 98. *Πολλῶν καὶ μεγάλων πετρῶν κατὰ τὸ συνεχὲς* etc.] Rhodii ingentis magnitudinis lapides iuxta aggerem maioris portus demerserant, ut accessum hostibus difficiliorem facerent. Athenaeus Machin. p. 3. de Apollonio, *τηλικαῦτα ἤγαγε φορτία λίθων ἐπὶ τὸ χῶμα τὸ περὶ τὸν λιμένα τὸν ἐν ῬΟΔΩΙ, ὥστε καὶ ἀπορῆσαι πολλάκις τοὺς ὁρῶντας αὐτὰ, πῶς ποτε εἰς τὰς ναῦς ἀνελάμβανε, καὶ τίνι τρόπῳ ἐξείλετο αὐτά.* Quae saxa Philo Belop. p. 99. *προσβλῆτας κατὰ τὸ τεῖχος* adpellat, alii *προβόλους.* Gregorius Nazianz. Or. III. p. 106. *διὰ προβόλων τε καὶ σφάλων εἰς ὅρμον ἐπείγεσθαι.* Eleganter vero de matrimonio Io. Chrysostom. Or. de Virginit. p. 274. D. *λιμὴν γάρ ἐστι τῆς σωφροσύνης — ἀντὶ γὰρ προβόλων προστήσας τὴν ἔννομον μίξιν* etc. Quae quidem loca, obiter ut id addatur, in Musaeo v. 31.

— — *γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα*

Πύργον ἐπὶ προβόλων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ

legi posse significant. Nam *πύργον ἀπὸ προγόνων*, uti nunc est, difficiles habet explicatus, ut elegantissimi ingenii iuvenis Io. Schraderus Animad. in Musaeum c. 4. agnoscit ultro, neque locum tueri potest. Turrim vero, quam Hero inhabitabat, saxis huiuscemodi fuisse inpositam, Musaeus profitetur ipsemet planissime, cum v. 336. de Leandri cadavere:

— — *παρὰ κρηπῖδα δὲ πύργου*

Θρυπτόμενον σπιλάδεσσιν ὅτ' ἔδρακε νεκρὸν ἀκοίτην.

Sed in viam. Mox interpres *σκαφῶν οὐκ ὀλίγων ἐποκειλάντων*

cum scaphae non paucae appulissent, non satis considerate neque ex sermonis usu. Praestitisset *cum in brevia fuissent inpactae.* Vide ad L. I. 31. Wess.

468. 20. *Καὶ τὰ ἀκροστόλια τοῖς θεοῖς ἀνέθηκαν*] Confer L. XVIII. 75. et *rostra* viri docti non probabis. Wess.

469. 34. *Κατέσβεσαν τὰ πυρφόρα*] Si dissidentes schedae τοὺς πυρφόρους dedissent, laudem fuissent meritae. Philo Belopoeio. p. 100. πρὸς δὲ τοὺς πυρφόρους καὶ τοὺς τριβόλους, τοὺς καιομένους, καὶ τὰς λαμπάδας etc. et ib. p. 104. εἶθ' ὅταν ἐγγίσωσι τοῖς πυρφόροις καὶ τοῖς ἡμμένοις τριβόλοις. Sic enim loco προφόροις scribendum. Adde Nostrum huius libri c. 97. Porro *Prytanes* ordinarii Rhodiorum erant magistratus, summa rerum administrandarum potestate instructi. Clare Appianus Bell. Civil. L. IV. p. 1006. ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ. Atque hac illi regiminis auctoritate utebantur in sex menses, unde Stratocles τὴν δευτέραν ἑξάμηνον πρυτανεύει in Polybii Leg. Exc. LXVII. p. 1232. Cetera ex Io. Meursii Rhod. L. I. 19. et Ezech. Spanhemii Diatrib. de Prytanib. p. 696. ed. Graev. pete. Wess.

469. 49. *Θρασύτερον — προέπιπτον εἰς τὸν κίνδυνον*] Nihil innovo, etsi εἰς δάκρυα, εἰς γέλωτα προσπίπτειν in usu versentur. Habet trahitque aliquid ex temeritate προπίπτειν, de quo ad L. XV. 65. Wess.

469. 52. *Ὁ μὲν ναύαρχος — καὶ ὁ τριήραρχος*] Si Execestus classis universae fuit praefectus, quis locus triremium praefecto esse poterit? Malim triremis, qua Execestus vehebatur, praefectum. *Ναύαρχος* classis est imperator; quare Arrian. de Onesicrito, qui navis gubernator se scriptione sua classi inposuerat, ναύαρχον ἑαυτὸν γράψας, κυβερνήτην ὄντα Lib. VI. 2. Discrimen ita Philo Iud. Creat. Princip. p. 728. A. exsequitur, ναύαρχος δ' ἐπιβατικοῦ καὶ πληρωμάτων (πρῶτος) καὶ πάλιν φορτίδων καὶ ὁλκάδων ναύκληρος, κυβερνήτης δὲ πλωτήρων. Et Plut. T. II. p. 807. B. quem non exscribo. Addam potius, Manethonem L. IV. 397. πρωτάρχας νεῶν rariore titulo naucleros vocare, atque a gubernatoribus distinguere. Versus hi sunt:

Ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδασιν ἵστορας ἄνδρας,
Ἔσσεσθαι σκαφέων κυβερνητῆρας ἀΰπνους,
Πρωτάρχας τε νεῶν, οἵ πολλάκι ναυφθορίαισιν
Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης
Νηχόμενοι. —

In quorum priore ἥκτορας ἄνδρας mutavi, ipso scriptore praceunte. Sic L. I. 324.

Ναυσιβάτας δείκνυσι καὶ ὕδατος ἵστορας ἄνδρας
Πρωτάρχας σκαφέων, οἵ πολλάκι ναυφθορίῃσι
Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης
Νηχόμενοι. —

Scripsi in eorum altero *πρωτάρχας*, ex quo *πλωτάρχας* effictum fuerat, et in tertio *βίοτον λείψουσι*· nam *βίοτον σώζουσι*, uti schedae dabant, versus non patiebatur modulus. Ipsemet Manetho omnia ista vera praestat. Wess.

469. 64. *Πύλην ἀνοίξαντες*] Haec Diodori manus. Quae hinc discrepant, exscriptoribus debentur. Wess.

470. 88. *Περὶ τὸ καλούμενον Γόργιον*] Neque *Γόργιον* neque *Γοργόνιον* in Sicilia memoratur usquam. Contra ea mons *Τόργιον*. Hesychius: *Τόργιον*, *ὄρος ἐν Σικελίᾳ*, *ὅπου νεοττεύουσιν οἱ γῦπες*, *ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ* (in Lycophron. Alex. v. 80.) *τόργοι*. Observarunt illud viri egregii Ab. Ortelius in Thesauro et Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. II. p. 394., idque hic olim fuisse opinantur, coniectura plausibili. Locum eadem in insula *Ἄμβικας* dictum neuter reperire potuit, neque ego. Wess.

470. 16. *Ἀεὶ γὰρ ὁ τύραννος — πίστεως — καὶ ὅρκων κατεφρόνει*] Hinc detestabilis tyranni vox, cum iurisiurandi religionem solita sibi perfidia fregisset, ad amicos, *δειπνήσαντες ἐξεμέσωμεν τοὺς ὅρκους* apud Polyaen. Strateg. L. V. 3. 1. Wess.

471. 31. *Εἰς τὴν τῶν πολεμίων παράθεσιν*] Quid? si *παράδοσιν*. Rhod.

471. 32. *Ῥωμαῖοι μὲν Παλινίους καταπολεμήσαντες*] Illust. Scaliger *Πελίγνους* ad libri sui marginem correxit, nec aliter Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. 14. Vide huius libri c. 102. Wess.

471. 35. *Τὴν Φαλερίτιν πορθούντων*] Livius L. IX. 44. *eodem*, inquit, *anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incursiones factae*. Unde *Φαλερνίτιν*, i. e. *agrum Falernum*, hic rectius puto. Campo enim Stellati paene coniunctus erat Falernus. Wess.

471. 37. *Σημείας μὲν οὖν ἀνεῖλον* etc.] *Σημαίας* alii scribunt, ut Ioseph. Belli L. II. 9. 2. Livius ibid. signa militaria sex et viginti capta fuisse refert, praeterea Samnitium imperatorem *Statium Gellium* et urbem, quae capta fuit, *Bovianum* adpellans: reddere quidem ex Diodoro conatus illi est *Bolam* doctissimus Sigonius, sed invitis viris clarissimis Iac. Perizon. Animadv. Hist. c. 4. et Arn. Drakenborchio, quos vide. Ut ut est, absolvi Livius incogitantiae non potest, in tempore Boviani occupati plane sibi contrarius. Vid. eiusdem lib. c. 31. *Bolam* Diodorus extr. lib. XIV. *Βώλας* nuncupavit. Wess.

471. 46. *Σώραν, Ἀρπίναν καὶ Σερεννίαν*] De Sora et Arpino, sic enim praestat, non est dubium. Postrema urbs viros eruditos diversa in studia scindit. Livius ita dict. loco: *Eodem anno Sora*, *Arpinum*, *Censennia recepta ab Samnitibus*. Ubi *Censennia* non alia ac *Σερεννία* est. At eam *Censenniam*, sive *Consentiam*, ut aliis in libris, Glareanus et Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. p. 1044. *Aeserniam* faciunt, Alb. Rubenius, non obloquente Gronovio, viro longe doctissimo, *Cerfenniam*. Mihi po-

tior, quandoquidem optio defertur, Rubenii coniectura videtur. De urbe dicam nihil. Vid. Anton. Itiner. p. 309. Wess. Rhodom. „*Legendum videtur Κωνσεντίαν cum Livio.*"

471. 58. *Τὴν καλουμένην Ἑλέπολιν*] Opus fuit Epimachi Atheniensis, describiturque ab Athen. Machin. p. 7., sed in numeris corrupto, atque ex Vitruvio L. X. 22. instaurando, Plut. Demet. p. 898. B., Amm. Marcellino L. XXIII. 5. Quos omnes hac machinae descriptione post se Noster reliquit, forsan ea in re secutus Dioclidem Abderitam, quem in Helepolis partibus mensura usuque delineandis excelluisse Athenaeus Deipnos. L. VI. 9. prodidit. Wess.

471. 59. *Ἐσχαρίου γὰρ ὄντος τετραγώνου*] Plut. *ἧς ἕδρα μὲν ἦν τετράγωνος.* Itaque bene Interpres *basis.* Firmant eius versionem haec Athenaei Machin. p. 5. ubi de Hegetoris testudine eiusque basi: *γίγνεται τὸ μὲν μῆκος τοῦ ἐσχαρίου πηχῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα — τὰ δὲ σκέλη τὰ ἐπὶ τοῦ ἐσχαρίου πηγνύμενα τέσσαρα συντίθεται·* et Apollodor. Poliorcet. p. 28. *τὸ κάτω ἐσχάριον* in turris descriptione, quamquam ibi *focum, qui inferius est*, inepte vertunt. Vitruvius L. X. 21. *Basis compingatur, quae Graecis ἐσχάρα dicitur.* Aliam *ἐσχαρίου* significationem, et utriusque caussam pete ex Animadvers. Casaubon. ad Athen. L. V. 9. Wess.

471. 72. *Βραχὺ λείποντες — πηχῶν*] Hic *κίονες* inserendum. Rhod.

472. 84. *Ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ βυρσῶν περιεῤῥαμμένα*] Dixi aliqua ad L. XVII. 45. Nihil olim in defendendis turribus et moenibus usitatius erat: unde *βυρσοῦν τοὺς πύργους ἀργαῖς βύρσαις* apud Athen. Machin. p. 4. Coria oppandebantur cruda et laxa, *βύρσαι νεόδοροι βοῶν* Iosepho Bel. Iud. L. III. 1. 10., *δέῤῥεις ῥερυσσωμέναι διπλαῖ καὶ χαλάσματα ἔχουσαι, ἵνα ἐκλύηται τὰ πεμπόμενα βέλη* Apollodoro Poliorc. p. 15., quem vide et p. 32. et lege *καὶ μὴ παραπτόμεναι (δέῤῥεις) τῶν σανίδων, ἵνα ἔχωσι τόπον συνελθεῖν καὶ ἐκλῦσαι τὸ βέλος.* Deest vulgo negandi vocula contra mechanici mentem. Adhibebantur etiam sacci alga et acere oppleti, quin et panni vestesque crassiores, *προβολαὶ ἱματίων καὶ ὀθόναι κεκλασμέναι* in Appiani Mithrid. p. 370., *centones* in fragmento Sisennae apud Nonium Marcellum c. 1. 177., *κέντρωνες* Bitoni de Machin. p. 109. *ἐστεγάσθω τὸ μὲν πρῶτον ὕλῃ ξυλίνῃ, εἶτα ἐπάνω κέντρωσιν ὡς ὅτι μάλιστα.* Addiderunt ibi *ἤτοι ἱματισμοῖς*, quod, quia glossam sapit, praetermisi. Lege Fontanin. Antiq. Hort. L. II. 5. Wess.

472. 95. *Χελώνας τὰς μὲν χωστρίδας*] Vid. L. II. 27. et de testudine *κριοφόρῳ* Athen. de Machin. p. 3. Wess.

472. 10. *Εὐμήχανος γὰρ ὤν*] Sic iterum huius libri c. 104. *Poliorcetae* Demetrii cognomen explicat parili modo Amm. Marcellin. L. XXIII. 5. Wess.

473. 26. *Καὶ τὸ σύνολον, ἐζήλου τὴν μυθολογουμένην etc.*] Eadem omnia de Demetrio Plut. eius in vita p. 889. F. Lege Casaub. in Athen. L. VI. p. 280. Wess.

473. 48. *Τὰς καλουμένας — φυλακίδας*] Naves speculatoriae fuisse videntur, quae excubarent, Rhodi oram legerent, piratasque arcerent, quales *προφυλακίδας* Thucydid. L. I. 117. vocat, et nos superius Carthaginiensium vidimus, et *τὰς περὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου φυλακίδας* extr. hoc libro. *Carpathus*, de qua sequitur, iuris erat Rhodiorum seriore etiam aetate, uti ex Dionis Chrysost. Rhod. p. 325. C. constat: redigit autem illa mihi in memoriam verba Suetonii et Columellae, quae adscribam. Columellae haec sunt L. VIII. R. R. c. 16. *Sola ex pretiosis piscibus muraena, quamvis Tarsensis Carpathiique pelagi, quod est ultimum, vernacula, quovis hospes freto peregrinum mare sustinet.* Sic legunt vulgo. At Mss. *quamvis Tartesiaci*, quod unice verum et recipi debuerat vel ob Aristophanis Ran. v. 478. *μυραίναν Ταρτησίαν*. Sequuntur Suetonii Vitell. c. 13. *Muraenarum lactes a Carpathio usque, fretoque Hispanico per navarchos ac triremes petitarum conmiscuit.* Ita verba Budaeus constituit, quem sine caussa ab Interpretibus fuisse desertum, Columella, me quidem iudice, planissime ostendit: namque eius Tartesiacum et Carpathium pelagus Suetonii Carpathium Hispanicumque fretum, muraenis abundans, stabilit firmissime. Sed ad alia properandum. Wess.

473. 55. *Τριῶν ἀφηγούμενος τριημιολχίων*] Pro *τριηρημιολιῶν*. De trieremiolia, ut de caeteris navium generibus, consulatur Bayfius de Re Navali (p. 581. ed. Gronov. Thes. Ant. Graec. T. XI.) qui illas auctoritate Appiani infra magnitudinem iustarum triremium ponit. Rhod. Vox nihili *τριημιολχίων*. Legendum *τριημιολίων*, quae vox apud Polybium ter aut quater occurrit. Bayfius legebat *τριηρημιολίων*. Sed, ut puto, male. Dicere autem, quid sit *τριημιόλιος ναῦς* aliquis poterit ex coniectura et nominis notatione, sed deerit auctoritas. Puto igitur sic dictam navem, quae tertia parte excedit navem ordinariae magnitudinis, ut *ἡμιόλιος* esse videtur ea, quae media sui parte excedit. Id tamen nolim adeo affirmare, quin aliam interpretationem admittere paratus sim, si meliori ratione firmetur: et forte *τριημιόλια* posset esse, quae tribus quartis partibus excederet, et sic foret maior hemiolia. Palm. *Τριῶν ἀφηγούμενος τριημιολιῶν*] Sic extrita litera abundante cum Reg. 2. malui, etsi veritatem eius scripturae praestare nolim. In Polybio quidem L. XVI. 1. 2. *τριημιόλιαι* aliquoties memorantur, sed doctissimus Interpres *trieremioliae* habet in Latinis, nec Bayfius loc. in Rhodom. nota indicato aliter profert ex Ms. quem Venetiis acceperat. Clarissime vero *τριηρημιολίας* memorat Athenaeus L. V. p. 203. et quadriremi minores fuisse indicat. Iam quae *τριηρημιολιῶν*, si ita Diodorus scripserit, fuerit amplitudo, in dubio est. Lar. Bayfius ex Appiani prooemio infra iustarum triremium

magnitudinem eas ponit: ubi ἡμιόλιαι a triremibus distinguantur, τριηρημιολιῶν nulla mentio. A Baysio non longe deflexit Ill. Scaliger ad Euseb. Chron. an. MCCXXX. *Quae citra magnitudinem*, inquit, *τριήρους*, *ea dicebatur τριήρης ἡμιολία. Nam τὸ ἡμιόλιον continet assem cum semisse. Ideo τριηρημιολία erat magnitudine τῆς διήρους*, *et praeterea paullo amplior*. Neque multum a Scaligero Cl. Salmasius Observat. ad Ius Attic. et Rom. p. 707. quum, *Hesychius*, ait, *τριηρημιολία, ναῦς μακρὰ ἄνευ καταστρώματος. Ut plurimum vulgares triremes fuere constratae*, *hoc est*, *cum καταστρώματι. Sed falsum est*, *eam esse τριηρημιολίας significationem. Nam τριηρημιολία nihil aliud fuit*, *quam ἡμιολία triremis*, *id est*, *τριακόντορος τριήρης*, *nempe terno remorum ordine instructa*, *ac triplici ἐρεσίᾳ incitata. Si simplex τριακόντορος sive ἡμιολία tricenos habuit remiges in uno ordine*, *triplex in ordinibus ternis nonaginta habuerit oportet.* Tum, *trieres sunt longae naves cum ternis remorum ordinibus*, *τριηρημιόλιαι vero sunt hemioliae, quae ternos similiter ut τριήρεις nactae sunt remorum ordines, et triplici ἐλασίᾳ impelluntur, sed multum longitudine et magnitudine cedunt legitimis τριήρεσι.* Atque haec quidem ipsis maximorum virorum verbis exponere malui, ut haberent lectores quos sequerentur: mihi, ne dicam dolo, de navibus hemioliis et trieremioliis res nondum videtur ad liquidum deducta. WESS.

473. 64. *Τὸν — ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον*] Lege Plut. Demetr. p. 898. D., humanitatis generosique animi officia in Rhodiis hic desiderantem. WESS.

474. 80. *Καλῶς πρὸς τὸ δόξαν καὶ τὸ συμφέρον βουλ.*] Mallem *πρὸς τὴν δόξαν*. Cessit hoc laudi Rhodiis, quod monumenta hostium non everterint, cuius magni animi bello a Mithridate pressi simile dederunt argumentum: *statuam* enim *eius*, *quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco*, *ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt*, sicuti refert Cicero L. II. Verr. c. 65. Nec hi tamen perpetui Rhodiorum mores: Dionis Chrysostomi aetate in statuis decernendis videbantur egregie liberales, summo tamen reipublicae dedecore et eorum iniuria, quos bene de se meritos hoc olim honore erant prosecuti. Eradebant vetera nomina et titulos, inscriptis aliis; statuae erant eaedem, sed histrionum in morem personas mutabant: quas eorum sordes egregie Dio perstrinxit in Rhodiaca p. 312. D. et seqq. WESS.

474. 93. *Δημητρίου — διὰ τῶν μεταλλέων* etc.] Verior haec est lectio, illique persimilis, quam sagacissimus Marklandus restituit Max. Tyrio Dissert. VI. p. 662. edit. nuper. Si qui pro vulgata stare maluerint, uti poterunt Polybio L. XVI. 1. *ἤλπιζον — προσκαρτερήσειν τῇ τῶν ΜΕΤΑΛΛΩΝ κατασκευῇ.* Et Philone Belopoeic. p. 99. *καὶ καπνιστέον τοὺς ἐν τοῖς ΜΕΤΑΛΛΟΙΣ ὄντας.* Utrobique, nisi voces ex *μεταλλειῶν* et

μεταλλείαις sint deformatae, τὰ *μέταλλα* cuniculos indicant. Wess.

474. 95. *Οἱ ταῖς ὑπονομαῖς χρώμενοι*] Is. Vossius ὑπονομείαις maluit, neque absurde. Hesychius tamen, Ὑπονομαὶ — ὀχετοί. Wess.

475. 21. *Καὶ τοῦ πρὸς τὸ τεῖχος τόπου παντὸς ἀνακαθαρθέντος* etc.] Demiror nullam hic fieri mentionem eius commenti, quo architectum Diognetum Demetrii Helepolin et accessu ad muros prohibuisse, et, ut nec progredi nec regredi postea potuerit, effecisse memorat Vitruvius L. X. 10. In Plut. Apophthegm. p. 183. Demetrius sociata cum Rhodiis pace Helepolin iisdem reliquisse perhibetur: quae res Vitruvii narrationi veri quandam speciem conciliare potest. Wess.

475. 31. *Προωθουμένην μὲν εὐκινήτως*] Non probo *προσωθουμένην* schedarum quarundam, quantumvis c. 91. *οἱ δ' ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν παριστάμενοι προσώθουν* legatur: id enim hinc refingendum arbitror. Wess.

475. 56. *Τριάκοντα μυριάδες ἀρταβῶν*] Herodotus L. I. 192. definit; Artaba mensura Persica est, capacior quam medimnus Atticus tribus choenicibus Atticis. Medicam tamen Artabam Suidas et Epiphanius (Ponder. c. 24.) medimno Attico aequalem faciunt, eo quod LXXII sextarios contineat. Cum Lipsiensi igitur scaphula (*Scheffel*) congruit. Rhod. Medicam Artabam capere medimnum Atticum, testis etiam Polyaenus L. IV. 3. 32. At hic Aegyptia, ubi mensurae id genus agnoscit Schol. in Aristophan. Acharn. v. 108., intelligitur: ea vero conplectebatur tres modios et tertiam modii partem. Rhemnius Fannius de mensur. v. 88.

Est etiam terris, quas advena Nilus inundat,
Artaba, cui superat modii pars tertia post tres.
Namque decem modiis explebitur Artaba triplex.

Quibus consentanea Hieronymus in Daniel. c. XI. 5. et Esaiam c. V. 10. commentatur. Wess.

476. 74. *Τοῖς δ' ἄλλοις βέλεσι πυρφόροις* etc.] Insere *καὶ* ante *πυρφόροις*. Rhod. Ut *καὶ* inseratur, pati possum; quamquam ex animi mei sententia si loquendum sit, potior mihi et cultior videtur ea scriptura, quam ex Vatic. aliisque membranis excerptam dedi. Wess.

476. 11. *Καὶ τάφρῳ βαθείᾳ περιέλαβον*] Sic bene. Vide not. in L. XI. 30. Wess.

476. 16. *Πρὸς τὴν περαίαν τῆς Ἀσίας*] Vertitur *ad ulteriorem Asiae continentem.* Retineri potuerat *ad Peraeam Asiae* exemplo Livii L. XXXII. 33. *Rhodii Peraeam (regio est continentis adversus insulam, vetustae eorum ditionis) repetebant.* et c. 35. *Rhodiis regionem, quam Peraeam vocant, reddere.* Aliis ἡ περαία τῶν Ῥοδίων, ut Straboni L. XIV. p. 962. D. et

ibid. p. 990. A. Appiano Excerpt. Ursini XXI. p. 358., Polybio Leg. LXVII. Wess.

477. 34. *Καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Ἀμεινίαν* etc.] Aminiam suam in sedem inmigrare iussi; nam *Ἀνανίας* ab Hebraeo aliquid trahit. Wess.

477. 49. *Διόπερ οἱ πρέσβεις ἀπῆλθον ἄπρακτοι*] Plutarcho si fides, Atheniensium legati amicitiam Rhodios inter et Demetrium certis legibus instauraverunt in Demetr. p. 899. A. Scio Dacerium vitium in Plutarchi verbis reperisse et *Aetolos* substituisse ex Nostro; cui accedere non possum. Quae sequuntur in Plut. Athenienses valide tuentur: constat etiam hinc, eorum aliquas in conciliandae pacis studio partes fuisse: ad hoc, Plutarchus ibid. paucis hac in re defungitur, unis Atheniensibus contribuens, quod Aetolis debebatur praecipue. Wess.

477. 84. *Ἄλκιμος μὲν — πολλοῖς περιπεσόντες* etc.] Erat Alcimus domo Epirota, *ἀνὴρ πολεμικώτατος καὶ ῥωμαλεώτατος*, ut Plut. Demet. p. 898. D. ait, ceciditque ad ipsum Rhodiensium theatrum strenue pugnans. Wess.

478. 90. *Καὶ ὁ πρύτανις Δαμοτέλης*] Vide superius c. 89. Wess.

478. 4. *Οἱ Ῥόδιοι συνέθεντο*] *Τὴν εἰρήνην*, quae in Reg. pr. his praefiguntur, adfirmare possunt haec Diodori ex c. 102. *Ῥωμαῖοι μὲν καὶ Σαμνῖται — πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην συνέθεντο.* Possunt tamen peraeque intelligi; quare ea non addidi. Pacis leges memorat et Plut. Demet. p. 899. A., sed Nostro hac quidem parte inferior. Wess.

478. 14. *Καὶ τῶν δούλων — ἐλευθερίας — ἠξίωσαν*] Confer huius libri c. 85. Wess.

478. 16. *Εἰκόνας Πτολεμαίου, Κασσάνδρου* etc.] Delendum censeo *Πτολεμαίου*. Nam de honore eius diviniore separatim paulo post dicetur. Rhod. *Εἰκόνας Κασσάνδρου καὶ Λυσιμάχου*] Induxi *Πτολεμαίου* nomen, a Mss. non immerito damnatum: puto *καὶ* supervacaneum quoque esse ante *τῶν δευτερευόντων*: hi enim ambo reges sunt, qui Rhodiis multa ad urbis salutem contulerunt, etsi Ptolemaeo concedentes. Lege c. 97. Wess.

478. 24. *Οἰκοδ. παρ' ἑκάστην στοὰν πλευρὰν σταδιαίαν*] Transpone sequens *πλευρὰν* ante *στοάν*. Rhod. *Οἰκοδ. παρ' ἑκάστην στοὰν πλευρὰν σταδιαίαν*] Haec sunt turbata: legendum *παρ' ἑκάστην πλευρὰν στοὰν σταδιαίαν*. hoc manifestum est. Palm.

478. 25. *Ὃ προσηγόρευσαν Πτολεμαῖον*] Habet hinc Io. Meursius Rhodi suae L. I. 12. lucum *Ptolemaeum*. Ego vero adiungo Rhodios hoc tempore Ptolemaeum *ΣΩΤΗΡΑ*, teste Pausania Attic. c. 8., nuncupasse, eoque titulo in numis insignem circumferri, praeterea tanquam Deo Paeana composuisse et sollemnibus diebus recitasse. *καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα παιάν ἐστι, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. ἔχει γὰρ*

τὸ Ἰὴ Παιὰν ἐπίφθεγμα, quae Athenaei verba sunt L. XV. p. 696. F. Wess.

478. 33. Οἱ γὰρ περὶ Κάσσανδρον etc.] Athenienses Cassander terra marique premebat; quae eos caussa permovit, ut Rhodios inter et Demetrium pacem instaurare conarentur, auctore Plut. Demet. p. 899. A. Wess.

479. 43. Ἕκτον ἔτος] Ponti regnum Eumelus administravit annis V et totidem mensibus, uti memoravit huius libri c. 25. Wess.

479. 57. Δοῦναι τὰ κατὰ τὸ πρυτανεῖον] *Pecuniam in Prytaneo repositam* vir doctissimus: mihi signa fuisse videntur Aeoli et Vulcani, quos ambo Liparaei in honore habebant, illum ut κτίστην supra L. IV. 67., hunc urbis insulaeque suae patronum et tutelam, numis etiam civitatis inscriptum Thes. Brandenb. T. I. p. 363. Addi vero ex hoc loco in Prytaneorum et Prytanum catalogum, quem viri longe doctissimi Is. Casaubonus ad Athen. L. XV. 19. et Ez. Spanhemius Diatrib. de Prytanib. p. 699. ed. Graev. instituerunt, Prytaneum poterit Liparae. Wess.

479. 62. Ὁ μὲν Αἴολος περὶ τοὺς etc.] Αἴολος ut supervacuum et a sciolo infartum reiiciatur. Rhod. Ὁ μὲν περὶ τοὺς τόπους — λεγόμενος etc.] Ego exterminavi. Aeolum intelligi, quisque videt.

— — Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempestatesque sonoras
Imperio premit et vinclis et carcere firmat,

Poëta Aen. I. 56., cui auctor ipsemet adiungatur L. V. 7. Wess.

479. 66. Ἐπὶ θερμοῖς τοῖς ἄνθραξι κατακαύσας ζῶντα] Vide Lib. XXI. Eclog. 12. Spirans Agathocles rogo fuit inpositus, et paene vivus Vulcani, ignis praesidis, flamma absumtus. Wess.

479. 68. Τῶν περὶ τὴν Αἴτνην σωζόντων — ἀποσχέσθαι] Amphinomum et Anapiam designat, quibus, Aetna Catanam vicinaque omnia flammis vastante, ignes transitum praebuerunt, ut patrem matremque ex incendio eriperent. Claudianus Carm. XXXV. 31., Diodori exemplo, Vulcano acceptum refert:

Haud equidem inmerito tantas virtute repressas
Enceladi fauces obriguisse reor:
Ipse redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
Laederet exempli ne monumenta pii.

Plura de piis istis fratribus Corn. Severus Aetn. v. 624. cum Io. Clerici nota. Wess.

479. 77. Ἔτη εἴκοσι δύο καὶ μῆνας ἕξ] Plus temporis gestum cum Samnitibus bellum abstulit, si inchoatum fuerit, uti Livius L. VII. 29. prodidit, M. Valerio Corvo III. et A. Cornelio Cosso Coss. Sed magna de belli eius duratione lis scriptores vetustos distrahit. Lege Pighium in Fast. ad ann. CDX., Sigonium ad Livii L. XXIII. 5. et viros doctos ad Florum I. 16. Wess.

479. 79. *Εἰς τὴν τῶν Αἴκλων χώραν*] Haec est illa nostrorum exemplarium inconstantia, de qua supra (L. XIV. 102.) querebar: antea *Αἴκοι* et *Αἰκανοὶ*, hic *Αἴκλοι* et *Αἰκαλοί*. Itidem hic *Μαρυκινοὶ* vel *Μαρούκιοι*, antea (L. XIX. 115.) *Μαῤῥούκιοι* vel *Μαῤῥουκῖνοι*. Steph. *Αἴκων* scribe pro *Αἴκλων*. Rhod.

Ibid. *Ἐχειρώσατο τεσσαράκοντα πόλεις*] C. Sigonius citat ad Livium L. IX. 45. *ἐχειρώσατο μα' πόλεις*· quod si ex scripto codice sumsit, verissimum erit. Sic Livius ibid. *unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta oppugnando ceperunt — — De Aequis triumphatum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani mitterent Romam pacis petendae amicitiaeque.* E quibus optimi scriptoris *Παλληνοὶ* Diodori *Πελιγνοὶ* esse debent, ut pulcre Rhodomannus, Illust. Scaliger ad libri sui oram, et post utrumque Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II. 14. p. 755., qui quoque *Αἴκλους* in *Αἰκικλοὺς* convertit eodem libro p. 774. De Marrucinis diximus L. XIX. 115. Wess.

480. 94. *Πρότερον συντρίψαι — ἢ ἐπ' αὐτὸν* etc.] Hyperbaton est. *Prius Prepelaum, Cassandri ducem, obterere, quam in Cassandrum pergeret, et tum imperii sedem aggredi.* Vir doctus in Latinis id neglexit: corrigit in Addend. suis *ἦν ἐπὶ*, quod non placet. Wess. Non melius Rhod. ibid. v. 24. 25. bis *τὰ πρὸς*.

480. 1. *Παρεισέπεσεν ἐντὸς τοῦ τείχους*] Occupata, qua Pellenen iter erat, porta. *Τὰς ἐπὶ Πελλήνην πόλιν πύλας* vocat in Sicyonis captae historia Polyaenus L. IV. 7. 3., etsi prave *Παλλήνην* libri editi nunc praeferunt. Wess.

480. 10. *Συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας*] Pravum erat *συνεπιβαλόμενος*, quod, etsi Reg. 2. non addixisset, mutare sustinuissem. Nunc confidentior sum. Auctor ipse L. XIX. 63. *ἐνταῦθα δὲ* (Cassander) *συνεπιλαβόμενος τοῖς Θηβαίοις τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας*. atque ad eum modum saepe. Rhodomanno librariorum id non latuerat delictum. Wess.

480. 12. *Δημητριάδα — τὴν πόλιν ὠνόμασαν*] Consentiunt Strabo L. VIII. p. 587., Plut. Demet. p. 900. B. Pausanias L. II. 7., et numi, nisi in eorum explicatione erretur, quod puto. Vid. not. ad Itiner. Anton. p. 328. Quae sequuntur, honores declarant planissime, qui urbium conditoribus, *τοῖς κτίσταις*, in Graecia deferri solebant, de quibus Ill. Spanhemius de Us. et Praest. Numis. Diss. IX. p. 562. et nos antea. Wess.

480. 33. *Εἰς τὸ καλούμενον Σισύφιον*] Sisypho, antiquissimo Corinthiorum regi, consecratum videtur fuisse seu templum sive monumentum. Corinthum a Demetrio per fraudem interceptam fuisse, civibus portam aperientibus Polyaenus L. IV. 7. 8. itidem docet. Wess.

481. 48. *Βούταν μὲν κατὰ κράτος εἷλε*] Lege *Βοῦραν*. Nam licet Buram eam terrae motu et maris inundatione periisse supra dixerit, tamen e Polybio (L. II. 41.) patet, eam urbem in-

stauratam fuisse, aut saltem eius nomen revixisse: nam inter Achaiae urbes eam enumerat, et Buram ab iis, qui terrae motus tempore aberant, restauratam ait Pausanias in Achaicis (cap. 25. p. 590.) Palm. Adstipulor Palmerio. Lege adscripta L. XV. 48. Sed quae illa Σκύρος erit? Nota sane insula *Scyrus* est, quae quidem longius aberat, quam Burae atque Achaiae oppidis ut coniungi possit commode. Forsan Σκίρος est, quam Ἀρκαδίας κατοικίαν Stephanus Byzant. fuisse perhibet. Wess.

481. 50. *Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπερχόμενος τῆς Ἀχαΐας* etc.] Nihil his inest, sperni cur merito debeant: neque absurda ea sunt, quae ex Basil. scriptisque libris excerpta dedi. Utra vero auctor ipsemet reliquerit, decernere non audeo: Tu, Lector, elige. Wess.

481. 64. *Οἱ σύνεγγυς τὰ φρούρια κατέχοντες*] Mallem οἱ τὰ σύνεγγυς φρούρια, mutata articuli sede. Wess.

481. 76. *Καὶ στρατηγὸν Κλεώνυμον*] Lege Strabon. L. XI. p. 429. et Livium L. X. 2. Wess.

482. 97. *Ἀποθέμενος τὴν Λακωνικὴν ἐσθῆτα διετέλει τρυφῶν*] Quod domi vitae genus Spartani asperum et durum sectabantur, id saepe foris, excussis legum frenis, non sine patriae quodam dedecore negligebant. Quid Pausanias in se admiserit, ex Nepote Cornelio ignorat nemo. De Acrotato et quae Agrigenti designarit, Diodorus L. XIX. 71. Nec melior Cleonymus. Est profecto a teneris adsuescere multum, debile tamen, si virtutis amor desit. Wess.

482. 17. *Τὴν μὲν πόλιν ἑλὼν ἐξηνδραποδίσατο*] Quam tandem urbem, Diodore? Doleo nomen eius fuisse a te neglectum. Livius dicto loc. *Vicos* (Patavinorum tres maritimos) *expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque praedas agunt, et dulcedine praedandi longius usque a navibus procedunt.* Qui quidem in hac Cleonymi excursione describenda multo accuratior est. Wess.

482. 19. *Τὸ καλούμενον Τριόπιον ἐκπολιορκήσας*] *Triopium* in Italia legere non memini, nedum in Patavinorum, ubi haec gesta fuisse ex Livio vidimus, finibus: nam TRIUMPILINOS, *venalem, cum agris suis populum*, in Plinii Hist. Nat. L. III. 20. hinc aliquid trahere non audeo adfirmare. Wess.

482. 31. *Μάρκος Αἰμίλιος*] Aemilium consulem rectius *Marcum* nominat Diodorus, quam *Caium* Livius, et *Lucium* Cassiodorus; et cum eo Capitolini Annales consentiunt. Rhod. Videndi viri eruditi sunt ad Livii L. X. 1. Wess.

482. 37. *Ἀποκριναμένου δ' ἐκείνου*] Addere δεινότερον ex Reg. pr. poterit, qui eius accessione orationem intendi antumaverit: mihi Grammatici conmentum videtur. Wess.

483. 54. *Καὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἀκοινώνητον ποιεῖ*] Lucani I. 93.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Inpatiens consortis erit,

τὴν ἀκοινώνητον ἀρχὴν exprimit egregie. Wess.

483. 62. *Καὶ προλαμβάνειν τὸ χρήσιμον*] Male *προσλαμβάνειν* Basil., librarii peccato, cuiusmodi ex Alciphron. L. II. Ep. 2. sustulit Berglerus. Posset huc referri ex Philostrati Epist. 71., nisi flagitiosius esset. Verte ex Sallustio, *quae bello usui erant, ante capere*, si conmodius id censes. Wess.

483. 80. *Καὶ Σύναδα πόλιν*] *Σύνναδα* alii, *ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ* numi, de quibus H. Valesius ad Socrat. Hist. Eccl. L. VII. 3. et L. Holstenius ad Stephan. *Σύνναδα*. Prope urbem *Δοκιμία* pagus erat, nobilis Synnadici lapidis metallis, cui a Docimo hoc, Antigoni praefecto, nomen venisse suspicari licet. Confer Strabon. L. XII. p. 865. Wess.

483. 90. *Τῶν Ῥοδίων — ὁμήρους ἀπέστειλεν*] Lege de his obsidibus huius libri c. 100. Wess.

484. 99. *Φοίνικα καὶ Δόκιμον πείσας*] Mallem abesset Docimi nomen: is enim, ut supra scripsit, damnata fide in Lysimachi partes transierat. Alius si sit, quod mihi non liquet, praestaret *τῶν — στρατηγῶν* ex Reg. 1. Wess.

484. 6. *Ἐν Ἀντιγονίᾳ*] Situm urbis signavit c. 48. superius. *Τεχνίτας* scenae esse artifices, *τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας* Aelian. de Animal. L. XI. 19., notum exploratumque est. Vid. ad L. IV. 5. p. 251. Wess.

484. 15. *Ἐκ τῶν Κουΐνδων*] De veriore castelli nomine inspice not. in L. XVIII. 62. Wess.

484. 42. *Καὶ ποταμὸν παραῤῥέοντα*] In *ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ* numo, vulgato Thes. Britann. T. II. p. 257. fluvius hic urnae innititur, nomen reticetur, quem alterutrum eorum amnium esse credo, quos Io. Cinnamus memoravit, *ὧν ὁ μὲν ΒΑΘΥΣ πρὸς τῶν ἐγχωρίων, ΘΥΑΡΙΣ δὲ ἅτερος ὀνομάζεται*, inquit L. V. 1. Lege quae adscripta a me olim sunt Hieroclis Synecd. p. 678. Wess.

485. 63. *Καὶ τῆς χώρας οὔσης βαθυγείου*] Phrygiae ager prope Dorylaeum uber erat, planus coenosusque. Io. Cinnamus L. VI. 14. *καὶ πεδία παρ' αὐτὴν τελεῖται λειότητός τε ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα καὶ ἀμήχανόν τι προφαίνοντα κάλλος. οὕτω μέν τοι λιπαρὰ καὶ οὕτως εὔγεω, ὡς τήν τε πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐκδιδόναι.* Qui agri habitus ut ad iter coelo pluvio parum opportunus erat, ita pascuis acconmodatissimus: hinc acres de eius possessione olim inter Turcas et Graecos contentiones, de quibus Cinnamus et Nicetas Choniat. Annal. Manuel. L. VI. in principio. Adde Annae Comnenae Alexiad. L. XV. p. 469. ed. Paris. Wess.

485. 73. *Ἔπεμψέ τινας τῶν φίλων*] Hoc Diodori est: nam c. 112. *ἧκον πρὸς τὸν Δημήτριον οἱ πεμφθέντες ὑπ' Ἀντιγόνου* scribit ipse. Laudem ergo Reg. 1. aufert. Wess.

485. 80. *Ἐν τῷ καλουμένῳ Σαλμωνίας πεδίῳ*] Haud scio an pravum sit censendum *Σαλμωνίας* vocabulum? Ego quidem neminem novi, qui hoc in Bithyniae Paphlagoniaeque confinio ur-

bem *Salmoniam* memorarit. *Σαλωνεΐαν πόλιν Βιθυνίας* Stephanus habet, propter quam ager erat uber et boum pascuis optimus, *χώρα ἀρίστη βουβοσίοις*, inquit Strabo L. XII. p. 848. Vide, scriptumne *ἐν — Σαλωνίας πεδίῳ* fuerit? Quod una litera auctius procedere potuit facile. Wess.

485. 84. *Δαρείου τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν*] Quin pro *ἀδελφὴν* legendum sit *ἀδελφιδῆν* nemini dubium esse debet: siquidem Oxyarten illius patrem, fratrem Darii fuisse constat. Sed *Ἄμαστριν* non *Ἄμηστριν* vocant cum alii, tum Strabo (L. XI. p. 820.) At *Ἄμηστρις* dicta fuit Xerxis uxor, ut ex Herodoto (L. VII. 114.) et Ctesia notum est. Plutarchus de superstit. (p. 171. D.) *Ἄμηστρις δὲ ἡ Ξέρξου γυνὴ δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας ὑπὲρ αὐτῆς τῷ ᾅδῃ.* In illis autem Ctesiae fragmentis quae a me fuerunt edita (p. 8. meae editionis) scribitur *Ἄμιστρις* cum ι utrobique: ubi et filia dicitur Onophae, et inter eius liberos annumeratur Artaxerxes. Quin etiam una ex Artaxerxis filiabus *Ἄμιστρις* a Plutarcho (Artaxerx. p. 1025.) vocatur. Iam vero et hunc Darii fratrem (quem *Ὀξυάρτην* vocat Diodorus) *Ὀξάθρην* ab aliis nuncupatum invenimus. Plutarchus ibidem, *Δαρείου γὰρ καὶ Παρυσάτιδος παῖδες ἐγένοντο τέσσαρες, πρεσβύτατος μὲν Ἀρτοξέρξης, μετ' ἐκεῖνον δὲ Κῦρος· νεώτεροι δὲ τούτων Ὀστάνης καὶ Ὀξάθρης.* A Memnone itidem *Ὀξάθρης* hic appellatur, et eius filia *Ἄμαστρις*, item *Ἀμάστρη* uno in loco, et ab eodem idem quod et a Diodoro hic adnotatur, eam videlicet ab Alexandro prius datam fuisse Cratero uxorem. Extat autem hic locus in illis fragmentis ex Memnonis historiis, quae excudi una cum excerptis ex Ctesia et Agatharchide. Ibi lege p. 80. Steph. Solus Basil. *ἀδελφὴν*, ex conpendio, ut puto, scribendi, quo saepe hae voces, docente Iac. Perizonio Animadv. Histor. cap. 10. p. 436. confusae permixtaeque a librariis sunt. Bonum ergo factum, quod Stephanus in *ἀδελφιδῆν* defendendam inpendit. Mallem etiam suum illi patrem asseruisset, quem inprudens ex Plutarcho Darii Nothi F. perhibet. Fratre enim Darii, ultimi Persarum regis, Oxyarte progenitam esse Amestrin, Memnon et Arrianus *Ἀναβ.* L. VII. 4. testantur. Verum tamen illud, Oxyarten istum ab aliis *Ὀξάθρην* scribi. Ipsemet Diodorus eorum numerum auget L. XVII. 34. 77. Iam Amestrin quod spectat, eam ex dialecti differentia alii *Ἄμαστριν*, *Ἄμηστριν* alii vocant: nam *Ἄμιστρις* soni quadam vicinia ex *Ἄμηστρις* originem accepit, refingique in Ctesia debet, ut factum nuper a Clarissimo Davisio in Dissert. XXVI. Max. Tyrii p. 597. Plura de nobilissima femina non addo: otium enim conanti fecit Ill. Ezech. Spanhemii Diss. de Num. Praest. VIII. p. 495. sollertissima diligentia. Wess.

485. 90. *Ἀπεχούσης δὲ χρόνον ἱκανὸν τῆς — ἡμέρας*] Venerat Athenas Demetrius mense Munychione. Parva mysteria, *τὰ πρὸς Ἄγραν*, ita apud Plut. legendum esse optime vidit Peti-

tus, tradita erant mense Anthesterione; maiora restabant, peragenda Boëdromione mense. Postulanti Demetrio, ut et minoribus et maioribus initiaretur eodem tempore, dictante plebis scitum Stratocle, datum fuit, ut mensis Munychion esset diceretur que Anthesterion, atque eo ipsi parva mysteria edocto ac lustrato, ut moris erat, darentur: tum deinde, ut idem Munychion parili fictione fieret Boëdromion, quo Demetrius in maioribus ἐπόπτης esset, eaque oculis usurparet, quae sacrorum absconditorum ritus concedebant. Sic Plut. Demet. p. 900. E., e quo viri docti S. Petitus LL. Attic. Lib. I. Tit. 1. p. 100. ed. nov. et Ism. Bullialdus ad Theonis Smyrn. Mathematic. p. 218. praeter alia rectissime conficiunt, parva magnaque mysteria eodem vertente anno fuisse tradita. Eos adi et Is. Casaubon. in Athen. L. VI. p. 280. Wess.

486. 5. *Πρώνας μὲν καὶ Πτελεὸν προσηγάγετο*] *Pteleum* Thessaliae nemo peritior ignorat: at *Pronas* quis ostendet? Sunt *πρῶνες* saepissime *τόποι ὑψηλοὶ*, quo de genere plures per Thessaliam reperiebantur; verum hic oppidum designatur. Stephanus *Πρώανα, πόλιν Θεσσαλικὴν, οὐδετέρως λεγομένην* agnoscit, sed dubiae fidei, uti Holstenius bene admonuit. Ego parum absum, quin suspicer, fuisse olim *μετὰ δὲ ΤΑΥΤΑ ΑΝΤΡΩΝΑ μὲν καὶ Πτελεὸν*, unde dein *Πρώνας* inprudentiores scribae extuderint. *Ἄντρωνα Antronem* quidem certe vicinum fuisse Pteleo oppidum Livius docet L. XLII. extr., et Strabo L. IX. p. 665. Quam tamen coniecturam, si qui *Pronas* in hac Thessaliae ora eruerint, una litura citissime auferam. Wess.

486. 6. *Δῖον καὶ Ὀρχομενὸν* etc.] Credo *Δῖον* indicari, cuius Poëta meminit Il. *B*, 538. iuxta Cenaeum Euboeae promontorium. Vide Geographum L. X. p. 684. et Eustathium p. 280. Habuit et Thessalia *Dium*, quod paullo tamen longius aberat. Wess.

486. 25. *Καραδοκῶν τὴν — τῶν ὅλων κρίσιν*] Praefero *καραδοκοῦντες*, ut cultius. Quis enim est, quin simile quid sequatur? Gregorius Nyssenus Ep. II. p. 25. ed. Caraccioli, *ἦν δὲ ἰδεῖν ἑτέρωθι ἄλλην ἰχθύων ἀγέλην, βοτρυδὸν περὶ τρύφος ἄρτου πεπυκνωμένους καὶ ἄλλον ὑπ' ἄλλου παρωθουμένους*. Auctor L. III. Esdr. c. IV. 6. *ἐὰν εἴπῃ — ποιῆσαι πόλεμον ἕτερος πρὸς ἕτερον, ποιοῦσι*. Valer. Flaccus L. VII. 511.

— — Tamen perstant defixus uterque,
Et nunc ora levant audaci laeta iuventa.

De quo genere plura ad Sallust. Catil. c. 6. Rivius et Cortius. Wess.

486. 39. *Ἀκριβῶς — εἰδὼς οὐ προσδεξόμενον αὐτὸν*] Vid. Cl. Barbeyracii Hist. Foeder. Part. I. p. 262. Pacta ista non valuerunt, ut probe prospexerat Demetrius: quae quoque Cassandro caussa fuit, ut Thessaliae urbes suo iterum subderet imperio, sicuti cap. seq. proditur. Wess.

487. 47. *Μετὰ δὲ ταῦθ'*] Sic ex Reg. pr. malui. S. Ioan. Evang. c. III. 22. *μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς*. ad quem modum saepissime Diodorus. Wess.

487. 59. *Πρὸς τῷ Χαλκηδονίων ἱερῷ*] De fano hoc Iovis Urii ad ipsum Ponti os in Asia sito, *ἱερῷ τῷ πρὸς στόματι τοῦ Πόντου* in Zosimi L. I. 34., dictum supra fuit. Adde Marcianum Heracleot. Peripl. p. 68. et 99. ed. Hudson. Wess.

487. 65. *Μιθριδάτης ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ* etc.] Haec, si Plutarchum audias, non mediocrem turbam faciunt: is enim in vita Demetrii (p. 890.) Mithridatis huius (qui hic Mithridatis filius dicitur) Ariobarzanem fuisse patrem, non Mithridatem ait. Sed forte Plutarchus deceptus est in patris nomine, qui fuit avus, et in eo proclivis error fuit, eo quod duo Mithridates alii habuerunt etiam patres nomine Ariobarzanes. Sed aliam ecce turbam facit ipse Diodorus, qui apud Photium seriem deducit regum Cappadociae, ubi ne verbum quidem huius Mithridatis fecit, et eodem tempore Ariarathes et Ariamnas multos recenset. Ariarathes enim, ut ait, regnabat temporibus Alexandri magni, ab Eumene vel Perdicca victus et necatus: eius filius Ariarathes ad Armenium Ardoatem fugit, et postea contractis ab eo auxiliis, Amyntam pepulit, et occidit Macedonem, qui praefecturam eius regionis obtinuerat, et sic suam ditionem recuperavit, et regnum filio suo adhuc vivens transmisit Ariarathi. Ideo vereor, ne hoc loco *Καππαδοκίας* vox irrepserit, aut eam posuerit Diodorus pro quadam eius parte, regio nomine et non contemnenda Cappadociae parte in potestate regum manente. De *Arrhine* vero, cuius dominatum habuit hic Mithridates, magnum est apud alios auctores silentium, tum Graecos tum Latinos. In margine adscriptum est *Μαρίνης*. Sed est obscurum per obscurius. Si quis credat ex eo debere *Μυρίνης* scribi, fruatur sua coniectura; sed *Myrine* mihi videtur nimis longe distare a Cio. Palm. De Mithridate hoc *Κτίστῃ*, seu regni Pontici instauratore, abunde disputavimus L. XVI. 90. et L. XIX. 40. satisque Palmerio, viro doctissimo, uti arbitramur, fecimus. Nam de Cappadocia quod hic adfertur, quasi in hunc ea locum irrepserit, id nemini persuadebitur, modo meminerit Appiani in Mithridat. p. 303., planissime Mithridatem hunc praeter Pontum Cappadociae imperasse referentis. Verius longe regni eius pars, Ponto adfinis, intelligitur. Wess.

487. 67. *Ἦρξας αὐτῆς καὶ Ἀῤῥίνης*] *Μυρίνης* corrigit Io. Vaillant. Hist. Reg. Pont. p. 31. estque ex *Μαρίνης* Reg. 1. facilis is transitus. At situs in Aeolide, Mysiae Cio longius remotus, obstat, multo etiam magis, si Myrina Lemni intelligatur, uti ibid. p. 35. perscriptum est. Sed inprudenti id excidisse puto. Verior erit scriptura *καὶ Καρίνης*, quae Mysiae urbs fuit apud Herodotum L. VII. 42., e quo quidem *Καρήνην* Stephanus citat, ipsemet alibi, uti Berkelius monuit, in *Βενναμία* semel iterum

Κυρίνην servans. Stat a meis partibus Cl. Iac. Gronovius ad priorem Stephani locum, quamquam ad Herodotum ob schedas Medic. alia. WESS.

487. 69. *Πολλοὺς προσεκτήσατο*] *Πολλά*. RHOD.

487. 82. *Καὶ Γαλατίας*] Non est dubium, quin reponi debeat confidenter *Καλατίας*. PALM. Optime Palmerius *Καλατίας* sive *Καλλατίας* potius. Vide ad Anton. Itiner. pag. 228. WESS.

488. 15. *Παρὰ Λυσιμάχου*] Restitue *Λυσιμάχῳ*. Sed *ἀνανταπόδοτος* hic est oratio et hiulca. Participio enim (*αὐτομολήσαντες*) nihil verbi respondet, nec indicatur quid transfugae illi egerint. Reficiatur ergo *ἦλθον* vel simile aliud. RHOD. *Παρὰ Λυσιμάχῳ*] Ex veteri libro id restituo. Cetera quae vir doctus notavit, non plane aliena sunt. Poterit tamen et salva esse oratio, si nominativi illi absoluti sint, sicuti in S. Lucae A. A. cap. VII. 40. *ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος — οὐκ οἴδαμεν τι γέγονεν αὐτῷ*. Id enim genus cum Diodorus atque optimus quisque, ut supra vidimus, sibi elabi patiantur, utique et hic locum potest habere. WESS.

488. 31. *Τὸν γενόμενον — πόλεμον περὶ τῶν ὅλων*] Elegans est schedarum Reg. pr. *γενομένην κρίσιν — περὶ τῶν ὅλων*, et Diodoro saepe probatum, quemadmodum exempla, Lib. XVII. 56. adstructa, docebunt. Tu *πόλεμον* si praeoptaveris, pugnam ad Ipsum intellige, uti *κίνδυνον περὶ τῶν ὅλων* Appian. Mithrid. p. 326. WESS.

ANNOTATIONES

IN

EXCERPTA LIB. XXI. — XXVI.

489. 1. Conf. p. 559. 33. Reisk.

489. 7. *Διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα*] Lege Eclog. 1. lib. XXV. et adscripta quae sunt L. I. 2., tum Teletem in Stob. Serm. XCII. p. 510. Wess. Mox v. 10. ὁ γὰρ ᾿Α. Rhod. in Add.

489. 11. *Πολεμήσας οἱ Πτολεμαίῳ* etc.] Articulus in commatis locum mendose irrepsit. Nisi quis ἤτοι τὸ διασαφητικὸν hic fuisse arbitretur. Lege porro Σελ. *Βαβυλωνίων*. Rhod.

489. 21. *Πλοὶ καὶ πεζὶ*] *Πλοίοις καὶ πεζοῖς*. Rhod. *Πολιορκουμένη πλοίοις καὶ πεζοῖς*] Recepi hanc correctionem Rhodomanni an Hoeschelii; neque enim cuius ea ceteraeque sint, satis adparet. Leguntur in margine edit. Augustanae, quae Hoeschelio debetur, anni CIↃIↃCIII. Suas esse ait Rhodomannus, sibi certe tribuit, cui et eas auferre nolo. Recepi autem tanto promtius, quod amanuensis conpendio scripturae videantur deberi, quamquam πεζί ex πεζῇ facilius nasci potuit. Simile peccatum dat Eclog. II. lib. XXII. Wess.

490. 26. *Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου*] Conf. L. XVII. 86. Wess. Redeunt haec in Exc. Vat. p. 48. 1. — 3. ed. Lips.

490. 31. *Καὶ πόθῳ μὲν τοὺς Τέμγνας* etc.] Ita corrige: *καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀπηγτηκέναι αὐτῷ μισθωτοὺς, τοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ᾿Αργάγαθον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ διαχειρίζοντας* etc. Rhod. *Καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας* etc.] Nimius est vir doctus. Quod restitui, clarissime edunt Excerpta Peiresciana p. 257., sed plenius *ταραχωδῶς ἀπῃτηκέναι*. Wess.

490. 36. *Πόλιν ὀνομαζομένην Ἦθας*] Videndum an sit *Clampetia*. Ethas in Bruttiis non invenio. Wess.

490. 39. *Εἰς Συρακόσας*] Infra sic etiam singulari numero scriptum offertur: quod ab authore factum an sit, affirmare non possum. Vetus et genuina appellatio est in plurali ac in penultima cum *ου*, *διφθόγγως*. Rhod. *Εἰς Συρακούσας*] Quum Dio-

dorus semper ante *Συρακούσας* scripserit, auctorque Eclogarum sibi non constet, cur hanc inconstantiam feremus? Nemo indignabitur, credo, qui *Συρακόσας* et *Συρακοσίους* auctoris consuetudini redditos viderit. Wess.

490. 42. *Διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνος*] Lege *διανοούμενος δ' ἐπὶ Κρότωνα στρατεύειν πρὸς*. Rhod.

490. 44. *Πέμψας αἰκλίσφορον μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὰς ψευδῶς, θέλων αὐτὴν πολιορκῆσαι Λάνασσαν τὴν θυγατέρα λέγων.* Lege *ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον μὴ θ. αὐτὸν ψευδῶς. θέλων γὰρ αὐτὸν* (*δ' αὐτὴν* idem in marg.) *πολιορκῆσαι Λ. τὴν θ. λέγει*. Rhod. F. *μὴ θορυβεῖσθαι αὐτάν· ψευδῶς*. haec est epicrisis historici. *Falso*, seu ea vero in re mentiebatur. *θέλων δ' αὐτὴν*. Reisk.

490. 45. *Μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὸν, ψευδῶς θέλων* etc.] Recte haec videntur instaurata, *ψευδῶς* tamen et praecedentibus adhaerescere poterit. Lanassa, Agathoclis F., quam Appiani Excerpt. VII. Ursini *Λάνειαν* vocat prave, Pyrrho dotalem attulit Corcyraeorum urbem, a patre nuper in ditionem redactam, deinde maritum deserens in Demetrii amplexus transiit, Plut. in Pyrrho p. 387. F. et p. 388. D. tradente. Wess.

490. 55. *Ὁμόῤῥους Βαρβάρους καὶ Ἰάπυγας* etc.] Lege *ὁμόρους Βαρβάρους, Ἰάπυγάς τε καὶ Πευκετίους*. Strabo L. VI. (p. 390 etc.) Rhod.

490. 58. *Ἀπολείπων εἰς Κρότωνα εἰς Συράκουσαν ἔπλευσεν*] Rhodomannus *ἐν Κρότωνι*, quo nihil admodum opus erit: optimus quisque *εἰς* ponit, ubi *ἐν* conmodius videbatur. Conf. not. in L. III. 44. *Συράκουσα* recurrit iterum extrema Eclog. 11. L. XXII. et 14. etiam L. XIII. 75. Itaque non moveo ob caussas, alio loco allatas. Wess.

490. 60. *Ὅτι Δίαλλος, Ἀθηναῖος συγγραφεὺς*] Lege *Δίϋλλος* et quae notata sunt L. XVI. 14. De Psaone Plataeensi Ionsius Hist. Philos. L. I. 2. et H. Vales. Emend. L. III. 14. Wess.

490. 65. *Ἀνῃρέθησαν — δέκα μυριάδες*] Duris augendo veri fidem superiecisse videtur. Tu Livium consule L. X. 29. 30. Wess.

490. 69. *Προσκαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα*] Rhodomanni edit. his adstruebat *Ἀντιπάτρου* vocem, quam praepositione augendam *κατ' Ἀντιπάτρου* vel *τὸν Ἀντίπατρον* idem vir doctissimus in not. Correct. censuit: ego suam illi sedem ex Hoeschelii libro reddidi. De Antipatro, Cassandri F., Thessalonicae matris interfectore, fratreque eius Alexandro, utriusque etiam caede, copiosius Plut. Pyrrh. p. 389. Demetr. p. 906. et Iustin. XVI. 1. et seqq. Wess.

490. 78. *Οὗτος*] *Οὗτος δὲ* et 84. *ὁ δὲ λαβών*. Rhod.

491. 90. V. Exc. Vat. p. 48. 7. ibique Mai.

491. 97. *Δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν*] In Excerptis Peiresc. pag. 258. *πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων — ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας*, forsan melius. Wess.

491. 2. *Στολὴν*] *Καὶ στολήν.* Rhod.

491. 3. *Ὀξύθεμιν τῶν φίλων ἕνα*] Sic bene Rhodomannus. Auctor ipse Eclog. seq. *Ὀξύθεμις, ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου.* Meminit eius adulatoris Athenaeus L. XIV. 1. p. 614., nec agnovit tamen interpres. Wess.

491. 10. *Εἴργειν — τῶν — σιτοπομπιῶν*] *Εἴργειν — ἀπὸ τῆς ἐκ — σιτοπομπίας.* Rhod. Non audeo virum doctum sequi. Lege not. in L. XIII. 88. Paullo ante *παρασκευὴν* idem refingit, quod praestaret, nisi illud Graeciae inferioris videretur. Wess.

491. 13. *Εἶχε δὲ ναῦς* etc.] *Ἔχων δὲ ναῦς·* vel, si *εἶχε* retinetur, in antapodosi lege *ὅμως δέ.* Tum pro *Αἰγυπταῖος* scribe *Αἰγεσταῖος*, quod infra scriptum *Αἰγεταῖος* videtur comprobare. Rhod.

491. 16. *Μαίνων ἦν Αἰγεσταῖος τὸ γένος*] Mallem *Μένων.* Rectum *Αἰγεσταῖος*, sive *Ἐγεσταῖος*, uti solet Diodorus, est. Vid. L. XX. 61. de Segestanorum excidio. Wess.

492. 28. *Πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων*] *Πολὺ τοῦ καταλόγου* (vel *τὸν κατάλογον*) — *στρατοπεδεύοντος δ' αὐτοῦ.* Rhod. *τοὺς τοῦ καταλόγου.* Idem in marginibus Hoeschelianae suaeque editionis. — Locus est defectus, quem Excerpt. Peiresc. p. 258. hunc in modum explent: *πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων τῆς ἰδίας ἡλικίας*, i. e. *longe, quam aetas ferret, fortitudine et audacia praestantior.* Wess.

492. 34. *Γράψας ἐπιστολὴν* etc.] *Γράψας δ' ἐπιστ. — τούτῳ παραδιδόναι τὰς — δι' ἃς αἰτίας* etc. Rhod. Eclogarum auctor ad sermonis cultum parum attendit. Itaque nescio, an supervacaneae sint istae correctiones. Certe *δι' ἃ ὁ μὲν* satius fuerat. Statim post *Μαίνωνα γοῦν* vel *γὰρ τὸν Αἰγεστ.* idem vir doctus. Wess.

492. 45. *Ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐπιγνόντες*] Hic deesse videtur *ἐκβρασθέντος*, vel *ἐξενεχθέντος.* Rhod.

492. 49. *Ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας*] Sic debuit. *Στηπτικῷ* nihili est. *Φάρμακα σηπτὰ* et *σηπτικὰ* Graeci vocant, quae illita molliorem carnem prorsus exedunt. Vid. Celsum L. VII. 21. et H. Steph. Thesaur. T. III. p. 776. Wess.

492. 51. *Καὶ κατέκαυσεν — ἔμπνουν ἔτι* etc.] Huc spectant, quae L. XX. 102. leguntur. Wess.

492. 69. *Βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη*] Aut hic in numeris error est, aut apud Lucianum Macrob. c. 10. *Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος ἐτῶν ἐνενηκονταπέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τιμαῖος ἱστοροῦσιν.* Citat enim uterque Timaeum. Mihi Diodori sententia videtur melior. Vid. L. XIX. 1. et de Timaeo, quem Tauromenitam rectius alibi vocat, et Callia, rerum Agathoclis scriptoribus Excerpt. Peiresc. p. 261. Wess.

492. 75. *Τὰς ἀνατεθείσας — κατέσπασαν*] Fuit *ἀνατεθείσας*. Syracusani non statuas tantum Agathoclis everterunt, sed eiusdem cognatos et familiares, Sosistrato inpulsore, ex urbe eiecerunt in Polyaeni L. V. 37. Wess.

493. 78. *Πεφεγὼς*] *Πεφευγὼς* vel *πεφυγώς*. Rhod.

493. 83. *Καὶ δυναστείας ἀντέχεσθαι*] Rhodomannus *ἀντέχεται*. Mallem equidem *ἀντέχεσθαι*, quod videt. Wess.

493. 88. *Πολὺ*] Rhod. et Hoesch. *καὶ πολὺ*, quos sequor. Wess.

493. 92. *᾿Ατιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις*] Optime correctum est ab eodem docto viro. Malum vero illud Syracusis haud semel obtigit, ut a mercenariis militibus, civitate donatis, seditione ob non delatos sibi magistratus opplerentur. Conf. L. XI. 73. et Is. Casaubon. ad Polyb. L. I. p. 126. ed. Gron. Wess.

493. 6. *᾿Εκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην*] Hinc sumsit Hieronymus, quod se alibi legisse negat Casaubon. in Polyb. I. p. 125., cum Messanam dictam olim fuisse *Mamertiam* in Chron. Euseb. et L. I. advers. Iovian. prodidit. Falsa tamen res est, eodem Casaub. et Ph. Cluverio Sicil. Antiq. L. I. p. 87. profitente. Incolae dicti sunt Mamertini, urbs nunquam. Martem Italiae quidem populi Mamertum sive Mamertem nuncupabant; unde Campani isti Mamertini. Lege Festum in *Mamers* et *Mamertini*, praetereaque Tzetzen ad Lycophron. v. 938., ubi haec Diodori advocat. Wess. Paullo mutatis verbis haec eadem leguntur p. 561. 53. Reisk.

493. 10. *Κοινωνεῖν. αἰσχρὸν γάρ ἐστι* etc.] Huc pars sententiae de officio eius, qui ex Aeacidarum prosapia natus sit, librarii oscitantia traiecta fuerat, quae Eclog. xx. tandem ponitur. Rhod.

493. 17. *᾿Αγνοῆσαι κατὰ τὸν βίον*] *Τὰ κατὰ*. Rhod. Recte deest *τὰ*, neque addi debuerat. *ἀγνοεῖν* idem est atque *ἁμαρτάνειν*. Reisk.

493. 24. *Τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν* etc.] His similia scribit Libanius Prosphonet. Iulian. p. 182. Ego vero adfirmare non audeo, partem eius esse orationis, qua Appius Senatum, in Pyrrhi amicitiam pronum, conpellavit. Wess.

493. 28. *Πῶς ἂν χρήσαιντο περὶ αὐτῶν*] *Τοῖς περί*. Rhod.

494. 38. *᾿Επὶ — τῶν φίλων ἁρπαγὴν*] Quid si *ἁρμογήν*? Rhod. Locum inepte ab excerptorum scriptore demutatum integriorem praestant Exc. Vat. p. 49. 19.

494. 40. Vid. Exc. Vat. p. 50. 1.

494. 49. *Τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύῤῥου τοῦ ᾿Αχιλλέως*] Acute et contumeliose in regem Pyrrhum, qui factis Achillem magis quam generis origine referre studebat, teste Plutarcho in eius vita p. 387. A. Wess.

494. 69. *Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος*] Verius *Ῥωμαίων*. Decius Iubellius domo Campanus fuit, non Romanus. Wess.

494. 77. *Συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι. μετὰ τῶν* etc.] Distingue post *Μαμερτῖνοι*, et subiunge *οἱ μετὰ τῶν λειφθέντων* (vel *ληφθέντων*) — — *στρατηγὸν αὐτὸν ἐποίησαν*. Suppetias illis tulerant in occupando Rhegio, et ducem sibi postea istum fecerunt cum opibus, quas habebat reliquas, vel in occupatione Rhegii acceperat. Hunc puto sensum esse fragmenti, quem confirmat diserta Polybii hac de re narratio L. I. 7., qui ad enodationem huius loci adeatur. Rhod. *Συνήργησαν — Μαμερτῖνοι, (οἱ) μετὰ τῶν* etc.] Adsentitur viro doctissimo Is. Casaubonus ad Polyb. I. p. 122., a quibus, cum verborum series, uti nunc est, eam postulet sententiam, dissentire nolo. Longe tamen alii scriptorum inde deflectunt. Nam Decium Mamertinorum ducem fuisse creatum, quis est, qui tradiderit? Immo Messanam abiisse negat Appianus, sed Rhegii mansisse, medicum Messana arcessivisse, dein Rhegio a Romanis capto, in eorum manus venisse meritumque supplicium voluntaria antevertisse nece Excerpt. Peiresc. p. 454. Wess.

495. 81. *Κανθάρησιν ὑπήλειψε*] Lege *κανθαρίσιν*. Rhod. *Κανθαρίσιν ὑπήλειψε*] Sic plane in Excerpt. Peiresc. p. 265. In Appiano *καὶ χρίσας τοῖς καταχαίουσι καὶ δαπανῶσι*, quod eodem redit. Cantharides corrodente atque exedente vi sunt instructae, uti notum ex Dioscoride Alexiph. c. 1., Scribonio Largo c. 57., Plinio L. XXIX., 6. Paullo ante *οὗτος* ad pleniorem sententiam addidi. Wess. Nempe ante *τὴν ὕβριν*. sed nihil eo opus in hoc scriptore.

495. 85. *Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα*] Rhodomannus *ἐν Ἀκράγαντι*, quem sequi non audeo. Solet conpendiariae huius auctor illum praepositionis usum adamare. Verius *Τυνδαρίων* refinxit, quomodo Ecloga 8. At *περὶ τὸν Ὕβλαιον* quid erit? an *λόφον* intellexit? Est profecto illa loci descriptio ambigua. Wess.

495. 92. *Καὶ λειφθεὶς πολλοὺς — ἀπέβαλε*] *Ληφθεὶς* mutavi. Vid. L. XI. 68. Wess.

495. 96. *Ἐστὶ δὲ αὐτὴ παραθαλάσσιος*] Situm urbis et haec et Eclog. 1. lib. XXIV. bene signant, copiosius descriptum a Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I. pag. 213. et Rich. Bentleio de Epist. Phalarid. Dissert. p. 94. Wess.

Ibid. Καθαιρῶν] *Καθαιρῶν γάρ*. Rhod. *K. δὲ* idem in Add.

495. 1. *Ὅθεν μιαιφόνου γεγονότος* etc.] Nimis haec sunt abrupta. Vide an *ὅτι* voluerit. Pertinent ad Phintiam, pleniusque in Excerpt. Peiresc. p. 265. traduntur. Wess.

495. 4. *Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολεμαῖος* etc.] Ptolemaeus Ceraunus, nequam et confidentis ingenii princeps. Lege Iustin. L. XXIV. 5. Plut. Pyrrho p. 397. et Pausan. Phocic. c. 19. p. 843. Wess.

495. 6. *Ὅτι ἡ Καδμεία νίκη* etc.] Aristides T. II. p. 219. *κεκομμένοι γὰρ καὶ τεταλαιπωρηκότες, αἰσθήσονται τάχα δὴ τὴν ΚΑΔΜΕΙΑΝ ΝΙΚΗΝ νενικηκότες, πρὸς ἡμᾶς ἀκεραίους καὶ καρτεροὺς ἐὰν ἀγωνίζωνται.* Confer. not. in L. XI. 12. WESS. V. Exc. Vatic. p. 51. 7.

495. 13. *Ὗν ἄγριον κυνηγοῦντος*] Sic praestat, nisi *κυνηγοῦντα* loco secundi casus, ut saepe, positum velis. Lege notas Gronovii ad Arrian. L. V. p. 222. et Hemsterhusii in Luciani Halcyon. c. 8. Ad id vero Phintiae somnium venandique studium non sine ratione numi ex Parutae Tab. CLIV., inscripti spumante apro et *ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΝΤΙΑ*, a L. Begero Spicileg. Antiq. Fascic. I. p. 5. referuntur. Id in Excerptore culpandum, quod *ὗν* in paucorum verborum ambitu diverso genere ornet. WESS.

495. 17. *Ὑπὸ Θυνίωνος*] Adpellatur *Θοίνων* in Dionysii Excerpt. Peiresc. p. 540. et Plut. in Pyrrho p. 398., unde *Θοίνωνος* verius erit et *Θοίνων*. Ad Hicetam referendi Syracusani numi *ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ* in Parutae Tab. CLIV. WESS.

495. 19. *Καὶ Σώστρατος*] Infra *Σωσίστρατος*, quod hinc et ex Plutarchi dicto loco corrigit Rhodomannus. Sed idem nomen est, propterea *Σωσίστρατος* in Dionysio cit. loc. et Polyaeno L. V. 37., artes, quibus Syracusis potitus fuit, exponente. WESS.

495. 23. *Ἔκριναν — διακωλύειν Πύῤῥον* etc.] *Πύῤῥου* refingit Rhodom., quod verum erit, aut *τῆς — διαβάσεως* certe. WESS.

495. 28. *Καρχηδόνιοι συμμαχίαν ποιήσαντες*] Foederis huius non oblitus est Livius Epit. lib. XIII. quod Polybius L. III. 25. ex ipsis tabulis exhibet. WESS.

496. 35. *Τῆς Νήσου κυριεύοντος*] Thynion, seu Thoenon potius, insulam Ortygiam, quam NASON Syracusani vocabant, armatis insederat militibus, reliqua urbs Sosistrato parebat. *Τὴν ἐν Συρακούσαις νῆσον* Thoenoni tribuit Dionysius Excerpt. Vales. p. 541. auctorque ipse Ecloga sequente. WESS.

496. 43. *Πεζὶ*] *Πεζῶν.* RHOD.

496. 49. *Ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀλέξανδρον*] Lege Plut. in Pyrrho p. 387. Nam Iustinus Helenum ex Agathoclis filia susceptum referens L. XXIII. 3. errorem excusare non potest. WESS.

496. 55. *Καὶ διάρας Σικελίαν*] Rhodomannus, *Forte*, inquit, *διαβὰς εἰς Σικελίαν.* Ego vero *διάρας* non damno, *εἰς* recipio: cogitandum tamen, fueritne *καὶ διάρας, τῆς Σικελίας κατ. εἰς τὴν Ταυρομένιον* sive *Ταυρομενίαν*, ut Rhodom. malebat, quomodo Diodorus plerumque. WESS. In margine Hoeschelianae Rhodomannus *ἴσ. εἰς Σικ. vel διαβάς.*

496. 57. *Ταυρομενίας*] Est ineptum eclogarii commentum, ut *Μαμερτίνην* p. 493. 7. *Ἐρυκίνης* 498. 38. *Ἐντελλῖνα*

503. 83. et fortasse *Κεντοριπίνων*, ut apud Ciceronem Verr. IV. 23., p. 499. 5., si quidem ibi *Ἀγυραίου* in *Ἀγυρίου* potius quam *Ἀγυριναίων* convertendum est.

496. 67. *Καὶ παραλαβὼν* etc.] Lege *παρέλαβε — τὴν δ' ἄλλην παρὰ Συρακουσίων — Σωστράτου*. Nam ita Plutarchus hunc vocat, cui et *Θυνίων* est *Θοίνων* (in Pyrrho p. 398.) Rhod.

496. 79. *Ὁ δὲ σύμπας στόλος σὺν ταῖς* etc.] In numeri notis vitium esse reor. Pyrrhus a Sosistrato et Thoenone accepit *ναῦς χαλκεμβόλους ὁμοῦ τι διακοσίας* *rostratas ferme naves ducentas*, teste Dionysio Excerpt. Peiresc. p. 540. Praeterea in Siciliam transmiserat ex Italia peditum XXX. millia, equitum duo et quingentos, nam Appiani Excerpt. Ursin. VII. equitum octo millia veri fidem videntur excedere, navibus ducentis apud Plut. Pyrrh. pag. 397. Quid si *πλείους τριακοσίων* fuerit? Wess.

497. 91. *Μετὰ πεντεκαίδεκα μυριάδων*] Sic bene Rhodomannus. In Pausaniae L. X. 19. in catalogum peditum duo millia adduntur, equites vicies mille fuisse perhibentur et quadringenti, sed specie tenus, reapse plures, sicuti ibidem docetur. Wess. Conf. Exc. Vat. p. 51. 19., ubi praestat *καταλαβὼν* pro *μεταλαβών*.

497. 95. *Ἀποβαλὼν, ὡς μὴ ἰσχύσας*] Sic corrigatur *ἀπέβαλεν, ὥστε μὴ ἰσχύσαι ὕστερον*. Rhod.

497. 4. *Βασιλέα — Κιχώριον*] Pausanias *Ἀκιχώριον* semper adpellat L. X. p. 844. et p. 856., ubi de Brenni morte non dissimilia. Iustinum adde L. XXIV. 8., cui de veneno quod ex Pausania adscripsit Vossius, nihil est. Wess.

497. 9. *Τοῖς λοιποῖς*] *Ἅμα τοῖς λοιποῖς*. Rhod.

497. 14. *Διὰ δὲ τοῦ Δαρδάνου διερχόμενοι*] Lege *τῶν Δαρδάνων*, et vide Plinium Lib. IV. cap. 10. Rhod. *Διὰ δὲ τῶν Δαρδάνων διερχόμενοι*] Optime Rhodomannus. Per Dardanorum fines, quos in Graeciam maturantes transierant, Plutarcho teste, redire constituerunt. Id vero tolerabile, quod ab auctore subiungitur, *καὶ οὐδεὶς ὑπελείφθη ἀπελθεῖν οἴκον*. Non item Iustini L. XXIV. 8. *Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu — vel ad memoriam tantae cladis superesset.* Superfuerunt enim plures, pars in Asiam, alii in Aegyptum deportati. Confer Callimachum H. Del. v. 145., quaeque ibi veteres Critici et Illust. Spanhemius. Wess.

497. 18. *Ἐπὶ τὴν Ἀκράγαντα*] Diodorus, si paucos a librariis depravatos seposueris locos, *τὸν Ἀκράγαντα* vocat: aliud Eclogarum excerptori placuit. Vid. Eclog. 2. lib. XXIII. Statim *λέγοντες* inscite iteratur. Wess.

497. 30. *Βελῶν πλῆθος ἐστράτευσεν* etc.] Deest forte *μεθ' ὧν ἐστράτευσεν*. Mox numerus elephantorum deficit. Rhod. Paullo ante *ἐπικράτειαν* legebatur. Wess. qui dedit *ἐπικρατείας*.

497. 35. *Ἀζῶνας παρέλαβεν*] Eo cognomine urbem arcemve

in Sicilia non reperies. Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 390. *Μάζαρον*, quod Selinuntiorum castellum erat L. XXIII. Eclog. 9. substituit, haud scio an prave. *Ἀλιηναῖοι καὶ Αἰγεταῖοι* ab eodem *Ἀλικυαῖοι* et *Αἰγεσταῖοι* esse iubentur: quorum hoc pari peccato deturpatum Eclog. 12. lib. XXI. animadvertimus, illud recurret L. XXIII. Eclog. 3. Wess.

498. 36. *Εἶτα Ἀλιηναῖοι*] Pro *Ἀλιηναῖοι* lege *Ἀλικυαῖοι* auctoritate Plinii et Stephani. Rhod.

498. 43. *Καὶ τὴν Ἡρακλέους τύξιν ἁμιλλώμενος*] Haec egregie a Plut. in Pyrrho p. 398. A. illustrantur. Wess.

498. 47. *Κατὰ κράτος εἷλε*] Legebatur *κατακράτος*, quod vitiose atque ac si adverbium esset conpositum, scribi, recte monuit Rhodomannus: sed in scriptis libris et vetuste cusis *κατακράτος* frequentatur. In Basil. Diodori ἐκδόσει paene perpetuum est. *Κατακράτος*, *κατατάχος*, *κατιδίαν*, *τηνταχίστην* et similia semper Reg. pr. Lege quae de hoc genere diligentissime conmentatus in Celeb. Dukeri Praefat., Thucydidi praefixa, Ioseph. Wasse. Wess.

498. 49. *Ἐπῆρε πρὸς τὴν Αἰγίνων*] Praestat *ἀπῆρε*. Pravum etiam est *Αἰγίνων* vocabulum, quod post Rhodom. in not. Correct. operam Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. II. p. 390., *Ἰετινῶν* esse iussit. Quae statim succedunt, utrique favent. Wess.

498. 53. *Τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν*] Rhodomannum secutus sum. Posses leviore opera ac mutatione *κατὰ τὴν τῶν Σικελῶν* legere. Wess. Non *κατὰ τὴν* sed *κατὰ* Rhod.

498. 55. *Καὶ τῶν Ἐρκτῶν*] Infra Lib. XXIII. Eclog. XII. *Ἐρκτὴν φρούριον* nominat. Rhod. Polybius Lib. I. 56. *ἐπὶ τῆς Εἵρκτης λεγόμενον τόπον*, cui propter mare inter Erycem et Panormum sedem attribuit. Consule Ph. Cluverii Sicil. Antiq. L. II. p. 277. Wess.

498. 58. *Μετὰ τὴν ἅλωσιν — Μοτύης*] Inspice not. in L. XIII. 54. Wess.

498. 65. *Μηχανὰς — πλῆθος ἄπιστον*] Debetur conpendii auctori. Diodorus *μηχανῶν* etc. *πλῆθος* scripsisset. Wess.

498. 71. *Συνθέσθαι*] *Ἕτοιμοι συνθέσθαι*. Rhod.

498. 75. *Ἀποκαλοῦντες μηδενὶ τρόπῳ συγχωρεῖν*] Deesse *ἔλεγον* arbitratur Rhodomannus, quicum, tametsi id verbum saepe reticeatur, dissentire nolo. Wess. *Ἀποκαλοῦντες* hic idem est atque *ἀπαγορεύοντες*. Reisk.

498. 78. *Εὐθὺς*] *Εὐθὺς οὖν*. Rhod.

498. 84. *Ἤθροιτο*] *Ἠθροίζετο*. Rhod. in marg.

498. 86. *Καὶ βελῶν — ἀγομένων*] *Ἀχθομένων*, quod olim erat, ita vir doctus refinxit, arbitratus et *ἐκχεομένων* posse legi. Ego *ἀφιεμένων* praeferrem. Wess.

498. 87. *Πολλῶν*] *Καὶ πολλῶν μὲν — ἐπεβ. δὲ καί*. Rhod.

499. 90. *Τῶν*] *Χωρὶς* vel *πλὴν τῶν*. Rhod.

499. 99. *Πολλὰ μὲν φρούρια αὐτοὶ* etc.] Hic lacuna est, non nisi ex auctore aut accuratioribus manuscriptis explenda. Si tamen divinare liceat, haec interim post *φρούρια* intexe *τοῖς στρατιώταις διακατεῖχον*, vel *ἠσφάλισαν*. Rhod. Hiatus manifestus. Quid desit, nemo facile dixerit, quamquam historia obscura non est. Lege Is. Casauboni Commentar. in Polyb. p. 134. Wess.

499. 5. *Ἐπὶ τὸ Ἀμήσελον*] Ad amnem *Cyamosorum* ait Polybius L. I. 9., unde refingendum esse Diodorum suspicatur Casaubonus dicto loco, cui ego quidem adsentiri non possum. Hic de castello, illic de amne sermo est, rebus utique diversis. *Ameselum* alibi, fateor, non est obvium: at multa sunt Siciliae oppida et castella, quae uni Diodoro debentur. Mox *Κεντοριπίνων* et *Ἀγυριναίων* restitui nomina, a librario depravata. Wess.

499. 19. *Ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσήνην*] *Εἰς Μεσσηνίαν* legit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 303. Sed *Μεσσήνη* hoc loco non est urbs, sed regio, *χώρα*, non *πόλις*, de quo iam olim monuit auctor *Ἐθνικῶν*, sicuti optime animadvertit Is. Casaubonus in Polyb. p. 136., qui et mox *παρὰ τὸν Λοίτανον* ex Polybio suo L. I. 9. *Λογγανὸν* refingit, Cluverio non dissentiente. Wess.

499. 21. *Ἱππεῖς δὲ* $\overline{\alpha\varphi}$] Lege ͵α φʹ. eodemque versu *ἱππεῖς δὲ μʹ*. Hic maior numerus extritus est. Rhod. *Ἱππεῖς δὲ χιλίους πεντακοσίους*] Ἔκδοσις Hoescheliana correctionem Rhodomanni exhibet. Mox *ἱππεῖς δὲ μʹ* citra dubium vitiosum est. Is. Casaubonus ad Polyb. p. 136. numeri notam *μʹ* progenitam censet ex *α*, sive *χʹ*, i. e. *χιλίους*, *mille*, probabili coniectura. Wess.

499. 24. *Θύσαι*] *Καὶ θύσας*. Rhod.

499. 27. *Περιχαρὴς ἦν*] *Ὁ δὲ περιχαρὴς ἦν καὶ εὐθὺς* vel *εὐθὺς δ'*. Rhod.

499. 38. *Καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτοῦντος*] Fuisse puto *καὶ διὰ τὴν — πλεονεκτούντων*, continuata enallage, quam exorsus erat. Wess.

500. 40. *Ἐπὶ καὶ τὸν λόφον* etc.] Aut *οἱ δὲ τὸν* cum Rhodomanno lege, aut, quod mihi magis arridet, *ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ τὸν* etc. Sic certe proxime a vulgato receditur. Wess.

500. 44. *Ἐπικειμένων τῶν Συρακοσίων δυνάμει*] *Ἐπικειμένων δὲ τῶν Συρακουσίων πάσῃ τῇ δυνάμει*. Rhod.

500. 50. *Νυκτερεύσαντος αὐτοῦ*] Praestat *νυκτερεύσαντων* ex Rhodomanni coniectura. In Hamilcare, Syracusas oppugnante, simile exemplum descripsit L. XX. 30. Diodorus. Wess.

500. 51. *Εἰς τὴν — παρεμβολὴν*] *Ἐν τῇ — παρεμβολῇ*. Rhodom. in marg. Hoeschelianae suaeque.

500. 64. *Ἐν τῇ Λιπάρας νήσοις*] *Ἐν τῇ Λιπάρας* (vel *Λιπάρᾳ*) *νήσῳ*. Rhod.

500. 71. *Εἰσήγαγεν — στρατιώτας μʹ*]. Nimis exiguum

hoc praesidium: ideo maior etiam hic numerus videtur omissus. Rhod. Idem peccatum, de quo paullo ante. Aberrans librarius μ′ posuit pro χ′, i. e. *quadraginta* pro *mille*. Wess.

500. 80. *Πολεμῆσαι Μεσσήνην*] Noli mutare. Mox auctor L. XXIII. Eclog. 2. *ἐποιήσαντο — συμμαχίαν Ῥωμαίους πολεμῆσαι*, et plurimis aliis in locis. Vide L. IV. 61. Wess. *πρὸς* vel *ἐπὶ* enim addi voluerat Rhodomannus.

500. 86. *Ἡγεμονίας*] Romanorum. V. Schweigh. ad Polyb. vol. V. p. 171.

500. 87. *Ἄννων ὁ Ἀννίβου*] Prospera Hanno sub adventum in insulam fortuna usus est, deinde offendit, a Mamertinis arce, quam tenebat, expulsus: quem casum, ut erant Poeni in duces si quid male cesserat, crudeles, crucis supplicio luit, Polybio L. I. 11. referente. Wess.

501. 98. *Ἐπὶ τοῦ λόφου — Χαλκιδικοῦ*] Sic melius. Polybius *περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος*, nullo discrimine. Nam Diodorus montes Siciliae, etiam celsissimos, *λόφους* vocare adsuevit. Inminebat mons Chalcidicus Messanae oppido a parte meridionali. Wess.

501. 1. *Εἰς τὰς καλουμένας Εὐνεῖς*] In notarum suarum Addend. *Εὐνὰς* Rhodomannus refingebat, quem sequi noli. Polybium potius dicto loco audi, *περὶ Πελωριάδα, στρατοπεδεύσαντες, τῷ δὲ πεζῷ — περὶ τὰς Σήνεις καλουμένας*. Vides vocabuli productionem bene habere, nec liquidum tamen, utra scriptura, *Senes* an *Eunes*, praestet. Wess.

501. 8. *Τῆς πολιορκίας προσεπηγγέλλετο*] Ista sic in ordinem redigenda sunt et supplenda: *πολιορκίας. δημηγορῶν δὲ προσεπηγγέλλετο, πρὸς Ἱέρωνα πολέμῳ* (vel *πολεμῶν*) *μὴ ἐπιβήσεσθαι*. Rhod. Vereor ut locum bene vir doctus perceperit. Appius Claudius legatos misit ad Hieronem et Carthaginienses, qui utrosque monerent, Messanam obsidione solverent: iisdem Consul mandavit, ut Hieronem privatim convenirent, eique confirmarent, nihil a se hostile contra ipsum cogitari. Quare de oratione Appii, quae Latinis inseruntur, non conveniunt. Locus negligentia aut excerptoris aut amanuensis mutilus est: sententiam optime vestigavit Casaubonus ad Polyb. p. 146. Wess.

501. 20. *Πρῶτον ἀσπίδας τετραγώνους εἶχον*] Credo in Diodoro fuisse *θυρεοὺς*, *scuta*, quae ferme quadrata. *Ἀσπὶς* rotunda erat. Compendiariae auctor inprudens haec permiscuit vocabula, forsan etiam plura. Nam de Tyrrhenis clypeos esse sumtos, exploratum non est. Romuli aetate Argolicos clypeos Romani gerebant, quibus rex iste scuta Sabina mutavit et substituit teste Plut. Rom. p. 30. Post dein clypeis iterum fuerunt usi usque in Veiens bellum, quo scuta pro clypeis fecerunt apud Livium L. VIII. 8. Praeterea, uti Iulius Caesar ait in Sallust. Catil. c. 51., *arma atque tela militaria ab Samnitibus sumse-*

runt; ab Etruscis vero pugnae statariae, *σταδιαίας μάχης*, ordinem, si fides Athen. L. VI. p. 273. F. Fieri potest, ut Excerptor Diodori disputationem de Romanorum armis et quid illi in re militari ex usu suo mutaverint, male perceperit. Tu Lipsium adi Milit. Rom. L. III. 2. Wess. Recte coniecisse Wesselingium de *θυρεοῖς*, non recte de Etruscis, ostendunt Exc. Vat. p. 54. 13. ed. Lips.

501. 26. *Ἔφυγεν εἰς Συρακούσας*] Sic Diodorus. Alii Hieronem cum Romanis pugnasse, sed infeliciter, prodiderunt, uti Polyb. L. I. 11. Lege magni viri Comment. p. 146. in eum scriptorem. Wess.

501. 30. *Τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων* etc.] Duo Manii Otacilius et Valerius. Adi Polyb. I. 16. Wess.

501. 34. *Ἧκον πρέσβεις — παρ' Ἀλαισίνων*] Quod olim erat *παρὰ Λαισίνων* correxi. Qui enim illi in Sicilia *Laesini*? *Ἀλεσῖνοι* sive *Ἀλαισῖνοι* notissimi sunt. Vitium optime vidit et sustulit Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. II. p. 288. Wess.

501. 35. *Πεσούσης καὶ ἐν ταῖς*] *Ἐμπεσούσης καὶ ταῖς*. Rhod.

501. 36. *Ἐπιδόσειν — Ῥωμαίοις. ἦσαν* etc.] Hic deficit *ἐπήγγειλαν* vel *ὑπέσχοντο*. Rhod.

502. 44. *Λαβόντες δραχμῶν ιε' μυριάδας*] Sociata pax est ἐφ' ᾧ τὰ μὲν αἰχμάλωτα χωρὶς λύτρων ἀποδοῦναι τὸν βασιλέα Ῥωμαίοις, ἀργυρίου δὲ προσθεῖναι τάλαντα τούτοις ἑκατόν, *ut rex captivos omnes sine pretio Romanis redderet, insuperque argenti talenta centum adiiceret* apud Polyb. L. I. 16. At Diodori drachmarum centum et quinquaginta millia longe infra eam summam sunt, talentaque duntaxat viginti quinque rotundant, quae nec Romanorum cupiditati neque opibus regis Hieronis bene convenire videntur. Corrigit numerorum notas vir magnus ad Polyb. p. 162.; scripsisse Diodorum *δραχμῶν ν' μυριάδας* hoc est quingenta millia drachmarum, sive *μυριάδας ξ'*, i. e. sexcenta millia, quae centum aequant talenta; cui quidem hac in re nolo obniti, aliud censeo de verbo *ἐῶν*, quod mox ad integrandam sententiam ante *κυριεύειν* adstruit. Melius est Rhodomanni additamentum. Wess.

502. 45. *Ἀποδόντι κυριεύειν*] Deesse existimo *συνεχώρησαν*, et postea legendum *Συρακουσίων καὶ — ὑπ' αὐτοῖς*. Rhod. Qui ad marginem Hoeschelianae suaeque ed. *Συρακούσης — αὐτῆς*.

502. 46. *Ἀκρῶν — Αἰλώρων, Νεαιτίνων* etc.] Casaubon. dict. ad Polyb. loco refingit *Ἀκρέων* sive *Ἀκραίων*, qui Plinio *Acrenses*, *Ἑλωριτῶν* et *Νεκτίνων* ob Ptolemaei *Νέκτον*. In alia omnia abit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II. p. 353. et p. 357., *Ἀκρῶν*, *Λεοντίνων* retinens, tum vero *Μεγάρων*, *Ἐλώρου*, *Νεήτου*, *Ταυρομενίου*. oppida enim recenseri, non oppidanos: quae quidem caussa praegnans non videtur. Id certum est, *Al-*

λώρων primam syllabam ex corrupta pronuntiatione sicuti et alteram vocis Νεαιτίνων videri natam: huius urbis incolae Νεητῖνοι aut Νητῖνοι, ut optime Cluverius, oppidumque Νέητον et Νῆτον, dicebantur: illius verum nomen Ἔλωρος erat, et civium Ἐλωρίων, quod forte voluit Excerptor, sive Ἐλωριτῶν potius, idque ambo habuerunt a vicino fluvio, notabili ob pisces cicures et hominum ex manibus edentes. Docent Stephanus, Athenaeus, Plinius et Aelianus, sed mire nunc pravus: καὶ ἐν χλωρῷ δὲ Σικελίας· ὅπερ ἦν πάλαι Συρακουσίων φρούριον. Sic vulgo L. XII. de Animal. c. 30. Tu ἐν Ἐλώρῳ refinge; nam Gilii Πελώρῳ istic ne flocci quidem est. Wess. Νεατίνων reponit Rhodom.

502. 49. Εἰς τὴν Ξιφωνίαν] Urbs et promontorium erat non longe a Megaride. Lege Ph. Cluver. Sicil. Ant. L. I. p. 136. Wess.

502. 52. Καὶ Μάκελλαν] Situm urbis vestigat idem Cluver. S. A. lib. II. p. 375., quem non longe a Messana Dio in Excerpt. Peiresc. p. 637. seiunctum fuisse indicat. Veriverbium Μακέλλης illustrare memini ad Itiner. Anton. p. 490. De Adranone S. Bochartus Colon. Phoenic. L. I. 29. Wess.

502. 57. Καὶ Ἀλιτηναῖοι ἐποίησαν] Ἁλικυαῖοι bene Rhodomannus. Quae succedunt continuo, ea flagitiosissime sunt corrupta, neque instaurari possunt, nisi meliores schedae unde unde eruantur. Fecit fateor desperatis medicinam Ph. Cluverius, sed talem, quae modum excedit. Ita legit, Αἰγίθαλλον δὲ, ὅνπερ νῦν καλοῦσι τὸν Ἄσκελον, ex postrema Eclog. 1. lib. XXIV. Praeterea Τυνδάριοι iubentur esse Δρεπάνιοι. Mihi non liquet. Vide Sicil. Antiq. L. II. p. 390. Wess.

502. 64. Ἔγραψε δράματα ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα] De fabularum numero nihil dissentit Auctor περὶ Κωμῳδίας. Annos aetatis XCVI. Philemoni Suidas, XCVII. Lucianus Macrob. c. 25. contribuunt: utri verius in incerto est. Id mihi liquet annis XC., cum decederet, fuisse maiorem. Fabulas Philemon docere coepit ante Olymp. CXIII., uti Auctor ille περὶ Κωμῳδίας refert. Mortem cum vita conmutavit anno primi Punici belli III., sive Olymp. CXXIX. 3., namque eum ad annum, quae hic referuntur, pertinent omnia. Fac iam XXV. aetatis attigisse, cum primam scriberet Comoediam, illud, quod adfirmavi, manifestum deprehendetur. Wess.

502. 68. Δέκα μυριάδες ὑπῆρχον] Verterat vir doctus, *Romanorum, qui Agrigentum obsederunt — centum millia erant,* inconsiderate. *Cui persuaderi poterit Romanorum in ea expeditione fuisse centum millia? Existimamus nos quidem cum duobus consulibus binos consulares exercitus adfuisse, eosque iustos ac plenos: sed in quatuor legionibus, etiamsi auxilia numeres, plures non fuerunt milites illis utique temporibus quam XXXVIII millia, idque ad summum. At hoc Diodorus non dicit: verum*

istud potius, Illi, qui Agrigentum cum Romanis obsidebant — centum millia hominum erant. — Haec Casaubon. ad Polyb. p. 170. verissime. Sustuli ergo ex Latinis istam maculam. Wess.

502. 71. *Μετὰ τὴν πολιορκίαν*] Lege *κατὰ τήν*. namque Hanno antequam Agrigentum Romanis dederetur, in Siciliam transmisit. Inspice Polyb. L. I. 18. Mox *εἰς Σικελίαν* recipi potest, quamquam Eclogarum auctor discrimen inter *εἰς* atque *ἐν* rarius attendit. Wess. *εἰς Σικελίαν* reponi iusserat Rhodom.

502. 74. *Φιλῖνος δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος* etc.] Lege de Philino prudens Polybii iudicium L. I. 15. Wess.

502. 80. *Πεζοὺς μὲν γ'*] Hic depravatus est numerus. Quis enim crediderit Hannonem duobus praeliis L Poenorum millia amisisse, cum maiorem peditatum non adduxisset? Postea legendum videtur *ζωγρίαις* vel *διὰ ζωγρίας*. Et statim *ἐλέφαντας δὲ συνέβη θανεῖν*. Rhod. Vir magnus ad Polyb. p. 188. sic corrigit, *στρατιώτας*, *πεζοὺς μὲν μυρίους — ζωγρεία δὲ δ'. ἐλέφαντάς φυσι θανεῖν*, *peditum amisit* CCIↃↃ. — *qui vivi in potestatem venerant*, *fuere* etc. haud male quidem, quanquam de peditum numero in dubio adhuc sum. Quis enim alius tot amissos esse prodidit? Ad hoc *ζωγρίας* tolerabile videtur, de quo Rhodom. in notar. suarum Correction. *Ζωγρίας tamen etiam masculino genere usurpare animadvertitur Diodorus. Ζωγρίαν sane ζῶντα interpretatur Favorinus. Ideo neque hic neque alibi sexus et casus mutatione vel additione opus erit.* Vide Hoeschelium ad Phot. Biblioth. p. 27. et inferius L. XXV. Eclog. 2. Wess. In margine Hoeschelianae suaeque ed. *συνέβη μὲν θανεῖν* Rhod., interpunctionem, quam recte post *θανεῖν* ponit Hoescheliana, transferens ut videtur post *τριάκοντα*. Vtrumque mirabiliter recepit Wesselingius.

503. 83. *Καὶ ἡ Ἐντελλίνα*] Imo vero *Ἔντελλα*, cuius cives *Ἐντελλῖνοι*. Vafrum Hannonis consilium, quo de statim, explicat Casaubonus de strategemate, quo Gallos mercenarios, qui non manebant in fide, simul et Romanos ultus est, ad Polyb. p. 189. Wess. V. ad p. 496. 57.

503. 86. *Ἓξ δὲ μῆνας*] Ex Polybio L. I. 19. septem mensium spatium obsidione Agrigenti absumtum esse, commode conficitur. Wess.

503. 87. *Δούλους δὲ ἄραντες*] Casaubonus *δούλους δὲ ἀκραντες* adfert, idque mutat in *δράσαντες* ad Polyb. p. 191., cui non obloquitur Zonaras, Agrigentinos omnes in servilem conditionem redactos referens Annal. L. VIII. p. 290., neque etiam Orosius L. IV. 7. Id certius, quod *ἱππεῖς μ φ'*, *χιλίους καὶ πεντακοσίους* esse pertendit, *μ'* pro *α'* vel *χ'*, i. e. CIↃ, ut supra semel atque iterum, posito. Wess.

503. 89. *Ἱππεῖς δὲ μ φ'.*] Forte *φ μ'*. Rhod.

503. 92. *Μύστρατον δὲ πολιορκήσαντες*] Verum oppidi nomen *Μυτίστρατον*, quod hic et inferius restituendum. Vide Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. II. p. 383. Wess.

503. 97. *Καὶ ἀπέκτεινεν ἑξακισχιλίους*] In Hoesch. edit. *ἐννεακισχιλίους*. Ad Himeraeorum Thermas proelium est commissum, quo *σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους* Romanorum Hamilcar occidit: sic certe Polyb. L. I. 24. Mox *Μάζαρον* sive *Μάζαρα* multo erit rectius. Wess.

503. 3. *Μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους*] Rhod. *Ἐρυκηνούς*. At melius istud. Drepanum Erycinorum fuerat portus, quem civibus eo transductis Eryceque eversa urbe oppidum Hamilcar constituit sub annum belli Punici 1. sextum aut septimum. Errat enim Ph. Cluverius, in annum eius belli primum referens Sicil. Antiq. L. II. p. 236. Nam quae antecedunt sequunturque hac in Ecloga, maximam partem a Coss. A. Atilio et C. Sulpicio administrata fuisse ex Polyb. I. 44. videbis. Adde Zonaram Annal. L. VIII. p. 292. ed. Venet. Wess.

503. 14. *Ἐπὶ Σιττάναν ἐλθὼν*] Ibidem Polybius *ἐπὶ πόλιν Ἱππάναν*, qui omnia haec utrique consulum contribuit, et verius. Wess.

503. 17. *Εἷλε καὶ*] *Εἷλε δὲ καί*. Rhod.

503. 19. *Ἔτι δὲ ποταμὸς Ἅλυκος* etc.] Lacera haec sunt Excerptoris aut describentium socordia. Desunt post fluvii nomen haud pauca, quibus indicabatur Halycum extremum finem esse Carthaginiensium in Sicilia ditionis, quod Ph. Cluverius Sicil. A. lib. I. p. 220. pulchre vidit. Scribe ergo *ἔτι δὲ Ἅλυκος .... καὶ ἄλλαις ἔσχατας*. Wess. Pro *ἄλλαις* Rhod. *ἄλλων*.

503. 21. *ὅτι — ὑπερέχουσιν*] Reguli verba ad legatos Carthaginiensium Exc. Vat. p. 56. 25.

504. 27. *Ἐπὶ τὴν φυσικὴν εὐλάβειαν*] *Ad cautelam naturalem* interpres. Ego pietatem, quae hominibus a natura est ingenerata, malim. Ita fieri solet, ut, qui prosperis rebus infrequentissimi religionis fuere cultores, adversa ubi contigerint aut senectus premere coeperit morbosior, religiosissimi videantur, ne dicam superstitiosissimi. Lege de Tullo rege, nam prudens alia praetereo, Livium L. I. 31. Vide tamen, praestetne *καὶ πολλάκις ἐν ταῖς* etc. in superioribus? Wess. Reperiuntur haec etiam in Exc. Vat. p. 56. seq., quae docent *τοῦ θεοῦ* male reponere Rhod.

504. 29. *Ὅτι ῥᾷόν ἐστι τινὰ ἐχθροὺς γενέσθαι*] *Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς*. Locus autem iste mancus est. Post *ἄγαν δὲ* restitue *τὴν ἀπὸ τῶν*. Rhod. *Ὅτι ῥᾷόν ἐστι τινὰ (ὑπὲρ τοὺς) ἐχθροὺς — χρήσοιτο πειθόμενος*] Sunt haec misere luxata, sanitatem tamen receptura, si ea inter se aptentur, quae coniuncta vides. Reliqua sic ordino: *Τῇ μὲν τῶν — κατηγορίᾳ διορθοῦσθαι συμβαίνει — καταφερομένους ἄγνοιαν· τῇ δὲ ἐπὶ — εὐφημίᾳ προτρέπεσθαι κ. λ.* Et ne putes, audacius hic me grassatum, adi Excerpt.

Peiresc. p. 266., ubi ea omnia. Praemiserat Diodorus salubrem hanc admonitionem, praeposueratque narrationi, qua victoris Atilii insolentiam insecutamque calamitatem exsequebatur. Redeant ergo addicentibus istis schedis suam in sedem. Wess.

504. 39. Ἐν Λιβύῃ διαβάντων] Εἰς Λιβύην διαβάντων. Rhod.

504. 49. Ἀντὶ τῆς προϋπαρχούσης αὐτῷ δόξης etc.] De Regulo haec dicta fuisse ex iisdem Excerptis cognosces: quae αὐτῷ cum habeant, cur non restituerem? Mox συγκεχωρημένον in iisdem est. Wess. αὐτῷ — προαφ. — συγκ. etiam Rhod.

504. 54. Προαφῃρημένος ἑαυτοῦ] Ἑαυτῷ Rhod. in margine Hoeschelianae et suae ed., quod tacite admisit Wesselingius, quamvis sciret προαφῃρημένος δὲ αὑτοῦ (lege ἑαυτοῦ) esse p. 564. 86.

504. 57. Τοὺς γὰρ πᾶσι κρατοῦντας etc.] Xanthippus, qui rerum successu ferociores contudit Romanos. In Excerpt. p. 267. melius τοῖς ὅλοις ἡλάττωσε. Wess. Mox προσδοκῶντας Rhod.

504. 63. Πάντα — βάσιμα καὶ δυνατὰ] Sic correxit Rhodom., qui et ἄγειν sibi suspectum profitetur, in διεξάγειν forte mutandum. Mallem ego, in exsilium ut abiret. Paullo superius δοκούντων εἶναι περιεγένετο recte Excerpta. De ipsa re operae pretium feceris, si Polybium L. I. 35. inspexeris. Wess.

504. 69. Κατισχύοντος] Placet κατιθύνοντος. Legendum hac etiam est πρὸς τὸ συμφέρον. Rhod. Sequi non audeo. Sunt laciniosa haec folia, nec sententiam praestant integram. Forte senatum spectant Romanum, audita suorum in Africa clade, minime fractum suisque consiliis difficillima quaevis exsuperantem. Wess.

505. 71. Φίλιστος ἱστορικὸς ἦν]. Philistum historias scripsisse, nemo dubitat: at hoc tempore, quod Latina indicant, quis credet? Mortem hominis descriptam vide L. XVI. 16. Videtur Diodorus Philistum ad testimonium advocasse; alioqui praestaret Φιλῖνος, quem domo Agrigentinum gestas bello Punico I. res scriptione sua exsecutum esse, superius Eclog. VIII. prodidit. Wess. Verterat Rhodom. *Philistus tunc historiam scripsit.*

505. 74. Ναῦς εἴκοσι καὶ τέσσαρας παραλαβόντες] Imo CXIV., si Polybio fides. Ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους ἑκατὸν δεκατέσσαρας. τοὺς δ' ἐν Λιβύῃ διαμείναντας νεανίσκους ἀναλαβόντες ἐκ τῆς Ἀσπίδος ἔπλεον αὖθις τῆς Σικελίας, sic scribit L. I. 36., his multo distinctius, sicuti et de naufragio amissisque navibus cap. seq. Mox ἐξ αὐτῆς Καμαρίνας hiulcum videtur et barbarum. Fortasse voluit Excerptor ἐξ αὐτῆς πρὸς Καμαρίνας, *illico ad Camarinam* aut quid simile. Certe μακρὰς ναῦς scripsit, non μικράς, ut ex Polybio apertissimum. Wess. De numero navium, qui iam ne apud Polybium quidem sibi respondet, v. Schweigh. ad I. 36.

505. 87. *Εἰς τὸ Ὀλύμπιον*] Egit de amplissimo hoc Iovis fano, nunquam tamen peracto, L. XIII. 82. Wess.

505. 90. *Εἰς τὸ Κεφαλύδην ἐλθόντες*] Hoc alibi Diodorus nominat *Κεφαλοίδιον*. atque ita legendum esse monet articulus. Rhod.

505. 95. *Ἐκβιβάσαντες*] Vid. ad lib. XIII. 4. Wess.

505. 1. *Καὶ τῆς ἐκτὸς πόλεως κυριεύσαντες*] Hanc *Νέαν πόλιν* Polybius, partem alteram *Παλαιὰν* L. I. 38. at Zonaras Annal. L. VIII. p. 296. veterem urbem *τὴν ἄκραν*, illam *τὴν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν* vocat. Wess.

505. 5. *Μυρία δὲ σώματα* etc.] In not. Corr. adscripsit Rhodomannus: *haud scio, an hic non legi debeat post punctum μυρία δὲ σώματα, decem millia. Requiritur enim copula δέ.* Cui adsentior ob orationis seriem. Id itaque restituo. Wess. Nempe exciderat *καί* in Rhod. editione.

505. 9. *Ἰετῖνοι δὲ ἐκβαλόντες*] Monuit ibid. vir doctissimus superius non *Ἰετίνους* sed *Αἰγίνους* fuisse adpellatos. Tu vide ad Eclog. XIV. lib. XXII. notata. Wess.

505. 11. *Καὶ Ἡνναττταρῖνοι καὶ Τυνδαρίδαι*] Possunt levi opera *Τυνδαρίδαι* fieri *Τυνδαρῖται* ex Rhodomanni decreto. Sed qui genus, unde domo *Ἡνναττταρῖνοι* fuerint, id vero dictu perdifficile. Ph. Cluverio Sicil. suae L. II. p. 393. abunde visum fuit de vocis corruptela admonuisse; mihi, si verum fateri licet, *ΗΜΙΧΑΡΙΝΟΙ*, qui *Hemicharenses* in Plinio, fuisse videntur. Lege quae de urbis eius veriore nomine disputata sunt Miscellan. Observ. Vol. V. tom. III. p. 104. Wess.

505. 13. *Ἀπῆλθον ἐν Μεσσήνῃ*] *Ἀπῆλθον εἰς Μεσσήνην*. Rhod. Qui in margine Hoeschelianae suaeque ed. *ἐπῆλθον ἐς Μεσσήνην* et mox 17. *ἐς Ῥώμην* scribi iusserat.

505. 15. *Μὴ ἐασάντων αὐτοὺς ὁρμῆσαι*] Rectius legeris *ὁρμίσαι*, ut ambiguitas vitetur. Rhod.

505. 18. *Ἀπώλεσαν ναῦς — ἑκατὸν πεντήκοντα*] Adi Polybium, qui de hac expeditione et naufragio diligentius lib. I. 39. Wess.

506. 27. *Καὶ φθάσαντες. ὁ μὲν*] Vitiosa haec sunt et mutila, quae sic utcunque restituuntur. Post *φθάσαντες* insere *ἦλθον*. Et porro *ὁ μὲν οὖν* vel *δή*. Rhod. qui in marg. posuerat *οἳ καὶ φθάσαντες ἧκον. ὁ μὲν οὖν*.

506. 30. *Μόνως*] *Μόνοι*. Rhod.

506. 35. *Καὶ Ἐρκτὴν φρούριον*] Vide Eclog. L. XXII. 14. Wess.

506. 36. *Οὐκ ἴσχυσαν*] *Ἑλεῖν οὐκ ἴσχυσαν*. Rhod. V. p. 497. 95.

506. 39. *Διὰ τῆς Σελινουντίας — εἰς τὸ Πάνορμον*] Oportuerat *εἰς τὸν Πάνορμον*. Sequentis libri Eclog. 1. *εἰς τὴν Πάνορμον*, et paullo superius hac Ecloga, excusatius est. Flumen,

Peiresc. p. 266., ubi ea omnia. Praemiserat Di... aae
hanc admonitionem, praeposueratque narrati... nor-
Atilii insolentiam insecutamque calamitatem ex... scat,
ergo addicentibus istis schedis suam in sede... ra hic

504. 39. Ἐν Λιβύῃ διαβάντων] ... enum; Rhod.

504. 49. Ἀντὶ τῆς προϋπα... t ἐθο-
De Regulo haec dicta fuisse ex iisdem... Ana-
αὐτῷ cum habcant, cur non restit... ὕπατος
in iisdem est. Wess. αὐτῷ — τ... ράντων.

504. 54. Προαφῃρημένο... nt, sen-
gine Hoeschelianae et suae ed... elephan-
quamvis sciret προαφῃρημ... ...ures paucio-
564. 86. ...ighius in Fastis

504. 57. Τοὺς ... ...in numeri nota hic sit
qui rerum successu fe... , quam plerique scriptorum
267. melius τοῖς ὅλοι... ...o. et Florum L. II. 2. Wess.

504. 63. ... — διακοσίαις καὶ τεσσαράκοντα]
Rhodom., qui et ... annumerat, bellique hunc fuisse annum
mutandum. M... ...s.
... τὴν Πάνορμον] Εἰς τὸ Πάνορμον καὶ ἑ. (ἑ. δὲ
δοκούντων εἰ... ...α., et paullo ante τῶν δὲ Σελινουντίων πόλιν. Rhod.
pretium fecer...

504. ...9. Καὶ χωστρίδας καὶ χελώνας] Mallem abesset
hac etiam copula: notae in re militari χωστρίδες sunt χελῶναι. Vid.
Sunt la... ...lib. II. 27. Mox iterum tamen χελῶναι et χωστρίδες distin-
Forte ... guuntur. Wess.
mini ...
W.

506. 62. Ἕνδεκα μυριάδες] Si de solis accipias Romanis, numerus inmanis erit. Credo in summam additos Siculos, qui operas Romanis praestabant. Obsessos praeter civium copiam Polyb. L. I. 42. εἰς μυρίους sive ad x millia fuisse prodit. Itaque numeri index in sequentibus haud dubie est vitiosus. Wess. Nempe ineptum Rhodomannianae errorem ab se repetitum, πεζοὶ ξ pro πεζοὶ ,ζ, intuebatur Wesselingius.

506. 65. Καὶ ἀνεθάρσησαν μετὰ τοῦ Ἀτάρβου] Turpis σύγχυσις, ab Interprete non animadversa, haec foedavit. Scribi debuerat, ἦλθεν — βοήθεια .... καὶ σῖτος μετὰ τοῦ Ἀτάρβου, καὶ ἀνεθάρσησαν. Venit enim una cum classe, quae recentem militem et annonam circumsessis adferebat, Adherbal, uti ex Polybio L. I. 44. et clarissime ex Zonara Ann. L. VIII. p. 298. conficitur. Wess.

507. 83. Πάντα δὲ πολεμικὰ ὄργανα] Polybium recte feceris si inspexeris et Zonaram, hunc Annal. L. VIII. p. 299. illum L. I. 48. Wess.

507. 90. Σπανίαν] Σπάνιν Rhod. Vulgatum est in Hesychio. Wess.

507. 91. Κρεωβροτοῦντες γὰρ μόνον etc.] Κρεωβοροῦν-

·ήσαν. Sic lectio genuina habere se videtur, tam-
·lit non satis appareat. Rhod. Κρεωβορούν
] Passus sum hoc sedem suam recipere. Sed
·ε Eclogis, mutilus est. Narraverat, credo,
·ilybaeum morbo fameque fuisse inmanem
·derat his caussas ex corrupto victu, quas
·aeteriit. Pestilentiae et annonae de-
· Wess.
·οῖς] Legendum esse ἀνεθάρσυ-
· in Correct. not. curas. Wess.
ὕπατον διαδεξαμένων] Hoc
li successorem dare, re-
·r: veteres, quod quidem me-
·ena est in Paschali, uti vocatur,
·a de Iustiniano p. 268. ed. Venet. καὶ
·ν Ἔπαρχον τῶν Πραιτωρίων Ἰωάννην καὶ
·τοῦ Ἔπαρχον τὸν Πατρίκιον Φωκᾶν. Statim
·raefectum Ioannem praefectura exuit, sublecto in
·am Phoca Patricio. Plura si velis, consule diligentissi-
·a Du Cange Appendic. ad Glossar. Graec. infim. p. 55. Wess.

507. 4. Καὶ παραλαβὼν] Ὃς παραλαβών. — καὶ πάλιν. ἡ θάλασσα πάντα κατεσκόρπισε. Rhod. Claudii Pulchri insolentiam atque inconsiderantiam vide in Excerpt. ex Diodoro Peiresc. p. 271., utereque, si libitum fuerit, additamentis Rhodomanni; mihi non admodum videntur necessaria. Wess.

507. 7. Τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε] Scripsit auctor ἐξήρτυσε, ut adsolet. Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος ἐξαρτύσας τὰς μακρὰς ναῦς L. XVIII. 72. saepeque alias. Wess. in Add.

507. 8. Πολεμήσων αὐτοὺς]. Praepone participio κατὰ vel muta αὐτοὺς in αὐτοῖς. Rhod.

507. 9. Ἀπολέσας ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα] Si Polybium audis, amissis navibus XCIII cum reliquis XXX fugam ingressus est Claudius L. I. 51.; a Polybio parum dissentit P. Orosius, quem vide L. IV. 10., ut paene putem in numeris Diodori inesse errorem. Wess.

507. 10. Κρατεὰν] Κραταιὰν vel καρτερὰν. Rhod.

507. 13. Ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντας Καρχηδονίους etc.] Nisi ad absolutos accusativos Excerptor recurrat, haec difficulter excusabit Grammaticis. De X quoque navibus, quibus Poeni Romanorum CCX, sive, ut apud Polybium, CXXIII, exsuperaverint, iusta dubitandi caussa est. Wess.

507. 19. Ἐκ τῆς Δρεπάνης]. Cur non ἐκ τῶν Δρεπάνων, uti antea? Vide Ph. Cluver. Sic. A. lib. II. p. 236. Wess.

508. 24. Τῶν νεῶν τῶν ὁρμουσῶν] Rhodom. in notar. Correct. τῶν νεῶν redundare ait. Fortasse conpendiariae auctor τῶν δὲ νεῶν, τῶν ὁρμουσῶν voluit. Lege Polybium L. I. 53. Wess.

Panormo vicinum, Vibius Sequester *Oretham*, loca aspera, quae superanda erant, ut ex Selinuntiorum finibus in agrum Panormitanum transitus pateret, Polybius L. I. 40. *τὰ στενὰ* vocat, descripta a Ph. Cluverio Sicil. Ant. L. II. p. 278. Wess.

506. 43. *Πάλιν δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων* etc.] Copulativa hic superflua est: et recurrit anantapodoton Diodoro non alienum; nisi cui libeat post *πληρούμενοι* aliquid inserere verbi, ut *ἐθορύβουν* aut simile, et *δὲ* inter *ἐπιπεσόντος* et *Καικιλίου*. Analogicus contextus hic foret: *ἐπιπεσὼν δὲ Καικίλιος ὁ ὕπατος αὐτοῖς, κατὰ κράτος αὐτοὺς ἐνίκησε, καὶ τῶν ἐλεφάντων.* Rhod. Verborum, quae defectu laborant, et corrupta sunt, sententiam non male expressit Rhodomannus. In captorum elephantorum numero ingens est dissidium, his cxx., aliis plures paucioresve annumerantibus, uti diligenter ostendit Pighius in Fastis ad. ann. dIII. p. 49. Nec dubito tamen, quin numeri nota hic sit vitiosa; longe enim infra summam est, quam plerique scriptorum signarunt. Sed vide Polyb. L. I. 40. et Florum L. II. 2. Wess.

506. 54. *Ναυσὶ — — διακοσίαις καὶ τεσσαράκοντα*] Polybius non ultra ducentas annumerat, bellique hunc fuisse annum xiv. ait L. I. 41. Wess.

506. 56. *Εἰς τὴν Πάνορμον*] *Εἰς τὸ Πάνορμον καὶ ἐ.* (*ἐ. δὲ* in Add.) — *ἦν πολ.*, et paullo ante *τῶν δὲ Σελινουντίων πόλιν.* Rhod.

506. 59. *Καὶ χωστρίδας καὶ χελώνας*] Mallem abesset media copula: notae in re militari *χωστρίδες* sunt *χελῶναι.* Vid. ad lib. II. 27. Mox iterum tamen *χελῶναι* et *χωστρίδες* distinguuntur. Wess.

506. 62. *Ἕνδεκα μυριάδες*] Si de solis accipias Romanis, numerus inmanis erit. Credo in summam additos Siculos, qui operas Romanis praestabant. Obsessos praeter civium copiam Polyb. L. I. 42. *εἰς μυρίους* sive ad x millia fuisse prodit. Itaque numeri index in sequentibus haud dubie est vitiosus. Wess. Nempe ineptum Rhodomannianae errorem ab se repetitum, *πεζοὶ ξ* pro *πεζοὶ ζ*, intuebatur Wesselingius.

506. 65. *Καὶ ἀνεθάρσησαν μετὰ τοῦ Ἀτάρβου*] Turpis *σύγχυσις*, ab Interprete non animadversa, haec foedavit. Scribi debuerat, *ἦλθεν — βοήθεια .... καὶ σῖτος μετὰ τοῦ Ἀτάρβου, καὶ ἀνεθάρσησαν.* Venit enim una cum classe, quae recentem militem et annonam circumsessis adferebat, Adherbal, uti ex Polybio L. I. 44. et clarissime ex Zonara Ann. L. VIII. p. 298. conficitur. Wess.

507. 83. *Πάντα δὲ πολεμικὰ ὄργανα*] Polybium recte feceris si inspexeris et Zonaram, hunc Annal. L. VIII. p. 299. illum L. I. 48. Wess.

507. 90. *Σπανίαν*] *Σπάνιν* Rhod. Vulgatum est in Hesychio. Wess.

507. 91. *Κρεωβροτοῦντες γὰρ μόνον* etc.] *Κρεωβοροῦν-*

τες γὰρ μόνοι ἦσαν. Sic lectio genuina habere se videtur, tametsi quid sibi velit non satis appareat. Rhod. *Κρεωβοροῦντες γὰρ μόνον* etc.] Passus sum hoc sedem suam recipere. Sed locus, ut plures in his Eclogis, mutilus est. Narraverat, credo, Diodorus, Romanos ad Lilybaeum morbo fameque fuisse inmanem in modum dirvexatos: addiderat his caussas ex corrupto victu, quas Excerptor magnam partem praeteriit. Pestilentiae et annonae defectus non oblitus est Zonaras. Wess.

507. 1. *Ἀνεθάρσησεν αὐτοὺς*] Legendum esse *ἀνεθάρσυνεν*, non fugit Rhodomanni secundas in Correct. not. curas. Wess.

507. 2. *Τῶν δὲ Ῥωμαίων τὸν ὕπατον διαδεξαμένων*] Hoc genus *διαδέχεσθαι τὸν ὕπατον*, *consuli successorem dare*, recentiori Graecorum dialecto debetur: veteres, quod quidem meminerim, ignorarunt. Frequens est in Paschali, uti vocatur, Chronico. Exempli caussa de Iustiniano p. 268. ed. Venet. *καὶ εὐθέως διεδέξατο τὸν Ἔπαρχον τῶν Πραιτωρίων Ἰωάννην καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτοῦ Ἔπαρχον τὸν Πατρίκιον Φωκᾶν. Statim Praetorii Praefectum Ioannem praefectura exuit, sublecto in eius locum Phoca Patricio.* Plura si velis, consule diligentissimum Du Cange Appendic. ad Glossar. Graec. infim. p. 55. Wess.

507. 4. *Καὶ παραλαβὼν*] *Ὃς παραλαβών. — καὶ πάλιν, ἡ θάλασσα πάντα κατεσκόρπισε.* Rhod. Claudii Pulchri insolentiam atque inconsiderantiam vide in Excerpt. ex Diodoro Peiresc. p. 271., utereque, si libitum fuerit, additamentis Rhodomanni; mihi non admodum videntur necessaria. Wess.

507. 7. *Τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε*] Scripsit auctor *ἐξήρτυσε*, ut adsolet. *Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος ἐξαρτύσας τὰς μακρὰς ναῦς* L. XVIII. 72. saepeque alias. Wess. in Add.

507. 8. *Πολεμήσων αὐτοὺς*] Praepone participio *κατὰ* vel muta *αὐτοὺς* in *αὐτοῖς*. Rhod.

507. 9. *Ἀπολέσας ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα*] Si Polybium audis, amissis navibus xciii cum reliquis xxx fugam ingressus est Claudius L. I. 51.; a Polybio parum dissentit P. Orosius, quem vide L. IV. 10., ut paene putem in numeris Diodori inesse errorem. Wess.

507. 10. *Κρατεὰν*] *Κραταιὰν* vel *καρτερὰν*. Rhod.

507. 13. *Ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντας Καρχηδονίους* etc.] Nisi ad absolutos accusativos Excerptor recurrat, haec difficulter excusabit Grammaticis. De x quoque navibus, quibus Poeni Romanorum ccx, sive, ut apud Polybium, cxxiii, exsuperaverint, iusta dubitandi caussa est. Wess.

507. 19. *Ἐκ τῆς Δρεπάνης*] Cur non *ἐκ τῶν Δρεπάνων*, uti antea? Vide Ph. Cluver. Sic. A. lib. II. p. 236. Wess.

508. 24. *Τῶν νεῶν τῶν ὁρμουσῶν*] Rhodom. in notar. Correct. *τῶν νεῶν* redundare ait. Fortasse conpendiariae auctor *τῶν δὲ νεῶν, τῶν ὁρμουσῶν* voluit. Lege Polybium L. I. 53. Wess.

508. 30. *Εἰς τὴν Φιντιάδα*] Confer lib. XXII. Eclog. 2. Oppidum erat portu defectum, *πολισμάτιον ἀλίμενον, σάλους δ' ἔχον καὶ προβολὰς*, scribit Polybius. Mox *ναῦς μεγάλας* et *μακρὰς* distinctim ponit, has longas sive militares, illas onerarias easque maiores intelligens: alioqui *μικρὰς* refingere in facili feret. Inspice Io. Schefferi Milit. Nav. L. II. 2. Wess.

508. 35. *ιζ'*] *ξ'* — *καὶ φορτηγοῖς*. Rhod.

508. 48. *Πρὸς τὴν γῆν τῆς Καμαρίνας*] *Πρὸς τῇ γῇ τῆς Καμαρίνας*. Rhod. Nescio an haec redeant Exc. Vat. p. 59. 8.

508. 51. *Κάμψαντες τὸν Πάχυνον*] Eadem Polyb. L. I. 54., cui adiunge P. Orosium L. IV. 10. Wess.

508. 57. *Ἦλθε τὸ Λιλυβαῖον*] In Addend. Rhodom. *πρὸς τὸ Λιλυβαῖον*. non male. Poterit tamen Excerptor se tueri Stephani auctoritate, qui a Lilybaeo adiectivum habet *Λιλυβαῖος*. Wess. In annot. Rhod. *ἀμφὶ τὸ* vel *κατὰ τό*.

508. 63. *Ἐκυρίευσε τοῦ χωρίου*] Carthalo non Aegithalli tantum potitus est, sed Iunium Consulem, Zonara referente, una cum praesidio, quod in oppido erat, cepit. Wess.

508. 70. *Εἰς δὲ τὸν Λόγγωνα Κατάνης etc.*] Non caret mendis hic locus, nec quomodo corrigendus et supplendus sit, apparet. Interim lego *ἐν δὲ τῇ χώρᾳ Κατάνης*. In membro etiam mox sequente defectus est post *Βάρκας ὁ Καρχηδόνιος*. Rhod. Nihil hunc locum mendosi tinnire, haud equidem dixerim. At nimia est medicina, quam vir doctissimus adhibet. Opinor voluisse Excerptorem, prope oppidum agri Catanensis *Longonem* castellum esse, cui nomen *Italio*. Id si admittas, utique mala non erunt, quae hic produntur. Ecce enim urbem tibi *Longonem* sive *Longonam* ex Stephano: *Λογγώνη, πόλις Σικελίας*. Scio diligentissimum veteris Siciliae descriptorem L. II. p. 394. Stephani illam Longonem inter urbes incerti situs retulisse, sed melius L. Holstenius et ante eum Casaubonus ad Polybium L. I. p. 136. Wess.

509. 73. Conf. Exc. Vat. p. 59. 11.

509. 81. *Παρέλαβε τὴν πόλιν*] Adi Polybium L. I. 58. et partem duntaxat Erycis intelligendam esse cognosces. Wess.

509. 83. V. Exc. Vat. p. 60. 3.

509. 86. *Λιγατῖνος δὲ ὁ ὕπατος*] Pro *Λιγατῖνος* forte scribendum *Καλατῖνος*, tametsi hic Dictator fuit, non Consul. Rhod. Verum est *Λυτάτιος*. Lutatius enim Catulus classe trecentarum navium, ut planissime Orosius L. IV. 10., in Siciliam transvectus portum ad Drepana occupavit Polybio teste L. I. 59., sive, quod idem, *τὸ Ἐρυκίνων ἐμπόριον*. Namque Erycini portu et emporio semper usi sunt, ubi postea Drepana fuerunt condita. Confer not. in L. XV. 73. Wess.

509. 92. *Πρὸς τὸν Ἔρυκα ἐρχόμενος*] Hic Anantapodoton est iterum et haud dubie defectus. Rhod. Recte et ex vero

Rhodomannus. Hanno cum valida classe missus erat Carthagine, ut popularibus, ad Erycem haerentibus, subsidio esset, delatusque ad insulam Hieram, priusquam hostes cognoscerent, ad Erycem adpellere magnopere contendebat. Consul Lutatius, cognito Hannonis consilio, ad insulas Aegates hostibus occurrit, suique potestatem fecit. Sic plenius Polybius L. I. 60. Wess. Diodorus, ut apparet etiam ex Vat. Exc. p. ed. Lips. 61. IV., non Polybium in his sequitur, sed ut videtur Philinum. Quare neque hic de lacuna cogitandum nec post ὀγδοήκοντα de supplemento: Romani enim naves octoginta perdidisse dicuntur sic ut triginta funditus, quinquaginta ex parte pessundatae sint.

509. 96. Ῥωμαῖοι δὲ ὀγδοήκοντα (ἔλαβον)] Addidi id verbum, ne oratio claudicare pergeret. Polybius Poenorum demersas fuisse naves quinquaginta, captas a Romanis αὐτάνδρους, sive una cum classiariis et vectoribus, septuaginta, praeterea captivorum ferme millia decem, lib. I. 61. prodidit. Quae vero statim succedunt, τριάκοντα μὲν εἰς τέλος, πεντήκοντα δὲ εἰς ἐπιμερισμὸν, ea non intelligo. Videtur Diodorus, modo haec eius sint, de manubiis aliquid addidisse, sed quod poëta ait,

— — *Brevis esse laboro,*
Obscurus fio — —

id Excerptori hic, uti saepe antea, usu venit. Wess.

509. 6. Ἔτη] Δὲ ἔτη. Rhod.

509. 11. Ἐπὶ ταῖς — Κυρίαις Δόξαις ἀπεφήνατο] Aurea Philosophi verba Diogenes servavit L. X. 144. ὁ δίκαιος, ἀταρακτότατος· ὁ δ᾽ ἄδικος, πλείστης ταραχῆς γέμων. ubi accuratissimum Menagium, minime Diodori oblitum, inspice. Wess.

509. 22. Λίβυες, Φοίνικες] An Λιβυφοίνικες scripsit? Φοίνικες certe, sive *Poeni*, non bene his accensentur, neque habet Polyb. L. I. 67., quem Diodorus exscripsit. Wess.

509. 23. Οἳ καὶ ἐνταασίαν τότε] Defectus hic est. Τότε autem novam sententiam exorditur. Legi interim potest οἳ καὶ ἀποστασίαν ἐποιοῦντο. Rhod.

510. 25. Τότε συνιδεῖν ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς πείρας] Haec Diodorus ex Polybio excerpsit, τότε γὰρ ἦν, scribente L. I. 84. ὡς ἔοικε συνιδεῖν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. Id bene, quod στρατηγικὴν σύνεσιν servaverit Excerptor; ea enim verior scriptura et ipsi Polybio restituenda, quemadmodum ad Lib. XV. 69. ostendimus. Wess. Conf. Exc. Vat. p. 62. 5.

510. 28. Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἁμαρτίας etc.] Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἡγεμονίας ὄντων. Rhod. Si vir doctissimus Polybii recordatus fuisset, manum haud dubie ab ἁμαρτίας voce abstinuisset. Sic ille, οὕτω καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν

ἑκουσίως; et multo melius, lib. I. 88. Egerat Diodorus, ducem suum secutus, de Uticensium et Hippacritarum continuando in defectione studio, quod spes ipsis veniae apud Poenos esset nulla, addideratque egregiam illam narrationi sententiam. Lege Excerpt. Peiresc. p. 277. Wess. Conf. Exc. Vat. p. 63. 6.

510. 34. *Καὶ τῶν σφαγέντων ἀνδρῶν τιμὰς ὑπερβαλλούσας*] Hic iterum magnus est hiatus. Non enim caussa rebellionis tantum decurtatur, sed eventus etiam belli cum aliis circumstantiis praeteritur. Rhod. *Τιμὰς ὑπερβαλλούσας* (*ἀπῄτουν*)] Addidi claudicanti orationi vocem postremam ex Polybio L. I. 68., qui conductitiorum horum militum insolentiam et enormia postulata, secutique belli caussas egregie persequitur, sicuti et Appian. Excerpt. Ursini XVIII. p. 356. Wess.

510. 36. *Ὑπὸ Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα*] Haud possum exputare cur uncinis circumdiderint *τοῦ Ἀμίλκα* nomen viri docti? nulla quidem certe caussa aderat; Amilcar enim est cognomine Barca, Hannibalis pater. Mutatur praeterea *ἐκρατύνατο* a Rhodomanno in *ἐστρατεύσατο*, quod, qui volet, adsciscat: ego Excerptoris sermoni tribuo. Ceterum quod praecessit, *καὶ ἐπολέμησαν ἔτη τέσσαρα καὶ μῆνας τέσσαρας*, eo firmari egregie potest Livianum istud e lib. XXI. 2. *his anxius curis* (Amilcar, *ita se Africo bello — per quinque annos — gessit*, cui infensior Sigonius ob Polyb. L. I. 88., fortasse hinc adiuvandum, fuit. Wess.

510. 44. *Πολεμήσας δὲ Ἴβηρας καὶ Ταρτεσίους*] Rhodomannus *πρὸς Ἴβηρας*. At solet Excerptorum auctor, exemplo meliorum, praepositionem in hoc genere negligere. Scribe vero *Ταρτησίους* aut *Ταρτησσίους*, uti oportet, et vide de Amilcaris Hispanica expeditione Appian. Iber. p. 428. Wess. In annot. Rhod. *καταπολεμήσας δὲ Ἰ.*

510. 49. *Εἰς τὰς ἰδίας στρατιὰς* vel *ἰδίους στρατιώτας*. Rhod.

510. 51. *Καὶ φυγὼν*] Hic muta *φυγὼν* in *ἔφυγεν*. et *πρὶν* in *πρό*· tum statim *πάλιν ἔφυγε καὶ τὸ πλεῖστον — διὰ ζωγρίας ἐλήφθη*. Rhod.

510. 53. *Καὶ ζωγρίας ἐλήφθη*]. Sic post pauca *ζωγρίας δὲ ἔλαβε δισχιλίους*. Quae quidem faciunt, ut nihil mutandum censeam. Ipse vir doctissimus additamentum, quod hic adstruxerat, secundis curis repudiavit ad Eclog. 8. L. XXIII., et merito. Alexandrini Interpretes Deuteron. II. 33. *οὐ κατελίπομεν ζωγρίαν*. et clarius Maccab. L. II. cap. XII. 35. *καὶ βουλόμενος τὸν κατάρατον λαβεῖν ζωγρίαν*. Ctesias Persic. c. 9. p. 637. ed. Gronov. *ζωγρίαν δὲ λαβὼν τὸν Ἀμυρταῖον*. Quibus in locis si praepositionem deesse velis, nescio an iniqua sis postulaturus. Wess.

510. 57. *Τῇ πειθῷ προσηγάγετο*] Putes hinc lucem accendi *πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις* in priore S. Paulli ad Corinth. c. II. 4. At contra accidit. Scripserat *τῇ πειθοῖ*, ut alibi Diodorus adsuevit. Vidit et hoc Rhodomannus. Wess.

510. 65. *Καλέσας αὐτὴν — Ἄκραν Λευκὴν*] Interpres *Candidam Arcem*. Cogitaveram de *Promontorio Albo*; at istud in Africa ad fretum Herculeum contra Mellariam vicum Hispaniae apud Plinium L. III. H. Nat. principio. Itaque alii Poenorum hanc in Hispania coloniam indicent. De *Helice*, nisi *Illicis* sit Plinii, aut, uti a Mela scribitur, *Illice*, quod suspicari licebit, idem iudicium esto. WESS.

511. 71. *Φιλίαν*] *Φιλίας*. RHOD.

511. 76. *Ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη*] Non ita Polybius L. II. 1., nec Appianus Iber. p. 428. Tu vise Clarissimi Ar. Drakenborchii notas ad Silium Italicum L. I. 143. Statim *ἐπὶ τοῦ ἵππου* Rhodom. mavult. WESS.

511. 80. *Ἀμίλκας μὲν οὖν, καίπερ πολλοῖς* etc.] Haec subiuncta fuisse videntur elogio, quo mortuum Amilcarem Diodorus prosecutus erat. Partem eius servant Excerpt. Peiresc. p. 278. WESS. Mox 89. *ἐκπολεμήσας* corrigit Rhod.

511. 93. *Ἔσχε θυγατέρα βασιλέως Ἴβηρον*] Lege *βασιλέως Ἰβήρων. ὑπὸ πάντων δ' Ἰβήρων*. RHOD. Non muto. Usus patitur *Ἴβηρον* et *Ἰβηρικὸν*, ut ex Stephano notum. WESS.

511. 96. *Ἣν προσηγόρευσε Νέαν Καρχηδόνα*] De Nova Carthagine, quod de matre eius Sallustius, tacere praestat, quam pauca dicere. Adi S. Bochartum de Phoenic. Colon. L. I. 35. et P. Marcam Marc. Hisp. L. II. 5. Alteram urbem ab Asdrubale conditam, ubi reperero, indicabo. WESS.

511. 99. *Ὑπὸ δὲ οἰκέτου ἐπιβουλευθεὶς ἐσφάγη*] Adsentitur Appian. Iber. p. 430., Polybius L. II. 36., Livius L. XXI. 2., neque opus est alios addere. WESS.

511. 5. *Ἀνεῖλον — ἕνα Ῥωμαίων ὕπατον*] C. Atilium, quo de Polybius L. II. 28., sicuti de priore adverso Romanis praelio ibid. cap. 25. WESS.

511. 6. *Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἔχοντες*] Lege *εἶχον*. RHOD.

Ibid. Πεζῶν μυριάδας ο', ἱππέων δὲ ἑπτακισμυρίους] Hic enorme in utroque numero mendum est, pro *ο'* forte *ε'* et pro *ἑπτακισμυρίους ἑπτακισχιλίους* scribendum. Inperfecta etiam constructio est, nec sequentia carent vitio. Lego tamen, *ἐν δύο δὲ πολέμοις* (pro *δύο μάχαις*) *ἡττημένων*, enallage numerorum auctori frequentissima. RHOD. Manum vir doctissimus a numeris mutandis cohibuisset, si in mentem venissent, quae Plinius habet L. III. 20., aut ista saltem Polybii L. II. 24. *τὸ δὲ σύμπαν πλῆθος τῶν δυναμένων ὅπλα βαστάζειν, αὐτῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων, πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΜΥΡΙΑΔΑΣ, ἱππέων δὲ εἰς ΕΠΤΑ ΜΥΡΙΑΔΑΣ*. Inde enim haec sumta. Quae succedunt, a Rhodomanno recte in ordinem rediguntur, relinquenda tamen barbari Excerptoris genio. WESS.

511. 10. *Ὥστε καὶ τὸν — θερίσαι τὸν τράχηλον*] Con-

pendiariae auctor antiquum obtinet, paucaque hinc et inde decerpendo orationem luxat. Diodorus descripserat pugnam, qua Gallorum ad XL millia perierant, captaque ferme decem fuerant una cum regulo Concolitano: addiderat regum alterius Aneroesti, ex praelio elapsi, voluntariam necem. Itaque iustum est *θερίσαι*, neque malum censebitur *ὑπ' αὐτοῦ*, sive *ὑφ' αὐτοῦ*, modo intelligatur consul Aemilius, cuius ductu atque auspiciis gesta ea sunt. Lege Polyb. L. II. 30. 31. Wess.

512. 18. *Ῥωμαίοις σῖτον ἀπέστειλε*] Saepe Hiero eiuscemodi liberalitate Romanorum horrea replesse legitur apud Livium L. XXII. 37., Eutropium L. III. 1., alios. Wess.

512. 23. *Ζακανθαίων δὲ ἡ πόλις πολιορκουμένη* etc.] Corrigebat Rhodomannus *Ζακανθαίων δὲ τῆς πόλεως πολιορκουμένης*. tum *συνήγαγον εἰς τὰ ἱερὰ τὸν χρυσόν*. Neutrum equidem probo. Priora, ut pleraque in his Eclogis, sunt defecta. In posterioribus *τὰ ἱερὰ* sunt donaria vasaque sacra. Audiatur Appian. Iber. p. 435. *τὸν μὲν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ὅσος ἦν δημόσιός τε καὶ ἰδιωτικὸς — εἰς τὴν ἀγορὰν συνήνεγκαν καὶ μολύβδῳ καὶ χαλκῷ συνεχώνευσαν, ὡς ἀχρεῖον Ἀννίβᾳ γενέσθαι.* Quae mire sunt Diodoro consentanea, sicuti etiam, quae de erumpentibus ex urbe Saguntinis et in hostes strenue pugnantibus adduntur: alii enim aliter. Conf. Livium L. XXI. 14. Mox *ἀργύρεα σκεύη* idem Rhodomannus. Wess. Tum *χωνεύσαντες δὲ* Rhod.

512. 31. *Ἑαυτὰς δι' ἀγχόνης ἀπέπνιξαν*] Rhodom. verterat *vapore fornacum semetipsas suffocarunt*, arbitratus, credo, scribendum esse *χώνης* aut *χωνείας*: dein secundis curis *pro vapore fornacum*, inquit, *verte* laqueo. *δι' ἀγχόνης enim cum doctissimo Hoeschelio est legendum*. Et bene. Verum hinc dubium id augetur, de quo ad Eclogarum initium conmemoravi. *Δι' ἀγχόνης* adpositum est margini edit. Hoeschelii, sicuti ceterae omnes emendationes, quarum partem probavi, alias repudiavi. Et omnes tamen sibi tribuit vir eruditissimus. Ut ut est, *δι' ἀγχόνης* recipiendum censui. Wess. *Ἄγχοντες* pro *διὰ χόνης* Rhod. in suae ed. margine.

512. 42. *Θνητῇ δὲ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη* etc.] Illustrat egregium hunc locum Franeisc. Iunius in Catalogo Architect. etc. p. 21. et p. 141. etc. Mox *ἐπὶ τῇ τῶν — κατασκευῇ* Rhodomannus optime. Wess.

512. 49. *Προσαγαγόντες εἰς ἀκροτάτην*] *Προαγαγόντες εἰς ἀκρότατον*. Tum *τὰς ἀγνοίας ἐλέγχων*. Rhod. *Προσάγοντες* scriptum in ed. Hoeschelii, et *προάγοντες* in annotationibus Rhodomanni. Recte tamen Wesselingius, quamvis per errorem, aoristum ponit.

513. 59. *Ἐστὶ γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων φιλόφθονα* etc.] Ornat hanc nationem, nondum intermortuam, ex virtutibus suis

Diodorus, nec minus Basilius Magnus Homil. XI. p. 25. Tom. II., quem adiisse non poenitebit. WESS.

513. 69. *Εὐδοξίαν ἐπιφέρεσθαι*] *Ἀποφέρεσθαι.* Quae statim annectuntur, sic emendo: *εἰσὶ γάρ τινες, οἶμαι, φύσεις — καὶ καθάπερ* etc. RHOD.

513. 75. *Οὔτε βουλόμεναι δρᾶν, οὔτε δυνάμεναι*] Et qui possent tandem invidentiae hac macula infecti? *Ὅσοι γὰρ τὰ καλῶς ῥηθέντα ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσι, πῶς οὗτοι ἂν τοῖς ἔργοις ὠφελήσειαν;* ut probe olim et praeclare Anaximenes. WESS.

513. 77. *Διὸ τοὺς εὐφρονοῦντας* etc.] Nescio an mutatione accusativi in dativum restituendus hic locus sit isto pacto, *τοῖς μὲν* etc. *κατωρθωκόσιν ἀρετήν·* vel post *εὐφρονοῦντας* collocetur praepositio *ἐπὶ*, vel *ἐς*, vel *πρός*. Tu, lector, iudica, et melius *εὐστόχει*. RHOD. *Διὸ (χρὴ) τοὺς εὖ φρονοῦντας* etc.] Hoc recepi, et *τοῖς κατωρθωκόσιν*, quamquam praestare nolim, ita venisse ab auctore. WESS.

513. 83. *Χειμαλειπτήσας*] Pro *χειμαλειπτήσας* repono *σωμαλειπτήσας*. Etiam hic Apodosis comparationis resecta est. RHOD. *Χειραλειπτήσας*] Verius esse *χειραλειπτήσας*, quorsum *χειμαλειπτήσας* Hoeschelianum manifesto ducit, didici ex Suida, qui in *Χειραλειπτήσας· Φάβιος Δικτάτωρ, καθάπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς πολὺν χειραλειπτήσας χρόνον, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατήντα. ἀντὶ τοῦ, ἀσκήσας τὴν χεῖρα.* Itaque id instaura, et quae de Hannibale adscripsi, tanquam non dicta habeto. Fabium enim spectant clarissimo Suidae indicio. WESS. in Add.

513. 85. *Καὶ δύναμιν πεποιημένος*] Sic pro *πεποιημένων* refingo. Pertinent ad Hannibalem, qui multis ante se certaminibus praeparaverat, quam Romanos adgrederetur. Vir doctus in not. suarum Correctionibus *περιπεποιημένων* scribendum monuerat, quasi *δύναμιν ποιεῖσθαι* a sermonis genio abluderet, quod secus esse ad L. XI. 39. exemplis firmavi. WESS.

513. 87. *Σώσιλος δὲ ὁ Ἴλιος*] Rhodom. *ὁ Ἠλιεύς.* Vulgatum defendet Stephanus Byzant. in *Ἴλιον.* Sosilum ob aniles fabulas et leves rumusculos historiae insertos graviter taxat Polybius L. III. 20. Vide Vossium Histor. Graec. L. I. 17. male haec exscribentem atque ea ex caussa notatum a Bosio ad Nepot. Hannib. c. 13. Menodoti vero, domo Perinthii, qui res Graecas commentariis suis est conplexus, apud alios plerosque obscurissima est fama. Vossius plures eo nomine recenset, de Perinthio nihil. Habet hominem Io. Ionsius Lib. IV. de Script. H. Phil. sect. 37., sed aliam in patriam transcriptum. *Menodotus Corinthius,* inquit, *libris* XIV. *τὰ Ἑλληνικὰ complexus est, ut auctor est Diodorus Sic. Ecl. L. XXVI.;* quem quidem errorem Rhodomanni Latinis debet, in quibus et domo *Corinthius* et scriptor librorum XIV

perhibebatur. Mihi suspicio est, neque enim asseverari potest, Menodotum ab eo non esse diversum, quem Diogenes Laërtius L. II. 104. et lib. IX. 115. testem adpellavit. WESS.

513. 90. *Κατὰ δὲ Ῥωμαίους ἡ λεγεὼν* etc.] Vide distinctius in describendis legionibus militumque, qui in singulis, numero versatum Polyb. L. II. 24. et III. 107. et Appianum Hannib. p. 550. WESS.

513. 93. *Τῇ τῶν φθασάντων — συνεπιτίθεσθαι*] *Τῶν πταισάντων — συνεπιτίθενται. τὴν γὰρ ψυχὴν* etc. Etiam hic cento imperfectum habet sensum. RHOD.

513. 98. *Ἀργυρίου ἓξ τάλαντα*] Legebatur *ἀργυρίους τάλαντα*, quod viri docti Hoeschel. et Rhodom. prudenter mutaverunt in *ἀργυρίου ς' τάλαντα*. Est tamen, qui numeri notam suspectam facit, Polybius L. IV. 88., plura talenta ab Hierone in Rhodios benignissime collata referens. Ceterum si Diodorus terrae tremorem, quo colossus Rhodius et Rhodus ipsa corruit, Hannibale in Italia bellum gerente accidisse censuit, ut rerum series videtur innuere, in errore fuit. Citius enim terra movit subversusque colossus est, uti dona Seleuci Callinici et Antigoni Dosonis, de quibus Polybius, expostulant. Lege Simson. Chron. ad ann. 377. Forte Diodorus, Hieronis mortem, quam hoc contigisse tempore Excerpt. Peiresc. p. 281. indicant, referens, eius in elogio, istius in Rhodios liberalitatis meminerat. WESS.

513. 2. *Ἡ νῦν καλουμένη Φιλιππόπολις* etc.] Habet ex Polybio L. V. 100. *Μακεδόνας δ' εἰσοικίσας* (Philippus) *Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν.* quo loco cum Palmerius *Φιλίππους τὴν πόλιν* corrigit, viri sollertiam laudo; nec sequor tamen. Haec Excerpta Polybianae scripturae patrocinantur, neque nocet admodum Stephanus. Nam ceteri isti scriptores, quos testimonium dicere iussit, Philippos Thraciae manifesto errore in Thessaliam transportarunt. WESS.

514. 4. *Καὶ μύρων παντοίων καὶ παντοίας* etc.] Ante haec insere *χρῆσις*, tum *καὶ μύρων παντοίων πολυτέλεια*. Tres autem voces *καὶ παντοίας τρυφῆς* supposititiae videntur. RHOD. *Καὶ μαλακῆς εὐνῆς καὶ μύρων* etc.] Nihil addi debet neque auferri; tantum *παντοίας τροφῆς* scribe, et sana omnia praestabit auctor ipse in Excerpt. Vales. p. 278. Descripserat his Campanas delicias, quibus acer ille et paene invictus Hannibalis exercitus plane infractus est. Itaque *τὴν μὲν μαλακὴν καὶ — ὑπομονὴν* nihil hoc quidem loco est. Succurrebat Rhodomannus, *τὴν μὴ μαλακὴν* substituendo. Quanto rectius ipsemet auctor in Excerptis illis *τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ* etc. WESS.

514. 11. *Καὶ τὰς πόλεις τῆς Ῥώμης Βρεττανίας* etc.] Pro *Βρεττανίας* restituendum *Βρεττίας*. RHOD. *Καὶ τὰς — τῆς*

'Ῥώμης (καὶ) Βρεττίας etc.] Hoc secutus sum, tametsi non ignorem Cl. Salmasium verbis istis usum fuisse ad Solin. p. 227., ut Athenaeum Βρεττανίαν, *Bruttium* adpellasse teneret. Puto indoctorum amanuensium haec esse delicta, adstipulorque et Casaubono in Athen. L. V. 11. et Holstenio ad Steph. Σάμνιον, paria arbitratis. Mox ἕως Κροτώνης Graecorum recentiorum est: neque cum vero bene congruit, omnes Italiae urbes, Roma atque Neapoli exceptis, in victoris Hannibalis ius et ditionem concessisse. Atque haec sufficiant. Laetabimur, si citra offensas graviores ex lacunosis istis incilibus et salebris emersisse videamur. Wess.

ANNOTATIONES

IN

EXCERPTA PHOTII LIB. XXXI.—XL.

515. 15. *Καὶ τὸ τελευταῖον — τὸ κύκνειον ᾄσαντες*] Habet hoc Diodorus ex Polybii historiis, unde pleraque haec verbo tenus descripta sunt. Vid. Excerpt. Legat. p. 1280. ed. Gron. Wess. Conf. infra p. 624. 94. et Exc. Vat. p. 91. 30.

515. 18. *Διόπερ ἰδεῖν ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις* etc.] Haec superioribus non satis apta connexaque sunt. Puto fuisse a Diodoro adscripta post memoratam contentionem, quae Romae inter Praetorem Iuventium Thalnam et M. Antonium Pomponiumque tribunos plebis fuit, utrum Rhodiis bellum esset inferendum an delictum condonandum. Refer huc Eclog. Ursini ex Diodoro XIX. et quae apud Livium L. XLV. 21. Wess.

515. 26. *Καὶ τὰς ἀλλ. ἐπιβολὰς λυμ. βλάπτειν* etc.] Ita correxit Rhodom., addicentibus scriptis libris. Wess. Etiam *ἀλλήλων* correxerat Rhod., quod neglexit Wesselingius.

516. 36. *Ὃ χρὴ παθεῖν*] Glossema in margine omnino putidum est, *παθεῖν τὸν κατὰ πόλιν* etc. Rhod.

516. 38. *Εἰς τὸν ἐν Ἄλβαις κάρκαρον*] De carcere Albano Strabo L. V. p. 368. cum not. Casauboni, et viri docti ad Velleium L. I. 11. Videtur autem Diodorus consulto Latinum retinuisse vocabulum, sicuti et Plut. in P. Aemil. p. 274. F. Mox *ἐννεακλίνου* iustum est. Wess.

516. 53. *Συμπαθεῖς γὰρ οὗτοι γενόμενοι διὰ τὸ* etc.] Auxi orationem paucis verbis ex scripto Amstelodamensi et eo libro, quem H. Steph. in Italia versaverat. Opportuna sunt scriptorisque dictioni concinunt egregie. Wess.

516. 58. *Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γλυκὺ — ὡς τὸ ζῆν*] Experiuntur id plerique omnes. Eleganter et vere auctor Elegiae de Spe:

Credula res: quam nulla potest fortuna fugare,
Spes stat in extremis officiosa malis.
Spes vetat aeternis mortis requiescere portis,
Et curas ferro rumpere sollicitas.

Lege Synesium de Insomn. p. 146. B. Wess. Conf. Exc. Vat. p. 92. 10.

516. 61. *Εἰ μὴ Μάρκος Αἰμίλιος προκαθ. τοῦ βουλευτηρίου*] In Latinis *curiae praesidens*. Ego *principem senatus* mallem. M. enim Aemilius Lepidus ab tertiis iam censoribus princeps fuerat lectus, teste Livio L. XLIII. 15. Scio Plutarchum in Aemil. p. 274. mutatum Persae carcerem Paullo Aemilio contribuere, quae res nihil habet difficultatis. Potuit auctore Paullo Aemilio ad Senatum M. Aemilius referre, ut in libera custodia rex haberetur. At istud *περὶ αὐτὸν ἀξίωμα* non satis placet. Invenit H. Valesius in Excerpt. Porphyrogennetae *τηρῶν τὸ τῆς βουλῆς ἀξίωμα*· unde rectius fuerat *περὶ αὐτὴν*, quod Rhodom. expressit. Cultius praeterea arbitror, quod idem Vales. ex schedis productum laudavit, *τὸν ἐξ ἀνθρώπων φόβον*. Wess.

516. 70. *Διετῆ γὰρ χρόνον φιλοψυχήσας* etc.] Quadriennio postquam captus fuerat, Perses Albae in libera custodia decessit, si Velleio veritas constat L. I. 11. Accedit Porphyrius parum discrepans in Excerpt. Scaligeri, *εἰς Ἄλβην μετατεθεὶς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη τελευτᾷ*. Fors itaque peccatum in annis istis duobus est. Periisse vero Persen insomniis, Mithridates Epist. ad Arsacem inter Sallustii Fragm. L. IV. Histor. et Plut. Aemil. p. 275. indicant. Ceterum paullo ante *κεναῖς ἐλπίσι προσανέχων* a scriptore venisse censui. Nam errantes librarios in istis saepe labi, quis est, quem fugiat? Wess.

517. 73. *Ὅτι λέγουσιν — ἑαυτοὺς ὡς τῆς Καππαδοκίας* etc.] Videtur Diodorus occasione legationis, qua Ariarathes amicitiam cum Romanis renovavit apud Livium Epit. lib. XLVI. et Polyb. Legat. cix. p. 1302. de regum Cappadocum origine istam *παρέκβασιν* instituisse. At quid sibi volunt haec Syncelli Chronograph. p. 219. *Καππαδόκων βασιλεῖς ἑπτὰ χρόνους ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα διαρκέσαντες, κατὰ τούτους ἤρξαντο τοὺς χρόνους, ὡς Διόδωρος γράφει. Cappadocum reges septem annis* CLX *regnando perseverantes hac aetate, ut Diodorus scribit, prima regni fundamenta posuerunt?* Equidem, verum ut fatear, non omnia laudo. Illic quae describuntur, conveniunt pleraque in tempus belli Punici primi, aut illi certe proximum. Atqui inde prima regni Cappadocum initia exorsum esse Diodorum, res est falsissima. Ad hoc septem ait Syncellus Cappadocum fuisse reges: hic recensentur plures. Adde eos, qui Ariarathen, de quo auctor Ecloga hac extrema, continua serie usque ad Ariarathen Ariarathae et Laudices F., quem Mithridates per summum scelus occidit, exceperunt, et plures in catalogum addendi erunt. Vide tamen an hoc Syncellus spectaverit. Indicat Diodorus hac Ecloga Ariarathen, filium Ariarathae, quem vita et regno Macedones everterunt, Cappadociam armis recuperatam filio Ariamnae reliquisse. Puto eundem superioribus libris perhibuisse, ab

isto Ariarathe, aut, si mavis Ariamne, nova regni Cappadocum instaurati primordia coepta esse, continuatamque eius administrationem in annos CLX. usque ad ultimum Ariarathen. Congruent tempora, modo ultimi Ariarathae mors, neque esse quod inpediat videtur, in principium Olymp. CLXX. referatur. Eam vero Syncelli verborum sententiam si qui reiiciant, sponte melioribus cedam. WESS.

517. 78. *Ἀδελφὴν ὑπάρξαι γνησίαν Ἀττόσαν*] Retinendum *Ἀτόσσαν*, alterum in marginem relegandum. RHOD.

517. 81. *Παῖδα Γάλλον*] Hoccine iuveni nomen fuerit an *Γάμος*, non dixero. *ΓΑΜΟΝ* et *ΓΑΛΛΟΝ* una duntaxat litera, ad scripturae errorem progenerandum prona, distinguit. Mox *εἰς Κῦρον* bene schedae. Porro Anapham, quem auctor unum e septem Persiae principibus perhibet ex Cappadocum sententia, Ctesias Persic. c. 14. Onopham adpellat. Scribe praeterea *ᾧ φασι δι' ἀνδρείαν συγχωρηθῆναι*, ut oratio sibi constet. WESS.

517. 95. *Καὶ Ὀλοφέρνης*] Infra eodem nomine alius est, qui tamen in Excerpt. Peiresc. p. 335. *Ὀροφέρνης*, etiam apud Athen. L. X. 11. p. 440. et Iustinum L. XXXV. 1., sed Legat. CXXVI. Polybii *Ὀλοφέρνης* et Appian. Syr. p. 189. WESS.

517. 12. *Πεσόντος τε ἐν τῇ μάχῃ*] Captus Ariarathes est et victoris arbitrio in crucem sublatus, ut ipsemet Diodorus L. XVIII. 16., et Arrianus cum Luciano, quos ibid. excitavi testes, prodiderunt. Accedat in cumulum Appianus Mithridat. p. 302. *Ἀριαράθην Καππαδοκίας ἡγούμενον — εἷλε* (Perdiccas) *καὶ ἐκρέμασε*. Forsan ergo hoc Photio debetur. WESS.

518. 19. *Παρὰ τοῦ βασιλέως — Ἀρδοάτου*] Hominem ignorant Armeniorum annales a Mose Chorenensi in ordinem digesti: quod quidem minime mirum. Parum enim antiquissimas patriae suae res habuit exploratas. Praetereunt etiam, si bene memini, alii. Post pauca *Μακεδόνας* scriptum olim fuisse, pulcre animadvertit Rhodomannus. Rei series et scripti Codd. idem sibi postulant. WESS.

518. 26. *Τὴν τούτου θυγατέρα Στρατονίκην συνῴκισε*] Puella id nominis ab avia Stratonice, feminarum nobilissima, quam Smyrnaei *Θεὰν Στρατονίκην* in Oxoniensi marmore vocant, inpetrasse videtur. De nuptiis eius et Ariarathae, quantum quidem recordor, tacent alii. WESS.

518. 35. *Ὀνομαζομένην Ἀντιοχίδα*] Eadem Appianus Syriac. p. 145. Hac affinitate Antiochus Ariarathen sibi adiunxit in belli adversus Romanos consortionem. Confer Livium L. XXXVII. 39. et XXXVIII. 39. WESS.

518. 50. *Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον — προέβη τὰ — εὐνοίας*] Ab hac patris filiique laudabili contentione *ΕΥΣΕΒΟΥΣ* titulum, quo Ariarathen numi ornant, repetunt viri docti, Nonius ad

Goltzii Numism. p. 305. et Seguinus Select Numism. p. 61., sed dubia admodum coniectura, ut bene vidit Illust. Ez. Spanhemius de Usu et Praestant. Num. Diss. VIII. p. 469. Wess.

518. 59. *Ἐμβιώτερον ὑπῆρχεν*] Pro *ἐμβιώτερον* scribe *ἐμβιωτήριον*, quo vocabulo vix quidquam elegantius est. Rhod. *Ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν*] Placet viri doctissimi iudicium, etsi simile exemplum non sit ad manus. *Ἐμβιοῦν* illorum est, qui iucunde et libenter alicubi vitam agunt. Libanius T. II. p. 268. B. *ἦν μὲν οὖν γνώμη τῷ νεανίσκῳ ταῖς Ἀθήναις ἐμβιῶναί τε καὶ ἐντελευτῆσαι.* quo modo Eusebius *ἐμβιῶναι καὶ ἐγγηράσκειν* coniungit Praep. Evangel. L. V. 33. p. 229. D. Ipsam rem, de qua agitur, firmare Epistolae poterunt Carneadis ad hunc Ariarathen, quarum Diogenes L. IX. 65. meminit. Wess.

518. 64. *Τῶν γὰρ Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις* etc.] Haec partem fecerunt descriptionis iustorum, quae magnifica Aemilio Paullo fuerant persoluta: id Photius planissime indicat. Addiderat auctor Paulli meritissimas laudes, quarum reliquias Excerpta dabunt Peiresc. p. 325. Cetera, quae hic produntur, a Polybio copiosius et cultius traduntur L. VI. 51. Mox Rhodom. *γινώσκειν ἐφ' ὅσον ἕκαστοι* pro *ἕκαστος* ex margine adsciscit. Wess.

519. 81. *Ὡς Μέμμιος ἐξαπέλεκυς*] Quae librarii mutant, omnes ineptias post se relinquunt. *Ἐξαπέλεκυς* praetor est, uti in Excerpt. Peiresc. p. 346., *ἐξαπέλεκυς ἀρχὴ* praetura apud Polybium L. III. 40. Caussam, cur Graeci ita vocarint, ignorat nemo. De Memmio praetore alii certiora docebunt. Mihi Mummius esse videtur, de quo Appianus Iberic. p. 483. Wess.

519. 83. *Καὶ λαβόντες ἐκπαράσκευον*] Muta *ἐκπαράσκευον* in *ἀπαράσκευον*. Nam lectio marginis prorsus aliena est. Rhod.

519. 86. *Οἱ μὲν Ἀρουακοὶ*] *Lusitanos* verterat Interpres, aliud agens. *Arevaci* sunt sive *Arevacae*, *Ἀραιουάκαι*, *Ἀρεουάκαι* Ptolemaeo et Straboni. Scribe ergo *Ἀρεουακοί*. Wess.

519. 91. *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ μὲν τῆς μάχης* etc.] De pugna Alexandri cum Demetrio legatur Iosephus Antiq. Iudaic. L. XIII. 418. Rhod.

519. 93. *Εἰς τὰς καλουμένας Ἄβας*] Quaerendae sunt Abae istae Arabicae; nam, quod suspicabar olim, *εἰς τὰς καλουμένας Σάβας*, id, etsi haud male et hic et in sequentibus videatur posse convenire, nemini obtrudo. Vid. supra L. III. 47. Porro Arabum regulus *Diocles*, ad quem Alexander Balas fugit, forte Malchus est Iosephi A. I. lib. XIII. 5. 1., aut *Elmalchuel* scriptoris libri Maccabaeor. I. cap. XI. 39., ubi Grotium vide. Namque ad eum Alexander iste filium Antiochum alendum et servandum miserat. Wess.

519. 6. *Ἔνθα — Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι*] Seleuciae erat. Zosimus L. I. 57. *ἐν Σελευκείᾳ κατὰ Κιλικίαν*

Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο, καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. et quidem propter ipsum mare in litore, sicuti egregie docetur a Basilio Seleuciensi praesule lib. II. de Mirac. S. Theclae p. 136. et in eiusdem vita p. 122. ed. Pantini. Wess.

519. 8. Ἐνεγκόντα θεὸν δίμορφον] Hermaphroditum intellige, alioqui θέαν haud foret absurdum. Wess.

520. 18. Προικίσας συγκατῴκισε] Notetur verbum in Lexicis hactenus desideratum προικίζειν, id est, *dotare*. Laërtius προῖκα ἐπιδιδόναι. Philo (p. 787.) προικιζέτω τὴν παῖδα ὁ φθορεὺς ἄλλῳ, ζημιούμενος χρήμασιν. Epiphanius p. 456., μὴ πεπροικισμέναι ὑπὸ τοῦ λόγου. atque inde ὁ προικισμὸς ibidem. Horum prototypum est ἡ προὶξ, *dos:* hinc θεράπαιναι προικίδιαι apud Philonem lib. περὶ εὐγενείας (p. 909.) Ἄπροικον γῆμαι, ἀπάγειν, λαβεῖν Lucianus, Athenaeus, Laërtius. Hoeschel.

520. 24. Ἔπειτα τῷ πυρετῷ μεγάλων etc.] Restitue ἔπειτα καὶ πυρετῶν μεγάλων. Aut inter τῷ et πυρετῶν insere πάθει vel οἰδήματι. Non equidem minori admiratione dignum est, quod annales Teutonici (Historicae relationis titulo) hoc anno, quo ista vertimus, CIↃ IↃCI., de mercenario quodam milite, Daniele Burcamero, memoriae produnt et confirmant. Is enim tametsi androgynus erat, ducta ante septennium uxore, hactenus ἄπαις ob impotentiam cum illa vixerat. Superiori autem anno in Belgio ex venerea cum Hispano quodam coitione praegnans factus, mense Maio foemellam peperit, quae in sacro Christi lavacro Elisabethae nomen accepit. Mammam tamen alteram, in quo latere virilia sunt, inutilem ad lac infanti praebendum habere ibidem memoratur. Hoc pro demonstratione nobis fuerit, non καθόλου verum esse, quod de ἀγονίᾳ seu sterilitate Hermaphroditorum vulgo perhibetur. Rhod. Si πυρετῶν legeretur sublato articulo, sana possent haec videri. Statim περὶ τὸ ἦτρον fuisse videtur: nam τὸ ὑπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ, ὑπογάστριον καὶ ΗΤΡΟΝ, Rufus Ephesius ait. Ceterum *de mutatione sexus narrantur aliquot exempla cum a Medicis, tum a Plinio historiarum lib. VII. 4., a Ioanne Ioviano Pontano L. X. de Reb. Coelestib. c. 5.,* quae Hoeschelii ad hunc locum verba. Alia si velis, adi Phlegontem Trallianum de Reb. Mirab. c. 6. etc. Mercurialem Lect. Var. L. VI. 20., Vivem et Coqueum ad Augustini L. III. Civit. D. cap. 31. et quae sua aetate Romae contigisse memorat Burnetus in Epistol. ex itinere scriptis p. 170. Wess.

520. 37. Ἀγωγὴν οἰκουρὸν καὶ ὕπανδρον διαφυλάττειν] Feminam ὕπανδρον S. Paullus ad Rom. VII. 2. Polyb. Excerpt. p. 1390., Artemidorus Oneirocrit. L. I. 80., et οἰκουρὸν idem Paullus ad Tit. c. II., Philo de Exsecr. p. 932., Dio Cassius L. LVI. p. 657. Artemidorus L. II. 33., Euripides Hecub. v. 1276., aliique memorant, quod indicasse satis erit: neque enim nunc vacat, singula excutere. Wess.

520. 39. *Ἑρμαφρόδιτον εἶναι*] *Ἀῤῥενόθηλυν* Nazianzenus, *ἀνδρόγυνον* Lucianus, *γύνανδρον* Philo. Hoeschel.

520. 42. *Ταῖς ἀῤῥενικαῖς συμπεριφοραῖς καθωμιλῆσθαι*] Vide not. in L. III. 63. p. 233. Wess.

520. 59. *Τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι* etc.] Diodori textum ita in ordinem redigendum esse puto: *τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι, καὶ θυμῷ τετολμηκότι τὴν καθυποκρινομένην ἐσθῆτα λύσασαν δεῖξαι πᾶσι τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν*. Rhod. Illust. Scaliger malebat *τὴν καθυποκρινομένην τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν ἐσθῆτα λύσασαν·* quod conmodius. Wess.

521. 71. *Δι' ὧν ἐξωδεύοντο*] *Δι' ἧς*, nisi enallagen statuas, potius foret. Wess.

521. 79. *Φανέντος τοῦ βασιλέως*] Vide scriptumne fuerit *σφαγέντος* ob ea, quae de regis Alexandri caede Eclogae principio prodita sunt? Mihi id quid significantius et grandius accideret, nisi tu, Lector, aliud censeas. Wess.

521. 92. *Αὕτη τὸν ἐπὶ τῆς φύσεως ἀποδεδειγμένον* etc.] Legisse Interpretem *ἀπὸ τῆς φύσεως* ex eius Latinis arbitreris. *Ἐπὶ* si retineatur, tum *φύσις* eam partem, ut saepe, notabit, qua feminae censentur. Vide Artemidorum L. V. 63. Mox *παρ' αὐτὸν — καλούμενον κτένα, τόπου* etc. ex Stephani schedis, secutus Scaligeri et Rhodomanni iudicium, probavi. Wess.

521. 93. *Παρ' αὐτὸν δὲ τὸν καλούμενον τόπον συριγγωθέντος* etc.] Hic intertexendum *κτένα* et *τόπον* in *τόπου* vertendum. Rhod.

522. 21. *Καὶ τὰ τοῖς ἄῤῥεσιν ἀόρατα ἰδοῦσα*] De Dianae apud Epidaurios sacris Pausanias L. II. 27. Contra vero Tiresiae; si fabulis fides, accidit, qui inprudens lavantem cum vidisset Minervam, in feminam perhibetur mutatus a Io. Malala Chronograph. p. 47. Tu vide Ill. Spanhemium in Callimachi H. Pallad. v. 82. p. 605. Wess.

522. 33. *Κατ' ἀρχὰς γοῦν τοῦ Μαρσικοῦ πολέμου* etc.] Prodigia, quae sub Marsici belli initium Romam terruerunt, describuntur plura ab Sisenna in Ciceron. L. I. Divin. c. 44. et P. Orosio L. V. 18., androgynum tamen praetereuntibus. Wess.

522. 38. *Ζῶντα προστάξαι καῦσαι*] Plerumque in mare deportabantur haruspicum praecepto. Lege Schefferi notam ad Iul. Obsequentem c. 81. Nec conbustorum tamen desunt exempla. Memorabile est, modo verum, apud Phlegontem Rer. Mirabil. c. 2. Wess.

522. 46. *Καὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλήλας ὀχεύειν*] Sic Aelian. de Animal. L. I. 25. Oppianus Cyneget. L. III. 289. pluresque alii, a Leone Allatio in unum conducti ad Eustathii Hexaëmer. p. 183. Wess.

522. 49. *Προσώρισται τὸ ψευδογραφοῦν* etc.] Videntur haec manca atque una alterave defecta voce. Recte vero fabulam de

gemino hyaenarum sexu explodit, plane consentiens Aristoteli Hist. Animal. L. VI. 32., ubi ἡ δὲ θήλεια ὕαινα ἔχει μέν τι ὅμοιον τῷ τοῦ ἄῤῥενος λεγομένῳ αἰδοίῳ nisi cum Clariss. Cor. Pauw ad Horapollin. p. 386. legeris, oratio non constabit. Philosopho adstipulatur Eustathius Hexaëm. p. 39. Wess.

522. 59. Ὕψος μὲν εἶναι πηχῶν τεσσαράκοντα] Lege Appianum de Bell. Punic. p. 95., haec accuratius exsequentem. Statim Rhodomannus καίτοι τοιούτων ὄντων praefert. Wess.

523. 64. Ὅτι Μασανάσσης etc.] *Masinissa.* Scripti omnes et H. Steph. editio Μανασσῆς, quod ut suspectum reieci in marginem. Illud reperies apud Plut. in vita Catonis Maioris (p. 352. A.) et alibi; pro quo in Polybii excerptis Ecloga CXVIII. Μεσσανάσσης legitur. Apud Lucianum in Macrob. (cap. 17.) Μασσινισσᾶς. Hoeschel.

523. 65. Ἐνενήκοντα μὲν ἐβίω ἔτη] Lege, quae de Masinissae aetate disputavi Observat. L. I. 29. De liberis, quos moriens reliquit, inter veteres non convenit. Nempe gentis more ex concubinis plures tulerat, legitimos pauciores. Hinc discordia. Vide Eutropium L. IV. 11., Valer. Maxim. L. V. 2. 4. Extern. Appianum Punic. p. 106. Zonaram Annal. L. IX. p. 351. Wess.

523. 73. Ἐπὶ δὲ τὸν ἵππον ἐπιβαίνων συνεχῶς etc.] Hoc vulgato praetuli. Aemulatur Polybium Excerpt. p. 1472. καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἵππων κακοπάθειαν ἡμέραν καὶ νύκτα συνεχῶς διακαρτερῶν, οὐδὲν ἔπασχεν etc. Wess.

523. 77. Υἱὸν εἶχε τετραετῆ] Idem ex Polybio narrare Plutarchum libro εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον p. 791. adscripserat Hoeschelius. Tu vide Polybii Excerpt. p. 1472. Wess.

523. 79. Ὡς ἑκάστῳ τῶν υἱῶν ἀπολιπεῖν etc.] Nihil huius apud Polybium. Is auctor est, Masinissam, cum Numidia ante suam aetatem frugibus ferendis parum felix censeretur, reapse ostendisse nullum esse fructum, quem ferre recuset: πρῶτος καὶ μόνος ὑπέδειξε, διότι δύναται πάντας ἐκφέρειν τοὺς ἡμέρους καρποὺς, οὐδ᾽ ὁποίας ἧττον, ἑκάστῳ τῶν καρπῶν ἐν διαστάσει μυριοπληθεῖς ἀγροὺς κατασκευάσας παμφόρους. Postrema, quae vides, his originem, nisi fallor, dederunt. Legisse enim videtur ἑκάστῳ τῶν παιδῶν ἐν διαστ. μυριοπλέθρους etc., quam recte non dixero. L. Kusterus ad Suidam in Μασανάσσης in Polybianis illis frustra diligentiam exercuit. Wess.

523. 84. Καὶ καταφυγόντα — ἀνελὼν] Copiosius hac de caede Zonaras Annal. L. IX. p. 351. Prusias iste cognomento Κυνηγὸς, victo Perse Macedonum rege, turpissime Romanis blanditus est, eorum sese libertum professus. Vide Ursini ex Diodoro Ecl. XXII. Wess.

523. 90. Ὕστερον δὲ Οὐριάτθου κυρήσαντες] Hoc elegi, quamquam Οὐιριάτθου verius est. Hominis genus vitaeque institutum pari paene modo describit Dio Cassius in Excerpt. Pei-

rese. p. 614. Statim Rhodomannus ὀρείῳ βίῳ συνήθης σύνεργον εἶχεν in not. Correction., quod et paullo audacius et minime necessarium. Wess.

524. 6. *Καὶ κατ᾽ ἀξίαν — ἔξῆρε τοῖς δώροις*] Videbantur haec posse tolerari. At unde ἐξαιρέτοις δώροις natum dicemus? An errore calami? Imo vero secus habet. Ostendunt, quid auctor dederit ipse, videlicet κατ᾽ ἀξίαν τιμῶν τοὺς ἀνδραγαθήσαντας ἐξαιρέτοις δώροις. Inspice Excerpt. Peiresc. p. 346., et falsum me negabis. Wess.

524. 10. *Οὐϊτέλιον αὐτῷ καταπολ. στρατῷ*] Pro *Vitellio* Flori Epitome (Epit. Livii lib. LII.) edit *M. Vetilium*. Οὐετίλιον ergo scribendum. Rhod. Οὐετίλιον Appianus Iber. p. 490. et Orosius L. V. 4. itidem adpellant, sed hic fuga cum paucis elapsum addit, quod Diodorus, Livius, Appianus infitiantur. Vide viros clarissimos Duker. et Drakenborch. ad Livii Epit. LII. Doctissimus Freinshem. ad Flori L. II. 17. alibi animum habuit occupatum, cum *Claudium Unimanum*, quem Viriathus simili clade oppressit, a Diodoro Vitellium nuncupari memorat. Wess. Scripturae Οὐιτέλλιος Suetonii de hoc Vitellio silentium Vitell. c. 1. opponit Beckerus Commentat. de Viriatho p. 112. Atque ille quoque Vitellius qui Gracchi caput abscidit infra p. 604. 59. uni Diodoro sic dicitur, reliquis Septimuleius.

524. 14. *Εἶτα ἀναλαβὼν*] Deest ἑαυτόν. De Fabio Serviliano eiusque gestis qua prosperis qua adversis in Hispania rebus et foedere cum Viriatho, aequis conditionibus sociato, Appian. Iber. p. 497. Wess.

524. 16. *Ἀλλ᾽ ὄγε Σκηπίων*] Restitue ex Flori L. II. 17. Κηπίων, vel Καιπίων. Adhibe etiam C. Sigonii Commentarios de Fast. Rom. U. C. ann. IↃCXIII. *Τιύταμον* Appianus Tantalum vocat. Rhod. *Ἀλλ᾽ ὄγε Καιπίων*] Sic scripsi, Fastis postulantibus. Librariis saepe usu venit, ut, spreto *Caepionis* nomine, notius *Scipionis* adsumerent. Exempla dabit Celeb. Iac. Perizonius Animad. Histor. c. X. p. 426. Wess.

524. 25. *Ὡς Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς* etc.] Antiochus Pius, sive Sidetes, est, de quo Hierosolyma obsidente Iosephus Ant. L. XIII. 8. 2. Wess.

524. 36. *Τοὺς γὰρ ἀλφοὺς ἢ λέπρας ἔχοντας* et seq.] *Fabulam de Iudaeis propter lepram, sive tabem, quae corpora foedaret, Aegypto pulsis ut veram commemorat quoque* Cornel. Tacitus *lib. Histor. V.* 3. quae Hoeschelii verba. Conmemorant eandem, uti notum, gentis odio plures. Quin ipsum Mosem vitiligine infectum et propterea Ἄλφα dictum, διότι ἀλφοῖς το σῶμα κατάστικτος ἦν, ait Helladius apud Phot. Biblioth. Cod. CCLXXIX. Cuius calumniae originem optime vestigasse mihi videtur Camp. Vitringa Observat. Sacr. Dissert. III. lib. I. cap. 1.

Namque quae Io. Nicolai in Disquisit. de Mose Alpha c. 2. et seqq. conduxit, arcessita nimis sunt. WESS.

525. 48. *Οὐ νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα*] Pontificem seu *ἀρχιερέα* intelligi, nemo ignorat. Tralatitium enim id est, et saepe obvium. Quem *ἱερέα* vocaverat, is brevi post *ἀρχιερεὺς* apud Porphyrium de Abstin. L. I. 25. Romanorum Pontifex magnus Graecis modo *ἱερεὺς*, modo *ἀρχιερεὺς* audit, docente Spanhemio Dissert. XII. de Praest. Num. p. 423. Sed quid aliena conquiro? Iudaeorum summus antistes *ἱερεὺς* in S. Matth. Evang. c. VIII. 4., Lucae A. A. c. V. 24., Epist. ad Hebr. X. 11. dicitur. WESS.

525. 50. *Ἄγαλμα ἀνδρὸς — καθήμενον ἐπ' ὄνου*] Antiochi Epiphanis aetate de asino, asinique capite in sanctissimo templi penetrali reperto, spargi plura sunt coepta, quae Iudaeorum osores, sibi tamen parum constantes, cupide arripuerunt, merito notati a Iosepho L. II. C. Apionem c. 7. et seqq. Diodorus, ut Eclog. L. XL. indicat, Iudaeos Mosemque huius stultitiae absolvit. WESS.

525. 55. *Αὐτὸς δὲ συστήσας τὴν μισανθρωπίαν*] Non dubito, quin legendum sit *μισήσας*. quod facillimo errore in *συστήσας* a librario inerudito vel negligente mutari potuit. Et hanc sententiam ipse contextus evincit. RHOD. Sic iam Steph.

525. 59. *Προσέταξε τῷ — ζωμῷ — καταῤῥᾶναι*] Non multum ab istis abludunt haec Iosephi de Antiocho Epiphane, *ὃς μὲν κατέθυεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, τὸν νεὼν δὲ τῷ ζωμῷ τούτων περιεῤῥαινε, συγχέας τὰ Ἰουδαίων νόμιμα* Antiq. L. XIII. 8. 2. Sed plura Antiochus ille designavit, edictoque proposito, aris pro foribus positis cunctos thus adolere, hederaque coronatos Baccho pompam instituere iussit: si qui recusent, eos post ludibria et tormenta neci dandos omnes: *βωμοὺς πρὸ τῶν θυρῶν τιθέντας ἅπαντας ἐπιθύσειν, καὶ κισσοῖς ἐστεφανωμένους πομπεύειν τῷ Διονύσῳ. τοὺς δὲ μὴ βουλομένους ὑποτάσσεσθαι, τούτους μετὰ ἐμπαιγμὸν καὶ ἐτασμὸν βασάνων ἀναιρεῖσθαι* Hippolytus de Antichristo cap. 49., cuius ego in verbis *μετὰ ἐπαγχισμὸν*, quod nihili erat vocabulum, mutavi, et *ἐπιθύειν* de thure, quod arae imponitur, accipiendum censui: ea enim verbo potestas, sicuti supra L. XII. 10. et L. XVIII. 6. indicatum est. Idem paullo ante aras ubique positas ait, *ἵνα μηδεὶς δύνηται τῶν ἁγίων μήτε ἀγοράσαι, μήτε πωλῆσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐπιθύσῃ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ χάραγμα, τὸ ἐπὶ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς* (Apocalyps. XIII. 16.) *διδόμενον.* Verte ibi *nisi prius inmolet* cum viris doctis, et multum de vi et elegantia verborum deteretur. WESS.

525. 64. *Ἀναγκάσας προσενέγκασθαι*] *Ἀναγκάσασθαι lectio est codicis A. Schotti, in quo coaluerunt, ut apparet, duae dictiones in unam pro ἀναγκάσας, vel ut H. Steph. cod. sec. ἀναγκάσαι προσενέγκασθαι. Caeteroquin ἀναμασᾶσθαι notae significationis verbum, idem quod Clem. Alex. ἀναμαρυκᾶσθαι.*

Haec Hoeschelius. Ego vero paene puto, verba *τῶν τε κρεῶν ἀναγκάσας* etc. veterem sedem migrasse, positaque olim fuisse post *καταῤῥῦναι.* Ibi certe per forent accommodata. Wess.

525. 71. *Φόρους τε — πραξάμενος*] *Synesius Epist.* LXXXIX. *Ζηνᾶς ὁ πράξας πέρυσι τοὺς διπλοῦς φόρους, id est, εἰσπράξας vel εἰσπραξάμενος.* Iterum Hoeschelius. Quod additur de muris Hierosolymorum deiectis, id Iosephus ex parte quadam largitur, non oblitus addere, fuisse Antiocho suasores *ἐξελεῖν τὸ ἔθνος διὰ τὴν πρὸς ἄλλους αὐτῶν τῆς διαίτης ἀμιξίαν,* plane ut Diodorus, Ant. Iud. L. XIII. 8. 3. Wess.

525. 73. *Ἐπὶ ξ ἔτεσι τῶν Σικελῶν εὐροούντων*] *Non potest probari, quod Diodorus scribebat lib. XXXIV. a Carthagine capta ad primum bellum servile esse annos* LX *μετὰ τὴν Καρχηδονίων κατάλυσιν, καὶ ἑξῆς. Nam* LX *anni post captam Carthaginem perveniunt ad numerum* MDCCCCXXXV. *A capta vero Carthagine ad primum bellum servile sunt tantum anni* XIX. *Non dubium, quin error sit in nota numeraria.* Ita Ill. Scaliger ad Eusebii Chron. ann. MDCCCCXX., cui de errore adstipulari nondum possum. Namque XIX annos ab eversa Carthagine ad initium servilis belli abiisse, ut credam, annales non patiuntur. Deleta Carthago est anno U. C. IↃCVII., flagrabatque iam isto bello Sicilia Coss. Ser. Fulvio Flacco et Q. Calpurnio Pisone, ut scribit P. Orosius L. V. 9. Qui cum honorem illum sint auspicati anno IↃCXVIII., res est manifesta. Praeterea ad Siciliae pacatiorem statum nihil admodum proderat Carthaginis excidium: multum vero fracta Poenorum bello II. potentia; a cuius belli fine, sive U. C. anno IↃLIII., si sexaginta annos, quibus res Siculae prosperrimae fuerunt, numeres, ad U. C. annum IↃCXIII., primaque servilis belli initia devenies. Probi ergo numeri sunt. Porro Servilis belli historiam literis consignavit Caecilius Calactinus ex Sicilia, teste Athenaeo L. VI. p. 272. F. Egit de eodem Posidonius, quem Diodorus cum alibi ducem sibi adsciverit, ut supra ostendi, neque hac in parte neglexisse videtur. Inspice Athenaeum L. XII. p. 542. B. et Excerpt. Peiresc. p. 366., et nihil verius esse conperies. Wess.

525. 78. *Ἐκ τῶν σωματοτροφείων* etc.] Putes ergastula indicari. Vide Excerpt. Peiresc. p. 365., ubi de his copiosius; indidem *καὶ μεστὰ φόνων ἦν ἅπαντα* post pauca scribi debere, verbaque *οἱ ἐδέσποζον λῃστῶν* a Photio venisse, cognosces. Wess.

526. 92. *Καὶ κριταὶ τοῖς — στρατηγοῖς γινόμενοι*] Sic scripsit, uti in iisdem Excerpt. p. 366. Iudicia ex lege Sempronia tum penes Equites erant: hinc illae lacrymae. Wess.

526. 1. *Θεῶν ἐπιτάγμασι καθ' ὕπνον*] Nihil muto. Frequens formula in literatis lapidibus *ΕΞΕΠΙΤΑΓΜΑΤΟΣ, ΚΑΤΑ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ, ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥΣΙΝ,* EX PRAECEPTO, EX IMPERIO, de omnibus, qui per quietem moniti aliquid susci-

piunt. Vide Thes. Gruteri p. XXI. 1., XXXVIII. 10. Reinesium Clas. I. 113 et 196. Donium Clas. III. 45. etc. Aristides T. I. p. 512. *εὐθὺς ἐξαρχῆς προεῖπεν ὁ θεὸς ἀπογράφειν τὰ ὀνείρατα, καὶ τοῦτ' ἦν τῶν ΕΠΙΤΑΓΜΑΤΩΝ πρῶτον.* et p. 514. *ἀνυπόδητόν τε γὰρ προελθεῖν ΕΠΕΤΑΞΕ, καὶ ἐβόων δὴ ἐν τῷ ὀνείρατι — τετέλεσται τὸ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑ.* quo ille modo sacris in orationibus, quas vocat, saepissime. Wess.

526. 12. *Καὶ φλόγα διὰ τοῦ στόματος ἠφίει*] Florus egregie ad hunc locum L. III. 19. *Syrus quidam nomine Eunus — fanatico furore simulato, dum Syriae deae comas iactat, ad libertatem et arma servos, quasi numinum imperio, concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat.* Pari inpostura Barcochabam Iudaeam stipulam in ore succensam anhelitu ventilasse, ut flammas evomere putaretur, ex Hieronymo ad Flor. monere eruditissimus Freinshemius haud neglexit. Wess.

526. 34. *Καὶ τὴν ἀνταπόδοσιν — οὐ χωρὶς σπουδῆς etc.*] Pepercit illis novus e servo rex, qui ante ob vaticinia in conviviis ipsum laudaverant et partes e coena comiter distribuerant, ut Excerpt. Peiresc. p. 369. docent. Wess.

527. 37. *Δαμόφιλός τις ἦν Ἐνναῖος etc.*] Praecipuam hominis huius uxorisque crudelitas servili bello occasionem praebuit. Vide Posidonium in Athen. L. XII. p. 542. et Excerpt. Peiresc. p. 366. Wess.

527. 40. *Μεγαλλὶς*] In Peiresc. Excerpt. p. 369. *Μεταλλὶς*, pari errore ac unguentum *μεγάλλειον* et *μετάλλειον* subinde veterum in scriptis adpellatur. Lege Is. Casaubon. ad Athen. L. XV. 12. Wess.

527. 53. *Μηδ' αὐτῶν τῶν ὑπομαζίων φειδόμενοι*] Basilius M. Homil. de Fam. p. 65. B. *παιδίον ἐπιμάζιον οὐκ ἦν ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἀγκάλαις·* quod tamen ad oram scripti libri *ὑπομάζιον* est, ut saepe apud Ioan. Chrysostomum T. II. p. 549. D. et T. III. p. 114. E. etc. *Ἐπιμαστιδίους παῖδας* dabit Apollodorus Bibl. L. III. 5. 2., quos alii, etsi prave, *ἐπιμαστιαίους* vocant. Wess.

527. 66. *Μόνης δὲ τῆς θυγατρὸς — φεισάμενοι*] Quanto puellam studio ab omni noxa defenderint, vide in Excerpt. Vales. p. 369. Wess.

527. 70. V. Exc. Vat. p. 112. 25.

527. 79. *Πλάνον τε ἀπεκάλουν*] Sycophantam, uti explicat A. Gellius Noct. Attic. L. XVI. 7. S. Paullus I. ad Timoth. c. IV. 1. *προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, adtendentes spiritibus seductoribus*, bene vertit Novatianus de Trinitat. c. 29. Nam *πλάνης*, quod scripti quidam libri habent, et Io. Chrysostomi. T. I. p. 272., quamquam non constanter, et Gelasius Cyzicen. Hist.

Nicen. p. 13. melioris scripturae παράγραμμα esse, docte monuit Novatiani editor Iakson. Wess.

527. 86. Οἱονεί τινα καλὸν οἰωνὸν ἐχούσης] Saepe olim ex imperatoris nomine de eventu coniiciebant. In Britannia, Honorio principe, Constantinum ex infima militia, *propter solam spem nominis*, sine merito virtutis Imperatorem electum refert Orosius L. VII. 42. Indidem venit nominum mutatio sub principatus initia atque in consecratione, de qua plura Ill. Spanhem. ad Iuliani Caesar. conprobat. notar. p. 14. Wess.

528. 89. Ἐζωγρημένους τῶν Ἐνναίων] Sic pro Ἐννέων correxi. Idem viderat Rhodomannus. De Enna, a fugitivis occupata divexataque Cicero L. IV. Verr. c. 50. Wess.

528. 96. Τήν τε συμβιοῦσαν αὐτῷ] Interpres *uxorem*, ego *contubernalem* ex Latinorum more praeferrem. Ceteroqui σύμβιος de uxore maritoque haud infrequens. Vide Thes. Gruteri p. DCCLXVII. 2. DCCLXXX. 6. Wess.

528. 9. Κλέων τις Κίλιξ] Plura de latrone hoc Excerpt. Vales. p. 370., quae adi, et Livii Epit. LVI. Wess.

528. 20. Λευκίῳ Ὑψαίῳ] Hunc et praetorum alios, servili hoc bello in Sicilia prostratos, habet Florus L. III. 19. Wess.

528. 28. Καὶ κατὰ τὴν Ἀττικὴν] Altero in Sicilia servili bello servos in Attica turbas dedisse Posidonius auctor apud Athenaeum est L. VI. p. 272. Nostro adsentitur Orosius his verbis, *in metallis quoque Atheniensium idem tumultus servilis ab Heraclito praetore discussus est. Apud Delon etiam servi novo motu intumescentes, oppidanis praevenientibus, oppressi sunt*, lib. V. 9. Wess.

528. 36. Ἕως Ῥουτίλιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς etc.] Pro Ῥουτίλιος scribatur Ῥουπίλιος. Ita enim ex auctoritate veterum, Ciceronis, Val. Maximi, Flori etc. vertendum mihi fuit. Rhod. Ἕως Ῥουπίλιος ὁ Ῥωμαίων etc.] Viro egregio suum nomen reddidi, ut praeter Rhodomannum decreverat Ill. Scaliger ad Euseb. Chron. ann. MDCCCLXXXIX. Fuerunt librarii et Graeci et Latini *Rupilio* saepe infesti, Rutiliumque esse iusserunt. Vide viros eruditos ad Valer. Maxim. L. II. 7. 3. et Livium Epit. LIX. Modo scribi debuerat κατεκόπησαν, quomodo ibid. legit vir excellentissimus, et in Addend. corrigit Rhodom. Wess.

529. 51. Ὑπὸ τῶν τραυμάτων δείξας νεκρὸν] *Multis vulneribus confectum interfecisset.* Interpres paullo aliter. Quod sequor, sermonis usus admittit. Libanius Epist. 109. καὶ μέμψομαί γε τὸν παρόντα χρόνον, ὅτι με μὴ δείκνυσι ἕτερον Δαίδαλον, *quod alterum me Daedalum non efficiat.* Wess.

529. 66. Κατέστρεψε τὸν βίον ἐν τῇ Μοργαντίνῃ] Pediculari morbo confectum Eunum fuisse non negat Plutarchus, de loco dissentit, λέγεται τὸν ἄρξαντα τοῦ δουλικοῦ πολέμου περὶ Σικελίαν δραπέτην, Εὔνουν ὄνομα, μετὰ τὴν ἅλωσιν εἰς ΡΩ-

MHN ἀγόμενον ὑπὸ φθειριάσεως ἀποθανεῖν in Vita Sullae p. 475. A. Ceterum quod modo praecessit ἅμα τεττάρων, de eo Hoeschelius ita: *notetur* τὸ ἅμα *cum genitivo, quod cum alibi etiam in hoc* (Photii) *opere occurrat, ne dubita, quin et supra p.* 977. *vers.* 11. *a fine* ἅμα Ἰωσειδὲκ τοῦ ἀρχιερέως *auctor* (Photius) *scripserit.* Tum καταφυγὼν — εἴς τινας κοιλάδας Rhodomannus malebat. Wess.

529. 69. *Παντὸς αὐτὴν ἠλευθέρωσε ληστηρίου*] Fugitivis partim in ordinem redactis, partim oppressis, Rupilius de decem legatorum sententia Siculis decretum statuit, quam illi *legem Rupiliam* vocabant, deque universa insula optime fuit meritus. Lege Ciceron. L. II. Verr. c. 13. et L. III. 40. Wess.

529. 73. *Ὅτι ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Ῥώμῃ* etc.] Photius, diversas res stipans et conpendio referens orationem hanc paullo inconcinniorem reddidit. Proelium, quo Iugurtha et Bocchus superati fuerunt, Sallustius Iugurth. c. 101., et captum Iugurtham cap. 113. conmemoravit diligenter. Wess.

529. 87. *Σχεδὸν ἑξακισμυρίων*] Auget numerum Valerius Antias, octoginta millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta vero calonum et lixarum, referens in Orosii L. V. 16., nec dissentit Livius Epit. LXVII. Wess.

530. 98. *Τίτος Μενούΐτιος*] Infra nominatur *Οὐέττιος*, quod dein bis repetitur. Lectori quidem hic arbitrium permitto. Mihi vero Minutii nomen retinere placuit, quod et margo annotatum habet. Rhod. Mihi non liquet. Fuerunt hac tempestate Minutii, fuerunt Vettii. Quis in tanta librorum discordia, aliis tacentibus, temere alterutrum damnabit? Finge tamen scriptum fuisse *τίς ἦν Τίτος μὲν Οὐέττιος, ἱππεὺς Ῥωμαίων* etc. et potior *Οὐέττιος*, uti post dein adpellatur, erit. Viderint alii. Wess.

530. 8. *Πάλιν ἔταξε τριάκοντα ἡμερῶν προθεσμίαν*] Lege Salmasii Foen. Trapezit. p. 481. Eleganter Basilius Magnus Homil. in Psalm. XIV de obaerato, οὐ νύκτες ἐκείνῳ ἀνάπαυσιν φέρουσιν, οὐχ ἡμέρα φαιδρὰ, οὐχ ἥλιος τερπνὸς, ἀλλὰ δυσχεραίνει τὸν βίον, μισεῖ τὰς ἡμέρας πρὸς τὴν *ΠΡΟΘΕΣΜΙΑΝ* ἐπειγομένας, φοβεῖται τοὺς μῆνας ὡς τόκων πατέρας. et ibid. p. 110. E. ὅτ᾽ ἂν ἡ *ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ* προσάγῃ, μεριμνᾷ τι ψεύσεται; ποίαν πλασάμενος πρόφασιν τὸν δανειστὴν διακρούσεται; Noster Minutius, sive Vettius, aliter his se angustiis expedivit. Wess.

530. 10. *Ὁ δὲ οὐδὲν πλέον εἶχεν*] Sic scriptum fuit. Cultum est, neque uno usurpatur modo. Pausanias Attic. cap. 10. p. 25. εἶναι δὲ οὐδὲν ἔτι οἱ πλέον, *nihil ultra potuisse efficere*, ut bene viri docti. Andocides de Myster. p. 2. ἡνίκ᾽ οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσι, *cum nihil interfectis prodesset.* Διὰ τοῦτο συλλέγεσθε, ἵνα τοῖς μὲν ἀναισχυντοῦσι μηδὲν πλέον ᾖ,

Isaeus de Astyph. Hered. p. 78. *Τί ἔσται πλέον τῷ γε ἀποθανόντι;* Antiphon de Caed. Herod. p. 140. *Εἶτα, ἔφη, τί πλέον αὐτοῖς* Plutarch. Symp. L. VII. 4. Habet et hoc de genere aliqua L. Kuster. in Comici Plut. v. 531. WESS.

530. 16. *Ἀνέστησε πρὸς ἀποστασίαν οἰκέτας*] Mallem *ἀνέσεισε*, quod viri docti ex scriptis Codd. eruerunt. Ipsemet auctor hac Ecloga *συχνοὺς ἀνέσειόν τῶν οἰκετῶν*, et *καὶ ἀνασείειν πρὸς ἀπόστασιν τοὺς οἰκέτας.* Alia invenies L. XIII. 91. WESS.

530. 27. *Ἐνεβάλλετο χάρακα*] Quod Ill. Scaliger adscripsit *ἐβάλλετο χάρακα*, magis in usu versatur. Confer Alexandrinos Interpretes Ezech. c. XXI. 22. Libanium T. II. p. 129. D. WESS.

530. 30. *Τῶν κατὰ πόλιν στρατηγῶν ἀπέδειξεν ἕνα*] Praetores, in quorum tum numero L. Lucullus, intellige. Supra Eclog. 2. lib. XXXI. *τῶν κατὰ πόλιν στρατηγῶν εἷς ἐνέβαλεν αὐτὸν* (Persen regem) *εἰς τὸν ἐν Ἄλβαις κάρκαρον.* Interpres (vertens *qui tum domi erant*) aliud spectavit. WESS.

531. 38. *Συμβουλῆς γενομένης*] Pro *συμβουλῆς* quis non *συμβολῆς* scribat, nisi Graecarum literarum prorsus ignarus? RHOD.

531. 49. *Ὥσπερ προοιμιαζόμενα ταύτην*] Nihil muto. Scio illud Philosophi Polit. L. VII. 1. *ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν — ἔστω πεφροιμιασμένα τῷ λόγῳ*, ex usu veteris Graeciae positum. Nostro convenit Iosephi istud L. II. Belli c. 2. 2. *τὸν δὲ — — προοιμιάσασθαι τὴν βασιλείαν τρισχιλίων πολιτῶν φόνῳ.* Solent Graeci recentiores, ut docte monuit Cel. Hemsterh. ad Luciani Somn. c. 3., in transferendo hoc et *προοιμίου* vocabulo luxuriare. Vide sodes *προοίμιον τῆς ἁλώσεως* Ioseph. B. I. lib. II. 17. 10., *φροίμιον τοῦ δυστυχοῦς* L. XVIII. Antiq. 6. 9., *βασιλείας προοίμιον* Libanii Basil. p. 110. B., *προοίμιον συμβολῆς* Or. VII. p. 237. C., *τοὺς λύκους ὁ Ἀπόλλων προοίμιον λοιμοῦ ποιεῖται* Philostrati Heroic. X. 4. p. 710., *ἐν προοιμίοις τῆς Χριστοῦ παρουσίας* Io. Chrysostom. T. XI. p. 762. E.; quae quidem ferri et probari utcunque ob suavitatem possunt, non item alia, ad Hieroclis Synecdem. p. 674. obiter indicata. WESS.

531. 53. *Ἐκ τῶν πέραν θαλαττῶν ἐθνῶν* etc.] *Πέραν θαλάττης* Ioseph. Scaliger una cum Rhodomanno, a quibus dissentire non possum. WESS.

531. 56. *Ὑπὸ τῶν δημοσίων*] Pro *δημοσίων* lego cum H. Stephano ex Glossario Latino-Graeco *δημοσιωνῶν*, hoc est *τελωνῶν*. RHOD. Adstipulor viris doctissimis. Vulgo quidem Lexicographi *δημοσιώνην vilem* interpretantur, a Suida decepti. Verba, quae Grammaticus exscripsit, publicanum designant, sicuti *δημοσιώνιον* Plut. T. II. p. 820. C. publica, quae redimuntur. Glossae melius, *Δημοσιώνης*, *Publicanus.* Haec de voce. Mi-

sera vero provincialium conditio, qui a publicanis nullo suo merito ex libertate in servitutem abrepti in ergastulis deprimebantur: cui violentiae uti Senatus obviam ire conatus hoc est tempore, ita opus saepe fuit, ut ergastula possessorum, in quibus sine discrimine liberi servique supprimebantur, repurgarentur. Quid Augustus, Tiberius, Hadrianus in adflictorum conmodum constituerint, Sueton. August. c. 32., Tib. c. 8., Spartian. Hadr. c. 18., docent. Iunge Scribon. Largum Conposit. CCXXXI., eiusque verba illustrantem Gronov. ad Senec. de Ira L. III. 9. Wess.

531. 66. *Οἱ δ' ἐν ἀξιώματι*] Praepositionem ex edd. margine adiunxi. Intelligit Siculos, domi nobiles, *τοὺς ἐν ἀξιώματι κειμένους* in Excerpt. Peiresc. p. 293. Poteris etiam *ἐν ἀξιώμασι*, si elegantius arbitreris, adsciscere. Theodoretus certe H. Eccl. L. II. 17. et L. III. 22. *τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι*, *decuriones* et *honoratos*, ut bene Valesius, vocat. Porro rei, de qua agitur, Dio Cassius conmeminit Excerpt. Peiresc. p. 633., P. Licinium Nervam compendium ex isto iudicio quaesivisse docens: neque enim *ἄδωρον* sive satis munitum adversus pecuniam fuisse: concursu tamen et servorum et dominorum, et ne quid turbarum ab alterutra factione daretur, desistere coactum. Wess.

531. 74. *Εἰς τὸ τῶν Παλικῶν τέμενος*] Vide supra L. XI. 89., et cognosces servorum ibi fuisse quoddam quasi asylum. Wess.

531. 77. *Κατὰ τὴν Ἀγκυλίων χώραν*] H. Steph. *Ἀγκυρίων* coniiciebat: quae quidem coniectura non spernenda foret, si Stephani Byzantini *Ἀγκύριον, πόλις Ἰταλίας*, ad Siciliam, ut Berkelius censuit, et ante eum Cluverius, pertineret. In Italia quidem certe *Ancyrium* istud nemo reperit. Putes huc facere *Ἀγκύρας*, unde *Ἀγκυραῖοι*, lib. XIV. 48., nisi et id dubiae esset fidei. Ph. Cluverius *Ἀγκυλίων χώραν* tuetur Sicil. Ant. L. II. p. 389., neque ego configere audeo. Mox *ἀδελφῶν δυεῖν* si hic, et post pauca, tolerare nolis, *δυοῖν* esse poterit; nec constant tamen sive scriptorum seu librariorum culpa eius in usu sibi perpetuo veteres, quod exemplis alias firmavimus. Wess. Rhod. „*δυοῖν. Nam δυεῖν foemininum.*"

532. 90. *Ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρᾷ*] Lucem huic dictioni adspergunt a Cl. Iensio notata ad Luciani D. Mort. XI. 3. Wess.

532. 6. *Πόπλιον Κλόνιον*] Habent vetusti lapides CLONIOS, alioqui rarius obvios: si qui Cluvium intelligere malit, illi Stephani versio, in qua *P. Clovius*, auxilio veniet. De C. Titinio, cui cognomen GADAEO, quique operam in opprimendis fugitivis Licinio Nervae haud futilem navavit, deque cognominis eius caussa, nihil novi. Wess.

532. 13. *Μετὰ τῶν ἐνόντων στρατιωτῶν*] Praestaret *συνόντων*. Wess.

Ibid. *Διαβὰς τὸν Ἄλβαν ποταμὸν*] Videtur esse *Alla-*

oa Itiner. Anton. p. 88. ob viciniam Heracleae, sicuti ibi admonui. *Caprianum* montem soli debemus Diodoro. Confer Ph. Cluver. Sic. Ant. L. I. p. 222. Wess.

532. 27. *Καὶ ταῖς δυσχερείαις ἐπλεονέκτουν*] Sic bene. Polybius L. X. 26. *καὶ πυνθανόμενος τῶν ἐγχωρίων τήν τε δυσχέρειαν τῶν τόπων.* Quod in aliis erat libris, Grammatici scholio acceptum referendum est. Mox scripsi ex Amstel. *ἐτράπη*. Vulgatum mendosum esse, non fugerat Rhodomannum. Wess.

532. 32. *Καὶ πάντες τῶν δούλων*] Pro *πάντες τῶν δούλων οἱ πλείους* legendum existimo. Insolens enim foret ista constructio, et nescio quem soloecismum redolens. Rhod. *Πάντας ἀνθρώπων* bonae fidei Codd. nobis obtulerunt principio Lib. primi, quos ut ibi probare non potui, ita nec *πάντες τῶν δούλων* placent. Forsan Excerptori debentur: nam a Diodoro venisse ut credam, nondum adducor. Wess. Xenophon Reip. Ath. III. 3. *πᾶσι διαπρᾶξαι ἡ πόλις τῶν δεομένων οὐχ ἱκανή.* Dionysius vol. II. p. 1208. 8. R. *πάντας ὑπερβαλέσθαι πλούτῳ βασιλέων.* vol. IV. 2034. 7. *ἀπάξει Ῥωμαίων ἅπαντας ἐκ τῆς πόλεως.* Quos locos comparavit Schaeferus Thes. Steph. c. 7223. C.

533. 39. *Τῆς ἱεροσκοπίας ἔμπειρον*] Hoccine ab auctore venerit, an *οἰωνοσκοπίας*, decernere non audeo. Fieri potest, ut utriusque artis, si tamen hoc digna nomine est, usum et peritiam habuerit Salvius: ceteroqui *θυτικῆς* pars quaedam, *ἱεροσκοπία*, et augurii *οἰωνοσκοπία*. Vide Aeschyl. Prometh. v. 486., Galenum in Hippocrat. de Rat. Vict. p. 41. et Cyrillum Contr. Iulian. L. VI. p. 198. At istud tanti non est. Quod continuo succedit, *καὶ γυναικείαις θέαις αὐλομανοῦντα*, disquisitionem meretur. III. Scaliger adscripsit Photio, „*Γυναικείαις θέαις αὐλοῦντα*, *modos tibia facientem in spectaculis thymelicarum mulierum.* Nam profecto *αὐλομανοῦντα* tam ridiculum, quam quae Latine reddere conatus est H. Stephanus. Quis sanus dixerit *αὐλομανῶ θέαις*; quis hoc intelligit? Hominem de faece vulgi notat, hariolum et tibicinem, non tragoedorum, aut comoedorum, sed thymelicarum saltatricum." Hactenus vir summus, vocem, ut adparet, corrigens. Stephanus verterat, *et in mulierum corona cantu tibiarum ad insaniam usque perstrepere solitus erat*, quod merito improbatur. In usu enim *αὐλομανεῖν* si unquam fuerit, non aliud atque insanum tibiarum amorem indicare aptum fuit; quae quidem significatio hic parum videtur conveniens. Probemus ergo Scaligeri *αὐλοῦντα*, aut quoniam vocabulo nimium detrahitur, *ὑλομανοῦντα.* Norunt omnes, eius praecipuam esse sedem in agro, qui silvescit et sarmentis luxuriat, ex Strabone L. XIV. p. 1003: atque aliunde: transferri vero cultissime ad homines, qui animi vitio luxuriant, a Synesio de Insom. p. 148. B.; cuius et Plutarchi verba Lexicorum conditores non ignorarunt. Erit itaque *ὑλομανεῖν θέαις γυναικείαις* eiuscemodi muliercularum

in spectaculis luxuriose se gerere atque insolenter, quod ab ingenio Salvii istius non abhorret. Viderint tamen peritiores, quorum arbitrio haec stabunt cadentque. Wess.

533. 41. *Πόλεις ἀργίας καὶ τρυφῆς νομίζων*] Deſit ad pleniorem structuram quidpiam. Forte *αἰτίας* aut simile aliud. Wess.

533. 63. *Εὐθὺς ἐπὶ προτερήματος ἦσαν.*] Legebatur ὑπὸ *προτερήματος*, quod Ill. Scaliger veriasime correxit. Sic L. III. 70. *τὸν μὲν Κρόνον ἐπὶ τοῦ προτερήματος ὑπάρξαι.* et L. XV. 35. *γενόμενος δ' ἐπὶ τοῦ προτερήματος.* tum L. XVI. 5. *καὶ ταῖς τελευταίαις μάχαις ἐπὶ τοῦ προτερήματος γενόμενος.* Bene ergo mutavimus. Wess.

533. 77. *Τὴν Μοργαντίναν*] Cur non *Μοργαντίνην*, ut in superioribus? Vide Ph. Cluver. Sic. Ant. L. II. p. 335. Wess.

Ibid. *Κήρυγμα δοὺς τοῖς ἐν αὐτῇ δούλοις* etc.] Ante *κήρυγμα* refice *κατὰ*, vel muta *κήρυγμα* in dativum *κηρύγματι*. Et ibidem inter *αὐτοῖς* et *ταύτην* restitue *τήν*. Rhod. Non vetabo, si qui *κηρύγματι* praeoptaverit: cetera auctario nullo indigent. Wess.

534. 84. *Καὶ Λιλυβαϊτῶν χώραν*] Syllaba penultima diaeresi distrahitur, auctorisne iudicio an exscriptorum, incertum. Numi in Parutae Tab. xciv. *ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ* et *ΛΙΛΥΒΑΙΤΑΝ*. Stephanus *Λιλυβαίτης*, unde Latinorum lilybaetani. Vide Ph. Cluver. Sic. A. lib. II. p. 234. Quod sequitur continuo *ἐνόσει πρὸς ἀπόστασιν* illustrat N. Abramus ad Cicero. pro Milon. c. 25. et nos supra L. XI. 86. Wess.

534. 88. *Οὗτος οἰκονόμος ὢν δυοῖν ἀδελφοῖν*] Dispensator erat, ut ille in S. Lucae Evang. c. XII. 42. et XVI. 1. Confer L. Pignor. de Serv. p. 330. Quia vero Athenio bellum, ab aliis inchoatum, incredibili pertinacia continuavit, hinc fax et signifer secundi servilis in Sicilia belli perhiberi solet a Floro L. III. 19. aliisque. Tangunt *ὀλιγήμερον* hunc *βασιλέα* Appian. Mithrid. p. 355. et Dio Cassius Excerpt. Peiresc. p. 637. Wess. Mox 92. *ἔπειτα δὲ* Rhod.

534. 10. *Παρασκευαζομένου δὲ αὐτοῦ τὴν* etc.] Ex Amstelod. refinxi, Diodori secutus consuetudinem. Wess.

534. 16. *Τοῖς περὶ Ἀθηνίωνα, ὁδοιποροῦντας*] Legebatur *τοὺς* — *ὁδοιποροῦντας*. Quod dedi, ab H. Stephano venit, et multo elegantius est. Wess.

534. 20. *Εἶχε — Σικελίαν πᾶσα σύγχυσις*] Hoc malum non erit, si *πᾶσα* de summa confusione accipiatur. Confer Doctissim. I. Fr. Reitzium ad Luciani Amor. c. 19., et de proverbio *κακῶν Ἰλιὰς* Diogenian. Cent. IV. 42. cum Schotti nota. Quae vero his succedunt, ipsemet auctor clarius exponit in Exc. Peiresc. p. 389. Wess.

534. 27. *Καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρασίας*] In Excerpt. dicto loco *χειροκρατίας*, quod praestat. Polybius L. VI.

7. p. 637. *μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία.* et interpositis quibusdam, *τότε δὴ χειροκρατίαν ἀποτελεῖ.* Wess.

534. 33. *Καὶ θύσας τοῖς Παλικοῖς ἥρωσι*] Citra haesitationem ita correxi. *Palici* Dii sive heroes in Sicilia nobilissimi et servorum tutela. Italici nulli. Ipsi hi servi, ut supra memoravit Diodorus, in Palicorum luco de rebellione consilia in medium contulerant, in quo nunc victoriae monumenta suspendunt. Error ex literarum progenitus est similitudine, quae in *τοῖς ΙΤΑΛΙΚΟΙ* et *ΠΑΛΙΚΟΙ*, foedavitque Strabonis etiam exemplaria L. VI. p. 421., hinc atque istinc maculam eluente Casaubono. Wess.

535. 34. *Μίαν τῶν ἀλουργῶν περιπορφύρων στολὴν*] Si *toga praetexta*, uti videtur, cur *μία τῶν ἀλουργῶν περιπορφύρων;* Solet certe Diodorus *τήβενναν περιπόρφυρον* L. V. 40. et mox in Salvii, iam regis, ornatu describendo tum *περιβόλαιον περιπόρφυρον* hac Ecloga, ubi de Minutio, togam eam vocare, nusquam, quod quidem meminerim, *ἀλουργὸν περιπόρφυρον.* Neque sane necesse erat, cum praetexta tantum, non ex purpura tota esset. Vide Oct. Ferrar. R. Vest. L. II. 3., et perpende, utrum excerptori alterum istud adiectivum debeatur? Wess.

535. 36. *Τρύφων μὲν ὑπὸ τῶν ἀποστ. προσηγορεύετο*] Exemplo fortasse Diodoti, qui Syriae occupato regno, TRYPHON adpellatus est. Lege Ill. Spanhemii Diss. VII. de Num. Praest. p. 443. Wess.

535. 54. *Καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὀχύρου*] Placebat olim *καὶ ἔτι μᾶλλον*, quo et S. Paullus utitur in sua ad Philipp cap. I. 9., nunc nihil muto, Photio istud relinquens, qui L. XXXVII. Ecl. 1. *ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων.* Arcem urbemque *Τρίκαλα* Rhodomannus scribere et nominare ex Stephano *περὶ πόλεων* malebat, sed frustra: Diodori scripturam tuetur Cicero L. V. Verr. c. 4., fugitivos eum locum tenuisse addens, et Ptolemaei *Τρίοκλα*. In numo Parutae T. cxxxiii. *ΤΡΙΑΚΑΛΑ*. Adi sis Phil. Cluver. Sic. Ant. L. II. 12. et L. Holsten. ad Steph. in *Τρίκαλα*. Wess.

535. 60. *Ἦν καὶ περιβόλῳ πόλεως* etc.] Verborum ordo non bene decurrere videtur. Puto sic meliorem fore, *ᾗ καὶ περιβόλῳ — βασιλείοις ἐχρῆτο, πάσῃ — πεπληρωμένῃ.* Post pauca *καὶ ἐπικοσμοῦσιν ἐπετήδευε βασιλείαν* vocabulorum traiectione obscurantur. Structura postulabat *ἐπικοσμοῦσι βασιλείαν, ἐπετήδευε.* Wess.

535. 73. *Λ. Λικίννιον Λούκουλλον*] Mutavi priorem syllabam, ut sibi auctor in Luculli nomine constaret. De Cleptio nihil dicam, nisi eumdem mihi videri, quem in historia belli Marsici L. XXXVII. Eclog. 1. *Clepitium* semel iterumque vocat auctor. Wess.

535. 79. *Ἑπτακισχιλίους καὶ μυρίους*] Numeri superiores

sani si sint, in his menda erit. Scribe ἐξακισχιλίους καὶ μυρίους. Wess.

536. 87. *Πλησίον Σκιρθαίας*] De vocis scriptura nihil potest constitui. Ph. Cluverius Siciliae urbem fuisse censet, cujus rudera durent, *Aeristiae* nomine nota. Mihi non liquet. Eum vide Sicil. Ant. lib. II. 12. p. 375. Wess.

536. 93. *Ἔχων — — ἱππεῖς ἐπιλέκτων*] Aut legendum τῶν ἐπιλέκτων, aut recipiendum, quod in aliis Codd. reperiebatur, ἐπικρατῶν. Wess. τῶν ἐπιλ. Rhod. voluerat.

536. 6. *Τεταπείνωτο τὸ οἰκετικὸν*] Memini alias exemplorum cumulo defectum, quo iusto brevius τεταπείνωτο videtur, confirmare. Vide saltem L. II. 8. Wess.

536. 20. *Ὕστερον φυγῇ κατεδικάσθη*] Negat Plutarchus initio Luculli sui. Servilius Augur repetundarum L. Lucullum accusaverat et damnaverat. Luculli filii L. et M., paternas inimicitias magna gloria persecuti, eodem crimine Servilium, ex Sicilia reducem, postulaverunt: caussa acta est magna contentione, Servilius tamen evasit. Meminit inimicitiarum istarum Cicero L. II. Academ. c. 1. et Or. de Provinc. Cons. c. 9. Wess.

536. 27. *Καὶ Γάϊος Ἀκύλλιος*] Restitue ex Historia Romana *Μάρκος* praenomen. Rhod. Imo vero *Μάνιος*; hoc enim praenomine fuit. Adi, si dubitas, Casaubon. in Athen. L. V. 14. et Pighium Fast. ad ann. DCLII. Wess.

536. 32. *Καὶ τοῦτον ἀνεῖλεν*] Florus inter conprehendentium et de praeda rixantium manus laceratum esse Athenionem refert L. III. 19. Wess. Mox 42. Rhod. τελ. ἐκ τῶν τ. Σ. ἀ. ἑαυτὸν ἐπί.

537. 51. *Ἔτη σχεδόν που τέτταρα*] Recte: belli initium factum est a fugitivis, cum in Cimbrici belli adparatu esset Marius, sicuti supra auctor memoravit, hoc est sub annum DCL. ab U. C. Rediit, eo ad finem perducto, Romam ad ovationem M. Aquillius anno DCLIV., ut ex Livii Epit. LXIX. pulcre Pighius confecit. Wess.

537. 53. *Ὅτι Βαττάκης*] Plutarch. in Mario p. 415., ubi *Βαταβάκης* dicitur, Romam venisse ait, ut deae nomine nuntiaret, νίκην καὶ μέγα κράτος πολέμου Ῥωμαίοις ὑπάρχειν. tacet de templo profanato. Mox *Πεσινοῦντος* aut *Πεσσινοῦντος* alii scribere malunt. Vide Casaubon. in Straben. L. XII. p. 851. Wess. *Ὅτι Βαττάκης*] Videtur hoc sacerdoti Magnae Matris sollemne fuisse nomen, longeque melius scriptum atque in Plutarchi Mario p. 415. quod ut opiner, insigne facit fragmentum Polybii in Suidae *Γάλλος*. Sic enim praeter alia: παραγίνονται Γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ ΒΑΤΤΑΚΟΥ, τῶν ἐκ Πισσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἔχοντες προστηθίδια (sic enim πρὸς τῇ ἰδέᾳ optime correxisse censetur H. Valesius) καὶ τύπους, φάσκοντες, προσαγγέλλειν τὴν θεὸν νίκην καὶ κράτος. Quae quidem et Battacae et vestitus, Romae invisitati, caussa opportuna

admodum sunt. De corona, qua redimitus incedebat sacerdos, testimonium perhibent et haec Dionis Chrysostomi Orat. XXXV. p. 432. C. ταῦτα γάρ ἐστι τὰ ποιοῦντα καὶ τούτους εὐδαίμονας, ΣΤΕΦΑΝΟΣ καὶ ΠΟΡΦΥΡΑ, καὶ παιδάρια κομῶντα λιβανωτὸν φέροντα. namque haec Archigallos potissimum designare, iure optimo mihi suspicatus videtur Is. Vossius ad Catullum p. 164. Idem in Add.

537. 58. *Καὶ δεῖν αὐτοὺς δημοσίᾳ καθαρμοὺς* etc.] Mallem *καὶ δεῖν αὐτῇ*, i. e. deûm matri. Certe post pauca scripsit, quod optime animadvertit Ios. Scaliger et post eum Rhodomannus, *ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐθῶν*, non *ἐθνῶν*, uti edebatur. Dubites praeterea, an *ἐπιχωρημένην* vitiosum et loco *ἐπικεχωρημένην* sit positum. At in his, quod Casaubon. ad Athen. L. II. 15. docuit, scriptores librariique multa sibi indulgent. Wess.

537. 61. *Χρυσοῦν τε γὰρ στέφανον εἶχεν*] Fuerant olim Magnae Matris sacerdotes *δυνάσται τινὲς*, dynastae sive reguli, teste Strabone: ex quo veteri splendore durasse videtur aurea ista corona. Alioqui non ignotae ex Tertulliano sunt *coronae aureae sacerdotum provincialium*. Consule M. Velseri Conment. ad Convers. S. Afrae p. 461. et H. Vales. in Ammiani L. XXIX. 5. Wess.

537. 75. *Παραχρῆμα μὲν λάβρῳ πυρετῷ συνεσχέθη*] Legebatur *λαύρῳ* ex corruptiore Graecorum quorundam pronuntiatione, quae et *ἀνέρα λαυραγόρην* peperit in Apollinaris Psalm. cxxxix. 25., pro *λαβραγόρην*, et *ἔρως λαῦρον ἐπαιγίζων* in Epigramm. Paulli Silentiarii Florileg. L. VII. p. 596., similiaque alia. Conf. Barnes. ad Iliad. ψ, 497. et de usu vocabuli Rittershusium in Oppiani Cyneget. L. II. 139. Ceterum de febri, quae A. Pompeium invaserit, non dissentit Plutarchus, sed illum *ἐντὸς ἑβδόμης ἡμέρας ἀποθανεῖν*, non tertio, ut Diodori excerptor. Wess.

538. 88. *Ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους τῶν ἐχθρῶν — ἀνελών*] Ut haec usque quaque vera sint, vereor. Appiano si credimus, olim *τήνδε τὴν τιμὴν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις*, seu quodvis ob illustre factum imperatoris nomen exercituum duces a militibus delatum admittebant Bell. Civil. lib. II. p. 747. Sed ista generalia videntur. Nam hostium caesorum in deferendo titulo habitam fuisse rationem, Dio Cassius L. XXXVII. p. 53. agnoscit. Antonium enim Imperatorem militari acclamatione salutatum ait, *καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος*, *quantumvis interfectorum numerus constituto esset minor*. Iam lege cautum cum fuerit, *ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset*, sicuti scribit Valerius Max. L. II. 8. 1., satis profecto fuerat, si *ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους* legeretur. At vero quod mox de imperatoris nomine additur, *ὅ ἐστι βασιλέα*, quis ferat, atque a Diodoro profectum esse opinabitur? Optime Scipio *sibi maximum nomen im-*

peratoris esse dixit Hispanis regem ingenti consensu se salutantibus, *quo se sui milites adpellassent: regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile esse* apud Livium L. XXVII. 19. Sic omnes libera republica, qua imperatores erant, Graecorum sermone στρατηγοὶ αὐτοκράτορες. Sub Caesaribus mutata res est. Imperatores reapse erant βασιλεῖς, atque hinc Excerptoris istud additamentum. Wess.

538. 98. Ἐκ γὰρ τῆς διαφθορᾶς ταύτης etc.] Sic scripsi ex Amstelod. et Steph., omni oratione postulante. Ex morum corruptela, quae invecta in urbem Asiatica luxuria cives incessit, larga seges seditionum pullulavit. Credo Diodorum caussas Marsici belli a prima origine arcessivisse, quas Photius, ut pleraque, in conpendium redigit. Tu vide Appian. Civil. Bell. L. I. p. 633., Florum L. III. 18. et Excerpta e Diodoro Peiresc. p. 389. Wess.

538. 6. Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη (δευτέρα) πρὸς ταῖς etc.] Defectu haec, ut olim legebantur, verba laborare, bene Rhodomannus vidit. *Mendum*, inquit, *et defectus est. Nam pro* ἑβδομήκοντα, ἑβδομηκοστὴ β', *vel* δευτέρα, *est legendum.* Copiosius Ill. Scaliger: *quum dicat hos consules creatos Olympiade* CLXX., *ergo accidit anno U. C.* DCLV. *Atqui Fasti praeferunt annum* DCLXII. *Septem annis discrepatur. Deest aliquid, puta* Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἡ β' πρὸς ταῖς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. Ita ille, quem sequi libet, quod consuetudo auctoris ea ratione servetur. Vide solum istud ex L. XX. 37. παρὰ δὲ τοῖς Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα. Scribo praeterea Λευκίου Μαρκίου Φιλίππου. Wess.

538. 12. Ῥωμαίοις ἐξενίκησε βεβαιωθῆναι τὸ κράτος] *Romanis usu venit, ut imperium firmaretur.* Interpres aliud in animo habuit. Stat a me Pausanias L. I. 3. ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε, *sero demum contigit, ut Galatae nuncuparentur.* Tum L. VII. 1. p. 523. τοὺς ἀνθρώπους ἐνταῦθα ἐξενίκησεν Ἀχαιοὺς κληθῆναι. Et L. VIII. 22. p. 641. ἐξενίκησεν — Στυμφαλίδας ἐπὶ ἡμῶν ὀνομάζεσθαι. Iure itaque doctissimus Sylburg. eiusdem Pausaniae verba mutat L. VII. 26. p. 592., quae vide. Wess.

539. 32. Γάϊος Ἀπώνιος Μότυλος] Appian. Bell. Civ. L. I. p. 635. Γάϊος Πάπιος, P. Oros. L. V. 18. *Papius Mutilus*, unde Vossius ad Velleium L. II. 16. et hic Γάϊος Πάπιος Μούτιλος sive Μότιλος haud iniuria refingit. Idem Appianus in proscriptorum a Triumviris historia L. IV. p. 972. Στάτιος δὲ ὁ Σαυνίτης, πολλὰ Σαυνίταις ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ κατειργασμένος — ὀγδοηκοντούτης ὢν ἤδη, καὶ διὰ πλοῦτον προγεγραμμένος etc. Tu mecum lege Πάπιος δὲ ὁ Σαυνίτης. Nam in eum unice ista Appiani congruunt. De Papia gente post Clarissimi Heineccii diligentiam Conment. ad L. Pap. L. I. 4. nihil addo. Wess.

539. 36. *Ἀπὸ τῶν Κερκώλων*] Ubi terrarum iste locus? Ab. Ortelius circa Galliam Togatam fuisse coniicit. Mihi non liquet. Wess.

539. 45. *Τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλίαν ὀνομάσαντες*] Noli putare. *Ἰταλικὴν* cognomen Corfinii esse voluerunt, neque Diodorus scripsit aliter, sicuti dudum Is. Casaubonus docuit. Strabo planissime L. V. p. 369. *Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν — μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν*. cui paria Velleius L. II. 16. Wess.

539. 53. *Γαΐου Κοσκονίου σταλέντος εἰς Ἰαπυγίαν*] Melius Stephani exemplar. *Coscinii* an Romae fuerint, dubito. Adsentitur Appian. Belli Civil. L. I. p. 644. *καὶ Γάϊος Κοσκώνιος, ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς — Σαλαπίαν τε ἐνέπρησε καὶ Κάννας παρέλαβε*. Nec Livius Epitom. LXXV. dissentit. Id itaque restitui. Wess.

539. 56. *Τὴν κοινὴν — πόλιν τὸ Κορφίνιον*] Incertum esse Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II. p. 758. censebat, utrum *τὴν κοινὴν* Diodorus scripsisset. Mihi ob ea, quae dicta antea sunt, et schedas Amstelod. et Stephani, res extra omnem dubitationem videtur posita. Wess.

539. 69. *Μαμέρκου στρατηγοῦντος αὐτῶν*] Mamercus Aemilius est, a quo legato Samnites sunt caesi in Epitom. Livii LXXVI. De Metelli gestis rebus locupletius Appian. Civil. Bell. L. I. p. 644. Mox *στρατιώτας πολλοὺς ἐνέχουσαν* corrigebat Ill. Scaliger. Tu Suidam adi in *Ἀνέχει*, si *ἀνέχουσαν* probes. Ego simplex adscivi ex Stephani schedis. Wess.

540. 79. *Οὕτω γὰρ — συναφθέντων* etc.] Deest *αὐτῶν* aut simile. Coniungi et suas et Mithridatis optabant copias ad Romanos premendos. Statim *ἄξειν τὰς δυνάμεις* nemo verum esse dubitat. Flagrasse etiam Asiam cum maxime Mithridatico bello constat abunde: at ista Italicorum et Mithridatis consilia apud alios vix reperias. Wess. *ἄξειν* reponi iusserat Rhod.

540. 87. *Καὶ Κλεπίτιον*] *Κλέπτιον* H. Stephanus, quod et sibi placere testatus est Rhodomannus. Favet quidem utrique *Cleptius*, dux e Lucania praetori Lucullo bello additus servili. Nec certum tamen. Mihi quidem hominem nosse datum non est. Wess.

540. 94. *Γάϊός τε γὰρ Ἰούλιος καὶ Γάϊος Μάριος* etc.] Haec Photius, brevitatem amplexus, obscuriora reddidit. Puto narrasse Diodorum acerrimam contentionem, quae civitatem ex consulatus petitione C. Iulii Caesaris Strabonis in partes scidit. Aedilitius C. Iulius erat, omissaque praetura consulatum petebat. Contra venit Sulpicius Tribunus plebis, C. Marii familiaris et quidam quasi satelles. Operae erit Asconium, cui huius discordiae notitiam debemus, ad Ciceronis Scaurianam audire. *Caius* (Iulius) *aedilitius occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut*

caussa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tribuno fuerit: nam et sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura Consul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Quae quidem contentio nisi hic designetur, aliam Marium inter et C. Iulium nullam novi: nam belli Mithridatici gloriam C. Iulium Mario invidisse aut dubiam reddere fuisse conatum, quis est qui docuerit? WESS.

540. 4. *Μάρκος Ἀπώνιος*] Rectius *Λαμπώνιος* in praecedentibus, et in Appiani L. I. Civ. Bell. p. 677. Qui sequitur *Πομπήϊος* a viris doctissimis Rhodomanno et Freinshem. ad Flor. L. III. 18. iubetur esse *Πομπαίδιος*, plausibili in speciem coniectura: namque is et *Πομπαῖος* in Excerpt. Peiresc. p. 398. et *Pompeius* in Iul. Obseq. Prodig. c. 116. pari scribitur errore. Est tamen quod validissime eam infringat. Perierat dudum Pompaedius Silo, in praelio a Metello victus et caesus, sicuti Livius Epit. LXXVI. et Appian. Civil. lib. I. p. 644. memoriae prodiderunt. Vide itaque, lateatne in *Pompeii* hoc vocabulo *Πόντιος*, sive Pontius Telesinus, acerrimus Romanorum osor? Confer Velleium L. II. 27. et Appian. ibid. p. 677. WESS.

540. 7. *Ἀσίας μὲν πόλιν ὀχυρὰν — πολιορκήσαντες*] Tuetur urbis nomen Ph. Cluver. Ital. Ant. L. IV. p. 1320. istis Stephani: *Τισία, ὡς Ἀσία, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Τισιάτης, ὡς Ἀσιάτης.* Putat *Ἀσίαν* urbem esse Italiae, quam opinionem et Th. Pinedo probavit, mihi nondum. Si quid enim video, id solum Stephan. voluit, tono inter se voces istas convenire atque eiusdem generis *ἐθνικὸν* fomare, quod et in *Ἀσία* docuerat. Et quis est, a quo *Ἀσία* urbs Italiae memoretur? Diodorum dices? At eius scriptura dubia est, scriptis *Ἰσίας* praeferentibus: quo quidem nomine cum Itali urbem non habeant, *Τισίας* ex Stephano et Appiano Hannib. p. 583., ubi in Bruttiis itidem collocatur, scriptum mallem. Porro integrum versum, quem Rothomag. *ἔκδοσις* Photii et Eclogae Rhodomanni praetermiserant, suum in locum inmigrare iussi. WESS.

540. 14. *Γάϊος Ὀρβανὸς*] *C. Urbanum* iuxta cum iis novi, qui ignorant, valdeque vereor, ne *Γάϊος Νορβανὸς* sit, celebris in Marianis partibus vir. WESS.

541. 31. *Ἐπαφρόδιτόν τε ὀνομάσας ἑαυτὸν*] *Felicem* sese adpellavit, in literis tamen ad Graecos *ἐπαφρόδιτον*, quod eodem paene redit, docente Plut. in Sulla p. 473. et Appiano Civil. Bell. L. I. p. 685., quibus iunge Cl. Salmas. in Solin. p. 39. Reddam *ὡς ἐνπαρόδῳ* id vocabuli Manethoni, virum habitu et corporis colore venustum describenti L. V. 267.

Σχήμασιν εὐθαρσῆ, καὶ χρώμασιν ἐπαφρόδιτον.

Sic enim fuit. Namque *ἀπροφίδητον*, quod nunc legitur, quis tandem intelliget? WESS.

541. 38. *Τὴν ἑνὸς οἰκέτου — χεῖρα — παρακαλέσαι*] Ita Diodorus. Alii sua manu, alii concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesino occubuisse prodiderunt. Lege Velleium L. II. 27., Plut. Sulla p. 472. E., Appian. B. Civil. L. I. p. 681 etc. Wess.

541. 46. *Μετὰ μέντοι τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν* etc.] Haud scio an Photii liberalitati sequens, civiles turbas usque ad Augustum continens, compendium debeatur: Diodori quidem certe omnia non sunt. Perduxit historiarum seriem ad Olympiad. CLXXX., attigitque res in Gallia a Iulio Caesare gestas, sicuti scripsit L. I. 5. Qua eadem Olymp. CLXXX. Aegyptum adierat, ut praesens omnia exploraret et rerum gestarum commentarios, quos regia servabat bibliotheca, inspiceret, ibid. c. 44. Unde, me quidem arbitro, conficitur, aetatem eius, nisi qui provectissimam, etsi nullo fundamento, effecerit, ultima Augusti non attigisse. Fieri quidem potest, ut, occasione belli civilis Sullani, *παρέκβασιν* quandam de bellis eius generis insecuto tempore administratis fuerit exorsus, nec certa tamen res, quoniam aliis in libris digressiones vitavit prolixiores. Wess.

541. 57. *Χειριζομένων Λεπίδου* etc.] Everti possessione *χειμαζομένου*, quod legebatur, vocabulum. Putabimusne vero, *ὕπατον ἀρχὴν* Diodorum adpellasse simpliciter Triumviralem istam potentiam? Semper eius in libris Consulatus *ὕπατος ἀρχὴ* est, quo longe ampliorem sibi III. viros vindicasse nemo ignorat. Wess.

542. 67. *Τὴν ἰδίαν τάξιν καὶ δυναστείαν ἀποβεβλ.*] Neque haec, ad vivum si resecentur, vera erunt. Pristinam sane vigoris auctoritatem sive *δυναστείαν*, mutata reipublicae forma, Consulatus amisit. At *τάξιν* non item. Callidus quidem princeps suffectis consulibus, quo pluribus ad amplissimum magistratum aditus foret, locum voluit esse, nec ordinario tamen Consulatui veterem ordinem et honorem negavit. Adi sis Tacitum Annal. I. 2. Porro Photius his plura adstruxerat de Illustrium dignitate, patriciis, tribunis plebis, dictatore, eiusque generis aliis, partim Diodori aetate longe recentioribus, partim minus accurate descriptis. *Quae ridiculum esse, a Diodoro unquam fuisse prodita putare*, bene Scaliger censuit. Illic itaque, ubi erant, ea reliqui. Wess.

542. 69. *Οἱ περὶ τὸν Κίνναν*] His in eadem Photii Bibliotheca praescriptum erat, *ἐκ τοῦ μη'*, ex L. XLVIII., quod pravum esse res ipsa clamat. Diodori enim Bibliotheca quadraginta librorum ambitu absolvebatur. Rectius relata a Rhodomanno sunt ob argumenti similitudinem in librum XXXVIII. Wess.

542. 76. *Διοικοῦσι τὰ κ. τὴν ἡγεμονίαν*] Legatur *διοικῶσι*. Rhod.

542. 91. *Συγκλείσας ἑαυτὸν εἰς οἶκον νεόχριστον*] *Ἐν*

οἰκήματι νεοχρίστῳ τε καὶ ὑγρῷ Appian. Bell. Civil. lib. I. p. 663. et Vell. Paterc. L. II. 22. Simile, sed invito, fati genus Ioviano Imp. obtigisse Ammian. L. XXV. 10. cum nota Valesii prodidit. Photius certe, ut Imperatoris eum casum illustraret, hoc de *Catulo* praecipue excerpendum iudicavit, sicuti praefatio, quae in Bibliotheca eius, indicat. Wess.

542. 96. *Ἡμεῖς δὲ μέλλοντες ἀναγράφειν τὸν πρὸς Ἰουδαίους* etc.] Haec praeposuisse videtur historiae eius belli, quo Pompeius Hierosolyma obsedit et occupavit, Aristobulo in catenis Romam ad triumphum abducto. Vide Ioseph. Ant. L. XIV. 4. Versatur autem in his describendis non ita criminose, ut plerique alii scriptorum. Nihil certe de lepra, ob quam ex Aegypto fuerint exacti; nihil de effigie animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerint; nihil ferme earum contumeliarum, quas cupidissime genti isti inposuerunt. Neque omnia tamen prudentioribus excusabit. Wess.

542. 3. *Διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένων περὶ* etc.] Haud inprudenter his usus est contra patronos Memphiticorum sacrorum, Marshamum et Spencerum, vir doctissimus Iac. Triglandius Dissert. de Orig. Rituum Mosaicor. p. 138. Wess.

542. 15. *Παντελῶς δ' ἔρημον οὖσαν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους*] Id sacrae literae falsi arguunt; abit etiam a vero, quod de Mose, Hierosolyma et templum condente, additur, quamquam ea in re Tacitum pluresque alios consentaneos habet. Wess.

543. 25. *Διὰ τὸ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον τελεώτατον* etc.] Veram caussam ex totidem familiarum capitibus ignoravit, secundariam et minus idoneam, ab ipsis Iudaeis non spretam, arripuit. Philo Iud. de Profug. p. 477. *τέλειος δ' ἀριθμὸς ὁ δώδεκα· μάρτυς δ' ὁ ζωδιακὸς ἐν οὐρανῷ κύκλος. — Μωσῆς δ' οὐκ ἐν ὀλίγοις ὑμνεῖ τὸν ἀριθμὸν ΔΩΔΕΚΑ ΦΥΛΑΣ τοῦ ἔθνους ἀναγράφων.* Wess.

543. 29. *Ἀλλὰ τὸν περιέχοντα τὴν γῆν οὐρανὸν μόνον εἶναι θεὸν*] Gemina Strabo de Mose L. XVI. p. 1104. *εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν.* Iudaei Deum *ἀνθρωπόμορφον* negantes sola eum mente intelligebant, propterea, uti veteres Christiani in atheis fuerunt censiti, quod nullas aras haberent, templa nulla, nulla nota simulacra, illi totum hoc, quo continemur, cuiusque nos partes et membra sumus, et unum et Deum esse putaverunt. Egregie profecto! Et tamen I. Tolandus Orig. Iudaic. c. 15., ut cornicum oculos configeret, hic sibi reperisse visus est, quo religioni illuderet. Wess.

543. 39. *Καὶ τὴν τῶν νόμων καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν* etc.] Satis ex vero istud. Ioseph. L. II. C. Apion. c. 21. *τούτοις* (sacerdotibus) *δ' ἦν καὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων*

ἀκριβὴς ἐπιμέλεια· καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, καὶ κολασταὶ τῶν κατεγνωσμένων οἱ ΙΕΡΕΙΣ ἐτάχθησαν. Id turpem Diodori ignorantiam rerum Iudaicarum prodit, quod de regibus additur: qua in re cum oratio sit defecta, duo vocabula φασὶ γεγενῆσθαι, ut Rhodom. voluerat, adstruxi. Confer Io. Seldenum L. I. Success. Pontif. Hebr. c. 13. Wess.

543. 43. *Τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν*] Errat. Summo sacerdoti non virtutis et prudentiae eminentia sed nascendi sorte pontificatus deferebatur. Illud haud pravum tamen, modo adorationem excipias, quod de Magni Pontificis inter suos dignitate adnectitur. Habebatur ἡγεμὼν τῆς ἰδίας σωτηρίας αὐτῶν in Ioseph. de Bel. L. IV. 5. 2. et quasi mediae inter Deum et hominem conditionis, ἐν μεθορίῳ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ut hoc sequestre homines cum Deo in gratiam redirent, eiusdemque ministerio Deus cum hominibus suam benivolentiam et mandata communicaret, ἵνα διὰ μέσου τινὸς ἄνθρωποι μὲν ἱλάσκωνται θεόν· θεὸς δὲ τὰς χάριτας ἀνθρώποις ὑποδιακόνῳ τινὶ χρώμενος ὀρέγῃ καὶ χορηγῇ, Philo Iud. de Monarch. L. II. p. 828. B. Wess. Mox 47. φασιν Rhod.

544. 52. *ΜΩΣΗΣ ΑΚΟΥΣΑΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ*] Mosem verum Pentateuchi auctorem inde a priscis seculis dictum atque habitum fuisse, ex his Diodori cogit Cl. Pet. Zornius Proleg. in Hecat. Abder. Fragm. p. 37., quem vide. Wess.

544. 60. *Τοῖς δὲ ἱερεῦσι μείζονας*] Ex aliarum gentium more Iudaeos spectasse videtur. Istic, ut nunc passim per Europam, optimae agrorum possessiones sacerdotum erant. At in Iudaea τοῖς ἱερεῦσιν οὐκ ἀπένειμε χώρας ἀποτομὴν ὁ νόμος, Philo Iud. ait princ. de Sacerdot. Honor., nec deerant tamen sua illis commoda, quae ibid. recensentur. Vir doctus in Prolegom. Hecataei Abderitae optima haec esse pertendit. *Μείζονας κλήρους* urbes Leviticas et Sacerdotales indicare. At non ego credulus illi. Wess.

544. 62. *Οὐκ ἐξῆν — τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν*] Lege Levit. XXV. 23., et quae copiose disputavit Io. Seldenus de Success. ad Leg. Hebr. c. 24. Wess.

544. 70. *Πολὺ τὸ παρηλλαγμένον ἔχειν ἐποίησε νόμιμα*] Corpora condere, quam cremare malebant Iudaei: qua quidem re a plerisque aliis discreparunt. Leges de nuptiis multo illic, quam apud alios, honestiores. Vide Ioseph. L. II. C. Apion. cap. 24. et Philon. Leg. Special. p. 778. etc. Wess.

544. 73. *Ἐπὶ τετάρτης τῶν Περσῶν ἡγεμονίας*] Hoccine vult, quarto Persarum rege Iudaeos patriis institutis peregrina mutasse: an cum quarti Persae imperium Asiae post Assyrios, Babylonios et Medos obtinerent? Elige utrum velis, neque certum reperies. Xerxi quidem regi Iudaeorum aliquos stipendia meruisse ex Choerilo poëta docet Iosephus C. Apion. L. I. 22.,

qui si de sacris suis quid deteri sunt passi, pauci erant ad totam gentem, moris aviti constantissimam pariter et tenacissimam. Sub Persarum imperio a satrapis regibusque divexatos fuisse Iudaeos, quis negat districte? *Καὶ προπηλακιζόμενοι ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων καὶ σατραπῶν* verba Hecataei Abderitae sunt in Iosephi L. I. C. Apion. p. 456. Hisce vero contumeliis et vexationibus quid effectum est? Mutaruntne Iudaei maiorum disciplinam? Negat ibidem Hecataeus iste idque optime. Non diffiteor, superstitiosos quosdam ritus Persarum Macedonumque aetate in mores venisse Iudaeos; neque in summam tamen sacra, legibus finita, inversa sunt. Atque his possem defungi, nisi Photius addidisset, subiunxisse Diodorum superioribus, *περὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ταῦτα ἱστόρηκεν, de Iudaeis ista narravit Hecataeus Milesius.* Inde conclusione quadam Cl. Pet. Zornius confecit in Prolegom. Hecat. Abderit. hanc de Iudaeis Eclogam non esse *Diodori*, sed *Hecataei Milesii*, omnesque in errore versari, qui Diodoro tribuant, aspero satis decreto. Ecquid enim illi conmiserunt, qui ex Diodoro produxerunt, quae eius in libris legebantur? At Diodorus dicit, *Hecataeus ταῦτα ἱστόρηκεν* de Iudaeis? Quid tum postea? Excerpsit Diodorus libros Ctesiae, Thucydidis, Xenophontis, Anaximenis, Theopompi, Athanis, Clitarchi, Timaei, Calliae, Diylli, Sosili, Polybii, Posidonii et plurium aliorum: illinc in posterum nominandi erunt, neglecto Diodoro? Mitto, nusquam a Constantinopolitano praesule tradi, verborum habitum et colorem *Hecataei* esse *Milesii*. Quaeramus potius, quis *Hecataeus* ille *Milesius?* Vir doctus diversum censet ab *Hecataeo* isto, domo Milesio, qui Cyri Cambysisque aetate floruit: nolo refragari, quamquam caussa, quae adfertur ex Persarum quarto principatu et Macedonum imperio, de quo utroque in Ecloga, parum est solida; verbis pugnatur Diodori, ex quo ista Excerpta, non Hecataei. Sed sit alius. Demiror vehementer neminem neque Iudaeum neque Christianum hominis in tam illustri caussa meminisse. *Hecataeum* Abderitam cupide utraque ex secta in partes vocant, neque illi iniuria. De Milesio altum tacent. Quae mihi res paene extorquet, ut Abderitam *Hecataeum* a Diodoro advocatum opiner, notum rerum Iudaearum scriptorem, erroremque deberi Photio. Tu vide G. Io. Vossium Hist. Graec. L. IV. 3. et Spencerum ad Origen. L. I. C. Cels. cap. 15. p. 334. ed. nov. Wess.

ANNOTATIONES
IN
EXCERPTA DE VIRTUTIBUS ET VITIIS.

545. 10. Ἐπιφανεῖς βοηθοὶ τοῖς παρὰ λόγον etc.] Confer quae dicta sunt ad L. IV. 43. Wess.

545. 14. Ὅτι Ἐπωπεὺς βασιλεὺς Σικυῶνος] His multum contraria narrat Pausanias in Corinthiacis (lib. II. 6.) Nam Epopea templum magnificum Palladi, item et Apollini et Dianae aedificari curasse ait. Sed quid mutabilius hominis mente? Palm. Agnoscit regem Epopea catalogus regum Sicyoniorum Eusebianus, nec praeteritur a Criticis ad Apollon. Rhod. L. IV. 1090. Forsan etiam ab eo Sicyone Ceres Ἐπωπὶς adpellata fuit. Hesychius, Ἐπωπὶς, Δημήτηρ παρὰ Σικυωνίοις. Quod tamen districte adfirmare nolim, cum et alia tituli, sive Ἐπωπὶς seu Ἑπωπὶς fuerit, caussa dari possit. Lege Tzetzen ad Lycophron. v. 1176. Wess.

545. 17. Τὸν Σίσυφον πανουργίᾳ — διενεγκεῖν] Principi poëtae κέρδιστος ἀνδρῶν Sisyphus, de cuius versutia et strophis serior aetas plurima prodidit, petenda ex Schol. ad Sophoclis Aiac. v. 190. et Aristophan. Acharn. v. 390. Wess.

546. 24. Ἐβρόντα, καὶ οὔτε θυσίας — ἐτέλει] Vidit in inferis Aeneas,

Crudeles dantem Salmonea poenas,
Dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi.

Aeneid. VI. 585.; quam tamen hominis vanitatem dicam an inpietatem Homerum ignorasse ex Odys. Λ, 235. haud prava conclusione confecit Eustath. in Odys. p. 1681. Wess.

546. 27. Ἥτις διὰ τὴν λευκότητα etc.] Vide A. Behotii Apophor. L. III. 14. Notae sunt blanditiae Polyphemi ad Galateam, λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν Idyl. Theocrit. XI. 20., hac parte similem Salmonei filiae, quae et *candida Tyro* in Propertii L. II. 21. 51. De ea auctor abunde L. IV. 68. Wess.

546. 31. Τιμηθῆναι] F. τιμηθεὶς. Vales.

546 32. *Θητεύειν παρὰ τὸν Ἄδμητον*] Mallem *παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ*. Homerus Odys. *Λ*, 488.

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ —

Atque ita Diódorus ipse L. IV. 71., ubi vide. Wess.

546. 45. *Ἐφ' ᾧ θαυμασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων*] His fere concinunt, quae Aur. Victor Orig. Rom. c. 9. ex Alexandro Ephesio excerpsit. Alii aliter. Vide Dionys. A. Rom. L. I. p. 37. Wess.

546. 56. *Ὅτι Ῥωμύλος Σιλούϊος*] Ita eum et Livius appellat. Sed Ovidius in 4. Fast. (v. 50.) et Eusebius, aliique *Remulum Silvium* vocant. Dionysius Halicarnasseus lib. I. (p. 57.) *Ἀλλάδην*, magno discrimine. Apud Zonaram *Ἀμούλιος* scribitur. *Aremulus* in Orosii lib. I. (cap. 20.) Vales.

546. 62. *Κατὰ τὴν Κύμην — ὄνομα Μάλακος*] Aristodemus est, Aristocratis F., qui *Μάλακος* est dictus, *εἴθ' ὅτι θηλυδρίας ἐγένετο παῖς ὤν, καὶ τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα ἔπασχεν, εἴθ' ὅτι πρᾶος ἦν φύσει καὶ μαλακὸς εἰς ὀργήν*, uti Dionysius ait Rom. Ant. L. VII. p. 418., hominis, Cumis Italicis gravissimi, res fuse describens. Adde Plut. de Virt. Mulier. p. 261. E. Wess.

547. 70. *Ἔπη τάδε*] Extant hi versus apud Herodotum lib. I. (c. 65.) ac Themistium. (Orat. XIX. p. 225.) Vales. V. Exc. Vatic. p. 1. 1.

547. 74. *Ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν υ'*.] Lacedaemonios per continuos 400. annos Graeciae principes fuisse ait Diodorus Siculus, quamdiu Lycurgi legibus sunt usi. Ita igitur computare oportet ab temporibus Lycurgi ad cladem usque Leuctricam, quae contigit anno 2. Olymp. CII. Floruit autem Lycurgus sub primam Olympiadem, cum in constituendo Olympico certamine Iphitum Eleum consilio atque opera sua adiuvisse dicatur ab Aristotele, Phlegonte, et Pausania in Heliacis (L. V. 4.) et Plutarcho (princ. Vit. Lycurg.) Ita paulo plus aut minus quadringenti anni conficiuntur. Sed cum Eratosthenes et Apollodorus Lycurgum multis annis ante primam Olympiadem vixisse scribant, certumque sit Diodorum Siculum Apollodori supputationem ubique secutum esse, ut ipsemet in prooemio operis sui profitetur, alia computandi ratio ineunda esse videtur. Igitur cum constet Athenienses pulsis Lacedaemoniis principatum Graeciae obtinuisse anno 4. Olymp. LXXV., ut initio lib. XI. docet Diodorus Siculus; inde si retro numeraveris ad primam usque Olympiadem, anni fiunt trecenti. A prima autem Olympiade ad Lycurgum, intervallum annorum centum debet esse, ut quadringenti anni compleantur. Ex quo conficitur Lycurgum centum annis Olympiadem primam antecessisse. quae fuit sententia Apollodori, ut patet ex iis, quas Porphyrius libro I. philosophicae historiae ex eo producit in ex-

cerptis Eusebianis Iosephi Scaligeri p. 216. In qua opinione est etiam Tatianus in Apologetico (cap. 63.) et Eratosthenes apud Clementem Alexandrinum lib. I. Strom. (p. 389.) Ex quo etiam conficitur falli Eusebium, qui in Chronico scribit, numera 1218. anno 15. Alcamenis: *Lycurgi leges a Lacedaemoniis hac aetate susceptae iuxta sententiam Apollodori.* Atqui ex Plutarcho ac Porphyrio ostendimus Apollodorum in alia sententia fuisse, prorsusque cum Eratosthene consensisse. Igitur ex sententia Apollodori ἐπιτροπεία Lycurgi convenit numero Eusebiano 1133. anno 33. regis Spartanorum Archelai, quo anno etiam Eusebius Lycurgum floruisse recte posuit, siquidem Charilaus, cuius tutelam gessit Lycurgus, una cum Archelao regnum tenuit, teste Plutarcho (in Lycurg. p. 42.) ac Pausania in Laconicis (c. 2. p. 208.) Vales. Elegantia atque erudita sunt, quae a Valesio disputantur, nec talia tamen, quae persuadere possint, Diodori eam esse manum. Solet ille annis quingentis Lacedaemonis decus et potentiam circumscribere, a quo suo more cur hic desciscere voluerit, nulla caussa affertur. Verum praeterea est, a constituta ab Lycurgo republica usque ad Leuctricam cladem, quae civitatis opes infregit, annos quingentos abiisse. Itaque opinatus semper sum, πλείω τῶν φ', sive πεντακοσίων, hic primitus fuisse, neque me eius iudicii poenitet. Lege, quae super ista re disputata sunt ad princip. L. XV. Wess.

547. 78. Ὅτι τῶν Ἠλείων] Idem de Eleis scribit Polybius lib. 4. (cap. 73. p. 468. ed. Gron.) eis consensu totius Graeciae immunitatem et sacrosanctum quoddam religionis ius ob ludicrum Olympiorum concessum fuisse. quod ius diu quidem Elei cum retinuissent, postea Olymp. CIII. anno 4. cum Arcadibus, qui Lasionem et Pisatidem regionem occupaverant, bellare coacti, pristinum genus vitae commutarunt, neque ut deinceps veterem suam immunitatem et quietem a Graecis reciperent, curam ullam habuerunt. Vide et Strabonem lib. VIII. (p. 514. ed. Amst.) Vales. Conferenda cum his Exc. Vatic. p. 5. 1.

547. 83. Καὶ οὔτε τῆς ἐπὶ Ξέρξῃ στρατείας] Legebatur in scripto libro ἐπὶ τῆς Ξέρξι, unde Salmasius ad oram sui libri, quem mecum communicavit vir doctissimus Io. Godof. Richter, ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας levi mutatione effinxit, satis bene. Res ipsa dubia est. Nam Pausanias L. V. 4. p. 383. Eleos in partem istius belli venisse asseverat: Ἠλείοις, inquit, μέτεστι καὶ ἔργων κατὰ Μήδων ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔφοδον. Wess. Etiam Valesius dederat τῆς ἐπὶ Ξέρξῃ.

547. 89. Ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς etc.] Vide L. XIV. 17. et XV. 77. Wess.

Ibid. Πολλαῖς γενεαῖς] Συνέβη addidi ex coniect. Vales.

547. 5. Πολυχάρη Μεσσήνιον] Hic narrabat Diodorus initium belli Messenici, quod coeptum est nona Olympiade: cui

caussam dederunt Euaephnus Spartanus, et Polychares Messenius, quorum Polychares quidem IV. Olympiade stadio victor fuerat, ut refertur in catalogo Olympionicarum, quem ex bibliotheca regia edidit Scaliger. Historiam hanc Polycharis legere est apud Pausaniam in Messeniacis (cap. 4. p. 289.), ubi bellum Messeniacum accurate describit, quod per XX annos tractum tandem expugnatione Ithomae finem accepit anno I. Olymp. XIV. Et hoc quidem Messenicum bellum primum fuit. Postea vero bellum Messenicum secundum 39. post annis est excitatum anno 4. XXIII. Olymp., ut ait Pausanias (L. IV. 15.), magistratu Athenis Tlesia. Quamquam Iustinus post octoginta annos id bellum repetitum esse scribit lib. III. 5. Cui accedit Eusebius in Chronico, qui Olymp. XXXV. anno 3. *Messana*, ait, *a Lacedaemoniorum societate discedit.* Eamque sententiam prope est ut veriorem putem. Nam Tyrtaeus, qui eo bello a Lacedaemoniis iussu oraculi est accitus, tertia aetate post primum Messenicum bellum rebellasse Messenios innuit his versibus:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.

Tres autem aetates seu *γενεαὶ* octoginta plus minus annos conficiunt. Accedit, quod Tyrtaeus Olymp. XXXV. floruisse dicitur a Suida in *Τυρταῖος*. Eusebius Olymp. XXXVI. floruisse scribit. Floruit autem Tyrtaeus bello Messenico secundo, ut satis constat. VALES.

548. 6. *Συνθέσθαι μεθ' ὧν κοινωνίαν*] Mediam vocem non intelligo, nisi prava quod sit. Esse novi, qui *μεθ' ὧν* loco *μετά τινων* malit, sed neque id satis placet. WESS.

548. 12. *Ὑπὸ λῃστῶν γεγονέναι βιαίων*] Doctissimus Kuhnius ad Pausan. L. IV. p. 289. *γεγονέναι βιαίαν*, scilicet *ἀπώλειαν*, praeoptavit. Simulasse enim hominem per vim amissos esse boves. WESS.

548. 37. *Πολυχάρη τυχόντα τῶν ἴσων* etc.] Defecta haec videntur et non satis recte Latine reddita. Kuhnius legit *Πολυχάρη μὴ τυχόντα* etc. vertitque: *Polycharem vero, cum aequo iure rem suam recuperare non posset, adolescentem interfecisse, et Spartae civibus, quos capere potuisset, manum iniecisse.* Addidit dein, „aliter reddit ultima verba Valesius, sed invita, „ut aiunt, Minerva. *Τυχεῖν τῶν ἴσων*, paullo ante dixerat ipse „Diodorus *τυχεῖν τῶν δικαίων*, *ius suum recuperare*. Ideoque „non significat *par pari referre*. Restringit Pausanias ad homi„nes per *ἀνδρολημψίαν* captos: *πάντα τινὰ ὃν λάβοι Λακεδαι„μονίων ἐτόλμα φονεύειν* inquit. Ergo nimis generaliter H. Va„lesius, *praedam ex Spartano agro egit.*" Hactenus Kuhnius, cui adsentiri non recuso. Posset fortasse *ῥυσιάζειν τὴν πόλιν* et homines et bona civium complecti, uti *ῥύσια καταγγέλλειν τοῖς*

Ῥοδίοις, suis ius concedere res Rhodiorum occupandi apud Polyb. L. IV. 54. et aliis locis, a Valesio ad Harpocrat. in Σύλας conductis. Sed vide Aeschyl. Supplic. v. 430. et Euripid. Ion. v. 523. Wess. τυχόντα τῶν ἴδων bene habet, *eadem fortuna fruebatur* Polychares eo, quod hostis sui Euaephni filium in potestate sua nanciscebatur, quemadmodum ipse suum hosti commiserat. ῥυσιάζειν τὴν πόλιν significat facere Messeniis facultatem opes et viros Spartae, ubi ubi reperirent locorum, modis inimicitiarum omnibus excipiendi. Reisk.

548. 38. Τόν τε νεανίσκον ἀνελεῖν etc.] Suidas haec Lexici sui vocabulo Ῥύσια addens, ῥυσιάζειν explicat ἐνέχυρα λαμβάνειν. Wess. in Add.

548. 40. Ὅτι Ἀρχίας] Hanc historiam narrat fuse Plutarchus ἐν ἐρωτικαῖς διηγήσεσι (p. 772. E.) et Scholiastes Apollonii lib. IV. Argonaut. p. 219. et Maximus Tyrius Dissert. VIII. Sed Maximus Tyrius Actaeonem *Aeschyli* filium vocat, quem Plutarchus et Scholiastes Apollonii filium *Melissi* memorant, quibuscum consentit et Alexander Aetolus in Apolline his versibus:

Πρωθήβης ἔαρος θαλερώτερος οὐδὲ Μελίσσου,
Πειρήνης ναίοντ' ἀλφεσίβοιον ὕδωρ·
Θελήσει μέγαν υἱὸν, ἀφ' οὗ μέγα χάρμα Κορίνθῳ
Ἔσται, καὶ βριαροῖς ἄλγεα Βακχιάδαις.

Extant hi versus apud Parthenium in Eroticis, cap. 14. sed depravati. Caeterum haec historia eo est notabilior, quod ab ea pendet origo celeberrimarum urbium. Namque ob hoc scelus Archias cum reliquis Bacchiadis pulsus Corintho, Syracusas condidit; Chersicrates autem Corcyram, ut ex Timaeo scribit Scholiastes Apollonii (v. 1216.) et Strabo lib. VI. (p. 414.) et Plutarchus cap. XI. Quaest. Graec. Quamvis autem annus, quo conditae sunt Syracusae, in his Excerptis non notatur, ex eo tamen quod post Messeniacum bellum id refertur, apparet post IX. Olympiadem id contigisse. Itaque assentior Eusebio, qui anno ult. XI. Olymp. Syracusas ab Archia conditas prodit. Sed quod idem Eusebius Corcyram a Corinthiis conditam ponit Olymp. XVIII., pugnantia loquitur. Eodem quippe tempore condita est Corcyra quo Syracusae, annis sexcentis post excidium Troianum, ut ait Timaeus apud Scholiastem Apollonii, p. 220. Sunt et qui asserant Syracusas eodem tempore conditas quo Crotonem, ut est apud Strabonem et Graecos paroemiographos in πλουθυγίεια. Condita autem est a Myscello Croton XVII. Olymp. anno 3., ut scribit Dionysius (lib. II. Rom. Ant. p. 121.) Vales. Vide et Davisium ad Max. Tyr. p. 580., ibidem Alexandri Aetoli versus ita refingentem:

— — *Οὐδὲ Μελίσσῳ*
Πειρήνης τοίονδ' ἀλφεσίβοιον ὕδωρ
Θαλλήσει μέγαν υἱὸν — —

Et melius, me quidem arbitro. Wess.

549. 47. *Ἐπὶ τοσοῦτον ἀνοίας προσέπεσεν*] Valesius forte inquit *τοῦτο μανίας*· quem minime sequor. Si quid mutandum, *ἐπὶ τοσοῦτον ἀπονοίας* praeferrem, ut apud Demost. in Aristocr. I. p. 486. At neque id necessarium. Vid. Pausan. L. IX. 36. p. 782., ubi *ὑπὸ ἀνοίας καὶ τόλμης*. Wess.

549. 65. *Ἐφ' οἷς πᾶσιν ἐπιφανῆναι τὸ δαιμόνιον*] Solet auctor *ἐπισημῆναι*, cum manifesta irae suae argumenta numen exhibet, plerumque semper ponere. Conf. ad L. V. 3. et L. XI. 45. Nec is tamen sum, qui vulgato dicam impingam. Wess.

549. 67. *Οἱ δὲ Γεωμόροι*] Geomori dicebantur optimates Syracusanorum, qui rempublicam administrabant. Erant autem, ut videtur, posteri Graecorum, qui cum Archia Corinthio Syracusas occupaverant, unde et nomen habuisse videntur. Sunt enim *Γεωμόροι* coloni, et ita sumit Dionysius Halicarnass. libro X. (p. 665.) Hi postea a servis et clientibus et Syracusana plebe expulsi sunt paulo ante LXXII. Olymp. ut docet Dionysius Halicarn. lib. VI. (p. 388.) in Oratione illa Appii Claudii, *ἕως ἐκβάλωσιν ἡμᾶς τελευτῶντες ἐκ τῆς πόλεως· ὡς ἐν πολλαῖς ἄλλαις καὶ τὰ τελευταῖα ἐν Συρακούσαις, ἐν αἷς οἱ Γεωμόροι πρὸς τῶν πελατῶν ἐξηλάθησαν.* Exinde Democratia, seu verius, *ὀχλοκρατία* apud Syracusanos obtinuit; Callicyriis (sic enim vocabantur Geomororum clientes ac servi) remp. tenentibus, donec Gelo Geomoros exules in patriam reduxit. Quibus a populo Syracus. receptis, Syracusani principatum Geloni detulerunt, Olymp. LXXII. anno 2., ut narrat Herodotus lib. VII. 155. Geomororum nomen corruptum est in Marmoribus Arundellianis, quae nuper ab I. Seldeno viro doctissimo sunt edita. *Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐκ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα. . . . . ἄρχοντος Ἀθήνησι μὲν Κριτίου προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ὁμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν.* lege meo periculo, *ἐν Συρακούσαις δὲ Γεωμόρων.* Plura Suidas in *Καλλικύριοι* ex Timaeo et Aristotele. Hesychius *Κιλλικυρίους* vocat *τοὺς ἐπεισελθόντας γεωμόροις*. Vales. Parium marmor eodem modo explendum et corrigendum censuerunt viri eruditissimi Marshamus et Palmerius. Vid. Humfrid. Prideaux Oxon. Marm. p. 201. De *Γεωμόροις* sive *γαμόροις*, quos pleraeque veteres Graecorum civitates habuerunt, rusticis quasi tribubus adscriptos, Spanhem. ad Callim. H. Iov. v. 74. et Plut. Quaest. Graec. p. 303. Wess.

549. 71. *Καὶ νῦν ὀνομάζεται Ἐμβροντaῖον*] *Bidental* Latine diceres. Corn. Fronto de Voc. Differ. p. 2195.: *Bidental, locus fulmine tactus et expiatus ove: bidentes enim oves appellantur.* Vid. Ill. Scaligerum ad Festum in *Bidental.* Wess.

549. 74. *Λέγουσι — ἀκουστὴν γενόμενον Πυθαγόρου*] At eos ratio temporum redarguit. Si enim Philosophus Olymp. LXI., ut inferius p. 241. horum Excerptor. Diodorus scribit, inclarescere coepit, non potuit utique Numae esse praeceptor

Alia de hoc genere opposuerunt iisdem Dionysius Ant. Rom. L. II. p. 120. et Livius L. I. 18. Wess.

549. 79. Ὅτι Δηϊόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς] Confer Herodotum L. I. 96. et seqq. Wess.

549. 82. Ὅτι οἱ Συβαρῖται] Suidas haec, et quae de Mindyride sequuntur, exscripsit in voc. Συβαριτικαῖς. Legit autem γάστριες ἦσαν, pari sententia: neque enim γάστρις alius ac γαστρίδουλος. Iunguntur λίχνος καὶ γάστρις a Iuliano Or. V. p. 176., cui Aelian. V. Hist. L. I. 28. cum Perizonii nota adiunge. Porro διότι συνέβαινε αὐτοῖς, τοὺς μὲν etc. idem habet, neque id male. Wess.

549. 84. Ἴωνας καὶ Τυῤῥηνοὺς] Ex Timaeo sumpsit haec Diodorus: cuius Timaei verba refert Athenaeus lib. XII. p. 519. ubi ait Sybaritas gestasse vestes ex Milesia lana confectas, unde et amicitia inter illas civitates nata est. Ἠγάπων γὰρ τῶν μὲν ἐξ Ἰταλίας Τυῤῥηνοὺς, τῶν δ' ἔξωθεν τοὺς Ἴωνας διότι τρυφῇ προσεῖχον. De societate et amicitia Milesiorum cum Sybaritis testis est etiam Herodotus lib. VI. initio, ubi capta Sybari tantum Milesiorum publicum fuisse luctum commemorat, ut universi puberes caput raserint. Vales.

550. 88. Ὅτι Μινδυρίδης], De Smindyridis hoc luxu loquitur Herodotus lib. VI. c. 127. et Athenaeus L. VI. p. 273. et Aelianus lib. XII. Variae Hist. et lib. IX. cap. 24. Caeterum hoc exemplum Sybaritici luxus hic affertur a Diodoro per occasionem; neque enim existimandum est Smindyridis ac Clisthenis Sicyonii aetatem his temporibus convenire. Nam Clisthenes Solonis aetate vixit, ut ex Herodoto constat aliisque. Μινδυρίδην porro an Σμινδυρίδην scribas parum interest. Sic enim et *Micythus* ab Herodoto ac Diodoro Siculo vocatur qui ab aliis Σμίκυθος, Pausanias lib. Heliacorum primo, c. 26. Vales.

550. 92. Ἀναχθῆναί τινα ἐκ Συβάρεως] Salmasius margini alleverat τὴν ἐκ Συβ., subintelligens, ut moris est, ὁδόν, At Suidas ἀναχθ. λέγεται ἐκ Συβ. νηΐ, πεντήκοντα τοὺς ἐρέτας ἔχων, τοὺς ἰδίους etc. E quo si ἔχων recipiatur una cum Salmasii coniectura, ad sententiam nihil admodum desiderabitur. Nam πεντήκοντα Suidae pravum est. Plures administros servosque secum adduxit Mindyrides, et mille quidem, si Athenaeus non fallit L. VI. p. 273. B. Scribendum νηΐ πεντηκοντόρῳ, quod probe Cel. Iac. Perizonius ad Aelian. Hist. Var. L. IX. 24. perspexit. Wess.

550. 1. Ὅπως κατακλιθῇ πρὸς αὐτὸν, εἰπεῖν] In Suida distinguunt, ὅπως κατακλιθῇ, πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Ego non sequor. Wess.

550. 3. Ὅτι Ἱππομένης] Hic ex Codridarum genere decennalis Archon Athenis fuit, cuius initium ex Olymp. XIV. consurgit, teste Eusebio. Ex Pausania autem in Messenicis Olymp. XIII. praeesse coepit, ut recte Scaliger observavit. Sed si in his

Diodori fragmentis ordo historiae servatur, quod equidem persuasum habeo, necesse est, ut alia Diodori computatio fuerit. Nam post Numam ac Deiocem de Hippomene dicere aggreditur. Orsus autem est Numa anno 3. Olymp. XVI. Deioces Olymp. XVIII. ex Eusebio. Quamquam de Deioce res controversa est, sed Diodori rationes non posteriorem hac Eusebii epocha fuisse convincunt; imo anteriorem potius. Igitur Hippomenis exitus competet aliquanto post annum 3. Olymp. XVI. ex Diodoro, et nisi fallor Olymp. XVII. Ex quo etiam consequitur anno 3. Olymp. XXIV. primum Athenis annuos magistratus creari coepisse. VALES.

550. 6. *Μεθ' ἵππου*] De hac Hippomenis crudelitate loquitur Aeschines in Orat. contra Timarchum p. 26. et Heraclides in Rep. Atheniensium, et Suidas in *Παρ' ἵππον*, aliique multi. Sed Dio Chrysostomus Orat. 32. p. 385. D. ad Alexandr. dissentire a veteris videtur. Ait enim Hippomenis filiam equi cuiusdam amore captam una cum equo a patre inclusam esse: *Ἀθήνησι δέ φασι τοῦτο τὸ ζῶον ἀγαπηθῆναι, καὶ νῦν ἐστιν ἐν τῇ πόλει τόπος καλούμενος ἵππου καὶ κόρης. ὁ γὰρ πατὴρ συγκαθεῖρξε τὴν παῖδα τῷ ἵππῳ. καὶ φασὶν οὕτω διαφθαρῆναι τὴν κόρην.* VALES.

Ibid. *Εἰς οἰκίσκον — συγκλείσας*] Adscripserat Salmasius versioni Valesianae *οἰκίσκον* non esse *stabulum*: quod pressius si examinaveris, verum videbitur. Caveam *οἰκίσκον* vocant, uti illustrissimo Demosthen. Or. pro Coron. p. 153. loco constat. At caveam si substituas, equo non bene conveniet. Fortasse artius stabulum seu aedicula angustior fuit. Nicol. Damascenus Excerpt. Peiresc. p. 446. de eodem Hippomene, *ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα, δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ εἰσέπεμψεν.* Et Scholiastes Aeschin. Or. in Timarch. p. 26., nondum editus, *τὴν δὲ θυγατέρα καθεῖρξεν ἐν οἰκήματι μεθ' ἵππου· ὁ δὲ λιμώττων κατέφαγε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ὕστερον καὶ αὐτὸς ὑπὸ λιμοῦ ἀπώλετο.* Addit idem ex Callimacho Hippomenem ex Codridis fuisse, filiae vero nomen *Λειμωνίς*. Ad Salmasium redeo. Culpat etiam *τὸ σῶμα τῆς παραβληθείσης infelicem puellam* verti. Verius utique fuerat, *obiectae corpus*. Sed non semper Valesius verbum verbo reddit, sententia sui scriptoris contentus. WESS.

550. 10. *Ὅτι Ἀρκεσίλαος*] Hic est Arcesilaus Batti Eudaemonis filius cognomento *χαλεπὸς*, teste Plutarcho in libro de fortibus mulierum gestis p. 260. E.: quartus Cyrenaeorum rex, qui primus regni formam in tyrannidem convertit, tandemque a Laarcho occisus est, uti narrat Plutarchus et Polyaenus lib. VII. 41., seu Aliarcho fratre, ut ait Herodotus lib. IV. 160. quo loco etiam de Demonacte Mantinensi loquitur, qui sub Batto claudo arbiter iussu oraculi evocatus est. Ex quo colligitur Diodorum hoc loco occasione capta ex Cyrenarum condita, omnium Battiadarum historiam simul pertexuisse. Neque enim Arcesilaus IV. Battusque

eius successor ante Tarquinium Priscum vixerunt. Fuerunt autem ex Battiadis octo Cyrenarum reges perpetua serie generis, Batti et Arcesilai alternis dicti; mansitque eorum regnum per annos cc., ut docet Scholiastes Pindari in Oden 1. (Od. IV., in principio) Pythion. quod et oraculo praedictum fuerat, ut refert Herodotus lib. IV. 163. ἐπὶ μὲν δ' Βάττους καὶ Ἀρκεσίλεως δ' ὀκτὼ ἀνδρῶν γενεὰς διδοῖ ὑμῖν Λοξίης βασιλεύειν Κυρήνης. πλέον μέντοι τούτου οὐδὲ πειρᾶσθαι παραινέει. Primus fuit Battus cognomine οἰκιστής, qui XL regnavit annos. 2) Arcesilaus Batti filius, cui annos XVI. tribuit Herodotus. 3) Battus Arcesilai filius, cognomine Eudaemon. 4) Arcesilaus Eudaemonis filius, χαλεπὸς cognominatus. 5) Battus Arcesilai filius, cognomento χωλός. 6) Arcesilaus Batti filius. 7) Battus Arcesilai filius cognomento καλὸς teste Heraclide in republica Cyrenensium. 8) Arcesilaus, qui Pythiis victoriam reportavit: ob quam victoriam Epinicium ei cecinit Pindarus, in quo octavum ex Battiadis eum fuisse dicit, παισὶ τούτοις ὄγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας. quo a Cyrenaeis occiso Battus eius filius regnum occupare est molitus, sed a Cyrenaeis repulsus Hesperidas se contulit ibique decessit. Finitum est regnum Battiadarum anno 1. Olymp. 87. VALES.

550. 21. Δημώναξ Μαντινεὺς] Vide Herodot. L. IV. 161. Catalogus regum Battiadarum, ab H. Vales. digestus, longe superat diligentiam Erasmi Schmidii in Prolegom. ad Od. IV. Pythionic. Habet et ille Battos quatuor et totidem Arcesilaos, sed tertium Battum, sive quintum regem, Εὐδαίμονα censet, non bene intellectis Herodoti verbis ex cap. 159., quae si hoc modo distinxeris, ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, Βάττεω τοῦ εὐδαίμονος καλεομένου, Ἕλληνας etc. tertium regem, uti debent, indicabunt. Praeterea Arcesilaum, Batti Claudi et Pheretimae F., regum postremum fuisse ait, eumque, quem Pindarus Od. IV. celebraverit: quod miror vehementer. Arcesilaus iste ultimis Cambysis annis aut certe principio Darii Hystaspidae occisus est, diuque adeo ante Pythiadem XXXI., qua victor fuit ultimus Arcesilaus renuntiatus. Ex Herodoto L. IV. 165. res est clarissima. WESS.

551. 30. Τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιώκει etc.] Ex Polybio Excerpt. p. 1368. videntur sumta, ut Vales. ibi animadvertit. WESS.

551. 33. Ἐπὶ σοφίᾳ . . . . . . ἦν δὲ πατρὸς Ἐξηκεστίδου] Hoc loco inter σοφίᾳ et ἦν δὲ plura desunt, et notari debet hiatus: duo capita procul dubio in unum coierunt. PALM. Ἦν δὲ καὶ (Σόλων) πατρὸς μὲν etc.] Nihil deerit, si meum hoc institutum probetur. Καὶ in scripto Codice Salmasius reperit. Σόλων, quod ad marginem legebatur, suum in locum restitui: nam de Solone agi, Execestidae F., quisque animadvertit. Lege observata Cl. Hemsterhus. ad Luciani D. Mort. XX. 5. WESS.

551. 51. Διὰ τὴν ἐν παιδείᾳ προκοπὴν] Quod Interpres

dedit *ob singularem prudentiam*, verum id quidem est, sed generalius. Eruditionis profectum Diodorus intelligit, ut de Pythagora Excerpt. horum p. 241., *προκεκοφὼς ἤδη ἐν παιδείᾳ·* neque in disciplinis tantum, sed quavis re. *Οἱ πλούτοις προκεκοφότες* infra p. 362. Excerpt. Et L. XIV. 98. *οὐ βουλόμενος — Εὐαγόραν προκόπτειν ἐπὶ πλεῖον·* cui, verba si spectes, gemellum est S. Paulli Epist. ad Timoth. II. cap. III. 9. Hinc *ἀπρόκοποι* et res et homines, quibus successus minime conmodus et felix Maneth. L. II. 444. et L. III. 23. 375. et Iul. Firmic. Matern. L. II. Mathemat. p. 35. ed. prim. *Vespertini in diurna genitura inefficaces, aprocopos reddunt, et qui nihil agere possint.* Sic enim scriptum fuisse Manetho apertissime ostendit, non *appocopes*. Wess.

551. 52. *Τὴν ὅλην ἀγωγὴν τῆς π. ἐχ. Ἰωνικὴν*] Testatur id Thucydides libro I. sub initium, et Aristophanes *ἐν Θεσμοφορ.* (v. 170.) de puellabus Atheniensium, *ἐμπροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς*. Sed de veterum Atheniensium luxu vide, quae narrat Aelianus lib. IV. variae hist. cap. 22. et Athenaeus lib. XII. initio. Vales. Iones olim ob animi corporisque mollitiem male audiisse confirmari potest Hermogenis Scholiastae verbis p. 393.: *ἁβρότεροι ἐξ ἀρχαίου οἱ Ἴωνες, ὡς Βακχυλίδης ὁ Λυρικός φησι,*

Τῶν ἁβροβίων Ἰώνων ἄναξ.

καὶ Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ. Confer etiam Scholia in Aristophan. Thesmoph. v. 170. Wess.

551. 59. *Ἐν κώμῃ Χηνὰς*] Rectius *Χηναῖς* legeretur, ut apud Maximum Tyrium Serm. XV. Sunt autem *Χηναὶ* vicus in Oetaïca regione, ut docet Pausanias in Phocicis cap. 24., ubi de septem sapientibus disserit: *τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα καταλέγει τὸν Χηνέα· κῶμαι δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει ᾤκοῦντο αἱ Χῆναι.* Platonis locus, quem intelligit Pausanias, est in Protagora, p. 343. A. Diogenes Laërtii filius scribit alios Oetaïcae, alios Laconicae id oppidum tribuere. Sed Diodorus Siculus Maliensium id oppidum fuisse testis est. Erant autem Malienses ad Oetam montem positi. Quare quomodo Laconicae tribui possit non video, nisi forte quia Lacedaemonii Oetaïcam regionem colonis occuparunt, ut docet Thucydides; sed hoc multis post annis accidit. Porro de Mysone Chenaeo loquitur et Musonius apud Stobaeum cap. 222. *ὥστε Μύσωνα τὸν Χημαῖον χωριστικῶς οἰκοῦντα ὁ Θεὸς ἀνεῖπε σοφόν.* Lege *Χηναῖον*. Vales. *Ἐν κώμῃ Χηνὰς*] Tetigit et hunc locum Aeg. Menag. ad Laërtii L. I. 106., *Χῆνα* sive *Χήνα*, corrigens, aut potius *Χήναις* ex Pausan. L. X. 24. At Palmerius: „ex hoc loco solvitur dubitatio Diogenis Laërtii, qui de hoc My„sone ait in eius vitae initio, *τὸ γένος Χηνεὺς ἀπὸ κώμης τινὸς* „*Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς*. Nam si fuit quidam pagus Laconicus

„nomine *Χηναὶ*, non fuit patria Mysonis, qui a Diodoro *Μαλιεὺς* dicitur. At Oeta mons fuit *Μαλιέων* seu *Μηλιέων*, eos „a meridie terminans." Haec ille. Wess.

552. 69. *Ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν* etc.] Si Philosophorum orationes respicit, sicuti videtur, melius *ἐν ταῖς ἀπαγγελίαις* erit, quemadmodum L. I. 1. et L. IV. 83., ubi in Codd. utriusque vocabuli manifesta est confusio. Confer Io. Davis. ad Ciceron. Finib. L. II. 31. Wess.

552. 82. *Ὅτι Πιττακὸς βαθὺς ἦν*] Vide Casaubon. in Sueton. Vitell. c. 13. et H. Vales. ad Polyb. Excerpt. p. 1441. Posses ex Philone Iud. Leg. Cai. p. 997. *φρονήσει βαθείᾳ χρώμενος* planius exprimere, aut Aeschyli voce *βυσσόφρων* Choëphor. v. 650. In Appiano Bell. L. III. p. 896. *οἷς τι λογισμοῦ βαθέος ἦν*. Apud Lucian. Salt. c. 81. *βαθὺς τὴν παιδείαν*. Et Eunapius Excerpt. Hoeschel. p. 12. *μετὰ βαθείας σπουδῆς καὶ φροντίδος*. Imp. Antoninus L. III. 2. p. 65. *ὥστε εἴ τις ἔχοι πάθος καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν·* quae omnia *incredibilem* quandam *ingenii altitudinem*, ut Sallustius vocat Iugurth. c. 95., indicant. De Pittaci fortitudine abstinentiaque confer Menag. ad Diogen. L. I. 75. Wess.

552. 99. *Ὅτι σαγηνεῖς Μεσσήνιοι* etc.] Puellas Messenias, a Biante redemtas, non praeteriit Diogenes L. I. 82., neque tripodem ibid. sect. 32., quem tamen a Messeniis piscatoribus e mari extractum negat, sed ab arbitris Messeniis Bianti attributum fuisse. Wess.

552. 6. *Ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων — βοήθειαν*] Lege Diogenem L. I. 84. Wess.

553. 25. *Διὸ καὶ κατὰ λόγους* etc.] Valesius *κατὰ λόχους* in scripto reperisse videtur: id certe vertendo expressit, estque melius. Crudelem Astyagis indolem non reticuit Herodot. L. I. 123. Wess.

553. 31. *Διόπερ αὐτὸν — προσηγόρευσαν πατέρα*] Eadem Herodot. L. III. 89. Wess.

553. 35. *Ἄτυν καλούμενον πλήξας ἀπέκτεινε*] Meminit obiter Dio Chrysost. Or. LXIV. p. 592. B. et Schol. a Morellio editus, plenius Herodot. I. 34. 43. Errorem Max. Tyrii in hoc Croesi filio indicarunt viri doctissimi D. Heinsius et Io. Davisius Dissert. XL. 6. p. 639. edit. Londin. Wess.

553. 50. *Εὐρύβατον τὸν Ἐφέσιον*] Fortasse ex Ephoro sumtum est, e quo Eurybati hanc fraudem repetunt Harpocration in voc. Ulpian. in Demost. de Cor. p. 137., etsi nunc prave *Εὔφορος* in Parisina, qua utor, editione et Eustath. ad Hom. p. 1864. Valuisse vero inter Graecos, ut *Eurybatus* pro versipelli et fraudulento poneretur, praeter Demosthenem clamat Aeschin. Or. in Ctesiph. 73. et Append. Vatic. I. 94. Sunt tamen, qui Eurybatum Oechaliensem verbo *εὐρυβατεύεσθαι* suis furtis et versutiis

originem dedisse velint, ut Alciphron L. III. Ep. 20., cum Bergleri nota. Wess.

553. 67. *Ἀθήνησι Θηρικλέους*] Olymp. LXI. magistratum Athenis fuisse Thericlem ait Diodorus. Existimo autem anno 4. supradictae Olymp. id adscribendum esse, quo anno scribit Dionysius Halicarn. lib. IV. p. 244. Archontem Athenis fuisse Herculem, *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἡρακλέους*. Sed *Θηρικλέους* ex Diodoro legere oportet; neque enim Athenienses Deorum nomina vindicabant. Vales. Meursius Archont. L. I. 11. Dionysii locum quoque tractavit, *Ἡρακλείδου* ex Scaligeri Collectaneis refingens, nullo iure. Wess.

Ibid. *Κατὰ τὴν ξα'. Ὀλυμπιάδα*] Recte hoc anno floruisse dicitur Pythagoras. Etenim regnante Tarquinio Superbo in Italiam venit, ut ait Gellius lib. XVII. 21. Regnare porro coepit Tarquinius anno 4. supradictae Olymp. Quare emendandus est Dionysius Halic. qui lib. II. p. 121. ait, *Πυθαγόρας δὲ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα διέτριψεν ἐν Ἰταλίᾳ.* Legendum enim *ἑξηκοστήν.* quod firmat etiam Diogenes Laërtius, qui Olymp. 60. Pythagoram floruisse scribit. Vales. Conf. viros longe doctissimos R. Bentleium Dissert. de Phalar. Epist. p. 60. et H. Dodwellum Exercitat. de Aetat. Pythag. sect. 19., parum quidem in Pythagorae constituenda aetate concordes, in eo tamen consentientes, Dionysii locum medela non egere: quam certe series verborum eius plane respuit. Wess. Add. Mazoch. ad tab. Heracl. p. 52. s.

554. 71. *Οἱ δέ φασιν ὅτι Τυῤῥηνὸς*] Aristoxenus ei rei praecipuus auctor fuit, ut Diogenes L. VIII. 1. et in notis Menagius docent. At is *πατρόθεν* Pythagoram Tyrrhenum perhibebat, quod pater ex Hetruria esset oriundus: alii in ipsa illa regione natum educatumque asseverabant, quemadmodum in Plut. Sympos. L. VIII. 7. p. 727. Lege Dodwelli Exercitat. segm. 12. Wess.

554. 74. *Ἐπιστρεφομένης*] MS. *ἐπιστρεφούσης.* Vales.

554. 89. *Κατισχύσαντος δὲ τοῦ Φερεκύδου* etc.] Oratio non recte procedit. Verum est, quod orae libri sui Salmasius apposuit, *κατισχυσάσης δὲ τὸν Φερεκύδη — τῆς νόσου.* De morbo Pherecydis, et Pythagorae in praeceptorem cura, Menag. in Diogen. L. I. 118. Wess.

554. 98. *Πραγμάτων*] Fors fuit *προσταγμάτων.* Wess.

554. 1. *Ὅτι Κλινίας Ταραντῖνος*] Eamdem historiam Iamblichus Vit. Pyth. sect. 127. et 239. praetereundam non censuit. Wess.

554. 12. *Φιντίας τις*] Eandem historiam narrat Cicero lib. III. de Officiis, c. 10. et Valerius Max. lib. IV. 7. et Iamblichus lib. I. de vita Pythagorae, sect. 60. p. 54. At Polyaenus lib. V. c. 2. 22., ubi rem omnem fuse narrat, Euephanum et Eucritum eos appellat, non vero Damonem et Phintiam, quod certe mirum

est; sed et Hyginus fab. CCLVII. in his nominibus multum variat; Moerum enim et Selinuntium nominat. VALES. Vide et Io. Davisium, de amicorum hoc pari disputantem, ad Ciceron. Tusc. Disp. L.V. 22. WESS.

555. 29. *Ἀπαγομένου πρὸς τὴν ἀνάγκην*] Lege not. in L. III. 13. et infra ad haec Excerpta p. 250. WESS.

555. 37. *Τὰ κατὰ τὴν προτέραν ἡμέραν* etc.] Huc pertinere possunt ex Aur. Carmin. v. 40. et seq. Cicero Cat. Maior. c. 11. *Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia, quid quoquo die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.* Adde Iamblichum Vit. Pyth. sect. 166. WESS.

555. 43. *Ἐμπειρίαν τε τοῦ δύνασθαι*] Hic locus sic supplendus videtur, *ἐμπειρίαν συμβάλλειν οἰόμενοι τὸ δύνασθαι* etc. ac tum sic vertendus erit: *Et ad omnium rerum peritiam conducere existimarent, res quamplurimas posse memoria complecti.* VALES.

555. 53. *Τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν*] Notum est Pythagoreorum *ΣΕΒΟΥ ΟΡΚΟΝ*, de quo praeclara Hierocles ad Aur. Carm. p. 30., cui recte iunxeris Iambl. V. Pyth. segm. 144. WESS.

555. 56. *Κατὰ μὲν τὸ θέρος μὴ πλησιάζειν* etc.] Praecepti meminit Diogen. L. VIII. 9. ibique Menag. WESS.

555. 66. *Ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγνεύουσαν*] Quod poëta dicit,

Non bove mactato coelestia numina gaudent,
Sed, quae praestanda est et sine teste, fide:

id Pythagoras suis praecepit: Divinum enim numen non adeo victimas earumque copiam, quam mores adeuntium spectare. *Μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει.* Inspice Iamblich. V. Pyth. sect. 122. WESS.

555. 69. *Ἴσα θεοῖς — ἐτιμᾶτο*] Vid. Io. Pearson. in Symbol. Apost. p. 123. et Raphel. S. Paulli Epist. ad Philipp. II. 7. Noster L. I. 89. *ἐνομοθετήθη τιμᾶν ἴσα θεοῖς.* Hippocrates Iusiur. *ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με — ἴσα γενέτῃσι.* Oppian. Halieut. L. II. 326. *Ἴσα γ' ἀριστῆϊ προμάχῳ στρατοῦ.* Pausan. L. II. 2. *ἡ Πυθία χρᾷ — τὸ δένδρον ἐκεῖνο ἴσα τῷ θεῷ σέβειν.* Alciphron. L. III. Ep. 43. *ἴσα τοῖς ἀνδροφόνοις.* ad cuius L. I. Ep. 13. Steph. Bergler. plura. Quae quamvis vocabuli, adverbii potestate positi, vim abunde illustrent, accedat in cumulum Basilius Magn. Hom. in Famem et Siccit. T. II. p. 68. *οὓς πρὸ βραχέως ἴσα θεῷ διὰ τὴν ἡδονὴν προσεκύνουν.* WESS.

556. 79. *Διδάσκαλος Ἐπαμινώνδου*] Epaminondam praeceptore ex secta Pythagoreorum fuisse usum et Lyside quidem, in confesso est. Audieritne vero Lysis Pythagoram ipsum an eius discipulos, magnum certamen est inter R. Bentleium Diss. de

Epist. Phalar. p. 77. et H. Dodwellum, Exercitat. de Aetat. Pyth. sect. 24., quos, si his delectaris, adi. Wess.

556. 83. *Ἐναύσματα λαβὼν*] In exemplari scriptum erat *ἐνάσματα*, quod emendavimus. Sunt autem *ἐναύσματα*, proprie scintillae, *ἀπὸ τοῦ ἐναύειν*, quod est *accendere*. Qua voce utitur in legatione ad Caium Philo de Petronio, p. 1027. C. *ἀλλ' εἶχέ τινα ὡς ἔοικεν ἐναύσματα τῆς Ἰουδαϊκῆς φιλοσοφίας*. Vales. Optime Valesius. Sunt *ἐναύσματα* proprie cremia scintillaeque, quae ventilata ignem excitant. Hinc vero elegantissimae translationes. Philo Iud. Exsecrat. p. 938. de nobilibus, *ἔχοντες ἐναύσματα τῆς εὐγενείας, ἀφ' ὧν ἀναῤῥιπισθέντων ἐξέλαμψεν ἡ πρὸ μικροῦ σβεσθεῖσα εὔκλεια*. Clemens Alex. Protrept. p. 64. *εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἐναύσματά τινα τοῦ λόγου τοῦ θείου λαβόντες Ἕλληνες* etc. Polyb. L. IX. 22. *βραχύ τι τῆς Ἑλλάδος ἔναυσμα καταλιπέσθαι περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν*, i. e. exiguas Graeciae reliquias superfuturas, e quibus recidiva exsurgere possit. Max. Tyr. Dissert. XI. p. 125. ed. Londin. *δεῖ γε μὲν σπανίου τούτου καὶ ὀλίγου ἐναύσματος τῷ βίῳ*. Wess.

556. 4. *Ἐγένετο*] F. *ἐγγίνεται*. Vales.

556. 7. *Παρακεκινηκὼς τοῖς λογισμοῖς*] Salmasius malebat *mentis conmotioris* sive *emotae*. Ita Eunapius apud Suidam, *οὐχ οὕτω παρακεκινηκότες καὶ διεφθαρμένοι τὴν γνώμην*, ex Platonis imitatione. Auctor infra p. 270. horum Excerpt. de P. Claudio *ὢν δὲ φύσει παράθερμος καὶ τῇ διανοίᾳ παρακεκινηκώς*. Vid. G. Budaei Conment. L. G. p. 631., et de Cambysis insania Herodot. L. III. 34. Wess.

556. 13. *Ἐν τῇ θήκῃ — τεταριχευμένον*] Eadem Herodotus L. III. 16., sed copiosius. *Τεταριχευμένον*, pro quo *odoribus differtum* vir doctissimus, plus indicat, ut ex Nostri L. I. 91. notum. Wess.

557. 22. *Ἐπ' Ἀμμωνίους*] Confer Clarissim. Tib. Hemsterhusium ad Luciani D. Mort. XIII. 1. Wess.

557. 26. *Φεύγοντες τὴν Ὀρίτου — δυναστείαν*] Immo *Ὀροίτου*, de quo Herodot. L. III. 125. Wess.

557. 32. *Ὅτι Θέτταλος*] Hic e Pisistrati filiis minimus natu erat, ut ait Heraclides in Repub. Athen. qui mortuo patre tyrannidem recusavit, teste Diodoro. Hoc enim est *ἀπείπατο τὴν τυραννίδα*. quamquam sensus etiam huiusmodi esse potest, Thessalum, cum aliquandiu tyrannidem cum fratribus exercuisset, tandem tyrannide se abdicasse. Utrum verius sit distincte affirmare non possumus, quippe omnis Pisistratidarum historia densis tenebris obducta est, maxime ob iacturam librorum Diodori. Initium tyrannidis Pisistrati fuit anno 4. Olymp. LIV., ut est in Marmoribus Arundellianis. *Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθήνησιν ἐτυράννευσεν ἔτη σϟζ· Ἄρχοντος ..... ικ .... ου*. Supplenda est marmoris lacuna sic, *Ἄρχόντος Ἀθήνῃσι Κωμίου*, ex Plu-

tarcho in Solonis vita, qui Pisistratum regnare coepisse dicit Comia Athenis magistratu. Regnavit autem Pisistratus annos 33. ut docet Aristoteles L. V. Polit. c. 12. et Heraclides in Rep. Athen. et Iustinus lib. II. 8. Decessit igitur anno 4. Olymp. LXII. Regnatum deinde est ab Hipparcho atque Hippia annos 18., ut testatur Aristoteles. Proinde Olymp. LXVII. anno 2. pulsi sunt ab Atheniensibus et Lacedaemoniis Pisistratidae, cum annos unum et quinquaginta tyrannidem tenuissent, ut recte Aristophanes Grammaticus scribit. Quamquam Eratosthenes 50. tantum annos eis tribuit; Herodotus vero 36. ut notat Scholiastes Aristophanis in Vespis, vers. 500. Sed Herodotus eos duntaxat annos complectitur, quibus Pisistratus principatum tenuit. quippe Pisistratus bis ab Atheniensibus pulsus est, atque ex annis 33. qui ab initio eius tyrannidis ad obitum usque intersunt, annos duntaxat 17. imperavit, ut ait Aristoteles, tametsi Herodotus 18. ei tribuere videtur. Porro nostra haec annorum supputatio auctoritate Thucydidis nititur. Is lib. VI. c. 59. Hippiam scribit tyrannide eiectum, ad Darium fugisse, et vicesimo tandem anno cum Persis in Atticam irrupisse, et in Marathonia pugna cecidisse. Ea pugna contigit Olymp. LXXII. anno 2, ut est in Marmore Smyrnaeo, qui annus est vicesimus ab eo, in quo Hippiae fugam collocavimus. Accedit quod idem Thucydides lib. VIII. c. 68. ab eiectis tyrannis ad quadringentorum dominationem annos numerat centum. Atqui Olymp. XCII. anno 1. constituti sunt quadringenti, ut satis constat, a quo ad annum 2. Olymp. LXVII. anni centum interiecti sunt, si utrumque terminum incluseris, quod mirifice sententiam nostram confirmat. VALES. Vide viros doctissimos Iac. Periz. ad Aeliani Var. Hist. L. VIII. 2. et C. A. Duker. in Thucydid. L. VI. 54. WESS.

557. 48. *Κατὰ τοῦ τυράννου (Ζήνων) κατεστήσατο*] Zenonis nomen ex margine, ut oratio recte procederet, huc transtuli. Tyrannum Nearchum cum Diodoro plures vocant, alii Demylum. Lege H. Vales. not. ad Ammian. Marcellin. L. XIV. 9. et Aegid. Menag. in Diogen. Laert. L. IX. 26. WESS. Confer Exc. Vat. p. 36. 28.

557. 55. *Σπεύδων ἀπολυθῆναί ποτε τῆς ἀνάγκης*] Tormenta intellige, ut modo, et L. III. 13. Plutarchus de eodem Zenone Philosopho lib. de Garrulit. p. 505. D. *ἵνα μηδὲ ἄκοντος αὐτοῦ πρόηταί τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐκβιαζόμενον τὸ σῶμα ταῖς ἀνάγκαις διαφαγὼν* etc. WESS.

557. 57. *Κατὰ τὴν ἐπιτονωτάτην ἐπίστασιν τῆς βασάνου*] Valesius *ἐπίτασιν* correxit, me non invito: quod si tamen *ἐπίστασις τῆς κακίας* auctam quandam malitiae incursionem 2. Maccab. VI. 3. indicet, isque locus bene habeat, de mendo dubia res esse poterit. WESS.

558. 70. *Ἵνα δήξῃ τοὺς ὀδόντας*] Paullo aliter Diogenes

L. IX. 29. Addit Laërtii filius Zenonem linguam, dentibus suis demorsam, in os tyranni exspuisse, consentiens Philoni Iud. Quod Om. Prob. Lib. p. 881. D. et Plutarcho loc. indicato. Wess.

558. 76. *Λεύκιον Ταρκύνιον ἀνεψιὸν τοῦ βασιλέως*] Erat Tarquinius Collatinus, Tarquinii Superbi cognatus, quod ex generis serie manifestum est. Tarquinius enim Priscus fratrem habuit Aruntem. Aruntis filius fuit Egerius. Egerii Tarquinius Collatinus. At Tarquinius Priscus nepotem habuit Tarquinium Superbum, ut L. Piso, et Dionysius Halicarn. lib. IV. p. 211. produnt. In qua etiam sententia videtur fuisse Diodorus. Nam si Tarquinium Superbum Prisci filium fecisset, ut Livius aliique censent, tum Collatinus non Superbi, sed Sexti potius cognatus dici debuisset. Vales. Conf. Exc. Vat. p. 38. 12.

558. 80. *Ἐγερθεὶς ἐκ τοῦ κοιτῶνος*] Adscripserat Salmasius, *κοιτῶνα* non esse cubile, quod verum. Cubiculum indicat, ut vel Glossarum *κοιτωνίτης cubicularius*, de quo Galenus Praecognit. p. 455., testabitur. Sed sive Sextum ex cubiculo sive cubili surgentem scelus adgressum dixeris, eodem recidet. Wess.

558. 2. *Τοὺς Συρακουσίους νενικηκώς*] Ad amnem Elorum, de qua pugna Herodot. L. VII. 154. et Timaeus in Schol. ad Pindari Nemeonic. Oden IX. prope finem. Wess.

558. 5. *Ἐκ πολλοῦ κατεσκευασμένον χρυσίου*] Videtur Iovis huius Olympii, namque Olympium eum a cognomine templo Syracusani vocabant: videtur inquam sollemnis fuisse ea vestis Iovis. Quid Gelo, victis Poenis, illi addiderit, quidque molitus Dionysius tyrannus sit, notum satis est. Lege P. Victorii Var. Lect. L. XXI. 10. Wess.

559. 21. *Ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς εἰς ταφήν*] Sic plerique. Corn. Nepos aliter in Cim. cap. 1., ubi Bosium vide et S. Petit. LL. Att. lib. IV. Tit. 9. p. 464. ed. nov. Wess.

559. 33. *Ὅτι Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς*] Vide Eclogam primam ex libro XXI. Diodori. Vales.

559. 39. *Ὅτι Ἀγαθοκλῆς*] Vide Eclog. 3. L. XXI. p. 490. Wess.

559. 40. *Τὸν υἱὸν Ἀγάθαρχον*] Hic locus legitur in Excerptis libri XXI. Diodori Siculi, quae primum a Davide Hoeschelio sunt edita, sed corruptissimus, qui hinc emendari facile potest. Ibidem Archagathus semper dicitur Agathoclis filius, et apud Iustinum lib. XXII. 9.; sed Agatharchus magis placet. Propius enim accedit ad patris Agathoclis nomen; atque ita eum Polybius appellat in Excerptis legationum cap. 1., ubi ab avo Hippocratis atque Epicydis occisum esse scribit. Vales.

559. 43. *Τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἀγαθοκλέα* etc.] Agathoclem, Lysimachi F., in Dromichaetae potestatem venisse Pausanias non negat L. I. 9. p. 23., haerens tamen ob scriptorum discordiam, qui Lysimachum ipsum captum fuisse prodiderant.

Verum utrumque est. Prior Agathocles captivus abductus et dimissus est, tum pater, accepti beneficii inmemor. WESS.

559. 57. *Μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Λυσιμάχου*] Lysimachus transfugae fraude in loca difficilia, ubi et aquae et annonae inopia, coniectus fuit. Pressus siti et fame se dedidit, utque primum bibit, φεῦ, inquit, τῆς ἐμῆς κακίας, ὃς δι' ἡδονὴν οὕτω βραχεῖαν ἐστέρημαι βασιλείας τηλικαύτης teste Plut. de Ser. Num. Vind. p. 555. E. et Sanit. Tuend. p. 129. E. Adde Polyaen., cuius errorem viri docti bene perstrinxerunt, L. VII. 25. WESS.

559. 67. *Χάριν ἕξειν ὀφειλ. τοῖς Θρᾳξὶ παρὰ τοῦ σωθέντος*] Videt quisque, quid Dromichaetes velit. Sed oratio labare videtur. *Χάριν ἔχειν* de gratia, quae initur, non prorsus insolens esse, constat. At tum τοὺς Θρᾷκας oportuerat. *Χάριν ἥξειν* si legatur, bene fortassis verborum series decurret. At neutrum si placeat, ἕξειν pertinebit ad Dromichaeten, qui gratiam Thracibus debitam, a Lysimacho sit initurus. Tu vide, Lector. WESS.

560. 84. *Ἐπικειμένης αὐτῆς τῆς τραπέζης*] Legendum est ὑποκειμένης. Intelligit enim ligneis quadris suppositam fuisse mensam nudam. Sic vim Graecae vocis αὐτῆς vertendam esse existimavi. Latini enim nudum vocant, quod ornatu caret. Ita Iuvenalis Sat. XI. (vers. 96.)

Sed nudo latere et parvis frons aerea lectis.

ubi vetus Scholiastes, *Nudo latere*, inquit, *id est, non ornata sponda.* Martialis in Apophoretis, Epigr. CXLVIII.

Nudo stramina ne toro paterent,
Iunctae nos tibi venimus sorores. VALES.

Ἐπικειμένης αὐτῆς] Salmasius in scripto libro αὐτοῖς invenit, et probavit. Voluit, credo, hoc indicari: quadris ligneis et vilibus cibos fuisse inpositos, mensam vero Thraces ipsos, genibus incumbentem, sustinuisse, ut apud Xenophont. Exp. Cyr. L. VII. p. 316. Quod si amplecteris, emendatione Valesii nihil opus erit. WESS.

560. 88. *Μέγιστον τῶν κεράτων*] Thraces cornibus bibere solitos docet lib. VII. (p. 316.) Expeditionis Cyri Xenophon et Athenaeus. VALES.

560. 91. *Τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος*] Caetera desiderantur gravi sane jactura, quae fortasse sarciri potest ex Strabonis lib. VII. (p. 463. A.) ubi de Dromichaete Getarum rege haec habet; *ἐκεῖνος τοίνυν λαβὼν ζωγρείᾳ Λυσίμαχον ἐπιστρατεύσαντα αὐτῷ, δείξας τὴν πενίαν τήν τε αὐτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν αὐτάρκειαν, ἐκέλευσε τοῖς τοιούτοις μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις χρῆσθαι. ταῦτα δ' εἰπὼν ξενίσας καὶ συνθέμενος φιλίαν ἀπέλυσεν αὐτόν.* Ex quibus magna lux affertur huic Diodori loco. VALES. Dimissus est Lysimachus, postquam pace inita Dromichaetae Thraciae partem trans Istrum et filiam uxorem concessisset. *Συνέθετο πρὸς Δρομιχαίτην εἰρήνην, τῆς τε ἀρχῆς τῆς αὐτοῦ τὰ πέραν Ἴστρου παρεὶς τῷ Γέτῃ, καὶ θυγατέρα συνοι-*

κίσας Pausan. L. I. p. 23. Wess. Reliqua vide in Excerpt. Vatic. p. 49.

560. 96. *Πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων*] Confer Eclog. 10. Lib. XXI. p. 491. et Plut. Demet. p. 908., qui XIII duntaxat occisos ait, nescio an male. Id mihi quidem certe liquet, verum esse non posse, quod ibidem additur, Thebas ea tempestate *οὔπω δέκατον ἔτος* fuisse habitatas. Instauratae enim sunt a Cassandro anno 2. Olymp. CXVI., altera vice a Demetrio occupatae Olymp. CXXII. anno secundo, quod intervallum XX annis amplius est. Wess.

560. 99. *Ὅτι Ἀγάθαρχος*] Cave putes eundem esse, de quo paullo ante. Filius Agatharchi, nepos Agathoclis est, ut Ecloga 12. L. XXI. p. 492. docetur. Wess.

560. 1. *Παντελῶς νέως*] Verum est *νέος*, uti p. 562. 5. de Ptolemaeo Cerauno *τὴν μὲν ἡλικίαν νέος ὢν παντελῶς*. Wess. in Add.

560. 2. *Ὅτι οὗτος ἱστορικὸς (Τίμαιος) τὰς* etc.] Ex margine Timaei nomen in orationem inserui, secutus Suidam, qui in voce *Τίμαιος* omnia haec exscripsit. Wess.

561. 20. *Καίτοιγε τίς οὐκ οἶδεν*] Conferri meretur Polybius, quem in Timaei hac reprehensione Diodorus auctorem habet, lib. XII. 6. Wess.

561. 25. *Πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ Λιβύης τοῖς* etc.] Addiderat Valesius post *Λιβύης* vocem *μοῖραν*, quam exterminavi. Ferri eius facile potest absentia, modo subintelligatur. Auctor ipsemet L. I. 4. *ἐπήλθομεν πολλὴν τῆς τε Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης*. Et L. V. 32. *καὶ πολλὴν μὲν τῆς Εὐρώπης, οὐκ ὀλίγην δὲ καὶ τῆς Ἀσίας φορολογήσαντες*. Haec nunc abunde sunt. Plura alias dedi. Wess.

561. 29. *Δειλία — διενηνοχέναι τοὺς ἅπαντας* etc.] Vide quae de hoc genere adscripta sunt L. II. 5. Wess.

561. 30. *Διὰ γοῦν*] MS. *διὰ γάρ*. Vales.

561. 38. *Ἀναληφθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους*] Interpres *opibus ab Agathocle auctus*, quod ad sui libri oram non iniuria Cl. Salmasius notavit. Id enim solum vult, Calliam ab Agathocle susceptum inque gratia fuisse, uti Ctesias *ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως* ab Artaxerxe ob rei medicae peritiam in gratiam receptus L. II. 32. Ceterum omnia haec de Callia Suidas in Collectanea sua addidit voc. *Καλλίας*. Wess.

561. 40. *Προφῆτιν τῆς ἀληθείας*] Confer L. I. 2. Mox Suidas *οὐ διαλέλοιπεν*, quod peraeque placet. Wess.

561. 44. *Πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερβεβληκέναι*] In Suida *ὑπερβεβηκέναι*, pari sententia. Mos est librariis perpetuus haec verba confundere. Vide ad L. I. 58. et L. XV. 88. Wess.

561. 50. *Τῷ γραφείῳ*] Rectius apud Suidam legitur *τῷ γραφεῖ*. Porro hic Callias duobus et XX libris res Agathoclis

Siculi perscripserat, ut ait Diodorus lib. XXI. Laudatur a Scholiaste Apollonii lib. III. Argon. initio, *Καλλίας ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα.* et a Festo Pompeio in v. Roma, et ab Athenaeo lib. XII. 11. *Καλλίας ἐν ὀγδόῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα.* denique a Macrobio in lib. V. Saturn. cap. 19. Vales. De Callia bene Valesius. Si tamen plura velis, G. Io. Vossium Hist. Graec. L. I. 11. noli negligere. Reddit eiusdem nomen Scymno Chio v. 125. vir magnus, nescio an male. Wess.

561. 53. *Ὅτι οἱ μισθοφόροι*] Mamertinos, nequam homines, esse, ex Eclog. 13. L. XXI. videbis. Wess.

561. 60. *Φυλαττομένου εἰς Πέλλαν*] Non oblitus est Plutarchus de Lysimacho memorare, Seleuco, ut Demetrium occideret, per legatos ingentem pecuniam offerente, at Demetrium non Pellae, sed in Chersoneso Syriae asservatum adfirmat Vit. Demet. p. 914.; nec pugnat tamen contrariusve Diodoro est; eadem enim urbs Chersonesus Syriae, Pella et Apamea. Stephanus de Apamea Syriae, *ἐκλήθη καὶ Χεῤῥόνησος ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων, καὶ Πέλλα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.* quibus gemina, uti viri docti noverunt, Eustathius ad Dionysium v. 918. Wess.

562. 73. *Ὡς ἂν γεγαμηκότος αὐτοῦ Στρατονίκην etc.*] Id quidem verum. Sed Seleucum serio cogitasse de Demetrio in Macedoniae regnum restituendo merito dubites. Vide potius Plut. Demet. p. 914. et seqq. Wess.

562. 76. *Ὅτι εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεστάλη*] Vide Eclog. 2. lib. XXII. p. 494. Wess.

562. 88. *Ἐξαργυρισάμενος τὰς τῶν — κτήσεις*] Conf. virum longe doctissimum ad Xenophont. Ephes. in Miscellan. Observat. Vol. V. p. 54. Tritum verbum est de rebus, quae argento permutantur. Parthen. Erotic. cap. 8. *ὁ Ξάνθος ἐξηργυρίσατο μέρος τῶν ὑπαργμάτων καὶ κατασκευασάμενος χρυσοῦς χιλίους.* In Polybio Excerpt. p. 1466. extorquendae pecuniae vim exprimit, *ἐπειδὴ δὲ πάντας ἐξηργυρίσαντο κατὰ τὸ δυνατὸν, postquam omnes pro virili spoliarant pecunia.* Et Ioseph. Ant. Iud. L. XIV. 14. 6. *ἀποχρώντως ἠργυρίσαντο τὸν Ἀντίγονον.* quibus gemina L. I. Belli Iud. cap. 15. 2. Wess.

562. 1. *Ἁπάντων (ἑτοίμων) ὄντων πρὸς ἀπόστασιν*] Secunda vox Valesio debetur, quae si abesset, sententia eadem foret. *Εἶναι πρός τι* vel *πρός τινι* dicuntur, qui illi rei student. *Πρὸς θρήνοις ἦν* Heliodorus L. X. p. 509., *πρὸς ἄλλοις μείζοσιν ὢν κατέλυσε τὸν βίον* Strabo L. X. p. 699. etc. Wess.

562. 4. *Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ etc.*] His est Ptolemaeus Ceraunus, Ptolemaei Lagi filius, qui occiso Seleuco rex Macedoniae ab exercitu declaratus est Lysimachiae, cumque biennium magna cum crudelitate regnasset, tandem a Gallis acie superatus ac foede truncatus est Olympiade CXXIV. anno 4. non autem 2. ut perpe-

ram ponit Eusebius, qui obitum Ceraunt biennio ante Seleuci mortem collocat, cum tamen Ceraunus Seleucum occiderit, eoque occiso biennium in Macedonia regnaverit, ut docet Memnon. c. 14. et Appianus et Dexippus. Certe Diodorus hanc Ceranni cladem post occupatum a Decio Rhegium collocat. Haec autem Decii perfidia accidit anno 3. dictae Olympiadis, cum Pyrrhus a Tarentinis missa legatione accitus in Italiam fuisset. VALES.

562. 10. Ὅτι Ἀπολλόδωρος] Quo astu hic Cassandreae tyrannidem occuparit fuse narrat Polyaenus lib. VI. 7. Strategematum. VALES.

563. 14. *Καὶ τὸ αἷμα κεράσας οἴνῳ*] De barbaro hoc ritu multa H. Grotius in Matth. c. XXVI. 27. Puer, quem tyrannus mactavit, cuiusque viscera coniuratis apposuit, *Callimeles* erat: comederunt cupide carnem pueri, sanguinemque, nigro vino mixtum, biberunt, ut *τῇ κοινωνίᾳ τοῦ μιάσματος τὸ πιστὸν τῆς ἐπιθέσεως* confirmaretur, ut scribit Polyaenus. Bene ergo οἱ *καταθύοντες ἀνθρώπους ἐπὶ τυραννίσι καὶ συνωμοσίαις, ὡς Ἀπολλόδωρος* de crudelissimo hoc homine Plut. Ser. Num. Vind. p. 556. D., et Aelian. de An. L. V. 15. *Ἀπολλόδωρος ὁ τῶν Κασανδρέων λευστὴρ* i. e. *φθορεὺς parricida:* nam interpretis *latro* vim vocis non exhaurit. Legendus est N. Heinsius ad Ovid. L. II. Pont. IX. 43., ubi plura. WESS.

563. 31. Ὅτι τὰς Αἰγέας διαρπάσας] Historiam hanc narrat Plutarchus in Pyrrho (p. 400. D.) *τῶν δὲ Αἰγαίων κρατήσας ὁ Πύῤῥος*· quae interpres sic reddidit, *Aegaeos ubi habuit in potestate*, cum *Aegeas* vertere debuisset, quod est oppidum Macedoniae. Ptolemaeo *Αἰγαία*, Plinio et Solino *Aegae*, cui oppido a se condito Caranus ex re nomen dedit. Oraculo enim iussus ibi urbem condere, ubi capras residentes vidisset, quas *αἶγας* Graeci vocant, ita urbem hanc nominavit, ut docet Solinus et Iustinus lib. VII. 1. Ad illud oraculum alludit Dio Chrysostomus Orat. IV. (p. 70. C.) de Regno, in qua Diogenes Alexandrum Macedonem sic affatur: *ὥσπερ ὁ πρόγονός σου Ἀρχέλαος ὃς ἦλθεν εἰς Μακεδονίαν αἶγας ἐλαύνων. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐγέλασε, καὶ ἔφη, τὰ περὶ τὸν χρησμὸν, ὦ Διόγενες, λέγεις.* Cum Dione consentit Hyginus fab. 219. et Archelao Temeni filio id adscribit. *Inde*, inquit, *profugit ex responso Apollinis in Macedoniam capra duce, oppidumque ex nomine caprae Aegeas constituit.* VALES.

563. 33. *Οἱ δὲ πυθόμενοί τινων* etc.] Adstruxerat Vales. praepositionem scripseratque *παρά τινων*, quam ego, ut Salmasius voluerat, delevi. Sine ea oratio bene constat. Dubito etiam an male corripiatur Plutarchi interpres: certe quae statim adduntur *τά τε ἄλλα χαλεπῶς ἐχρήσατο τοῖς ἀνθρώποις* cives Aegarumque incolas requirunt. Mitto addere, *Αἰγαίους* urbis eius habitatores dici, oppidum *Αἰγὰς* aut *Αἰγέας*. WESS.

563. 34. *Τοὺς βασιλικοὺς τάφους*] Aegis erant Mausolaea regum Macedoniae ex instituto Perdiccae, qui primus Macedonum rex fuit, ut docent Plinius ac Solinus, et Iustinus in lib. VII. 1. Vales. Planissime Diodorus L. XIX. 52. *ἔτι δὲ Κύνναν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι.* Wess.

563. 37. *Διείλοντο*] MS. *διείλαντο*. Vales.

563. 43. *Τῇ μὲν γὰρ τῶν ἡμαρτ. κατηγορίᾳ* etc.] Vide Eclog. 12. lib. XXIII. p. 504. Wess.

564. 75. *Σὺν τοῖς ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἀπολλυμένοις*] Legebatur in veteri Codice *ἀπολυμμένοις*, e quo Vales. *ἀπωλομένοις*, Salmasius *ἀπολλυμένοις*, quod et ego amplexus sum, extudit. Wess.

564. 81. *Τῆς γὰρ προϋπαρχούσης αὐτῷ* etc.] Eclog. 13. L. XXIII. *ἀντὶ μὲν τῆς προϋπ. — πολλαπλασίας τὴν — ἠλλάξατο.* Quod de annis XV, quibus bellum fuerit continuatum, praecessit, annales adfirmant. Fuisse tamen videtur *καὶ ἐκ τοσαύτων νηῶν συνεστηκότας*· nam quod vulgo legitur, pravum est. Wess.

564. 96. *Ἕκαστος γὰρ ἐθαύμαζε* etc.] Sic schedae manuscriptae. Valesius *ἕκαστος γοῦν* maluit, Salmasio haud iniuria inprobante. Locus distinguendus ita est, *ἐπιφανείας — διαδοθείσης*, (*ἕκαστος γὰρ ἐθαύμαζε τὴν τἀνδρὸς ἀρετὴν, εἰκότως*·) *παράδοξον ἐφαίνετο πᾶσιν* etc. Nam alterum *γὰρ*, quod post *παράδοξον* sedem occupaverat, delendum est, ex priore inprudenter iteratum. Wess.

564. 2. *Ἐν πόλει μικρᾷ συμπεφευγότας*] Clupeam esse ex Polybio L. I. 34. videbis. Wess.

564. 5. Continuantur haec Exc. Hoesch. p. 504. 63.

564. 7. *Ὅτι Ἀμίλκας*] Vide Suidam in *Ἀμίλκας*. Mox Salmasius *καὶ Καρχηδόνιος*· tum, ut scripto erat in libro, *Καρχηδονίων οὐ μόνον ὄντες τῶν προτέρων*. Neutrum sequor. Wess.

565. 20. *Ὢν δὲ φύσει παράθερμος*] Suidas in *Παράθερμος* haec habet: *Ὢν δὲ φύσει παράθερμος καὶ παρακεκινηκὼς πολλὰ διώκει μανίᾳ προσεμφερῶς. τοσοῦτον δ' ἀφροσύνῃ διενεγκὼν τῶν ἄλλων, τῷ μηδ' ἐκ τῆς πείρας δύνασθαι διδαχθῆναι, τοῦ πρώτως ἐπιβαλλόμενον σφαλῆναι.* Quae hinc esse excerpta atque adeo instauranda quisque videt. Wess. in Add.

565. 24. *Τά τε χώσματα — κατεσκεύαζε*] Diodorus *χώματα* scribere solet. De Clodii insolentia et vanitate vide Eclog. 1. L. XXIV. p. 507., atque ibi *τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε διακοσίας* refinge: nam *ἐξήρτησε*, quod nescio quomodo relictum istic sit, aliud est et pravum. Wess.

565. 30. *Τοὺς δὲ συμμάχους ῥαβδίοις ἐμαστίγου*] Ex hoc loco videtur confici, Consuli aut Praetori ius haud fuisse in socios nominis Latini, praeter virgarum admonitionem. Tamen

Polybius lib. VI. c. 35. potestatem in socios Praefectis sociorum nominis Latini competisse ait, quemadmodum Tribunis in milites Romanos. Quo loco, *μαστιγῶν* tantum Polybius, non etiam *ξυλοκοπῶν* dixisse consulto mihi videtur, eo quod fustuarii poena in socios non exercebatur. Caeterum Consuli ac Praetori ius vitae ac necis in Praefectos sociorum fuisse satis constat ex Papirii Cursoris exemplo in Praenestinum Praetorem, apud Livium lib. IX. c. 16. quod tamen postea lege Livia sublatum videtur, qua vetitum est ne in militem nominis Latini virgis animadvertere liceret, ut ait Plutarchus in Gracchis p. 838. E. Hinc explicandus est locus Sallustii in Iugurthino c. 69. *Turpilius verberatus poenas capite solvit. nam is civis e Latio erat.* Vales. Ostendit hic locus in cives aliter atque in socios fuisse animadversum, non item leniorem sociorum fuisse poenam: ex Polyb. VI. 35. id confici quoque non potest: nam cum de tribuno *κύριος δέ ἐστι*, inquit, *καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ ἐνεχυριάζων καὶ μαστιγῶν. τοὺς δὲ συμμάχους οἱ πραίφεκτοι*, aequat tantum tribuni et praefecti in suos auctoritatem et dignitatem; alioqui, quia *ξυλοκοπῶν* non dicit, sequeretur ne fustuarii quidem poena legionarios potuisse plecti. Livia illa lex si valuisset, de qua re dubito, abstulisset virgas et fustes sociorum tergis. Turpillio certe nil profuit, *qui verberatus poenas capite solvit*, quia *civis e Latio* erat: gravius utique punitus quam cives Romani, etsi similis culpae rei. Fuisse vero in milites, qui cives non erant, in pari delicto gravius animadversum, quam in cives Romanos, Scipio ad Numantiam ostendit; *quem* enim *militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus fustibus cecidit*, ut est in Epitoma Livii LVII., ubi omnino Cl. Dukerus est conferendus. Wess.

565. 43. *Ὅτι ὁ Ἄννων μεγαλεπίβολος ὢν* etc.] Vide superius ad L. I. 19. II. 7. V. 48. Mox *πολλὰ καταπράξεσθαι* iustum putares, nisi scriptoribus ipsis aliud visum esset. Wess.

565. 50. *Τὴν Ἑκατόμπυλον*] Urbs est in Africa, quam Hanno magnus in Carthaginis ditionem redegerat, ut narrat Polybius lib. I. cap. 73. *προστησάμενοι τὸν Ἄννωνα στρατηγὸν διὰ τὸ δοκεῖν τοῦτον καὶ πρότερον αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ἑκατοντάπυλον τῆς Λιβύης καταστρέψασθαι.* Condita est ab Hercule, ut narrat Diodorus libro IV. 18. Vales. Polybii *Ἑκατοντάπυλον* firmare possunt

Γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης ἑκατονταπύλοιο

in Epigrammate Herodis Attici. Nec desunt tamen praesidia Diodori *Ἑκατομπύλῳ*. Promiscue *Ἑκατοντάπυλον* et *Ἑκατόμπυλον* dixerunt, ut Cl. Salmasius exemplis ad eam Inscriptionem p. 21. patefecit. Wess.

566. 58. *Πάντων ὄντων δαψιλῶν*] Valesius *πάντων τῶν*

δαψιλῶν maluit. Tu distingue haec a superioribus, nec mutatione opus erit. Vid. et L. V. 13. Wess.

566. 60. Ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων] Matrem Atiliorum intelligit, viduam Atilii Reguli, eius qui a Carthaginiensibus captus et crudeliter occisus fuerat. Quod cum accepissent Romani, nobilissimos e captivis Carthaginiensium Atilii liberis excruciandos et necandos vicissim tradiderunt, ut scribit Zonaras p. 62. (p. 297. ed. Venet.) Quare videndum sintne ii Bostar et Hamilcar, de quibus Diodorus hic loquitur. Vales.

566. 61. Καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν etc.] Ex hoc loco concluditur, M. Atilium morbo mortuum esse, non vero sub carnificum tormentis, ut clamat Silius Italicus, poëtice calamitatem hanc deflens, sequutus T. Livium, si vera est Epitome L. XVIII. At maiorem fidem meretur Diodorus in hoc negotio, quippe Siculus, qui Carthaginis vicinae negotia potuit melius cognoscere. Sed de eo infra amplius dicemus in notis ad Appianum. Palm. Non videntur vero affinia eruditissimo Palmerio, quae Romani scriptores de palpebris Atilio resectis neceque viri crudelissima memoriae prodiderunt. Caussas fuse dedit Exercitat. p. 152. Huc autem evadunt: Polybium, qui belli Punici 1. historiam copiose narravit, Atilii captivitatem diligenter attigisse, de atroci vero hoc supplicio ne verbum quidem fecisse, nec quidquam etiam de itu eius Romam versus redituque: probabile esse, consulto haec omnia reticuisse Polybium, ne cogeretur fidem historicam fallere narrando fabulam, quae Romae probabatur, vel Romanorum odium incurreret, si contrarium recepto apud eos rumori traderet. Ad hoc Diodorum diserte perhibere, Atilii viduam ea fuisse opinione, Poenorum negligentia maritum suum periisse, de inmani isto supplicio nec eam nec filios quidquam produxisse. Itaque ex hoc Diodori loco et Polybii silentio confici posse, totam de M. Atilii supplicio tragoediam ad pulpita amandari debere et a veritate historica longe aberrare. Quae quidem prudenter a viro praeclarae eruditionis esse disputata, nemo diffitebitur. Haec certe Diodori atrocissimam istam Atilii necem redarguunt aperte. Id probare non possum, quod Poenum, cui hic Βοδόστωρ nomen, Valesius et Palmerius eumdem esse censeant ac Bostarem: Diodori Bodostor Romae insignita viduae Atilii crudelitate decessit, Bostar Carthaginiensis finito bello Punico 1. in Sardinia interfectus est apud Polybium L. I. 79. Haud quoque scio an male mutetur ἐποίησε τοὺς υἱοὺς in ἔπεισε a duumviris istis. Memini in superioribus similem Diodori locum tractare et contra vim tueri: suum tamen cuique arbitrium relinquo. Wess. Βοδόστωρ hic Οὐοδόστωρ scriptus redit Exc. Vat. p. 60. 2. ed. Lips.

566. 99. Οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων etc.] Confer Eclog. 1. Lib. XXV. p. 509. Wess.

567. 8. Τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι] Gisgonis

et Carthaginiensium ad septingentos, quos inmani crudelitate mutilatos et excarnificatos coniurati contrucidarunt apud Polybium L. I. 80. Wess.

567. 9. *Οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον*] Spendium Campanum Polybius hunc vocat libro primo (cap. 69.) qui de huius Libyci belli historia consulendus est. Vales.

567. 17. *Εἰς τὴν Καρχηδόνα*] Polybius L. I. 81. *εἰς Καρχηδονίους*· in codice Augustano *εἰς Καρχηδόνα*, quod verum esse, haec Diodori adfirmant, bene Io. Henr. Boeclero Lect. Polybian. p. 25. monente. Wess.

567. 27. *Ἱππακρινοὶ*] Hos *Ἱππακρίτας* Polybius libro primo (c. 70. 73.) semper appellat. Urbs ipsa Hippagreta ab Appiano dicitur in Libycis p. 111. quam moenibus, arce et portu Agathocles olim instruxit, media inter Carthaginem atque Uticam. Eius incolas ibidem *Ἱππαγρετίους* nominat. Sigismundus Gelenius, Appiani interpres, *Hipponem Zaritum* vertit, quod plane confirmat Zonaras p. 115. (352.) ubi *Ἱππῶνα* eandem urbem vocat, quam Appianus *Hippagretam*. Quod si ita est, fallitur certe Appianus qui id oppidum inter Uticam et Carthaginem medium esse dicit, cum ipsa potius Utica media inter Hipponem sit atque Carthaginem. Suspicatus sum aliquando *Ἱππακρίτας* ab *ἵππου ἄκρα* dictos esse cuius meminit Ptolemaeus in Africae descriptione, idque plane confirmat Stephanus Grammaticus, *Ἱππούακρα πόλις Λιβύης*· *ὁ πολίτης Ἱππακρίτης*. Fuerunt autem duae huius nominis urbes in Africa, teste Diodoro lib. XX. 54. Vales. Vide quae disputavi ad L. XX. 54. et 57. Wess.

567. 32. *Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας*] Lege *ὁ καὶ Βάρκας*. Vales. *Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας*] Ex sequentibus patet de uno solo viro hoc loco mentionem fieri: utitur enim semper numero singulari *παρασχόμενος* et *πολιτευόμενος*, et sic semper. Ideo corrigendus est hic locus, quod facillime fiet legendo *ὅτι Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας*. Nam binominis fuit Hamilcar ille: testis Aemilius Probus sive Cornelius Nepos in eius vita, quae sic incipit: *Hamilcar Annibalis filius cognomine Barca*. Et Polyb. lib. I. c. 56. *οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῶν Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον*. et passim apud auctores et ipse Diodorus infra Excerpt. horum p. 282. *Ἦν γὰρ υἱὸς Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου*. Palm. *Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας*] Certissima virorum praestantissimorum est coniectura, neque adeo veritus sum ex eorum opinione locum instaurare. Lege, si operae putaveris, not. ad Eclog. 1. Lib. XXV. p. 510. et p. 564. Wess.

568. 52. *Κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ*] Annibalem egregio a natura ingenio fuisse instructum, idque cum multo usu et virorum eruditorum praeceptis haud parum adauxisse

atque exornasse Dio Cassius agnoscit in Excerpt. Vales. p. 593. Adde et Clarissimi T. Hemsterh. ad Lucian. D. Mort. XII. 3. notas. Wess.

568. 61. *Δωρίμαχος*] De hoc Dorimachi scelere vid. Polybium in lib. IV. 67. (p. 460. ed. Gron.) Vales. In Polybio *Δορίμαχος*, quod ego verius arbitror, tametsi Codex Augustanus Diodori scripturae consentiat. Wess.

568. 66. *Τρυφῆς γὰρ συνεχοῦς καὶ μαλακῆς* etc.] Eadem haec de Annibalis exercitu, Campanis deliciis vehementer infracto, Eclog. 8. lib. XXV. p. 514. Wess.

568. 73. *Μᾶλλον*] *Ἢ* addidit Vales. ante *μᾶλλον*. Salmas. post id vocabulum posuit: cui adsentior. Wess.

568. 79. *Ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς* et seq.] Valer. Maxim. L. IX. 2. 2. Ext. *Quos vero in castra perduxerat* (Annibal), *paria fere fratrum et propinquorum iungens, ferro decernere cogebat: neque ante sanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegisset.* A quo non dissentit Zonaras Annal. L. IX. p. 316. ed. Venet. At Polybium si adieris, videbis prudentissimum scriptorem Excerpt. p. 1386. in ambiguo esse, utrum Annibalis indoli avara et crudelia, quae a Romanis aggerantur, facinora tribuat an amicis, qui circa eum fuerunt. Wess.

568. 84. *Πυρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου*] In schedis *πρὸς* Valesius invenit, Salmasius *πυρός*. Credo conpendio vocem fuisse scriptam, atque inde venisse istam discordiam. Similis scriptura, in alio tamen genere, haec sacri Oratoris verba inter Io. Chrysostomi Opera T. XII. p. 420. B. obscuravit: *Παῦλος γοῦν εὗρε πρὸς τὰ αἱρετικὰ ζιζάνια, ἀρχὴν μὲν λαβόντα, οὐδέποτε δὲ παῤῥησίαν δεξάμενα.* Dederat auctor *πρῶτος*, nec aliud librarii voluerunt suo *πρὸς*, quod fraudi editoribus fuit. Wess.

568. 90. *Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος*] Gelo Hieronis Syracusanorum regis filius fuit, sed cum ante patrem mortuus esset, regnum ad Hieronymum Hieronis nepotem Gelonisque filium pervenit. quare in his Excerptis male Gelo rex appellatur. Habuit porro hic Gelo in matrimonio Nereïdem Pyrrhi Aeacidae filiam, ut docet Polybius c. 1. Legationum et Pausanias in lib. Eliac. II. 12. et Iustinus lib. XXVIII. 3., qui post obitum Pyrrhi has nuptias celebratas esse manifeste docet. Itaque errat Pausanias, qui vivente adhuc Pyrrho id factum innuit his verbis: *οὗτος ὁ Ἱέρων ξενίαν προς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου, καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο Γέλωνι τῷ παιδὶ Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου.* Decessit e vita Pyrrhus Olymp. CXXVI. Hieronymus vero Gelone ac Nereïde genitus, Hieroni successit Olymp. CXL. admodum puer, ut docet Polybius ac Diodorus. Quod si vivo adhuc Pyrrho Nereïs Geloni nupsit, fieri non potest, ut ex iis ortus Hieronymus sexaginta post annos puer ad regnum accesserit, XV annos natus. Ea enim aetate avo successit, ut docet Livius lib. XXIV. 4. Verum itaque est quod dixi, Nereïdem diu post Pyrrhi obitum Ge-

loni nupsisse. Sed nec in eo tantum ibi fallitur Pausanias, qui Hieronem Hieroclis filium a Dinomene occisum esse scribit, cum tamen ex Polybio ac Livio et Luciano in Longaevis satis constet Hieronem ex morbo decessisse. Sed fortasse in Pausaniae codicibus lacuna est, et Hieronymi nomen desideratur, qui a Dinomene est occisus. Certe Dinomenem inter coniuratos nominat Livius lib. XXIV. 7. VALES.

568. 95. Ἐξετράπη πρὸς τρυφὴν — καὶ τυρ. ὠμότητα] Inhumanam crudelitatem Livius aliique Hieronymo adscribunt, Polybio non usquequaque adsentiente, cuius de puero hoc rege prudens iudicium lege Excerpt. p. 1368. Pausaniae errorem non reliquit intactum doctissimus Kuhnius. WESS.

569. 97. Γυναικῶν ὕβρεις] Intemperantiae Hieronymi hoc vel maximum indicium sit, quod publicum quoddam prostibulum, cui nomen erat Pitho, uxorem duxerit ac reginam declaraverit, ut scribit Eumachus Neapolitanus lib. II. rerum gestarum Hannibalis (apud Athen. XIII. p. 577.) VALES.

569. 3. Μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελευτὴν] Vide T. Livium lib. XXIV. 25. ubi haec fuse et elegantissime narrantur. VALES.

569. 8. Τοῦ Σεμπρωνίου] Idem narrat T. Livius lib. XXV. 17. qui tamen quosdam de Gracchi sepultura dissentire scribit. VALES.

569. 16. Καὶ φιλανθρώπως περιστείλας] Credo Valesium scriptoris sententiam optime expressisse *cineres in urna conditos*. Annibal certe Sempronium ἔθαψεν καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν in Appian. Annibal. p. 577. Namque ἔθαψεν nihil illic aliud indicat quam ignium sepulturam, ut alias ostensum fuit. Idem Marcelli ossa urnae indita et recondita ad filium remisit, teste Plut. Marcel. p. 316. et Appiano Annibal. p. 589., humanitatis haud oblitus. WESS.

569. 22. Καταλύσαντες τὸν Λιβυκὸν πόλεμον] Id bellum esse, quod primo Punico defuncti in mercenarios et Afros sumere Carthaginienses coacti sunt, ex Polybio L. I. 70. nemo ignorat. De Micatanis Numidis nil legere memini praecipuum. WESS.

569. 28. Ὅτι οὐκ εἴασε τὴν τοῦ ἀνδρὸς — ἀνεπισήμαντον] Aemulatur apertissime in his omnibus Polybium L. XI. 2., quem contulisse non pigebit. WESS.

570. 46. Πέλοπα τὸν Λυκούργου] Lycurgus mortuo Cleomene rex ab Ephoris per ambitum constitutus fuerat Olymp. CXL. ut docet Polybius lib. IV. 35. Huius filius Pelops a Diodoro hic nominatur. Cuius etiam meminisse mihi videtur Livius lib. XXXIV. sub finem in Oratione Titi Quintii ad Nabim. *Amicitia et societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedaemoniorum iusto ac legitimo facta est. Cuius ius tyranni quoque qui postea per vim tenuerunt Lacedaemone imperium usurparunt, sicut tu quoque hoc Macedonico bello fecisti.* VALES. Pe-

lopem, Lycurgi F., Spartanorum regem fuisse, haud certo constat. Machanidas certe, qui sublato Lycurgo Spartanos tyrannide pressit, regem Lacedaemone tolerasse non videtur: si tamen, regis umbra fuit puer Pelops; quem cum Nabis principio tyrannidis interfecerit, merito viri eruditi ad Livii XXXIV. 32. dubitant de Pelope isto Livii et Valesii coniectura. Nabidis amicos et tyrannidis satellites describit Polyb. L. XIII. 4. Wess.

570. 61. *Πρὸς αὐτοὺς τἀδικήματα — ἥξειν*] Obscurius Interpres: verebantur Rhodii, ne Cretensium piratarum scelera et rapinae suis quoque civibus detrimento forent. Itaque ut saepe alias bellum in raptores istos susceperant. Vide p. 290. Excerptor. horum. Wess.

570. 64. *Πλημήνιος*] Paulum ab hac narratione variat Titus Livius lib. XXIX. 8. Vales.

570. 72. *Ἐγκαλοῦντες τὸ πλημμέλημα*] *Τῷ Πλημηνίῳ*, quod H. Valesius ex vulgato extudit, si non verum, elegans certe est. Alioqui *ἐγκαλοῦντες αὐτῷ τὰ πλημμέλημα* praestitisset. Wess.

570. 77. *Ἐκ τῆς Ἰταλίας*] *Σικελίας* legendum esse arbitror, quod et in interpretando sum secutus, idque confirmat Dionysius Halic. lib. XX. et Livius lib. XXIX. 18. in oratione illa Locrensium: *Fanum est apud nos Proserpinae, de cuius sanctitate credo aliquam famam ad vos pervenisse Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros classe praeterveheretur* etc. Vales. Mihi dubium non est, quin verissima sit H. Valesii haec emendatio. Egregie firmatur a Dionysio Excerpt. Peiresc. p. 542. et Zonara Ann. lib. VIII. p. 285. Wess.

571. 3. *Τὸν Πλημήνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν*] Variatum in annalibus fuisse de Pleminii poena testis Livius est L. XXIX. 21.; cui adiungi potest Appianus Annib. p. 593. Wess.

571. 12. *Τοὺς ἔχοντάς τι τῶν Φέρσεως χρημάτων*] Ineptum est *Φέρσεως*· verum *Φερσεφάττης*, quod Valesius substituit, aut *Φερσεφόνης*, uti apud Appianum scribitur. Wess. *Φέρσις* nomen mulieris est in columna apud Böckhium Inscr. I. p. 40. Quod an pro *Φερσεφόνη* sic dici potuerit videndum est.

571. 22. *Ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ*] Liberalem custodiam sive *ἄδεσμον* intelligit, de qua Lipsius ad Taciti Ann. L. VI. 3. Wess.

571. 25. *Ὅτι Σοφόνβα*] Sic in exemplari scriptum fuit, quod mutare nolui. A Dione et Zonara *Σοφωνὶς* dicitur. Eam prius Masinissae nuptam fuisse ait Diodorus, quod confirmat etiam Appianus in Libyco (p. 10.). certe desponsam primo a patre Masinissae fuisse testis est Zonaras, cumque nihilominus Syphaci contra fidem Masinissae datam copulata fuisset, eam ob caussam a Poenis Masinissam defecisse. Vales. *Ὅτι Σοφόνισβα*]. Sic editum reperio: itaque invito Valesio nobilissimae feminae suum

nomen rediit, quod mutare nolui. De Appiano quod Valesius scribit, ab eo Sophonisbam Masinissae nupsisse prodi, id secus est: desponsam illi fuisse refert. Wess. De *Σοφόνβα* v. Schweigh. ad Appian. vol. III. p. 406.

571. 34. *Καὶ παρεκελεύσατο φυλάττειν*] Furiam pestemque vocabat, quae omnibus delinimentis animum suum averterit atque alienarit: perditoque sibi atque afflicto hoc in miseriis solatii esse, quod in omnium inimicissimi sibi domum ac penates eandem furiam ac pestem transisse videat, in Livii L. XXX. 13. At apud Appianum Bell. Punic. p. 24. ad Scipionem Syphax, *σοὶ δὲ παραινῶ — φύλαττε Σοφονίσβαν, μὴ Μασσανάσσην ἐς ἃ βούλεται μεταγάγῃ* etc., quae ad hunc mire sunt apposita locum. Wess.

571. 40. *Φάρμακον — τῇ γυναικὶ* (*διδοὺς*) *πιεῖν* etc.] Deesse bene vidit Salmasius vocem, quam uncis circumdedi: sine ea oratio non constat. Ceterum praesenti Sophonisbae id poculum a Masinissa fuisse praebitum negat Livius L. XXX. 15. Aliter tamen Appian. Punicor. p. 25. Wess.

571. 42. *Πρὸς τοὺς ἐπταικότας*] Numidas intelligo, qui in Syphacis exercitu fuerant, quos Scipio in gratiam Masinissae benigne tractavit, et Senatus tandem Masinissae remisit. Livius lib. XXX. 17. Vales.

572. 51. *Εἴ τινα βούλοιντο λαμβάνειν* etc.] Non praeteriit Appianus extremo Annibal. libro hanc ingrati ducis atrocissimam crudelitatem, neque reticuit, dissentiens tamen, Livius L. XXX. 20. Wess.

572. 65. *Τὸν ναύαρχον παρεκελεύσαντο*] Asdrubalem, qui classi praeerat, sicut Polybius, haec fusius referens L. XV. 2., et ex eo Livius L. XXX. 25., prodiderunt. Wess.

572. 70. Conf. Exc. Vatic. p. 71. 2.

572. 79. *Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλὸν*] Hic ad huiusmodi latrocinium a Philippo missus in statione quam navibus suis subducendis elegerat duas aras posuit, alteram impietatis, iniquitatis alteram. Tandem una cum Scopa Aetolo Alexandriae tortus occisusque est, ut refert Polybius lib. XVII. in fine. Vales.

572. 86. *Ἡρακλείδην τινὰ Ταραντῖνον εἶχε*] Hominem si penitius cognoscere velis, Polybium adi L. XIII. 2.; is eum ex virtutibus suis ornavit egregie. Wess.

572. 91. *Πρώτους τοῦ συνεδρίου*] Erant apud Macedones quidam Senatores, quos *συνέδρους* vocabant, ut ex Polybio docet Livius lib. XLV. 32. *Senatores, quos synhedros vocant, legendos esse, quorum consilio resp. administraretur.* Polybius legat. 115. *ὃς κατασφάξας ἐν τῷ Φακῷ τοὺς συνέδρους, ἔφυγεν ἐκ τῆς Μακεδονίας.* Vales.

573. 4. *Ἀντίοχος δὲ τὸ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα* etc.] Vide post pauca p. 298. horum Excerptor. Habet autem Diodorus hanc

rerum Philippi et Antiochi inter sese comparationem ex Polybii aemulatione: cuius L. XV. 20. lege. Wess.

573. 5. *Συλῶν ἐπιλαβόμενος*] Ordo et sententia verborum postulant sibi *ἐπιβαλόμενος*. Ita L. XVIII. 50. *τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων*. et c. 64. p. 305. *καὶ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιβαλλομένους πολιορκεῖν τὴν φρουράν*. ut insuper adiungam haec a librariis confundi saepe, non opus videtur. Conf. L. XVIII. 4. p. 260. Wess. in Add.

573. 14. *Ὥσπερ ἀπὸ παραγραφῆς*] Idem videtur esse ac si diceret *ὥσπερ ἐκ παραθέσεως*. nam Diodorus Antiochi Magni ac Philippi facinora inter se conferebat, quibus aequalem a Diis redditam esse mercedem dicit. Vales.

573. 24. *Τό τε Νικηφόριον*] Lucus erat prope Pergamum, *τὸ Νικηφόριον ἄλσος* in Strabonis L. XIII. p. 926., ab Eumene consitus, multisque Deorum fanis refertus, et Nicephorio inprimis, sive Iovis *Νικηφόρου* templo, ut recte opinatur Ampl. Cuperus ad Lactant. Mort. Persec. c. 44. p. 234. Meminit eius saepe Polybius L. XVII. 2. 6. et seq. Livius etiam L. XXXII. 33. Statim *παρῴνησε* scriptum a Diodoro fuisse arbitror. Wess.

573. 31. *Κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὸ Κυνόσαργες*] *Castra ad Cynosarges (templum Herculis, gymnasiumque et lucus erat circumiectus)* Philippus *posuit. Sed Cynosarges, et Lyceum et quidquid sancti amoenive circa urbem erat, incensum est: dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulcra*: sic Livius ex fonte Polybiano, unde et Noster hausit, L. XXXI. 24. Mox *εἰς Ἀθήνας*, quod in membranis erat, mutari non debuerat. Wess.

573. 43. *Παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακὴν*] Livium vide L. XXXII. 5. Wess.

573. 55. *Ἀριστομένη τὸν ἐπίτροπον*] Narrat Plutarchus in dialogo quomodo discernendus ab adulatore sit amicus (p. 71. C.), Aristomenem tutorem Ptolemaei, cum regem obdormiscentem in conspectu nescio cuius legati excitasset, calumniatoribus ansam dedisse. Qui regi assentantes aiebant, si post tot et tanta quae sustineret negocia, post tot vigilias, quas reip. causa ferret, interdum in somnum delaberetur, haudquaquam coram tot exterarum gentium hominibus obiurgandum regem esse. Quibus verbis incitatus Ptolemaeus venenatam potionem ad Aristomenem misit, eamque haurire illico iussit. Huius Aristomenis meminit Polybius lib. XVII. in fine. Vales.

574. 56. *Καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα*] Non dissentit Polybius, cum de Aristomene hoc Acarnane, *γενόμενος κύριος τῶν ὅλων πραγμάτων, κάλλιστα καὶ σεμνότατα δοκεῖ προστῆναι τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς βασιλείας* L. XV. 29. Wess.

574. 66. *Τὸ Δήλιον*] In interpretatione Latina quaedam addidi ad maiorem lucem ex Livii lib. XXXV. sub finem. Vales.

Ὅτι τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν] Vid. superius L. XII. 69. Meminit fani et proelii ad illud commissi Appian. Syr p. 151. τοῖς περὶ Δήλιον Ῥωμαίοις ἐπιπεσὼν, ἱερὸν δ' ἐστὶ τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος et seq. Sic lege: nam περὶ Δῆλον, ut nunc editur, manifesto pravum est. Vid. L. Holsten. ad Stephani Δήλιον, ubi similes librariorum lapsus corriguntur. Wess.

574. 69. Φλαμίνιος]. Praestat Φλαμινῖνος. Vid. infra Leg. 3. Wess.

574. 73. Ἐν Δημητριάδι] Error haud dubie seu Diodori seu potius compilatoris. Neque enim Demetriade, sed Chalcide hae nuptiae per hiemem ab Antiocho celebratae sunt, ut docent Polybius lib. XX. et Livius. Vales. Veram praestat Valesii sententiam Appianus, ἐς Χαλκίδα (Antiochus) παρῆλθεν, ἔνθα κόρης εὐπρεποῦς ἔρωτι ἁλοὺς, ὑπὲρ ἔτη πεντήκοντα γεγονὼς, καὶ τοσόνδε πόλεμον διαφέρων, ἔθυε γάμους καὶ πανηγύρεις ἦγε Syr. p. 156., quae hinc aut ex Polybii apud Athen. L. X. p. 439. F. fragmento sumta putes. Wess.

574. 91. Ἐπὶ τὴν — συμμαχίαν] Lego ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ. Vales.

574. 99. Διὰ τὴν ἧτταν ταπεινωθεὶς] Cladem indicat, qua ad Myonnesum regia classis adfecta est: ea territus Antiochus praesidium ab Lysimachia deduci pravo consilio iussit. Confer Livium L. XXXVII. 31. et Appian. Syr. p. 168. Wess.

575. 11. Ὅτι Μάρκος Φολούϊος] Verius erit Μάρκος Φούριος, de quo Livius ita: *In Gallia M. Furius praetor insontibus Caenomanis, in pace speciem belli quaerens, ademerat arma. Id Caenomani conquesti Romae apud senatum, reiectique ad consulem Aemilium — magno certamine cum praetore habito, tenuerunt caussam: arma reddita Caenomanis: decedere provincia praetor iussus* lib. XXXIX. 3. Wess.

575. 19. Τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ Βήλου] Nihil dissentit Strabo L. XVI. p. 1080. A., neque Iustinus L. XXXII. 2. Namque eius *Iuppiter Elymaeus* non alius est ac Belus. Wess.

575. 25. Ὅτι ὁ Φιλοποίμην etc.] Videtur Diodorus exemplo Polybii adfirmasse, eodem anno tres claros imperatores decessisse, Philopoemenem, Annibalem et Scipionem, singulisque meritam laudem atque elogium persolvisse. Vide Livium L. XXXIX. 50. 52., et Polyb. Excerpt. p. 1437. ed. Gron. Wess.

575. 35. Τὰς ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο] Optime aberrantis librarii delictum emendavit Valesius. Ἰσοθέους τιμὰς omnium frequentissime Diodorus memorat, sicuti ad principium L. IV. ostenditur. *Sepultus ab universo Achaico est consilio* Philopoemen, *adeo omnibus humanis congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstineretur*, bene Livius L. XXXIX. 58., ἰσοθέους has τιμὰς explicans. Wess.

575. 37. Χωρὶς δὲ (τῶν) κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς etc.] Lege-

batur antea χωρὶς δὲ κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς κατεψηφίσθη τῶν εἰς τιμὴν τἀνδρὸς, ἡ πατρὶς etc., quae partim prava, partim erant hiulca. Καταψηφισθέντων bene refinxit Valesius. Addendum esse pronomen Salmasius vidit sicuti et στήλην, eradens tamen εἰς τιμήν. Ego vero servo, locumque, uti vides, instauro. Fuisse vero Philopoemeni statuam publice cum titulo positam, docebit Pausanias L. VIII. 52. et Plut. extrema Philopoemen. vita. Wess.

575. 56. Ἑπτακαίδεκα ἔτη σχεδὸν etc.] Ex Polybio Excerpt. p. 1438., quem et in omni hoc elogio auctorem habuisse videtur. Wess.

576. 73. Ἀνελπίστως] Forte ἀνελπίστῳ τύχῃ. Wess.

576. 81. Λεώκριτος] Huius Leocriti mentio fit in cap. 55. Legationum Polybii. Vales.

576. 82. Τοὺς ἐν τῷ Πίῳ] Legendum existimo τῷ Τίῳ. Est autem Tius urbs Paphlagoniae, quae et Teium dicitur a Polybio cap. 59. Legat. Strabone lib. XII. (p. 818.) et Constantino in lib. I. περὶ θεμάτων. Porphyrio in Horatium L. I. Od. xvii. *Teium*, inquit, *urbem in Paphlagonia esse*, *Salustius indicat*, *cum de situ Pontico loquitur. Unde apud Ovidium Teia Musa.* Quae ultima verba expungenda sunt. Apud Stephanum Τίειον scribitur. In Scylace Caryandeno Τίθιον corrupte. Ceterum Τίον in Diodoro legi debere, patet ex cap. 59. Legat. Polybii. Vales. Τοὺς ἐν τῷ Τίῳ] Cum ex Polybio certissima sit et dubio omni libera Valesii correctio, vitium amanuensium propagari nolui. De urbe eiusque situ plura Stukius ad Peripl. Ponti Euxini p. 130. et L. Holsten. in Steph. Τίος. Wess.

576. 95. Καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν] Deest ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς, aut quid simile. Leges foederis, quod Antiochum inter et Romanos coaluit, habet Polybius Leg. xxxv., et ex eo Livius L. XXXVIII. 38., expeditionem trans Taurum consecutione quadam vetantes. Wess.

576. 99. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ Ῥώμης etc.] Livium consule L. XL. 55. et seqq. Wess.

577. 11. Τιβέριος Γράκχος] Hic Praetor anno urbis 573. citeriorem Hispaniam obtinuerat. Biennio post confecta provincia triumphavit sequenti anno, qui est ab urbe condita 576. Consul fuit collega C. Claudio Pulchro. Vales. De T. Gracchi in Celtiberia gestis rebus Livius L. XL. 33., Florus L. II. 17. Appianus Hispan. p. 470. atque alii. Wess.

577. 17. Ὁ καὶ πάτρων] Patronum gentis Macedonum intelligi existimavi. Nam ut ait Cicero de Officiis (Lib. I. 11.) *Tantopere apud Rom. iustitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, eorum patroni essent more maiorum.* Idem scribit Dionys. Halic. lib. II. p. 84. Vales. Ὁ καὶ πάτρων] Nihil melius succurrit, tametsi πάτρων simpliciter ac sine adiecta voce positum, satis sit insolens. Alioqui ci-

tra omnem usum Graecis id vocabulum non est. Vide modo hoc Corcyraeorum epigramma apud Sponium Itiner. T. I. p. 372.

Α ΠΟΛΙϹ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ...
ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΥΒΛΟΝ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΗΙ.

Positum est Corcyraeorum patrono M. Calpurnio Bibulo, quem *ΚΑΛΗ*... exscriptoris errore vocat: fuit enim *ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ*. Wess.

577. 26. *Ἐκ τῶν βασιλείων ὑπάγων*] In schedis reperit Valesius *ὑπάτων*, depravatum ex eo, quod restituimus, Salmasio pulcre animadvertente. Itaque *ὑπελθὼν*, cui locum vir doctissimus dederat, exterminavimus. Wess.

577. 30. *Εἰ τυχὸν*] Placet hoc Valesio. Dixit Polybius *μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταβαίνων ὡμίλει ᾧ τύχοι.* quod fuisse puto *οἷ τύχοι.* Idem et hic praeferrem. Auctor ipse p. 321. Exc. horum, *προσιὼν τοῖς εὐωχουμένοις οἷ τύχοι*, i. e. ubicunque sese occasio dabat. Wess.

577. 32. *Ἀφ' ἡμέρας — γενομένους*] Quod Latini dicunt convivia de die ducere, id Graeci efferre solent *ἀφ' ἡμέρας.* a quibus mutuati esse videntur Latini. Sic Polybius lib. VIII. 22. *Γαΐῳ τῷ Λιβίῳ γενομένῳ μετὰ τῶν συνήθων ἀφ' ἡμέρας.* et paulo post bis eadem locutione utitur. Haec Latini tempestiva convivia appellant, quae scilicet ante horam nonam inchoabantur, ut recte Lipsius ad librum XIV. 2. Taciti adnotavit. Quare errat is qui aliter contra Lipsii sententiam interpretatur de die, ut idem sit quod meridie. Igitur si quis ab hora 7. convivium inierit, is de die potare non dicetur? quo quid est absurdius? Sane illud convivium C. Livii, quod Polybius de die coeptum fuisse dicit, post meridiem inchoatum esse non dubito. Scribit enim Polybius, circa solis occasum maxime convivium inferbuisse, *τὴν ἀκμαιοτάτην ἔχοντος διάθεσιν·* unde probabile est, hora octava fuisse inchoatum. Quid si ante meridiem, ut Saturnalibus fieri solebat, initum fuerit convivium? nonne et tempestivum id dicetur, ac de die? Caesar de bello Hispaniensi (cap. 33.) *ipse de tempore coenavit, vinum et nardum sibi infudit.* Vales.

577. 33. *Μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας*] Interpres *cum poculo et symphonia.* Mallem ego, Salmasium secutus, *cum tibia et symphonia. Κέρας* et *κεράτιον* hanc potestatem non respuere, lege in Cl. T. Hemsterhusii nota ad Lucian. D. Dialog. XII. 1. *Μετὰ κεραμίου*, quod apud Athen., vide quomodo expediat magnus Animadversor L. V. 4. et de *tempestivis conviviis* istis Salmas., quem Valesius designat, ad Vopisci Florian. c. 6. Wess.

577. 42. *Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφ.*] Haec ex Polybii lib. XXVI. transcripta pene ad verbum sunt. Sed et Livius lib. XLI. c. 20. eadem ex Polybio ut solet, transtulerat: — *more,*

sella eburnea posita ius dicebat, disceptabatque controversias minimarum rerum. Et mox: *Itaque nescire quid sibi vellet, quibusdam videri: quidam ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire aiebant.* Ceterum quaedam in hoc Diodori loco emendatius leguntur, quam apud Polybium, ut *ἀλύων ὅπου τύχοι* et *συγκαταῤῥιπτεῖν εἰ τυχὸν*, et *μετὰ κεραμίου*, pro quibus in Polybio legitur *αὐτῶν* et *συγκαταβαίνων ᾧ τύχοι* et *μετὰ κεραμίου*. Porro *εἰ τυχὸν* sic dictum videtur ut in Tertulliano, *si forte*. VALES.

577. 51. *Ἄτταλος ἐπεπλάκη*] Idem narrat T. Livius lib. XLII. 16. ubi Attalum cum regina Stratonice duntaxat de nuptiis locutum esse ait, nihil amplius. Plutarchus in dialogo *περὶ φιλαδελφίας* p. 489. E. Attalum despondisse sibi fratris uxorem, et cum ea rem habuisse dicit. VALES.

577. 52. *Οὐ μὴν Εὐμένης γε προσεποιήθη*] Vide Suidam in *προσεποιήθη*. WESS.

578. 58. *Ἦν δὲ καὶ νήπτης*] Mutua haec sumsit ex Polybio Excerpt. p. 1441., qui et alibi rariore, et in Lexicis neglecta, voce usus est L. X. 3. WESS.

578. 61. *Ὅτι τὸ Χάλεστρον*] Herodotus L. VII. 123. *Χαλέστρην*, alii *Χαλάστραν* vocant. Plut. Alex. p. 692. *ἐκ Χαλαίστρας*, prave. A vicino lacu *Χαλαστραῖον νίτρον* dicebatur: Moeris, *Χαλαστραῖα, λίμνη πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ· ἐν ᾗ τὸ Χαλαστραῖον νίτρον, οὗ μέμνηται Πλάτων.* Philosophi locus est L. IV. Rep. p. 430. A., cui addi possunt Plut. T. II. p. 134. et Alciphron. L. III. Ep. 61. WESS.

578. 70. *Χάροψ υἱὸς τοῦ τὴν* etc.] Quae consequuntur, *υἱωνὸς* postulant. Charopus hic patrem habuit Machatam, avum Charopum. Vide Polybium Excerpt. p. 1442. Porro post voces *τῆς Ἠπείρου* desideratur ad perfectam structuram *γένηται*, aut quid simile. WESS.

578. 84. *Τῶν Ἀβδηριτῶν πόλιν*] Abderam expugnavit Hortensius Praetor, ac diripuit Aulo Hostilio et A. Attilio Coss. ut narrat Livius lib. XLIII. 4. qua in expugnatione videtur adfuisse Eumenes. VALES.

578. 1. *Κραυγῆς γὰρ μόνον ἦν χρεία*] Haec Polybianum quid sonant, habent enim admirabilem *ἐνάργειαν* meo quidem iudicio. Sane Polybius lib. IV. p. 402. eadem locutione utitur, *καίπερ διὰ τόπων ποιούμενοι τὰς πορείας εὐεπιθέτων καὶ στενῶν καὶ μόνον σαλπιγκτοῦ δεομένων.* Intelligit autem Diodorus transitum Q. Marcii Consulis in Macedoniam per saltum arduum et asperum, de quo consulendus est Livius lib. XLIV. initio. VALES. In Polybio est *μονονοὺ σαλπιγκτοῦ δεομένων·* quod eodem redit, tametsi Cl. Iacob. Gronovius aliud sectetur. Non minus elegans est hoc Aristidis T. I. p. 29. *ὑφ' ὧν καὶ οἶκοι καὶ πόλεις ἀνάστατοι*

γίγνονται πρὶν σάλπιγγος ἀκοῦσαι, φαίη τις ἄν. ex alio tamen ritu sumtum. WESS.

579. 8. Νίκωνα τὸν Θησαυροφύλακα] Niciam eum vocat Appianus apud Suidam in Περσεύς, et Livius lib. XLIV. 10. Male Casaubonus eum locum, qui est apud Suidam in Περσεύς, adscripsit Polybio, cum sit Appiani, ut dixi, extatque p. 561. huius editionis (Excerpt. Vales.). VALES.

579. 9. Ἐν τῷ Φάκῳ] Pellam dicit Livius loco supra indicato. Sane Pellae regiam gazam fuisse docet idem Livius in fine lib. XLIV. Phaci oppidi in Macedonia meminit Polybius Legat. 115. VALES. Vide et Cl. Drakenborch. in Livii L. XLIV., 10. Fuit sane gaza regia Pellae servata, sed nihil inpedit, si et eius partem Phaci fuisse putemus: neque enim uno semper in loco asservabatur. Iugurthae plerique thesauri erant Thalae, nec omnes tamen, ut ex Sallustio Iugurth. c. 75. et Strabone L. XVII. p. 1188. notum. Id vero male, quod Pellam prorsus silentio Diodorus praeterierit. At enim Phacus idemne sit ac Phacium Thessaliae, quod in L. Holsten. opinionem venit, mihi nondum liquet. WESS.

579. 14. Νομίζων φίλιον τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίοις] Adscripserat Salmasius Ῥωμαίους· quod qui volet, recipiat. Mihi nescio quid scabri hic locus habere videtur, vereorque ut sit satis integer. Livius L. XLIV. 10. Andronicum navalia tempus trahendo servasse ait, id quod accidit, poenitentiae regiae locum relinquentem: de studio Romanis gratificandi nihil. WESS.

579. 16. Τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας] Livius haec initio lib. XLIV. sic refert: *Ipse ab Dio auratis statuis omnibus raptim, ne praeda hosti essent, in classem congestis, ocyus demigrare Pydnam iussit.* VALES.

579. 23. Καταλαβόντες τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν etc.] Attigit hanc Cydoniatarum perfidiam et crudelitatem Polybius Exc. p. 1445., Cretenses eos, ut erant, adpellans. WESS.

579. 27. Ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος] Haec ad primam Antiochi Epiphanis in Aegyptum irruptionem spectant, quae hac de causa contigit. Ptolemaeus Philometor rex Aegypti, cum Coelesyriam maioribus suis semper paruisse intelligeret, eam ab Antiocho Epiphane per legatos repetiit suasu Eulaei nutricii, ac Lenaei ducis qui tum, rege admodum puero, post mortem Cleopatrae cuncta administrabant. Quae cum ab Antiocho minime redderetur, ingentem belli apparatum Ptolemaeus facere instituit, quo eam recuperaret, ut narrat Diodorus Legat. 18. et apud Suidam in Ἀμφισβητεῖν. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζε γὰρ τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀνειμένην τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι. Antiochus, cum Ptolemaeum videret sese ad bellum accingere, Me-

leagrum legatum Romam misit, qui Senatui referret bellum sibi praeter fas a Ptolemaeo inferri, ut est in legatione 71. Polybii et 72. Interim ipse celeriter contractis copiis, cum duces Ptolemaei segniter agerent et in Syriam irrumpere cunctarentur, ultro iis obviam processit, commissoque proelio inter montem Casium ac Pelusium eos profligavit. Cumque Aegyptiorum copias internecione delere posset, equo circumvectus occidi eos vetuit, vivos tantummodo capi iussit. Itaque ob hanc humanitatem mox Pelusio, ac brevi universa Aegypto est potitus, ut narrat hic Diodorus. Cui consentit Hieronymus in cap. XI. Danielis, ex Porphyrio et Callinico Sutorio haec referens: *Et cum post mortem Cleopatrae Eulaeus eunuchus nutricius Philometoris et Lenaeus Aegyptum regerent, et repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupaverat, ortum est inter avunculum et puerum Ptolemaeum proelium. Cumque inter Pelusium et montem Casium proelium commisissent, victi sunt duces Ptolemaei.* Haec pugna contigit Marcio Philippo II. et Servilio Caepione Coss. Olymp. CLII. anno 3. ut patet ex serie ipsa narrationis Diodori nostri et maxime ex cap. 8. legationum Polybii. Bellum ipsum coepisse videtur biennio ante, consulatu Licinii Crassi et Cassii Longini, ut docet Livius libro XLII. 29. VALES.

579. 37. *Ἀκούσαι παραχωρῆσαι βασιλείας*] Philometer audita suorum clade, ac deditione Pelusii aliarumque urbium, metu perculsus ac fortasse etiam Alexandrini populi seditione impetitus, fugit Alexandria. Cumque in manus Antiochi venisset, Antiochus puero pepercit et amicitiam cum eo firmavit, curamque illius suscipere se simulavit, quemadmodum indicat Hieronymus, cuius haec verba sunt illis quae supra attuli convexa: *Porro Antiochus parcens puero et amicitias simulans, ascendit Memphim, et ibi ex more Aegypti regnum accipiens, puerique rebus se providere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum subiugavit sibi.* Igitur cum Antiochus Epiphanes puero diadema ademisset, atque ipse Aegypti regnum accepisset, Alexandrini Ptolemaeum iuniorem, qui Euergetes et Physcon dictus est, fratrem Philometoris, regem renunciarunt, ac strenue Antiocho restiterunt. Sed Antiochus victis navali proelio ad Pelusium Alexandrinis, et ponte per Nilum facto transgressus cum copiis, Alexandriam obsidere instituit, simulans se Ptolemaeo maiori regnum recuperare. Hanc historiam (caetera enim satis iam ex T. Livio nota sunt) ita concinnavi, partim ex coniectura, partim ex auctoritate optimorum auctorum, in qua qui ante nos scripsere, mirum est quantopere hallucinentur; nec recentiores tantum, sed et Zonaras tomo II. p. 110. (348. ed. Venetae.) VALES.

580. 46. *Εἰς τὸν σπάδωνα*] Eulaeum intelligo, qui auctor huiusce belli fuit, ut ex Hieronymo supra notavi. Quod confirmat Polybius c. 82. Legationum: *Τὴν μὲν γὰρ αἰτίαν τῶν*

συμβεβηκότων πάντες ἀνέφερον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Εὔλαιον. Vales.

Ibid. Καὶ τὴν ἐκείνου συστροφίαν] Credo συντροφίαν fuisse olim, indicarique familiarem usum, qui spadonem inter et regem intercesserat; ποιητοῦ συντροφία πρὸς ἡμᾶς Strabo L. VIII. p. 520. A. in eam ferme sententiam. Eleganter incertus auctor Epigrammatis Anth. L. III. 17. — τίς παρὰ πόντῳ Πίστις, ὅς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης. Wess.

580. 50. Καὶ τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος] Salmasius πρόσχημα non esse maiestatem regiam, quam Valesius vertendo expressit, sed *nomen regium* ad libri sui oram alleverat. Favet Polybius Exc. p. 143., unde haec a Diodoro exscripta sunt. Vide quae diximus ad L. XVIII. 42. De Pelusio eadem Polybius. Videtur Antiochus priore illa expeditione Aegyptiaca ad Pelusium Ptolemaeum Philometora maiore calliditate et astutia circumscripsisse quam quidem regem animi egregii decebat: atque hoc praeter Iosephum innuit Hieronymus, sicuti Vales. ad istum prudentissimi scriptoris locum admonuit. Wess.

580. 53. Ἐπιλέκτους Γαλάτας] Quos hic Diodorus Γαλάτας, *Gallos*, vocat, Plutarchus in Aemilio p. 259. D. Bastarnas nominat, eos rursus Γαλάτας vocat infra p. 318. Exc. et Titus Livius L. XL. in fine Bastarnas vocat, et eorum ducem Clondicum, quos L. XLIV. Gallos semper vocat sub eodem duce Clondico militantes; unde nobis Gallis licet vindicare gentem illam bellicosissimam contra eos, qui Gallorum gloriae hostes eam gentem a Gallorum nomine abiudicare contra tot antiquorum testimonia non erubescunt. Palm. Ph. Cluverium perstringere Palmerius voluit, Bastarnas Germanis vindicantem L. III. Ger. Antiq. c. 43. At is suis se munitionibus ita obsepsit, ut haec nihil illi noceant. Tetigit eandem controversiam H. Vales. ad Appiani Exc. Peiresc. p. 562., sed minore cupiditate. Mox Μαιδικὴν, *Maedicam*, ut bene vir eruditus, praestat. A Μαιδὸς venit Μαιδικὴ apud Stephan. cum Holsten. nota. Adde Cl. Fr. Oudendorpium in I. Obsequent. Prodig. c. 118. Wess.

580. 72. Τῶν χρημάτων εἰς ἑξήκοντα τάλαντα etc.] Livius L. XLIV. 45. *quinquaginta talenta iis posita sunt in ripa diripienda*. Neque Plutarchus aliter. Forsan itaque in numeri nota vitium est, quod certe occupavit verba ζητεῖν τὰ διὰ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταληφθέντων κατασκευασθέντα. Fuit cum scriptum fuisse putarem καταλειφθέντων, ut vasa sint ex relictis ab Alexandro adornata. Plut. Aemil. p. 267. E. τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χρυσωμάτων ἔνια a rege repetita refert. Ergone scripsit τῶν καταληφθέντων τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου κατασκευασθέντα; Wess.

580. 85. Τούς τε Κελτοὺς ἀποτρεψάμενος] Lege ἀποτριψάμενος. Infra iterum de Perse p. 318. Exc. ἐκεῖνος — Γα-

λατῶν παραγενομένων — ἀπετρίψατο τὴν τηλικαύτην συμμαχίαν. et sic saepe. Wess.

581. 96. *Εὑρεθέντος εἰς τὴν παρεμβολὴν*] Post verbum *εὑρεθέντος* in Ms. punctum notatur, quo appareat aliquid deesse, quod ita supplendum esse existimo, *εὑρεθ. καὶ κομισθέντος εἰς τὴν παρ.* Vales. Non intercedo. Livium L. XLIV. 44. et Plut. Aemil. p. 266. F. vide. Wess.

581. 98. *Ἔχων οὐ πρὸς υἱὸν*] Hunc locum sic legendum esse existimavi, *ἔχων οὐ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμένου τινα διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον*. Originem mendi esse eam arbitratus sum, quod in Ms. *πρὸς* fere pro *πατρὸς* scribebatur, ex quo hic *πρὸς υἱὸν* nobis imperiti antiquarii concinnarunt. Simile mendum cum aliis prope infinitis haesit apud Libanium in oratione *πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου* (T. II. p. 569.) *Νέος χρήματα παρὰ τοῖ προσλαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομιῶν*· cum legendum sit, *παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομίσαι*, ut in Ms. legitur. Vales.

Ibid. *Ἐρωμένου*] In Ms. erat *ἐρωμένην*, ex quo *ἐῤῥωμένην* quis legendum esse forte existimet, quod tamen minus probo. Magis placeret *ἐρωμανῆ*. sed omnino praeridet illud quod edi curavimus. Respondet enim ei voci *τοῦ πατρός*. *Ἐρώμενον* autem tam de amatore quam de amasio dici constat vel ex Suida. Vales.

581. 11. *Ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι* etc.] Exscripsit haec Syncellus Chronograph. p. 213., sed parum mutata. Wess.

581. 29. *Εἰς ἐλευθέραν — φυλακὴν*] In Ms. *ἐλευθέριαν* legitur, sed *ι* erasum est. Ego malim *ἐλευθέριον φυλακήν*. Sic Philostrat. lib. 7. cap. XI. *ἐλευθέριον δεσμωτήριον* vocat liberalem custodiam et cap. 17. Vales. Supra Exc. horum p. 289. *τηρῶν αὐτὸν ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ*. At Syncellus Chronograph. p. 213. *εἰς ἐλευθέραν ἀπέθετο φυλακὴν* hinc sumsit, neque male, ut alias dixi. Wess.

581. 32. *Εἰς δουλείαν — ἂν ἔχοντες*] Lege *ἀγαγόντες*. Vulgatum tueri se non potest. Wess.

581. 42. *Ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν*] Eadem haec Syncellus loco indicato. Addit alia, itidem hinc sumta, de Macedonia ex Paulli et decem legatorum sententia in quatuor regiones divisa, deque magnifico Paulli triumpho, quae suum locum inter Diodori fragmenta occupabunt. Wess.

582. 52. *Καταστέψας*] Sic correximus, cum in exemplari *καταστρέψας* legeretur nullo sensu. Notum est victimas infulis coronari solitas esse, id *καταστέφειν* Graeci dicebant. Aeschines contra Ctesiphontem, *χρυσόκερων ἀποκαλῶν καὶ κατεστέφθαι λέγων*. Notanda autem haec consuetudo est Gallograecorum, qui captivos Diis immolare soliti erant, ut docuerat etiam Sopater Paphius in comoedia, quam *Γαλάτας* inscripsit. Athe-

naeus lib. IV. (cap. 16. p. 160.) *Ἐγὼ δὲ κατὰ τοὺς τοῦ Παφίου Σωπάτρου Γαλάτας παρ᾽ οἷς ἔθος ἐστὶν ἡνίκ᾽ ἂν προτέρημά τι ἐν τοῖς πολέμοις λάβωσι θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους.* quam consuetudinem a Gallis Gallograeci accepere. Nam ut ait Caesar lib. VI. c. 16. *Natio est omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam caussam, qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in praeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent.* Adde Diodorum lib. V. 31. Vales. Simile mendum erasimus ex L. II. 55. Infra de Diegylide, pari inmanitate iuvenes immolante, Exc. p. 357. *ἀμφοτέρους καταστέψας ἱερείου τρόπον.* Wess.

582. 74. *Ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τῶν Γαλατῶν* etc.] Lege tamen Polybii Legat. xcvii. Wess.

582. 83. *Ἐπεκρύπτοντο τὴν διαίρεσιν*] Mallem *αἵρεσιν* aut *προαίρεσιν*. Post pauca Valesius scribi iubet *καὶ πάντα τὰ τῶν βασιλείων*, Salmasius *τοῦ βασιλείου*, quod propius a vulgato recedens praetuli. Spectant autem omnia haec ludos, quos Antiochus aemulatione Aemilianorum in Macedonia, post debellatum Persen, ludorum Antiochiae edidit apud Athen. L. V. 4. ex Polybio. Wess.

583. 95. *Παρὰ τὴν πομπὴν*] Ita emendavi, cum *σιωπὴν* esset in Ms. Auctorem emendationis habui Polybium, ex cuius lib. 31. haec transcripta sunt. Vales.

583. 7. *Ποτὲ δὲ νίπτων τὸ ποτήριον*] In Polybio illud *νίπτων* deest, pendentque omnia ex praecedenti participio. Itaque *νίπτων* parum hic accommodatum est, in *ῥίπτων*, ut Salmasius voluit, convertendum. Wess.

583. 8. *Πότον*] MS. *τόπον*, nota confusione. Conf. Salmas. ad Achillem Tat. p. 93. et Bryanum ad Plut. Themistocl. p. 93. Wess.

583. 14. *Τῆς συμφωνίας προκαλουμένης*] Symphonia nihil aliud est quam concentus chori. Chorus enim constabat e septem symphoniacis: quando autem chorus canebat, choricis tibiis Choraulus artifex concinebat, ut ait Diomedes: quae *συναυλία* Graece dicitur. Itaque parum inter *συμφωνίαν* et *συναυλίαν* interest. Unde Semus Delius apud Athenaeum (Lib. XIV. 2. p. 618.) *συναυλίαν* sic definit: *ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς συναυλίας λεκτέον. ἥν τις ἀγὼν συμφωνίας αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος.* Mimis porro chorus praecinebat, ut ex Hieronymi Chronico patet, ubi de Pylade Pantomimo. Hyginus in Poëtico Astronomico de Delphine, *Quod Liber auspicatus iubet comites suos symphonia canere.* Acron quoque, *Ambubaiae,* inquit, *dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia, sive symphonia ambubaia dicitur.* Vales.

583. 27. *Ὅτι τούτων συνελθόντων*] Legendum est *συντε-*

λεσθέντων, ex Polybio cap. 101. Legationum, ex quo fere superiora omnia ad verbum transcripsit Diodorus. Hinc igitur patet caput illud 101. Legationum Polybii ad librum 31. historiarum eius pertinere, in quo libro retulerat Polybius eos agones, quos Antiochus Epiphanes Daphnae celebravit, ut patet ex fragmentis eius libri apud Athenaeum, quae perperam Casaubonus inter reliquias lib. 26. retulit. VALES.

583. 31. Ἐκ τῆς — γενομένης προσκοπῆς] Sic scripsi. Intelligitur Popillii legatio et natum inde, ne Aegyptus occuparetur, inpedimentum, ob quae Romanis clanculum succensebat Antiochus. Ei autem rei aptum esse προσκοπῆς vocabulum, ut in Polybii L. VI. 4. 5., non προκοπῆς, nemo ignorat. WESS.

583. 35. Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως ἐκπεσόντος] Postquam Antiochus Epiphanes tentatis, ut supra dixi, moenibus Alexandriae, frustratus spe sua, in Syriam recessit, Ptolemaeus Philometor, quem Memphi reliquerat, perspectis consiliis Antiochi, qui amicitiam secum simulabat, sed revera sibi ipsi regnum Aegypti comparare in animo habebat, missis ad iuniorem fratrem et Cleopatram sororem legationibus id perfecit ut in regnum restitueretur, fraterque minor secum simul regnaret, L. Aemilio Paulo 2. Cos. anno 4. Olymp. CLII., ut docet T. Livius lib. 45. Itaque in publicis actibus scribi coepit anno 12. Philometoris, Euergetis autem primo, mansitque haec fratrum concordia ad annum Philometoris septimum decimum, quo fratres dissidere coeperunt, ut scribit Porphyrius in fragmento luculentissimo, quod Ios. Scaliger inter Eusebiana excerpta edidit p. 22. Igitur Philometor bello victus, regnoque expulsus, Romam pedes petendi auxilii gratia proficisci intendit modico comitatu, demtoque capitis insigni, ac squallore obsitus. Cui cum Demetrius obviam venisset, equumque regalibus ornatum phaleris et diadema obtulisset, cuncta Ptolemaeus est aspernatus et Romam cum venisset, in hospitium Alexandrini pictoris se contulit. Quod ubi Senatui nunciatum est, Senatus accersito iuvene diligenter factum excusavit, quod nec Quaestorem more maiorum ei obviam misisset, nec publico hospitio excepisset, idque non sua negligentia, sed illius clandestino adventu esse factum, hortatusque est ut positis sordibus adeundi ipsius diem peteret, ut narrat Valerius Max. libro V. cap. 1. VALES. Si quis dubitet de hoc Ptolemaeo, quisnam fuerit, discat eum fuisse Physcona, qui et Cacergetes vocabatur, quod Polybius docet. PALM. Valer. Maximus pugnat et obviam venit sententiae Valesii, prima fronte favens Palmerio. Sic enim: *Rex Ptolemaeus a maiore fratre regno spoliatus — Romam venerat.* Ea Ptolemaeum Euergetem, non Philometora, designant: qui quidem Euergetes Romam venit, necdum in Syriam profecto Demetrio: sed neque eo squallore obsitus, nec auxilii petendi caussa, verum eo fine, ut institutam cum fratre regni divisionem faceret

infectam, referente Polybio Legat. CXIII. Itaque in Valerio aut *a minore fratre* fuit, aut error est. Alterutrum a vero non deflectere Livius Epit. XLVI. et Porphyrius, quos Valesius auctores habuit, confirmant, et Palmerium redarguunt. WESS.

584. 36. Ὁ Δημήτριος] Is Demetrius Seleuci filius obses tunc Romae erat: qui cum Ptolemaeum ignobili comitatu Romam appropinquare didicisset, id facinus edidit. Quippe expulsus est Philometor anno regni 17. ex Porphyrio, id est, Olymp. CLIV. anno I. Sempronio Graccho et Iuventio Thalna Coss. ut etiam indicat Epitome lib. 46. Titi Livii. Demetrius vero Roma profugit anno 3. supradictae Olymp. seu 151. Graecorum, ut est in lib. I. Macchab. c. VII. 1. VALES. Conf. Exc. Vatic. p. 96. 1.

584. 54. Τιμόθεος] Estne idem Timotheus qui p. 588. 62. nominatur? REISK.

584. 62. Ὁ Φιλοπάτωρ] Hic Ariarathes filius erat Antiochidis, Antiochi Magni filiae, quae cum liberis careret, duos sibi clam supposuit, Ariarathem et Orophernem, sed aliquanto post cum praeter spem filias duas ac filium nomine Mithridatem peperisset, de supposititiis maritum admonuit, et priorem quidem cum mediocri sumptu Romam misit, alterum in Ioniam, ne legitimo puero controversiam de regno moverent. Hic Mithridates postea Ariarathes dictus est, cognomento Philopator, ob singularem pietatem, qua patrem dilexit, ut testatur Diodorus lib. 31. ex quo patet hoc fragmentum ad librum 31. pertinere. Regnum iniit Olymp. CLIV. anno 2. Scipione Nasica et Figulo Coss. non ut Casaubonus in Polybiana chronologia ponit, Olymp. supradictae anno 3. Namque ante Demetrii ex urbe fugam regnare coepit, ut constat ex Polybio et Livio lib. 46. Atqui Demetrius anno 3. dictae Olymp. Roma clam profugit, ut supra dixi. Periit autem hic Ariarathes in bello, quod Romani cum Aristonico gesserunt, ut docet Iustinus libro 38. 2. VALES.

584. 64. Μεγαλοπρεπῶς ἔθαψεν] Non patrem tantum, sed et matrem et sororem, Antiochiae in Syria non sine scelere et vi defunctas. Lege Polyb. Leg. CXII. WESS.

584. 70. Ἀρταξίας] Huius Artaxiae meminit Plutarchus in Antonii vita. Victus captusque fuerat ab Antiocho Epiphane, ut docet Appianus in Syriacis (p. 188.) Hieronymus in caput XI. Danielis ex Porphyrio, *Pugnans*, ait, *contra Aegyptios*, *Libyas*, *Aethiopasque pertransiens audit sibi ab Aquilone et ab Oriente praelia concitari*, *unde et regrediens capit Aradios resistentes*, *et omnem in littore Phoenices vastat provinciam*, *confestimque pergit ad Artaxiam regem Armeniae*. Fuerat hic prius Antiochi magni Satrapa in Armenia: quo a Romanis victo, cum ad Rom. partes transiisset, Rex a populo Romano appellatus est, teste Strabone lib. XI. (p. 800.) et celeberrimum Armeniorum fundavit imperium. VALES. Ἀρταξίας] Meminit eius Plut. in Lu-

culto p. 513. Fortasse Mithrobuzanes iste filius Thariadae fuit, qui Sophenen eo tempore occupavit, quo Artaxias Armeniam, uti Strabo refert L. XI. p. 800. Wess.

585. 88. *Τοιαύτην συνέβη γενέσθαι πάσης* etc.] Conf. Plut. in Aemilio p. 276. Quid vero illa sibi volunt verba, *καὶ τῶν τὴν, ει. τ. Ῥ. τιμὴν σχεδὸν, τιμήν;* quorsum, inquam, ista pertinent? Ego, ne longum faciam, et corrupta esse et defectu laborare censeo. Vide an placere possit: *καὶ τῶν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν (ἐχουσῶν) σχεδὸν (πάντες παρεγένοντο) μετὰ προθυμίας κ. λ.* Sic dicet, ex vicinis urbi oppidis atque ex municipiis ferme omnes spectatum exsequias confluxisse Romam. Municipia vocantur *αἱ εἰς τὴν Ῥώμην,* sive *ἐν τῇ Ῥώμῃ, τιμὴν ἔχουσαι πόλεις,* haud sane absurde. Aliter si qui opinentur, pati possum: nam Diodori verba me coniiciendo assecutum esse, non temere adfirmavero. Wess.

585. 98. *Οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν*] Apud Polybium, ex quo haec desumpta sunt, alius est verborum sensus. Plus enim dicit Polybius, ut ex utriusque loci interpretatione clarum est. Vales.

585. 6. *Τοὺς δοθέντας εἰς υἱοθεσίαν*] P. Scipionem et Q. Fabium, de quibus Polybius p. 1427., unde haec descripta. Iunge Plut. Aemil. p. 257. Wess.

585. 34. *Καὶ τηλικοῦτο βάρος οἰκίας*] Mox iterum *καὶ τοῦ βάρους τῆς οἰκίας οὐκ ἀξιόχρεως διάδοχος.* Respice not. in L. IV. 61. Wess.

585. 37. *Κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ιη ἐτῶν*] Annum intelligit, quo L. Aemilius Paulus Scipionis pater est mortuus. Atqui eo anno Scipio XXV. aetatis annum agebat. Decessit enim Aemilius L. Anicio et Cornelio Cethego Coss. anno urbis 593., ut patet ex titulo Adelphorum Terentii. Igitur cum ex ipso Diodoro ac Livio lib. XLV. anno urbis 585., quo L. Aemilius Perseum debellavit, Scipio annum aetatis 17. ingressus sit, sequitur eum anno urbis 593. quintum ac vicesimum attigisse. Videtur autem deceptus esse Diodorus ex illis Polybii verbis, quae in fragmentis libri 31. a nobis editis leguntur: *οὐ γὰρ εἶχε πλέον ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τότε.* Nam quia Polybius haec post obitum L. Aemilii narraverat, putavit Diodorus *τότε* illud significare post obitum parentis: in quo longe falsus est. Nam Polybius eo loci *ἀνακεφαλαίωσιν* quandam totius adolescentiae Scipionis proponit, eaque narrat quae ante Aemilii obitum contigerunt, ut satis patet. Vales.

586. 51. *Πρὸς τὰς ἀναίδην ἡδονὰς*] Est, qui *ἀνέδην* mallet: a quo dissentio. Hoc loco bene habet, non item Exc. horum p. 393. Conferendus Polybius est Excerpt. p. 1457., unde haec omnia deprompta. Wess. Conf. Schweigh. ad Polyb. vol. VI. p. 646.

586. 65. *Τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ*] In Polyb. Exc. p. 1458. editur *ἐπ' αὐτοεξίᾳ* ex Valesii correctione, qui tamen Diodori scripturam merito meliorem pronuntiavit. Wess.

586. 67. *Ὥρμησεν ἐπὶ τὴν μεγαλοψυχίαν*] In Polybio *ὥρμησεν ἐπὶ τὸ περὶ τὰ χρήματα μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθαρότητι διενεγκεῖν τῶν ἄλλων*. Praeferrem propterea *ἐπὶ τὸ μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ κ. λ.*, ut aptius omnia cohaerescant. Wess.

586. 76. *Αἰμιλία γάρ τοι μεγάλου Σκ.*] Deest *γυνή*, quam vocem Latini eleganter omittere solent, cum dicunt Aemiliam Africani et similia, ut apud Ciceronem: occurrit et Suetonium aliosque. Vales.

586. 77. *Ἀδελφιδῆ τοῦ Περσέα καταπολεμήσαντος*] Scriptum fuit *ἀδελφή*. Nam Aemilia Scipionis patrem Paullum habuit, qui ad Cannas periit, sicuti et Aemilius, a quo Perses debellatus. Clara res ex Plut. in Aemil. p. 256. A. Wess.

586. 82. *Παπειρία*] Haec Papiria erat Papirii Masonis filia, viri consularis, ut ait Plutarchus in L. Aemilio (p. 257.) In MS. nostro perperam scriptum erat *Παυσιρία*. Vales.

586. 87. *Μεγάλην ἐσχήκει περικοπὴν*] Optime Valesius. Solet Polybius ea voce omnem ornatum atque apparatum describere. Sic Diogenes et Timotheus, legati Olophernis, pro regis sui opibus cultissime instructi, *κατὰ τὴν ἄλλην περικοπὴν εὐτυχοῦντες* Legat. CXXVI. Contra Philopoemen *λιτὸς κατὰ τὴν περικοπὴν* Excerpt. p. 1389. Et haec ipsa Papiria ibid. p. 1459., *ἐν τῇ τῆς Αἰμιλίας περικοπῇ καὶ χορηγίᾳ ἐκπορευομένη*. Adde Suidam in *Περικοπή*. Wess.

586. 91. *Φέρων ἐδωρήσατο τῇ μητρὶ*] *Ultro donavit*, quod genus tanta eruditione explicuit Cel. T. Hemsterhusius ad Luciani D. Mort. VI. 3., ut nihil supra. Habe unum atque alterum exemplum. *Σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν* Tiberius ad Caium apud Ioseph. Antiq. L. XVIII. 6. 9. *καὶ γῆν καὶ θάλατταν φέρων εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἐνέθηκε ὁ θεὸς* Io. Chrysostomus T. III. p. 303. E. *τὸ βασίλειον ἱεράτευμα — τῷ κοινῷ παλαμναίῳ φέρων παρέδωκας* Gregor. Nazianzen. Or. III. p. 63. E. Wess.

587. 3. *Ἐν τρισὶν ἔτεσι κατὰ μέρος ἀποδιδόναι τὰς φερνὰς*] Hunc et similem Polybii locum de dote, annua, bima trima die persolvenda tractavit atque illustravit Cel. Ger. Noodt L. III. de Foen. et Us. c. 6. Wess.

587. 12. *Ἐποίησεν ἴσην ἑαυτῷ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν* etc.] Erit fortasse, qui *τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν* maluerit. Polybius multo clarius *οὕτως ἴσον ὑπάρχειν αὐτῷ κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν Φάβιον* Exc. p. 1461. Wess.

587. 38. *Πάντας ὑπερέβαλε*] Haec Excerptoris negligentia iusto videntur breviora. Polybius rem fusius declarat Exc. p. 1463. Scipio veterem patriae suae morem probavit, quo *ogru*

illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis praevaluit corporibus, ac militiam belli, cum res postulavit, facile sustinuit, ut Columella loquitur. Conf. Ian. Vlitium ad Nemesian. Cynaget. v. 298. Wess.

588. 51. *Διὰ τῆς μητρὸς Φιλώτας*] Rectius apud Polybium Exc. p. 1465. *Φιλότιδος*. Id prave et ex Nostro corrigendum, quod ibi adiungitur, *πάνυ γὰρ εὐφυὲς ἐγένετο κατὰ τοῦτο τὸ πρόσωπον*. Dederat *καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον*. Wess.

588. 57. *Ὀροφέρνης*] Hic est Orofernes, quem sibi Antiochis regina supposuerat, ut supra ex Diodoro dixi: quod et Zonaras commemorat (p. 348. ed. Venet.) qui Demetrii Syriae regis opibus Ariarathem regno expulit. Erat Demetrius infensus Ariarathi ob fastiditas ab Ariarathe sororis nuptias et amicitiam ac societatem suam. Itaque causam Orofernis libentissime amplexus, bellum intulit Ariarathi, cui Eumenes auxilium ferebat. Victus tandem Ariarathes Romam confugit, Sex. Iulio Caesare et Aurelio Oreste Coss. Olymp. CLV. anno 3., ut docet Polybius cap. 126. Legationum. Vide Diodorum Legat. 24. et Iustinum (lib. XXXV. 1.). Vales. Apud Photium et alios *Ὀλοφέρνης* legitur et liber Iudith nos docet, fuisse id nomen Orientalibus usurpatum. Fuit ille *Ὀλοφέρνης* suppostititius, ab Antiochide Ariarathi uxore, antequam peperisset, suppositus. Sed postea cum peperisset filium Mithridatem, qui et Ariarathes dictus est, amandatus est in Ioniam. Vide Photium in Diodori Excerptis ex Lib. XXXI. Ex eo enim magna fit lux his Diodori fragmentis. Palm.

588. 62. *Τιμόθεον*] *Θεότιμας* dicitur apud Polybium Excerpt. Vatic. p. 441., Timotheus XXXII. 20. 4.

588. 64. *Καὶ τὰ λοιπὰ τετρακόσια δώσειν* etc.] Demetrius Orophernem in Cappadociae regnum, deiecto Ariarathe, restituerat *ἐπὶ χιλίοις ταλάντοις*, ut Appian. Syr. p. 189. refert. Hinc promissi ratio apparet. De Oropherne Iac. Perizon. ad Aelian. V. H. Lib. II. 41. Wess.

588. 69. *Τετρακόσια τάλαντα παρέθετο Πριηνεῦσι*] Unde tanta de Prienensibus fidei opinio tam longe a Cappadocia sitis? Nimirum post natum Mithridatem, qui et Ariarathes, in Ioniam amandatus fuerat, uti in nota praecedenti diximus, et Prienae forte habitaverat, unde ea Prienensium in eum nutricium suum benevolentia et eius in eos fides. At Prienenses ob id depositum bellum passi sunt ab Ariarathe, Cappadociae rege, et Attalo, ut docet Polybius in fragmentis p. 1470. Palm.

588. 76. *Ἅμα μὲν διὰ τὴν χρηστότητα*] Haec fere iisdem verbis leguntur in Excerptis Georgii Syncelli, quae Scaliger pro Eusebianis edidit p. 54. Vales. Inspice ipsum Syncellum Chronograph. p. 226. ed. Venet. et Polybium Leg. CXIII., unde his Excerptis haud exigua lux adfulget. Wess.

588. 92. *Ὅτι Προυσίας*] Plures fuerunt Prusiae, sed iste,

de quo hic sermo, fuit ille, qui *Κυνηγὸς* venator et *Μονόδους* unidens vocatus est. Vide Suidam in *Ἀπολλωνιάς*. Palm.

588. 94. *Τὸ καλούμενον Νικηφόριον διέφθειρε*] Respice not. ad p. 573. Excerpt. huius editionis. Appianus de Prusia *Κυνηγῷ*, Attalum bello lacessente, Mithrid. p. 298. *καὶ χωρίον τι Νικηφόριόν ἐξελὼν κατέσκαπτε, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ νεὼς ἐνεπίμπρη*. Quod vero Palmerius Prusiam hunc *Μονόδοντα* fuisse scribit, id secus est. Filio Prusiae *Κυνηγοῦ*, nomine eodem quo pater, pro superiori dentium ordine unum os continens enatum erat, propter quod *Μονόδους* dictus est, teste Festo in *Menodos* et Livio in primis Epit. lib. L. Habet de hoc Prusia H. Vales. ad Polyb. Exc. p. 1471. plurima, quae legisse non poenitebit. Wess.

588. 97. *Δοκοῦν ἔργον εἶναι Φυρομάχου*] In Polyb. Exc. 1468., quem Diodorus solito more aemulatur, *ὑπὸ Φυλομάχου κατεσκευασμένον*. Rectius Noster. Phyromachum statuarium memorat elegans in Priapum Epigramma Anthol. L. IV. 12. p. 478., estque apud Plinium L. XXXIV. 8. *Phyromachus*, sive *Pyromachus*, Attali regis aequalis, uti monuit Valesius. Mox *αὐτοῖς ἀνδράσιν* sine articulo cultius videtur. Lege Davis. ad Max. Tyr. Dissert. VII. p. 520. Wess.

589. 11. *Χρώμενοι — συνήθει τοῖς Κρησὶν ἀθεσίᾳ*] Haud praeter verum de Cretensibus Leonides Anthol. L. III. p. 369.

Αἰεὶ λῃσταὶ, καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες. τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;

Confer adscripta L. XVIII. 32., et Polybium, sollemnem istam Cretensium perfidiam notantem, Exc. p. 1445. Gesta vero haec eo sunt bello, quod inter Cretenses et Rhodios ob exercitam piraticam flagrabat apud eumdem Polyb. Legat. CXXXIX. et Trogum, qui L. XXXV. id fusius descripserat, docente Epitoma. Wess.

589. 25. Conf. Exc. Vat. p. 100. 16.

589. 33. *Μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐκήδευσε*]. Plura L. XVI. 87. et Polybius, quem ob oculos Diodorus habuit, lib. V. 10. Wess.

589. 43. *Πόλιν μυρίανδρον τὴν Ὄλυνθον*]. Vid. ad L. XI. 49. Mox mallem *Θήβας μὲν ἀναρπάσας*. Ita certe solent frequentius, quod Aeschinis, Dinarchi, aliorumque testimoniis constabilire superius L. XIII. 56. memini. Wess.

590. 64. *Οἵ τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις*] Idem testatur Cicero in lib. 2. de Officiis (cap. 8.) his gravissimis verbis: *Veruntamen quamdiu imperium pop. Rom. beneficiis tenebatur, non iniuriis, bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur. Exitus erant bellorum aut mites aut necessarii. Regum, populorum, nationum portus erat et refugium Senatus.* Et paulo post:

Itaque illud patrocinium orbis terrae verius quam imperium poterat nominari. VALES.

590. 69. *Καὶ τοὺς — ἐριζοτόμησαν*] Lege not. in L. XVI. 82. WESS.

590. 71. *Καὶ ἐν Κελτιβηρίᾳ τὴν Νομαντίαν*] De urbis Numantinae in Celtiberia situ Io. Mariana L. III. ineunte, et B. Aldrete L. I. Antiq. Hispanie. cap. 6. et seq. disputarunt egregie. WESS.

590. 73. *Ὅτι σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται*] Vestigiis Polybii, cuius fragmentum dabit Suidas in *Ἀναιρεθεὶς* et *Ἐμβαινε*, inhaeret diligenter. Confer et Legat. 4. Diodori. WESS.

590. 79. *Οὗτος — τὰς δοθείσας — ἐτήρει*] Rem eandem refert Appian. Punic. p. 101. WESS.

590. 86. *Τριῶν Ῥωμαίων πεσόντων*] Satisne iusta haec sint, adfirmare nolo. Ex Appiano quidem certe Punic. p. 104. confici posse videtur, plures gregariorum et tribunorum insepultos fuisse relictos. WESS.

591. 7. *Εἰς τὸ τὴν ὕπατον ἀρχὴν αὐτῷ περιθεῖναι*] Consule Livii Epit. lib. L. et Appian. Punic. p. 113. WESS. Conf. Exc. Vatic. p. 101. 17.

591. 14. *Τήν τε ὄψιν ὢν εἰδεχθὴς*] Multo plenius Prusiae huius deformitatem cum animi tum corporis depingit Polybius Excerpt. p. 1471. WESS.

591. 26. *Καὶ ὁ περιβόητος ταῦρος ἐξ Ἀκράγαντος*] Nihil dissentit Cicero L. IV. Verr. c. 33., sicuti supra L. XIII. 90. indicatum fuit. WESS.

591. 30. *Κατὰ τοὺς τῆς παλαιᾶς ἡλικίας*] Haec vox *παλαιᾶς* non Diodori, sed compilatoris videtur esse. Nam Diodorum ita scripsisse pro certo habeo, *κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἡμετέρας ἡλικίας καιρούς*. VALES. Conf. Exc. Vatic. p. 108. 6.

Ibid. Διεληλυθότων σχεδὸν ἐτῶν ἑκατὸν] C. Iulius Caesar Corinthum instauravit, missis eo colonis libertini generis anno urbis conditae 710., cum ipse Consul quintum esset collega M. Antonio, ut scribit Dio lib. 43. (p. 270.), Appianus in Libycis (p. 140.), Strabo lib. 8. (p. 585.) et Pausanias in Corinthiacis (cap. 1.). Hinc in nummis *Colonia Iulia Corinthus* dicitur. Coloni autem dicti sunt Corinthienses, ut scribit Pompeius Festus. VALES.

591. 34. *Ὥστε — πάλιν αὐτὴν ἀναστῆσαι*] Confer L. Holstenium ad Stephani *Κόρινθος*. Est in hanc urbem libertinae conditionis colonia a Caesare attributam, Crinagorae Epigramma:

Οἵους ἀνθ' οἵων οἰκήτορας ὦ ἐλεεινὴ
Εὕραο, φεῦ μεγάλης Ἑλλάδος ἀμμορίης.
Αὐτίκα καὶ γαίης ἧς χθαμαλωτέρη, εἴθε Κόρινθε
Κεῖσαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη.
Ἢ τοίοις διὰ πᾶσα παλιμπρήτοισι δοθεῖσα
Θλίβεις ἀρχαίων ὀστέα Βακχιαδῶν.

Aere quidem illud, sed sua venere haud carens, et quantum quidem recordor, nondum editum. Wess.

591. 43. *Καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς* etc.] Bene Interpres *cognomen retulit*. Vid. ad lib. V. 21. Quae statim sequuntur post *ἄξιός ἐστιν*, ea recte Valesius in Latinis neglexit: sunt enim ex praecedentibus inprudenter a librariis repetita. Wess.

591. 51. *Καὶ δίκαιος ἦν ἐν ταῖς διανομαῖς*]. De Viriatho idem testatur et Tullius L. II. c. 11. de Officiis his verbis: *Quin etiam leges latronum esse dicuntur. Itaque propter aequabilem praedae partitionem et Bargulus Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes habuit, et multo maiores Viriathus Lusitanus.* Quo loco, ut obiter moneam, legendum est *Bardylis Illyrius latro*: sic enim vocitatus est. Hunc ex carbonario regem evasisse scribit Helladius Besantinous in *Χρηστομαθείας* apud Photium (Bibl. Cod. CCLXXIX. p. 1579.) Libanius in Oratione quae *πρὸς τὴν βουλὴν* vulgo inscribitur, sub finem, ubi disserit orator de fortunae in rebus humanis potestate. Sed quia locus corruptissimus est, hic eum prout legi debet, apponere non inutile fortasse fuerit. *καὶ τί ἂν Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον λέγοιμι τὸν Ἀταρνέα; ἀλλὰ Πῶρος ἐκ κουρέως μὲν ἦν, Ἰνδοῖς δ' ἐπέταξεν; εἴπω τὸν ἀνθρακέα Βάρδυλιν, ὃν προσεκύνουν Ἰλλυριοί;* Ac in Codice quidem Augustano, in quo haec oratio *κατὰ Σεβήρου* inscribitur rectius, diserte scriptum est, *ἐκ κουρέως*: caetera nos certissima coniectura emendavimus. Caeterum huius Bardylis Illyriorum reguli meminit Diodorus L. XVI. 4. et Plutarchus in Pyrrho (p. 387.) ac Frontinus L. II. Strateg. cap. 5. his verbis: *Harrybas, rex Molossorum, bello petitus a Bardylis Illyrio.* Sic enim legendum est. Vales. in Add.

592. 53. *Τιμῶν — ἐξαιρέτοις δώροις*] Vid. L. XXXII. Eclog. 5. p. 524. Wess.

592. 58. *Ὁ Πλαύτιος*] Hic est C. Plautius Praetor, qui adversus Viriathum male rem gessit, de quo vide Sigonium in Fastis ad annum urbis 607. Vales.

592. 61. *Ἐπὶ τῷ τεταπεινωκέναι τὴν ἀρχὴν*]. Id est lege maiestatis postulatus est: ea enim lege tenebatur, quisquis male gesta Rep. maiestatem pop. Rom. minuisset, ut ait Tacitus lib. I. (Annal. I. 72.) Vales. C. Plautius bellum inprudenter negligenterque in Hispania administravit, passusque est populi Romani decus atque imperium inminui, ut ex Appiani Iber. p. 491. et Orosio L. V. 4. videbis. Wess.

592. 63. *Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς*]. Hic est Alexander cognomine Bala, quem adversus Demetrium Ptolemaeus et Attalus subornaverant, tanquam Antiocho Epiphane genitum, anno Graecorum 160., ut est in lib. I. Machab. (cap. X. 1.) Olympiade CLVII., quo etiam anno subditicius hic Alexander una cum Laodice sponsa Epiphanis filia Romam venit, ut Senatus auctoritate in pater-

nam regnum restitueretur, idque tandem obtinuit cum Heraclides, qui eum Romam adduxerat, plerosque Senatores muneribus corrupisset, ut docet Polybius cap. 140. Legationum. VALES.

592. 67. *Τεταπεινωμένης τῆς κατ' Αἴγυπτον*] Existimavi legendum esse *κατὰ Συρίαν*, idque in versione secutus sum. Sustineri tamen potest altera lectio, quippe morte Philometoris valde maiestas regni Alexandrini erat imminuta, cum Ptolemaeus Physcon regnum teneret imbellis atque ignavus. Erant autem assidui hostes Syrorum reges Aegyptii iam inde a Ptolemaeo Philadelpho: quare eo metu levatus esse videbatur Demetrius Nicator, Demetrii Soteris filius. VALES.

592. 74. *Ὁ τῆς βασιλείας προεστηκὼς*] Lasthenem Cretensem intelligo, quem *πατέρα* et *συγγενῆ* vocat ipse Demetrius apud Iosephum lib. 13. cap. 8. Antiq. Is Lasthenes Demetrium in recuperando regno multum adiuverat. VALES.

592. 81. *Χρωμένων — τῇ συνηθείᾳ*] Malim hunc locum interpretari de Antiochensium levitate ac studio rerum novarum quam de dicacitate. Idque firmant postrema Diodori verba, quae in hoc capite leguntur. Herodianus lib. II. *φύσει δὲ κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίαν τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον.* VALES.

592. 82. *Ξενικὴν δύναμιν ἀξιόλογον*] Ex Creta aliisque insulis, Iudaeos praeterea, qui seditione ista Antiochena ignem tectis subdiderunt, Iosepho referente L. XIII. 4. 5. WESS.

592. 86. *Μεγάλης δὲ ταραχῆς*] De hac seditione Antiochensi vide omnino lib. I. Machab. cap. XI. et Iosephum lib. Ant. XIII. cap. 9. VALES.

592. 96. *Καὶ γὰρ ἐκεῖνος* etc.] Demetrii Soteris superbiam crudelitatisque studia non praeteriit Iosephus Ant. XIII. 2. WESS.

593. 1. *Τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας*] Ex stirpe scilicet Antiochi Epiphanis, ex qua oriundus erat Alexander Balas, cuius stirpis reges clementiores habebantur. Certe Alexandro Balae hanc laudem tribuit Athenaeus lib. V. (p. 211. D.) *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος προσηνὴς ἦν ἐν πᾶσι καὶ φιλόλογος ἐν ταῖς ὁμιλίαις.* Altera autem stirps Seleuci Philopatoris male ob superbiam ac saevitiam audiebat. VALES.

593. 7. *Οἱ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς* etc.] Hoc fragmentum connecti debet cum cap. 29. Legationum Diodori. Nam post haec quae illic leguntur ultima verba, sequebantur sine dubio *ἐμβοωμένων δὲ* etc. ut edidimus. VALES. Adsentior Valesio, in cuius tamen nota quiddam deesse videtur. Leguntur Legat. cap. 29. eadem ferme verba, quae initium huius faciunt articuli, et apud Suidam in *Ἀνηρτημένοι*, suntque illic peropportuna. Hic ab Excerptore videntur posita, ut liqueret, de quibus ageretur. Itaque quae apud Ursinum sunt postrema *προσέταξαν εἰς τὴν φυλακὴν αὐτοὺς*

ἀπαγωγὴν proxime locum occuparunt ante ἐπιβοωμένων δὲ τῶν ἀτυχούντων. Atque hoc voluit vir doctissimus. Wess.

593. 14. *Τῶν Μαραθηνῶν*] Marathus urbs est Phoeniciae, cuius meminit Polybius lib. V. c. 59. Strabo ac Ptolemaeus. In Itinerario Burdegal. Mutatio Maraccas dicitur 16. millibus distans ab Antarado. Huius incolae *Μαραθεῖς* an *Μαραθηνοὶ* dicendi sint obscurum est. Cicero in Bruto (cap. 26.) Menelaum

ϑ

Marathenum memorat. In Ms. semper *Μαρα* scriptum erat. Ego *Μαρὰθίας* praetulerim, ut distinguantur ab incolis Marathi, oppidi in Acarnania, qui *Μαραθηνοὶ* dicuntur teste Stephano Byzantio. Tamen in cap. 29. Legationum Diodori Ursinus edidit *Μαραθηνοί*. Vales. Aradios inter et Marathenos, ut inter vicinos assolet, perpetuae ferme controversiae intercesserunt: testis Polybius L. V. 59. Quod vero Valesius haeret in incolarum nomine, *Μαραθεῖς*, an *Μαραθηνοὶ* fuerint, et *Μαραθίας* amplectitur, id merito inprobat ad Stephani *Μάραθος* L. Holstenius. *Μαραθηνὸς* Syrorum consuetudine profertur, atque hic et Leg. 29. reperitur. Quin ne id quidem vero adfine, *Mutationem Maraccas* Itiner. Hierosolymitani esse Marathum. Vide quae illi Itiner. p. 582. a me olim adposita sunt. Wess.

593. 27. *Θαλαττουργός τις*] Piscatorem rectius intelliges, et τὸν αὐλῶνα ἐργαζόμενος, *qui in angusto freto piscari adsueverat.* Quod genus illustrare exemplisque firmare memini Observat. L. I. 15. Wess.

593. 34. *Ἀπέστησαν τῆς διὰ — κακουργίας*] Vi enim aperta Marathenos aggressi sunt, atque urbe capta et eversa agros eorum sorte diviserunt, ut ait Strabo lib. XVI. (p. 1093.) *Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη· τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν.* Vales.

594. 45. *Ὅμως ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα*] Haec ita accipienda sunt, non quasi dicat Diodorus Physconem 15. dumtaxat annos regnasse: id enim esset falsissimum, cum 29. annis imperaverit: sed quasi dicat Aegyptios eius crudelitatem et acerbum imperium passos esse ad annum quintum decimum, quod verum est. Hoc enim anno ab Alexandrinis expulsus, incensa regia clam Cyprum profugit anno urbis 623., ut ex Livii Epitome 59. iamdudum notaveram in indice regum Aegypti, quod hic Diodori locus unice confirmat. Et ita plane Orosius ponit ex Livio, Appio Claudio et M. Perpenna Coss. Porro hunc auctoris nostri locum citat Georgius Syncellus in Excerptis Eusebianis Iosephi Scaligeri p. 54. *Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν· πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας, καὶ πολλοὺς περιβαλὼν ψευδέσι συκοφαντίαις ὡς ἐπιβουλεύοντας*

αὐτῷ· καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ φυγαδεύσας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος. Vales.

594. 53. *Πολλὰς ἐμφάσεις ἀπέλιπεν*] Quae sequuntur, his parum apta connexaque sunt. Desunt nonnulla, quae sine librorum veterum ope instaurari non possunt. Wess.

594. 63. *Καὶ αὐτὸς ἀπὸ χειρῶν βραχέα* etc.] Vim dictionis Latina non exprimunt. Id vult, Viriathum postquam cibum manibus prehensum medice gustasset, sponsam adduci iussisse. Noti sunt ἀποχειρόβιοι, sed significatione diversiore. Wess.

594. 71. *Καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας* etc.] Scripsit κατὰ τὰς ὁμιλίας. Wess.

594. 83. *Κατὰ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους*] Respice L. V. 66. etc. Credo Trogum L. XXXV. hanc contentionem Cnossiorum memorasse, scribique in Epitome debere, *Seditio Cnossiorum adversus Cretenses.* Tempus convenit, nec longe abit vetus scriptura. Wess.

594. 88. *Διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους ὠμότητα*] Magnas peperit tenebras ea nominum similitudo in Aegyptiorum regum historia: sed ex iis moribus et cum fratre meliore comparatione manifestum fit, Diodorum hoc loco de Ptolemaeo Physcone et Cacergeta dicto loqui. Plerique auctorum Ptolemaeorum cognomina addere insuper habuerunt. Sic et in Seleucidarum serie, ubi alternis Seleuci et Antiochi recensentur, saepe sine cognomine, magna dubiorum silva nascitur. Palm.

595. 93. *Τοῦ μὲν ἐπιεικείας*] Ptolemaei Philometoris clementiam praedicavit Polybius Excerpt. p. 1486., quem adi, si libet. Wess.

595. 97. *Κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου*] Memphis regia erat Aegyptiorum, alterum post Alexandriam Aegypti caput: quin et antequam Alexandria conderetur, regum sedes fuerat. Hinc igitur ortus ille mos videtur, ut Aegypti reges etiam post celebrata ἀνακλητήρια, Memphi quoque in palatio solenniter inaugurarentur; quod etiam docet Hieronymus in cap. XI. Danielis: *Porro Antiochus parcens puero et amicitias simulans ascendit Memphim, et ibi ex more Aegypti regnum accipiens* etc. Sed omnem ritum unice declarat Germanicus in Aratum, ubi de Capricorno, *Typhon*, ait, *fulmine interficitur ab Apolline in templo Aegypti Memphi, ubi mos fuit solio regio decorari reges, qui regnabant. Ibi enim sacris initiabantur primum ut dicitur, reges satis religiose tunicati, et tauro quem Apim appellant iugum portare fas fuit, et per vicum unum duci, ut periti existimabant labore humanae necessitatis, ne crudelius his qui sub eis sunt abutantur. Deducitur autem a sacerdote Isidis in locum qui nominatur* ἄδυτος, *et sacramento adigitur neque diem, neque mensem intercalandum* etc. Similis inauguratio regum Persarum fiebat Pasargadis, quam τελετὴν vocat Plutarchus in Artaxerxe

(p. 1012.) VALES. *Ἐνθρονιζομένου*] Videtur ex sacrorum initiatione, quod Schol. Germanici confirmat, sumtum. Opportune Dio Chrysostomus Orat. XII. p. 203. A. *καθάπερ εἰώθασιν ἐν τῷ καλουμένῳ ΘΡΟΝΙΣΜΩΙ καθίσαντες τοὺς μυουμένους οἱ τελοῦντες κύκλῳ περιχορεύειν*. Inde et lux Hesychio in *Θρόνωσις*. WESS.

595. 6. *Διὰ τὴν παλλακὴν Εἰρήνην*] Tritum in Aegypto feminarum nomen. Huc refer elegantissimum Epigramma Anth. L. II. 5. 5.

Εἰρήνη πάντεσσιν, ἐπίσκοπος εἶπεν ἐπελθών,
Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχει.

Scriptum est in Dioscurum, Alexandrinorum praesulem, qui sacra orsurus *εἰρήνη πᾶσιν* pro Ecclesiae eius more dicere solebat, domi vero amicam habebat Irenem nomine, sicuti ex Actis Synodi Chalcedonensis docuit vir eruditissimus M. V. La Croze Hist. Christ. Aeth. et Armen. L. IV. p. 361. Ceterum Irenes pellicis Ptolemaei Physconis meminit Iosephus L. II. C. Apion. c. 5. p. 473. Errant ergo, qui crudelitatem, in Iudaeos exercitam, de qua ibi Ioseph., Ptolemaeo Philometori tribuunt, scriptoremque Iudaeum erroris accusant. WESS.

595. 7. *Διήγυλις*] Hunc Attalus Philadelphus praelio victum cepit, ut docet Strabo lib. XIII. (p. 926.) Appianus in Mithridatico (p. 301.) eum Prusiae generum fuisse scribit et *Διήγυλλιν Θρᾷκα* vocat *Προυσίου κηδεστήν*. Corruptum est huius reguli nomen apud Valerium Max. lib. 9. cap. 2. *Numulisinthis*, inquit, *Diogiridis filia*, *Thraciae regis*. Legendum esse puto *Diegylidis*. Erat autem rex, ut opinor, Caenorum Thracum, quod elicuisse mihi videor ex Prologo 36. Trogi Pompeii, in quo sic legitur: *Ut rex Asiae Attalus Caenos Thracas subegit*. VALES. De Caenis Thracibus verissime Valesius. Firmatur coniectura Strabonis testimonio, cum L. XIII. p. 926. de Attalo, *ἐχειρώσατο δὲ καὶ Διήγυλιν τῶν Καινῶν βασιλέα, στρατεύσας εἰς τὴν Θρᾴκην*. Nam pro *ἐκείνων*, quod vulgo legitur, ita scribendum esse optime Palmerius animadvertit et Abbas Longuerue ad Trogi Epit. XXXVI. WESS.

595. 11. *Πολλοὺς — καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς*] Vide quae contra Suidam de hoc loquendi genere disputavi in Diatribe de Iud. Archont. c. 2. WESS.

595. 27. *Ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἑκατέρων* etc.] Pravum videtur *ἑκατέρων*, parum certe huic aptum loco et conveniens. Suspicor nonnulla deesse, quae meliores libri restituent. WESS.

596. 39. *Τὸν μὲν ἴουλον κατάγοντα*]. Posses de infelici hoc iuvene ex Apollonio Rhodio Argon. I. 972. adponere:

Ἰσόν πού κἀκείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴουλοι.

Cultum profecto in iuvene, cuius genas prima lanugo vestire et

quasi pingere orditur, ὑπογραφὴν λαμβάνειν ταύτης τῆς ἀκμῆς. Alioqui ὑπογραφὴ et ὑπογράφειν sive ὑπογράφεσθαι τὴν ὄψιν de fuco et cerussa paene perpetua. Vide Philon. Iud. L. II. Allegor. p. 72., Ioseph. Bel. Iud. L. IV. 9. 10., Themistium Or. XXII. p. 282., et quos Cl. L. Bos conduxit ad Luciani Bis Accus. c. 31. Wess.

596. 66. Ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα] Legendum esse arbitror ἀνεστιγμένας, id est notis compunctas, quae mulieres nobilissimae a Thracibus habentur. Nam quo mulier quaepiam in Thracia nobilior est ac clariori familia prognata, eo pluribus magisque versicoloribus se notis compungit, ut scribit Dio Chrysost. Orat. XIV. (p. 233. D.) de servitute, et ante illum Herodotus initio lib. V. Καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται· τὸ δ' ἄστικτον ἀγεννές. His notis inustas fuisse a viris Thracum mulieres ob caedem Orphei canit Phanocles Lesbius versibus cultissimis apud Stobaeum sermone 185.

Ποινὰς δ' Ὀρφῆι κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Sed aliam causam affert Athenaeus lib. XII. (cap. 2. p. 524.) Has Thressarum notas sic describit Val. Flaccus lib. 2. 150.

Picta manus ustoque placet, sed barbara mento.

Et mox v. 160.

— Nostrosque toros virgata tenebit
Et plaustro derepta nurus. —

Vales. De Thracum feminis, ob Orphei caedem notis compungi solitis, paria Phanocleis versibus Plutarchus prodidit Ser. Num. Vind. p. 557. D. Huc vero ista pertinere, atque ἐστιγμένας τὰ σώματα Diodorum reliquisse, est cur dubitem: quorsum enim πρὸς ὕβριν, quae illis arte cohaerent, referas? Nisi erro, scriptum fuit ἀνεπτυγμένας τὰ σώματα πρὸς ὕβριν *corpore ad omnem iniuriam ac libidinem explicito.* Mox ante παντοίας copulae defectus est. Wess.

596. 69. Αἱ ταῖς μὲν πράξεσιν ὠμότητος etc.] Erit, credo, consequentibus aptior oratio, si αἱ τοῖς μὲν πράξασιν — προέκειντο legatur. Wess.

596. 73. Ὅτι τοῦ Πομπηΐου] Hic est Q. Pompeius, qui Consul fuit anno urbis 612. et pronvinciam Celtiberiam sortitus male cum Numantinis pugnavit. Vales.

596. 76. Η δὲ τούτους — δεξάμενοι] Numeri et generis enallage tueri hanc poterit stucturam: mallem tamen, si res mei foret arbitrii, οἱ δὲ τούτους ἀσμένως etc. Ceterum urbem Hispaniae *Lagni* legere alibi non memini. Habet Appianus Iber. p. 507. de Maliensibus aliqua, qui, praesidio Numantinorum per insidias interfecto, sese Pompeio tradiderint, nec eadem tamen videntur. Wess.

597. 97. Ὅτι ὁ Ἀρσάκης] Mithridates Arsaces est, in-

signis virtutis vir, qui regni sui fines longissime in ultimam Indiam protulit, referente Iustino L. XLI. 6. etc. et Orosio L. V. 4. Confer Io. Vaillant. Hist. Arsacid. p. 44. et praeter ceteros Th. Sig. Bayerum Hist. Bactrian. p. 91. Wess.

597. 9. *Τοῦ Οὐριάτθου*] Sic semper id nomen scribitur tum in Diodori, tum in Appiani Excerptis. Neque aliter apud Silium Italicum lib. III. (vers. 354.)

Hos Viriatthus agit, Lusitanumque remotis
Extractum lustris, primo Viriatthus in aevo
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Vales. Lege quae notavit Cl. Drakenborch ad Silii L. X. 220. de Viriathini nominis scriptura. Wess.

597. 20. *Καὶ τοὺς ἀπόρους τ. στρ. ὑπελάμβανε*] Sic bene scriptus codex. *Ἀνελάμβανε*, quod Valesius in eius locum suffecit, nulla parte melius est. Vide hoc Strabonis ex L. XIV. p. 965. de Rhodiis, *καὶ οἱ εὔποροι τοὺς ἐνδεεῖς ὑπολαμβάνουσιν ἔθει τινὶ πατρίῳ*, *ditiores maiorum instituto tenuioribus subvenire solent.* Et Diodorum ipsum L. XIX. 67. p. 370., quaeque ex Diptogene adscripta sunt ibi. Wess.

597. 24. *Ἕνδεκα γὰρ ἔτη*] Haud satis inter auctores constat quot annos Viriathinum bellum durarit. Appianus in Iberico (p. 504.) annis octo tractum id bellum asserit. Iustinus libro ultimo annis decem: sic enim de Hispanis scribit: *In tanta saeculorum serie nullus illis dux magnus praeter Viriatthum fuit, qui annis* x. *Romanos varia victoria fatigavit. Adeo feris propiora quam hominibus ingenia gerunt.* Diodorus noster annis xi. dicit. Eutropius lib. IV. 7. quatuordecim. Sed ego Iustini aut Diodori veriorem esse sententiam puto ob eam rationem quam adfert Sigonius in Fastis ad annum 607. Vales.

597. 32. *Φύσκων ἐκαλεῖτο*] Sic ob saginam corporis vocatus est Ptolemaeus, quasi *προγάστωρ*. Est enim *φύσκη κοιλία*, ut docet Hesychius. Vide Iustinum lib. XXXVIII. 8. Vales. Luxum et saginam hominis egregie describit Posidonius apud Athen. L. XII. p. 549. Qui quidem Posidonius et Hieracem Antiochenum attigit, Ptolemaei huius assentatorem et rerum gerendarum administrum in Athen. L. VI. p. 252., eumdem fortasse, de quo statim Diodorus. Wess.

598. 45. *Ὁ Αἰμίλιος ὁ ὕπατος*] Hic M. Aemilius Lepidus cognomento Porcina ob nimiam corporis saginam ac molem, Consul fuit anno urbis 616. Vales.

598. 48. *Ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς — ἐνεργείαις*] Belli Numantini occasione haec scripta videntur. Aemilius post Mancini ignominiosam cladem ad id bellum missus rem publicam et ob corporis saginam, et animi torporem, male gessit apud Appian. Iber. p. 513., alioqui in optimis oratoribus habitus, Cicerone teste in Bruto c. 25. Wess.

598. 59. *Τῶν — εὐκαρπουμένων*] Etsi damnare hoc neutiquam sustineo, haud tamen scio an *ἐκκαρπουμένων* fuerit? Id certe ad hanc rem opportunum, ut ex Demosthene in Timocrat. p. 441. et Schol. Thucydid. L. V. 28., quos et H. Stephanus testes excitavit, notum. Quod succedit *ἐζήλωσαν πρῶτον τρυφὴν, εἶθ' ὑπερηφανίαν* etc. convenit his Menandri,

Ὑπερήφανόν που γίνετ' ἡ λίαν τρυφή.
Ὅ τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

Vide Io. Stobaei Florileg. cap. XCI. p. 508. WESS.

598. 71. *Συναπονοησαμένων ἐκείνῳ*] Ita correxi, cum in exemplari *ἐκείνων* legeretur absque sensu. Confirmat autem hanc emendationem Strabo, qui lib. XIV. (p. 957. A.) scribit Aristonicum, qui se Eumenis filium ferebat, Leucas occupasse, deinde ab Ephesiis superatum navali pugna, in mediterranea recessisse, ac servis ad libertatem vocatis, armatisque egenorum hominum catervis magnum exercitum comparasse. Eos autem servos Heliopolitas appellabat, ut ait ibidem Strabo. VALES.

598. 75. *Καὶ τοὺς — δεσμεύειν, τοὺς — κυταπονεῖν*] Aut desit verbum, aut *ἐδέσμευον* et *κατεπόνουν* scribendum. De servorum stigmatibus nihil addo. Collegit plurima Io. Rhodius ad Conposit. CCXXXI. p. 309. Scribonii Largi. WESS.

599. 83. *Τοὺς νομεῖς ἦγαγον*] Confer Eclog. 2. L. XXXIV. p. 525. WESS.

599. 19. *Φοβεροὶ ταῖς ἀρχαῖς*] Idem testatur Cicero in Frumentaria (L. III. Verr. 41.) *Antea cum equester ordo iudicaret, improbi et rapaces magistratus in provinciis inserviebant publicanis, ornabant eos quicunque in operis erant* etc. VALES. Lege Eclog. 2. L. XXXIV. p. 526. WESS.

599. 21. *Οἱ περὶ τὰς γεωργίας ἀσχολ.*] Italicos intelligo, seu cives Rom. qui arationes in Sicilia possidebant, aut testamento sibi relictas, aut alio quopiam iure. Hi aratores dicebantur. Cicero in Frumentaria (cap. 10.) *Hunc principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendasque esse voluit. Huius audaciae, nequitiae, crudelitati fidelissimos socios optimosque cives, scitote hoc Praetore traditos atque addictos fuisse.* Et paulo post, Q. Septicium equitem Rom. ex aratorum numero fuisse testatur, itemque Q. Lollium ex equestri ordine, et Anneium Brocchum Senatorem populi Romani. VALES.

599. 24. *Τῇ δὲ βαρύτητι τῶν ἔργων κατέξαινον* etc.] Hoc velle videtur, servos, dominorum atroci imperio miserabiles, operum gravi mole fuisse magis atque magis attritos. qua quidem in re *καταξαίνειν* haud est absurdum. Euripides Troas. v. 755.

Μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις.

Lycophron Alexandr. v. 300.

— — *Καὶ σποραῖς ὠγκουμένους*
Αἵ σαὶ καταξανοῦσιν ὄμβριμοι χέρες.

Neque inconcinnum de femina, amoris igniculis misere perdita, illud Parthenii Erotic. c. 17. *μὴ περιορᾶν αὐτὴν περαιτέρω καταξαινομένην*, nedum istud Euripidis de Hecuba, lacrymarum continuo fluxu ob alias super alias calamitates debilitata, Troas. v. 508.

— — *ὡς πεσοῦσ' ἀποφθαρῶ*
Δακρύοις καταξανθεῖσα —

Culte ergo et ex veterum more Falconilla ad matrem *παραινῶ σοι — μὴ δακρύειν ἀνόνητα, μηδὲ τὴν ἑαυτῆς καταξαίνειν τοῖς ὀδυρμοῖς ψυχὴν* apud Basilium Seleuc. L. I. Vit. S. Theclae p. 78. ed. Pant., et in Antipatri Epigrammate

— — *σὺ δὲ ξαίνουσα παρειὰς*
Δάκρυσιν, ἐξεῖπες φεῦ ἀνιαρὸν ἔπος.

Anthol. L. III. p. 340. Wess.

599. 26. *Ὅτι Δαμόφιλος*] Haec ex Posidonii libro 8. histor. Diodorus transcripsit, ut videre est ex Posidonii verbis, quae refert Athenaeus libro XII. (cap. 11. p. 542.) *Τρυφῆς οὖν δοῦλος ἦν καὶ κακουργίας, διὰ μὲν τῆς χώρας τετρακύκλους ἀπήνας περιαγόμενος καὶ ἵππους καὶ θεράποντας ὡραίους, καὶ παραδρομὴν ἀνάγωγον κολάκων τε καὶ παίδων στρατιωτικῶν.* Porro id servile bellum coeptum est annis sexaginta post debellatam a maiore Africano Carthaginem, ut ait Diodorus lib. 34. il est, anno urbis circiter 613. Vales.

600. 35. *Κολάκων ἀναγωγὸν παραδρομὴν*] Petulantem et dissolutum horum adulatorum discursum innuit, ut apud Strabon. L. XVII. p. 1148. C. et Plut. T. II. p. 520. B. Mox *ἀνάγωγος καὶ ἀνπαιδευτότροπος* iunguntur, uti apud Philon. Iud. *ἀνάγωγὸς καὶ ἀπαίδευτος* de Temul. p. 241. Wess.

600. 44. *Τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν*] In oculis atque animo habuisse videtur Solonis celebre dictum,

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται·

quod et ab aliis imitatione quadam fuisse expressum, docet Clemens Alex. Stromat. L. VI. p. 740., sed verbis non omni ex parte integris. Conf. Duker. in Thucydidem L. III. 39. et Menagium ad Diogen. L. I. 59. Wess.

600. 57. *Μεταλλὶς*] Malui eam lectionem sequi quae in Excerptis libri 34. Diodori legitur, *Μεγαλλίς*. Vales. *Μεγαλλὶς*] Sic correxi, non invito Valesio. Vide Eclog. 2. lib. XXXIV. p. 527. Wess.

600. 63. *Ἀπαντήσεσθαι*] Post haec verba collocare oportet ea, quae leguntur in iisdem Excerptis p. 527. 43. *Συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως καὶ φόνου τῶν κυρίων.* Vales.

600. 68. *Καὶ τοῖς δεδεμένοις — ἐπαρκοῦσα*] Erunt fortasse, qui *τοῖς δεομένοις* maluerint ex Luciani Timon. c. 5. cum Hemsterhusii nota. Ego vero veto; caussa enim nulla est. Ver-

bum teritur in omni ope, quae miseris et egenis praestatur. Euripidis Bellerophon, se ipse allocutus,

Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβὴς, ὅτ' ἦσθ', ἀεὶ
Ξένοις τ' ἐπήρκεις — —

apud Aelian. Hist. Anim. L. V. 34. Charondas in Stobaei Serm. XLII. p. 290. ἐπαινείσθωσαν — ὅσοι ἂν ὄντες εὔποροι τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπαρκῶσιν. Mitto Euripid. Heraclid. v. 324., Plut. Solon. p. 88., Suidam v. Ἄλλως. Accedat ex Aeliano de Animal. L. XVII. 45. paullo quidem diversum, sed ut nunc est, pravum, οἱ τοίνυν νομεῖς ἀπαρκεῖν ταῖς ἑαυτῶν ἀγέλαις βουλόμενοι. Dederat ipsemet ἐπαρκεῖν. Wess.

600. 76. Ἑρμείας] Operae pretium erit respicere Eclog. 2. Lib. XXXIV. p. 527. Wess.

601. 82. Καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης] Lege τὰς ἐκ τῆς τραπέζης. quae praepositio superiori linea loco prorsus alieno irrepsit. Videsis Excerpta libri 34. Diodori. Mox corrige, καὶ τὸ τὴν κατὰ τῶν εὐτελ. Vales.

601. 84. Καὶ τὸ τὴν κατὰ τῶν etc.] Librariorum negligentia transpositis vocabulis suum sibi locum restitui. De re ipsa paullo plenius dicta Eclog. p. 526. Wess.

601. 91. Οὐ διέλιπεν ὁδοιδοκῶν] Eustathius in Odyss. p. 1445. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τῆς ὁδοῦ οὐ μόνον ΟΔΟΙΔΟΚΕΙΝ τὸ ὁδοσκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅδουροι κατὰ τοὺς παλαιοὺς οἱ κακοῦργοι ὁδοφύλακες· quibus gemina Hesychius v. Ὁδοιδοκεῖ et Festus in *Hodidocos*. Vide vero de Cleone superius Ecl. 2. Lib. XXXIV. p. 528. Wess.

601. 98. Ἄτταλος ὁ βασιλεὺς] Attalus cognomine Philometor, ultimus rex Pergami, regnum iniit anno urbis 616. Aemilio Porcina et Hostilio Mancino Coss. Decessit Q. Mucio et Calpurnio Pisone Coss. anno urbis 620., cum quinquennio imperasset, ut scribit Strabo (lib. XIII. p. 926.) De huius crudelitate eadem refert Iustinus (lib. XXXVI. 4.) Fuit autem imprimis hortorum curae ac plantarum cognitioni deditus, ut praeter Iustinum docet Plutarchus in Demetrio (p. 897. E.) adeoque etiam de plantis libros scripsit, ut testis est Varro in Prooemio librorum de re rustica. Vales. Attalum de re rustica conmentatum fuisse post Varronem indicarunt Columella L. I. 1. 8. et Plinius L. XVIII. 3., quorum verba bene refinxit Harduinus in Indice Auctorum, Plinio praefixo, et Cuperus ad Varron. R. R. I. 1. 8. Wess.

602. 32. Οἱ δραπέται] Fugitivos in Sicilia intelligo, quorum rex Eunus se Antiochum, milites Syros vocavit, teste Diodoro. Vales.

602. 36. Δεισιδαιμονοῦσα] Intelligi puto id quod narrat Cicero IV. 49. in Verrem: *Tiberio Graccho occiso, cum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inven-*

tum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex collegio Decemvirali sacerdotes Ennam profecti sunt. Idem ait Valerius lib. I. initio. VALES.

602. 37. *Περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς*] An carminum et oraculorum conquirendorum caussa eodem profecti sunt? Videntur istud praescripta verba velle, de qua tamen re nihil definio. Ceterum legatorum, Ennam missorum, ad antiquissimam Cererem placandam, meminit quoque Lactantius Instit. L. II. 4. WESS.

602. 39. *Τῷ Αἰτναίῳ Διὶ*] Colebatur in Aetna monte. Unde ad Iovem *ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις* Pindarus Olymp. Od. IV. 10., et *Ζεὺς Αἰτναῖος* Od. VI. extrema et Nemeonic. Od. I. 7. WESS.

602. 58. *Ὁ τοῦ Διηγύλιος υἱὸς Ζιβέλμιος*] Mox *Ζισέλμιος*, haud scio an operarum peccato. Ut ut est, propius hinc deflectit vetus scriptura in Valer. Maximo L. IX. 2. 4. ext. *Zisenis Diogiridis filii, Thraciae regis, etsi minus admirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas, narranuam tamen rabies saevitiae facit: cui neque vivos homines medios secare, neque parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit.* Refinge *Ziselmii Diegylidis filii*, et habebis eumdem tyrannum. Vitium, quod patris foedavit nomen, supra sustulit Valesius. *Ziselmium* vero indicari, optime suspicatus est doctissimus Abr. Torrenius. WESS.

603. 81. *Μεμφίτην*] Idem narrat Valerius Max. lib. IX. cap. 2., Iustinus lib. XXXVIII. 8. et Livius lib. LIX. VALES. Caussam nominis exposuit supra p. 595. horum Excerpt. Recte proin viri docti *Menephitem* in Valerio ex vetustis editionibus *Memphitem* esse iusserunt. WESS.

603. 92. *Πλεῖστα ἐν ταῖς ἐπισταθμίαις*] Ex hoc loco explicanda sunt haec Iustini verba lib. XXXVIII. 10. ubi de hac ipsa Antiochi Sidetae in Parthos expeditione loquitur: *Nam cum gravari se copiarum praebitione et iniuriis militum civitates viderent* etc. Per copiarum praebitionem intelligit annonam et pabula, quae duces Antiochi Sidetae ab hospitibus exigebant. VALES.

603. 94. *Τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπὼν*] Iustinus ibid. *Ad postremum cum virtute hostes vincerent, metu suorum desertus occiditur.* Porro hunc Antiochum bis adversus Parthos profectum esse scribit Plutarchus in Apophthegm. p. 184. VALES. *Τὸν Ἀντίοχον ἐγκαταλιπὼν*] Sumta haec videntur ex Posidonio, qui Antiochi hanc expeditionem eiusque infelicem successum copiose descripserat. Lege quae ex eo excerpsit Athen. L. X. p. 439. et L. XII. p. 540. WESS.

603. 1. *Παρὰ Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτέρου*] Putes haec pertinere ad dissensiones et turbas, quae Physcone mortuo inter eius filios sunt subnatae apud Pausan. L. I. 9. *Πρεσβυτέρου* vocabulum huc videtur ducere, quod Physconi, cum solus imperaret, parum congruit. At ordo gestarum rerum si his in fragmentis sit

observatus, ut merito putamus, Physcon esse debet. Id postulant, quae de Alexandro Zabina sequuntur, planissime. Ergone *senior* πρεσβύτερος respectu filii Ptolemaei Soteris dicitur? Wess.

603. 9. *Εὐήμερος ὁ τῶν Πάρθων βασ.*] Magnum hoc loco mendum esse semper suspicatus sum, quippe eo tempore regnabat apud Parthos Phraates, cum quo Antiochus Sidetes bellum gessit. Phraati successit Artabanus, ac deinde Mithridates. Quinam igitur est ille Euemerus, qui adeo in Babylonios saeviit? longe fallor, nisi Diodorus ita scripsit, *Ὁ Ἵμερος ὁ τῶν Περσῶν βασιλέως σατράπης.* Namque Phraates cum adversus Scythas proficisceretur, ad tutelam regni Himerum reliquerat, qui oblitus vicarii officii, tyrannica crudelitate Babylonios, multasque alias civitates importune vexavit, ut ait Iustinus lib. XLII. 1. Cuius rei in prologo 42. Trogi Pompeii non obscura fit mentio: *Ut Praefectus Parthis a Phraate Himerus Mesenis bellum intulit, et in Babylonios ac Seleucenses saeviit.* Sic enim ex Ms. legendus hic est locus. Pro *Apraetaeus*, emendavi, *a Phraate Himerus.* Sed et Posidonius apud Athenaeum lib. XI. (cap. 3. p. 466.) huius tyranni meminit: *Ποσειδώνιος δὲ ἐν τῇ ις' τῶν ἱστοριῶν Λυσίμαχόν φησι τὸν Βαβυλώνιον καλέσαντα ἐπὶ δεῖπνον Ἵμερον τὸν τυραννήσαντα οὐ μόνον Βαβυλωνίων ἀλλὰ καὶ Σελευκέων.* Vales. Omnia egregia sunt quae de Himero Valesius. Voluit tamen, credo, *ὁ τῶν Πάρθων βασιλέως σατράπης.* Trogi Epit. XLII. pari modo emendavit Abbas Longuerue. Wess.

603. 18. *Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶς*] Hunc Ptolemaeus Physcon adversus Demetrium Nicatorem subornaverat, partim rogatus a Syris, quos improbitatis Demetrii taedebat, ut ait Iosephus; partim ob privatas simultates infensus Demetrio, quod Pelusium oppugnare et Aegyptum occupare tentasset, ut scribit Iustinus lib. XXXIX. 1. et Georgius Syncellus in fragmentis Eusebianis p. 227. quo loco Alexander iste a Syris *Ζαβινᾶς* appellatus esse dicitur, quod emptus e catasta esse videretur. In Prologo Trogi Pompeii 39. *Zabbineus* nominatur. Apud Iosephum L. XIII. 9. 3. *Ζεβινᾶς*, quomodo fere in nummis scribi testis est Goltzius in Thesauro: *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΖΕΒΕΝΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.* Vales. De Goltzii isto numo non iniuria dubitant doctissimi viri Io. Vaillant et Ez. Spanhem., quorum neuter eiusmodi inscriptionem reperire potuit. Vide hunc Dissert. VII. de Num. Praest. p. 409. *Ζαβινᾶς* sive *Ζεβινᾶς* iustum est, ex Chaldaeorum Syrorumque זבינא, quo *emtum* illi designant, efformatum. Wess.

603. 26. *Σέξτου*] Existimavi hunc esse C. Sextium Calvinum, qui Consul Salyos apud Aquas Sextias vicit anno urbis 629. idque et temporum ratio et nomen Consulis, quod ei tribuit Diodorus, plane confirmant. Vales.

604. 32. *Ὑπὸ τῶν πολιτῶν — κινδύνους*] Arbitror ἀπὸ τῶν fuisse. Vide ad L. IV. 46. Wess.

604. 48. *Τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν*] Idem narrat Iustinus lib. XXXIX. 2. Contigit haec Alexandri Zabinae clades atque obitus Cassio Calvino et C. Sextio Longino Coss. Olymp. 164. anno 3. VALES.

604. 56. *Ἐπὶ τὸ Πισίδιον*] Instaurandum oppidi nomen scribendumque *Ποσίδειον* cum L. Holstenio ad *Ποσίδειον* Stephani. Confer ad L. XIX. 79. p. 381., WESS.

604. 59. *Λεύκιος Οὐιτέλλιος*] *L. Septimuleium* caeteri hunc vocant, Valerius Max. lib. VI. c. 4., Plutarchus in Gracchis (p. 842. E.) Plinius lib. XXXIII. 4. VALES.

605. 80. *Ἀξίωμα μεῖζον ἔχοντας*] Multo haec plenius et accuratius Sallust. Bel. Iugurth. c. 25. etc. WESS.

605. 92. *Καὶ τοὺς Ἀσιαγενεῖς*] L. Scipio, maioris Africani frater, in nummis ASIAG. dicitur, ut videre est apud Ful. Ursinum et Abrah. Gorlaeum. Est autem *Ἀσιαγενὴς* Graece idem quod Asiaticus. Sic Athenaeus lib. XII. cap. 12. p. 550. *Ἀγησίλαος ὁρῶν τοὺς Ἀσιαγενεῖς στολαῖς πολυτελῶς ἠσκημένους.* VALES. Lege etiam Io. Fr. Gronov. Obs. L. IV. 25. Spanhem. Diss. X. de Praest. Num. p. 64., viros doctos ad Livii L. XXXIX. 44., et quae supra ad Diodori L. XVII. 77. dicta fuerunt. WESS.

Ibid. Καὶ τοὺς Ἰσπανοὺς] Cognomen in gente Cornelia fuit Hispalus, quod penultima longa pronuntiari debet. Deductum est enim ab Hispania, ut eximius hic Diodori locus ostendit, eadem forma, qua Messala cognomen a capta Messana inditum est Valerio. Sed Graeci *Ἰσπανοὺς* dicere solent, non *Ἱσπάλους*. Sic certe Appianus in Libyco p. 75. *Γναῖος Κορνήλιος ὁ Ἱσπανὸς ἐπίκλησιν·* quod recte Gelenius *Hispalum* vertit. Tamen in Senecae Controversiis, Cornelius Hispalus semper scribitur. VALES. In Senecae Controversiis *Cornelius Hispanus* scribitur, atque ita haud dubie voluit Valesius. Firmat autem egregie et stabilit Diodorus verba Appiani, quae viro eruditissimo ad Livii L. XLI. 14. prava videbantur. WESS.

605. 97. *Ἄμφω μὲν γὰρ προεκάθησαν τοῦ συνεδρίου*] Scipionem, qui vir optimus fuit habitus, eiusque filium, Principes Senatus fuisse, quod hic adfirmatur res est dubia. Favet quidem Diodoro ea in parte Valer. Max. L. VII. 5. 2., sed errans et plures Nasicas turpiter, ut docti viri ostenderunt, confundens. Quid? ne locus quidem est, qui Scipioni Nasicae, viro optimo, inter Senatus principes possit adsignari: namque eius aetate conspicui ea fuerunt dignitate Q. Fabius Maximus, Scipio Africanus, L. Valerius Flaccus, M. Aemilius Lepidus. Adde ne Censorium quidem Scipionem hunc Nasicam fuisse, cuiusmodi tamen tradito a maioribus more legi solebant. De filio, cui cognomen *Corculo*, negari non debet. Is et censura perfunctus, et mortuo Aemilio Lepido princeps in Senatu lectus est, sicuti pulcre ex Valerio Max. collegerunt Pighius, Onuph. Panvinius atque alii. WESS.

605. 11. *Τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία*] De Valeria alii tacent: Claudiam memorant religionis experimento pudicissimam matronarum tum fuisse iudicatam Livius L. XXIX. 14., Plinius L. VII. 35. et quos ibi testes produxit Harduinus et ad Silium XVII. 33. Drakenborch. Rem universam cum narrasset Appianus Annibal. p. 594. subiungit, *ὧδε μὲν ἡ θεὸς ἐς Ῥώμην δι' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρίστων ἀφικνεῖτο.* Tu lege, ut secum consentiat scriptor, *δι' ἀνδρὸς καὶ γυναικός.* Wess.

605. 15. *Κάτων, ὁ ἐπικλ. Δημοσθένης*] Catonem ob vehementiam in dicendo, vulgo Romanum Demosthenem vocabant, ut ait Plutarchus in eius vita p. 338. et Appianus in Iberico p. 465., atque ex eo Suidas in *Κάτων.* Vales.

605. 19. *Ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ τοὐναντίον ἀπεφαίνετο*] Eadem de Scipione Nasica, viro optimo, in Livii Epitoma lib. XLIX., sed non sine erroris macula, si credimus Ch. Ad. Ruperto ad Pompon. l. 2. §. 37. D. de Orig. Iur., doctissimoque viro in illam Livii Epitomam. Rupertus sententiam *de non delenda Carthagine* Scipioni Nasicae, quem ob prudentiam Corculum dixerunt, ex temporum ratione tribuendam censet. Is quidem certe Scipio et auctoritate et rerum gestarum gloria in republica florebat maxime, nuperque, ut theatrum, quod Censores locaverant, destrueretur, obtinuerat, Livio superiore Epitoma et Velleio Paterculo L. I. 15. testificantibus. Ad hoc Scipio Nasica, vir optimus iudicatus, Consul processerat anno ΙƆLXII. ab urbe condita, eratque adeo sub initium belli Punici III. octogenario maior. Quae omnia, ut ut speciosa, haud scio an iniuria ponantur contra conspirantem scriptorum veterum consensionem. Fuerit enim ea aetate, ut annos LXXX. superaverit, quid ad rem illud? Floruerunt eodem tempore Cato, Masinissa atque alii, qui diutissime senes fuerunt. Adde, Livio et Diodoro clarissime adsentiri Augustinum L. 1. C. D. cap. 30., forsan Varronem secutum. Pauca fidei caussa exscribam: *At ille Scipio pontifex maximus vester, ille iudicio totius senatus vir optimus, istam vobis metuens calamitatem, nolebat aemulam tunc imperii Romani Carthaginem dirui, et decernenti, ut dirueretur, contradicebat Catoni.* Sunt haec notabilia maxime. Scipionem Nasicam, virum optimum, Pontificem maximum fuisse docent, nobisque aliud argumentum suppeditant. Eo enim honore fungi non potuit, nisi mortuo Aemilio Lepido, Pontifice et principe Senatus. Proinde P. Scipio, quem paucis ante diebus Pontificem maximum Cato factum ait Coss. T. Quinctio Flaminino et Acilio Balbo, sive anno ΙƆCIII., apud Ciceron. de Senect. c. 14., P. est Nasica, vir optimus declaratus, ut bene animadvertit Panvinius. Vixit ergo usque ad initia belli Punici postremi. Quod vel Pomponius docere Rupertum potuerat: namque Scipionem, quem Senatus optimum appellavit, Iureconsultis annumerat: at

ea eruditione floruit P. Scipio in provecta aetate, de quo apud Ciceronem Cato. Wess.

606. 35. Ἅπερ ἅπαντα συνέβη τῇ Ῥώμῃ] *Nec eum sententia fefellit: re ipsa probatum est, quam verum* (P. Scipio) *diceret. Deleta quippe Carthagine, magno scilicet terrore Romanae rei publicae depulso et exstincto, tanta de rebus prosperis orta mala continuo subsecuta sunt, ut erupta diruptaque concordia, prius saevis cruentisque seditionibus, deinde mox, malarum connexione caussarum, bellis etiam civilibus tantae strages ederentur*, et cetera, quae ad hunc Diodori locum adpositissima ab Augustino de Civit. D. lib. I. 30. scripta fuerunt. Wess.

606. 41. Ὁ τούτου δὲ υἱὸς] Hic vero non assentior Diodoro, qui Scipionem Nasicam, eum, qui privatus Tib. Gracchum interfecit, filium ait esse Scipionis Nasicae, eius qui vir optimus a Senatu iudicatus est. Fuit enim revera illius nepos, filius P. Scipionis Nasicae, eius qui Corculum cognominatus est, ut docet Velleius Paterculus lib. II. cap. 3. et Cicero in Bruto cap. 20. nisi forte adoptatus a Scipione Nasica avo fuit. Vales.

606. 53. Ὁ δὲ ὄχλος — ἡσύχασεν ἐντραπεὶς etc.] Id verum esse potest de tempore, quod Gracchi caedem proxime excepit. Alioqui invidia facinoris eius flagrans Scipio, ut populi odium declinaret, sub titulo liberae legationis Pergamum concessit, et quod vitae superfuit, superfuit autem parum, ibidem peregit, testibus Cicerone Or. pro Flacco c. 41., Plut. in Gracch. p. 834. et Val. Max. L. V. 3. 2. Wess.

606. 56. Κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν] P. Scipio Nasica Consul in magistratu mortuus est anno urbis 642. Hunc inprimis disertum fuisse et cunctos sale facetiisque superasse ait Cicero in Bruto cap. 34. Vales.

606. 62. Ἀντίοχος ὁ Κυζ.] Antiochi Sidetae filius Cyzicenus ideo dictus, quod Cyzici apud Craterum hospitem educatus erat. Regnum iniit Olymp. CLXVII. anno primo. Vales.

606. 65. Μίμοις καὶ προδίκταις] Magis probo lectionem Suidae, qui hunc locum proferens legit προδείκταις. est enim deductum ἀπὸ τοῦ δεικνύειν. Sunt autem προδεῖκται, proprie histriones ac mimi, qui ridicula ac iocularia quaedam in scena fundebant, quae δεικτήρια dicebantur. Varro, ὄνος λύρας: *Neque orthopsalticum attulit psalterium, quibus sonant in Graecia dicteria.* Hinc δεικτηριάδες vocantur mimae a Polybio in lib. XIV. apud Athenaeum (lib. XIII. p. 576.) Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων. Ab eadem origine dictos quoque censeo a Lacedaemoniis δεικηλιστὰς, seu δικηλίτας, quos Hesychius exponit μιμολόγους. Vales. Quid significet vox προδίκταις, non adeo obvium est affirmare posse. Hunc locum citavit procul dubio Suidas in iisdem verbis, nisi quod habet προδείκταις, ut puto, melius: at eius vocis interpretationem non ap-

posuit. Eam vocem habet ex Suida H. Stephanus, et per δειχηλιστής seu δειχηλικτὰς vertit, nempe *histrio*, qui personas in theatro ostendit populo, tamquam a nomine δείχηλον, quod est *simulachrum* vel *imago*. Sed cum de eo nullam habeat auctoritatem, non verebor, aliam afferre interpretationem non minus, ut puto, verisimilem. Προδείκτης a προδεικνύω videtur manifeste deduci, quod verbum *praemonstrare* et *praesignificare* significat. Sic apud Herodotum lib. VIII. 37. προδέκτωρ est, qui res futuras, antequam eveniant, praedicit et praenunciat, ut supra ad eum auctorem notavimus p. 31. Exercit. Ita προδείκτης nihil aliud est, quam is, qui res futuras praenunciat, quod praestare gloriantur Astrologi, Metoposcopi, Chiromantiam professi et alias artes tam vanas, quam a principibus plerisque creditas, divini, necromantes, et tales viri non male hoc loco θαυματοποιοῖς coniunguntur. Palm.

606. 67. *Καὶ νευροπατεῖν*] Legendum est sine dubio νευροσπαστεῖν, quod sequentia plane confirmant. Nam illud νευροπατεῖν Graecum non est. Νευροβατεῖν potius diceretur: unde *Neurobates* apud Vopiscum in Carino cap. 19. sed hoc quidem loco minime convenit. Est autem νευροσπαστεῖν ope fidiculae movere ac trahere lignea quaevis simulacra, quod fit arte mechanica. Vide Turnebum lib. 2. Advers. cap. 18. Hac in arte excelluisse dicitur Pothinus quidam Atheniensis teste Eustathio Iliad. δ', p. 457. ubi addit: Τέχνη δὲ πάντως οὐ σπουδαία ἡ νευροσπαστική, ἀλλὰ τῶν κατ' εἶδος παιδιᾶς. Vales. *Καὶ νευροσπαστεῖν*] Recte Valesius. Omnes olim, qui αὐτομάτων et νευροσπάστων ludicra mobilitate multitudinem oblectabant, θαυματουργοὶ et θαυματοποιοὶ, quorum Diodorus proxime meminit, dicebantur. Hero Automat. p. 244. ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα δημιουργοῦντας ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥΣ, διὰ τὸ ἔκπληκτον τῆς θεωρίας. Imagunculae, fidiculis quodammodo animatae, σιγιλλάρια νευροσπαστούμενα Imp. Antonino, ὄργανα νευρόσπαστα, quamquam latius haec porrigi possunt, Synesio L. I. Provid. p. 98. B., de quibus conplura Is. Casaubonus ad Persii Sat. V. 128., B. Vulcanius in Apuleium de Mundo p. 215. et T. Gatakerus ad Antonin. Imp. L. VII. 3. Wess.

607. 68. *Ζῶα πεντάπηχα*] Intelligo bestiarum simulachra deaurata, quae in pompa traduci mos erat, ut patet ex descriptione pompae illius Ptolemaei Philadelphi apud Athenaeum lib. V. cap. 8. p. 202. Vales.

607. 81. *Καὶ Μικίψαν*] Huius iunioris Micipsae filium arbitror fuisse Hiempsalem, cuius meminit Plutarchus in Mario p. 429., Appianus lib. I. Civilium p. 668. et Cicero in 2. contra Rullum cap. 4. Vales. Mirum est, Sallustium, in liberis Micipsae describendis occupatum, de hoc Micipsa prorsus tacuisse Belli Iugurth. c. 5. Quod vero Valesius suspicatur, Hiempsa-

lem, cuius in Marii rebus et Pompeii mentio est, iunioris huius Micipsae filium fuisse, falsum erit, sicuti et Manutii ad Ciceronis Agrar. I. 4. iudicium, quo Hiempsali pater Hiarbas datur, si vera et iusta sit inscriptio, quam Reinesius Clas. III. 76. et Sponius Miscellan. p. 145. vulgarunt. Ea enim Hiempsalem, Iubae, a Caesare triumphati, patrem, perhibet Gulussae filium, Masinissae nepotem. WESS.

607. 87. Ὅτι Κοντωνιατός τις] Puto esse *Congentiatum*, sive *Congonetiacum*, dissident enim in nominis eius scriptura amanuenses, Bituiti, Arvernorum regis, filium, quem conprehensum Romamque deductum fuisse Livii Epit. LXI. innuit. Urbem *Iontoram*, si tamen rectum id nomen, nondum reperi. WESS.

607. 95. Ὑπὸ τῶν στρατηγῶν παρεθεωρεῖτο] Optime H. Valesius παρετηρεῖτο mutavit. Mox auctor ἐν ταῖς εἰς δόξαν προαγωγαῖς παρεθεωρεῖτο. et S. Lucas A. A. cap. VI. 1. ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν, i. e. *despicerentur*, ut Beza: nam alii nimis hic acutum vident. Porro ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ praestaret. WESS.

607. 99. Τὰς ὑποδ. ἀρχ. μόγις εἰληφὼς] Cicero pro Plancio cap. 21. *C. Marius duabus aedilitatis acceptis repulsis septies Cos. est factus.* VALES.

607. 5. Τὴν μὲν ἐκ τούτων ἀτιμίαν προσεποιεῖτο] Haec sana si fuerint, ignominiam acceptae cladis Mario fuisse adspersam indicabunt. Haud tamen scio, an τὴν ἐκ τούτων τιμὴν reliquerit Diodorus, quippe post pauca diserte prodens, Mario duce semper victoriam Romanos retulisse. Erit ergo, *honorem ex proeliis istis sibi Marium acquisivisse.* Si vero dubites de verbi isto usu, adi Appian. L. II. B. Civil. p. 846. et L. V. p. 1184. Iam quod praecessit οὗτος δὲ δοκῶν γεγονέναι δημοσιώνης, id prima Marii aetas non respuit. Iuvenalis Sat. VIII. 245.:

Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro:
Nodosam post haec frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Adde Plut. in Mario p. 407. WESS.

608. 23. Οὐ μόνον τὸ πλῆθος τῶν οἰκετῶν] Hoc fragmentum ex lib. 36. Diodori est, ubi iisdem fere verbis legitur p. 912. ed. Rhodom. Coeptum autem est hoc secundum in Sicilia servile bellum anno urbis 648. ut ex lib. 36. Diodori patet. VALES.

608. 46. Καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρατίας] Recurre ad Eclog. 1. L. XXXVI. p. 534. WESS.

608. 55. Ταμίας — εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας] Inter provincias quaestorias erat procuratio frumentaria: eaque provincia Ostiensis dicebatur, quod ex Ostiensi portu frumentum in urbem subveheretur. Cicero pro Sextio cap. 17.: *Nec mihi res erat cum Sa-*

turnino, qui quod a se quaestore Ostiensi per ignominiam ad principem et Senatus et civitatis M. Scaurum rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur. Idem in Orat. de haruspicum resp. cap. 20.: *Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione Senatus amovit, eique rei M. Scaurum praefecit, scimus dolore factum esse popularem.* VALES. De provincia Ostiensi egregie Pighius in Fast. a. CDXXCVIII., et post eum Graevius ad Or. Ciceron. pro Murena c. 8. 1. quos vide. WESS.

609. 68. *Καὶ μετὰ δακρύων προσπίπτων* etc.] Eadem Appianus L. I. B. Civil. p. 628. et Aur. Victor de Vir. Illust. c. 63. WESS.

609. 92. *Καὶ στρωμνῆς ἀνθινῆς* etc.] Luxum istum explicuit Io. Meursius de Rom. Lux. c. 9. Ego solo Philone Iud. utar, qui *Ἰταλικῆς πολυτελείας καὶ τρυφῆς* argumenta enarrans, peregregie *τρίκλινά τε,* inquit, *καὶ περίκλινα χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα, καὶ τιμαλφεστέρας ὕλης, ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα, στρωμναὶ ἁλουργεῖς ἐνυφασμένου χρυσοῦ καὶ ἀνθοβαφεῖς ἕτεραι παντοίων χρωμάτων, πρὸς τὸ τῆς ὄψεως ἐπαγωγὸν* de Vit. Contemplat. p. 896. D., quibus non dissimilia idem commentatus est apud Euseb. Praep. Evang. L. VIII. 14. p. 389. WESS.

609. 2. *Διαφανεῖς δὲ* etc.] Vid. Stanislaum Kobierzykium de Rom. Lux. L. I. 9. et interpretes ad Petron. c. 55. Philo Iud. Vit. Contempl. p. 896. *χιτῶνας τε ἀραχνοϋφεῖς καὶ ἐκλεύκους* vocat, Seneca vero *sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumtis, mulier parum liquido nudam se non esse iurabit* de Benef. L. VII. 9. Modo *ἀνέδην ἀνηλίσκοντο* olim fuisse, equidem non dubito. WESS.

609. 7. *Τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον* etc.] Haec debentur Catoni, apud Polybium L. XXXI. indignanti, *ὅτι τινὲς τὰς ξενικὰς τρυφὰς εἰσήγαγον εἰς τὴν Ῥώμην, ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ μὲν ΔΡΑΧΜΩΝ ΚΕΡΑΜΙΟΝ ΤΑΡΙΧΩΝ ΠΟΝΤΙΚΩΝ ὠνησάμενοι, καὶ μειράκια δὲ εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς* in extremo L. VII. Athenaei. Indidem sumta etiam videntur, quae de coquis succedunt: Cato enim veterum disciplinam et mores collaudans, *equos carius quam coquos* emi solitos dictitabat apud Gellium L. XI. 2. At eo tempore, de quo Diodorus, *μάγειροι γεωργῶν περισπουδαστότεροι ἦσαν,* quae Musonii verba in Stobaei Serm. XVIII. p. 167., sive *pluris pretii coquum quam villicum habebant,* quod de se negat Marius in Sallust. Iug. c. 85. Confer P. Burman. ad Petron. c. 38. WESS. Conf. Exc. Vat. p. 97. 6.

609. 9. *Οἱ δὲ ταῖς εὐμορφίαις ἐκ παράκοιτοι* etc.] Puto

fuisse *ταῖς εὐμορφίαις ἐκπρεπεῖς*, idque vocabulum operarum negligentia truncatum. Wess.

609. 10. *Πολλαπλασίων ταλάντων*] MS. *πολλῶν*. Vales. Haud male. Wess.

610. 20. *Ἐπιλεξάμενος τὸν ἀρ. τῶν φ. σ. Κόϊντον Ῥουτίλιον*] Redarguit et hic locus eos, qui Rutilium Scaevolae in Asia quaestorem perhibuerunt. Vide quae disputavit Cel. Iac. Perizonius Animad. Histor. c. 2. p. 58. Wess.

610. 23. *Ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας*] Increbuerat scilicet haec consuetudo ut Magistratus Romani, qui in provinciam proficiscebantur, aut qui iurisdictionis causa obibant provinciam, publica hospitia et iumenta ac caetera eiusmodi a perviis civitatibus exigerent: quae prava consuetudo coeperat a L. Posthumio Albino sub initia Persici belli, ut docet Livius lib. 42. initio. Huic male emendando lata postea est lex Iulia, quae vetabat ne praeter 4. lectos et tectum ac foenum Magistratus eiusve comites a provincialibus acciperent quidquam, teste Cicerone in libro V. ad Atticum Ep. 10. et 16. Vales. Rarum abstinentiae exemplum. Solebant in provincias cum imperio tendentes potestate plerumque in summum provincialium detrimentum abuti, opusque adeo multiplice et frequenti legum fuit fraeno. Lege notas doctissimorum virorum ad Sueton. Aug. c. 36. Wess.

610. 26. *Ἐκ τῶν προγεγονότων ἀκληρωμάτων*] Imo vero *ἐκ τῶν προγεγ. ἀκληρημάτων*. Id iustum et Diodori est. Infra Excerpt. horum p. 405. *αἴτιος ἐγένετο τῷ τε υἱῷ καὶ τῇ πατρίδι τῶν ἐσχάτων ἀκληρημάτων*. et Legat. xxxiv. *καὶ μετὰ δακρύων καθικέτευε, βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασιν*. Alia invenies ad L. III. 12. Non ignoro ex Suida productum *ἀκλήρωμα* pro calamitate atque infortunio fuisse, nec id tamen iuvabit. Pravum est, sicuti dudum docuerunt H. Stephanus Thes. T. II. p. 244. et Th. Gatakerus ad Imp. Antonini L. X. 33. Adde literarum seriem et veteres schedas, a L. Kustero inspectas, in *Ἀκληρήμασι, συμφοραῖς, δυστυχίαις* acquiescere. Wess. Idem existimandum de *εὐκλήρωμα* in Bekkeri Anecd. p. 77. 25.

610. 31. *Ὅτι Λεύκιος ὁ Σκαιουόλας*] Peccarunt amanuenses. Auctor uti superiora docent, scripserat *ὅτι Κόϊντος Σκαιουόλας*. Habet de Q. Scaevola, quae legi merentur, Rupertus ad Pompon. l. 2. §. 41. D. Or. Iur. Wess.

610. 41. *Συμπεφωνηκότα πρὸς τοὺς κυρίους*], Usitatum id fuit apud Romanos, ut servus de libertate sua cum domino pacisceretur. Tacitus lib. 14. c. 42. Annalium: *Negata libertate, cui pretium pepigerat*. Dio Chrysostomus Orat. 14. p. 232. A. de servitute: *Οἱ δέ τινες τὴν αὐτῶν τιμὴν καταβεβλήκασι τοῖς δεσπόταις· καὶ οὐδήπου δοῦλοί εἰσιν αὐτῶν οὗτοι*. Praetermittere hic non possum locum Dionysii Halic. sane illustrem ex libro

4. p. 227. Ἐτύγχανον δὲ τῆς ἐλευθερίας οἱ μὲν πλεῖστοι προῖκα διὰ καλοκἀγαθίαν· καὶ κράτιστος ἀπαλλαγῆς τῶν δεσποτῶν τρόπος οὗτος ἦν. ὀλίγοι δέ τινες λύτρα κατατιθέντες ἐξ ὁσίων καὶ δικαίων ἐργασιῶν συναχθέντα etc. quae vix mihi temperavi quin adscriberem. Adde, quae notavit I. Lipsius ad dictum locum Taciti. VALES.

610. 42. *Φθάσας τὴν ἀπολύτρωσιν*] Id est, antequam integrum redemptionis pretium numerasset. *Λύτρα* quippe eam pecuniam vocat Dionysius loco proxime allato. VALES.

610. 51. *Συμμάχων*] MS. *συμμαχούντων*. VALES. Neque admodum absurde. WESS.

610. 52. *Ὅτι Λεύκιος Ἀσύλλιος*] Existimavi legendum esse *Ἀσήλλιος*, quod est cognomen Romanum apud Appianum lib. I. Civilium (p. 645.) *Ἀσήλλιος* Praetor urbanus a foeneratoribus occisus esse dicitur: qui a Valerio Max. lib. IX. cap. 7. *Aulus Sempronius Asellio* vocatur, in Prologo autem lib. 74. T. Livii *Asellus*, minus recte. Nam et apud Nonium Marcellum (cap. 7. 107.) Sempronius Asellio laudatur in lib. 4. Hist. et apud Gellium lib. 2. cap. 13. et 13. 3. Noctium Attic. qui ait Asellionem hunc sub Africano Tribunum mil. ad Numantiam fuisse. VALES. Est qui *Ἀκύλλιος* mallet, Manium Aquillium intelligens, qui Siciliam pacavit, bello Servili confecto. Sed ille patre quaestorio editus non est, neque ea iustitiae et abstinentiae gloria floruit, nec omnes corporis sui sensus usque ad vitae exitum integros conservavit. Asellius, quem Valesius adsciscit, a Graeco parum abest. Id mirum tamen, nusquam eum a Cicerone in Verrinis, neque ab aliis, quod quidem rescire quivi, conmendari, quamquam praeter ceteros Siciliae praetores meruerat. Itaque haereo. De Sempronio Asellione Valesio melius G. I. Vossius Hist. Lat. L. I. 8. WESS.

611. 58. *Γάϊος, ἐπικαλούμενος δὲ Λόγγος*] Et hic in obscuro est. Laudat Antonius familiarem suum *Longum*, virum optimum et ab historia, prudentia iuris publici et antiquitatis scientia instructissimum in Ciceronis L. I. Orat. c. 60., qui noster esset, si veteres libri, in quorum aliis *Longinus*, consentirent. WESS.

611. 65. *Τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου γραμμῆς*] Vide extremum L. XVII., ubi idem. Statim *διέφερε*, quod in Latinis Valesius secutus est, scripserat auctor. WESS.

611. 79. *Στρατηγῶν εἰωθ. διδόναι προστάτας*] Hic locus ut puto, singularis est, de tutoribus, quos Praetores aut Proconsules in provinciis dare soliti erant. Postea vero lata est ab Augusto lex Iulia et Titia anno urbis 722., Augusto III. et M. Titio Coss. qua iubentur Praesides provinciarum mulieribus pupillisve non habentibus tutores dare, ut ait Ulpianus in Regulis. VALES. Sane quam notabilis hic est locus, et forsan ad unam Sici-

liam restringendus, uti censet Cl. Anton. Schultingius ad Ulpian. tit. XI. de Tutel. §. 18. Wess.

611. 86. *Εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν βιωτικῶν*] Putes τῶν ἰδιωτικῶν voluisse Diodorum ob postremam horum Excerpt. partem, ubi contra se ἰδιωτικὰ et δημόσια ponuntur. At vetat S. Paullus, cum priore ad Corinthios c. VI. 3. οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτιγε βιωτικά; βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε etc. Intelligit Apostolus controversias privatas de rebus omnibus, quae in hac vita incidere solent, quamquam aliud vulgo interpretes sectantur. Firmat quod dixi Polybius Excerpt. p. 1401. Wess.

611. 92. *Θαυμαστῶς ἀγαπώμενος*] Legendum esse putavi ἀγαπωμένου· et ad patrem Livii Drusi id retuli, de quo haec C. Carbo olim cum maximo plausu dixit: *O Marce Druse, patrem appello. Tu dicere solebas, sacram esse Remp. quicunque eam violavissent, ab omnibus esse ei poenas persolutas.* Hic Drusus collega in tribunatu fuerat C. Gracchi. Consul fuit anno urbis 641. Vales.

611. 97. *Προστάτης τῆς συγκλήτου*] Deest ἀξιόχρεως, aut quid simile. Cicero pro Milone cap. 7.: *Domi suae nobilissimus vir Senatus propugnator, atque illis quidem temporibus pene patronus, Tribunus pl. M. Drusus occisus est.* Sed et ante hunc M. Livium Drusum pater eius M. Drusus C. filius Senatus partes contra C. Gracchum in tribunatu defenderat, eumque fregerat, ut ait Cicero in Bruto cap. 28.; quam ob caussam Senatus patronus dictus fuit, ut scribit Suetonius in Tiberio cap. 3. et Plutarchus atque Appianus. Quintus etiam Caepio Senatus patronus est dictus, ut scribit Valerius lib. 6. cap. ult. Vales. Additamentum istud Valesii non admodum est necessarium: neque enim qui fuerit, sed qualem futurum putabant, indicatur. Legendus est Seneca Brev. Vit. c. 6. Wess.

612. 99. *Ἡγούμενος Πομπαῖος*] Ex Πομπαίδιος corruptum esse, vidit Valesius. Confer Fr. Oudendorp. ad Obsequent. Prodig. c. 116. Wess.

612. 18. *Σερουιλίῳ τῷ στρατηγῷ*] Proconsulem verti ex Prologo lib. 72. Titi Livii et Appiano lib. I. Civilium (p. 633.) Velleius lib. 2. (cap. 15.) et Orosius (L. V. 18.) et historia Miscella Servium Praetorem eum appellant. Vales. Servilium esse, bene Diodorus et Valesius, eum secutus, adfirmant. Scio, quid Iac. Gronov. ad Livii Epit. 72. censuerit, quidque illi rescripserit C. A. Dukerus in Flori L. III. 18., quem adi sis et Fabricium ad Oros. L. V. 18. Wess.

612. 27. *Ἀγαμέμνων*] Huius meminit Orosius his verbis (L. V. 18.) *Marsi autem Agamemnonem piratam praeoptave-*

rant. Eum ipsum intelligit Appianus lib. I. (p. 634.) ubi Servilii Procos. caedem commemorat. VALES.

612. 34. *Οἱ Πιννῆται*] Urbs Vestinorum est Pinna, Ptolemaeo memorata in lib. 3. (p. 73.) cuius cives Pinnenses dicuntur a Plinio (lib. 3. 12.) VALES. Conf. Exc. Vat. p. 132. 15.

612. 35. *Ἀμετάπιστον — πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν*] Legendum esse arbitror *ἀμετάσπειστον*. Nam illud *ἀμετάπιστον* meo quidem iudicio Graecum non est. VALES. Non dissentio. Frequens est confusio vocabulorum eiusmodi. *Ἄπιστος* et *ἄπειστος* in hoc etiam censu sunt. Vide Valesium ad Euseb. Laud. Constant. cap. 16. et Davisium in Max. Tyr. Diss. XXXII. p. 616. WESS.

612. 46. *Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας*] Lego *τοὺς τῶν Ῥωμ. ἡγεμόνας*. Praelium illud intelligit, quo Manius Aquillius et Q. Oppius cum L. Cassio et Nicomede rege Bithyniae a Mithridate victi sunt. De quo vide Appianum in Mithridatico (p. 315.) VALES.

612. 47. *Καὶ πολλοὺς ζωγρήσας*] Confer Appian. Mithridat. p. 313. captivos Bithynos, Gallograecos, Cappadoces et Asianorum alios a Mithridate summa comitate et habitos et dimissos referentem. WESS.

613. 53. *Καὶ θεὸν καὶ σωτῆρα προσαγορευόντων*] Turpe istud adulationis genus alias nos attigimus et Th. Gataker. Miscellan. L. I. 3. p. 187. Opportune Cicero pro Flacco c. 25. *Mithridatem Deum, illum Patrem, illum Conservatorem Asiae, illum Evium, Dionysum, Bacchum, Liberum nominabant.* Adde Posidonium, quem auctorem huius rei Diodorus habuit, in Athen. V. 12. WESS.

613. 61. *Καὶ τὸν Ἀκίλλιον*] Lego *Ἀκυΐλλιον*. quippe Manius Aquilius a Mitylenaeis vinctus ac Mithridati est traditus, ut scribit Paterculus lib. II. (cap. 18.) VALES.

613. 67. *Ὁ δὲ καίπερ νέος ὢν*] Haec non iam de Manio Aquilio intelligenda sunt, quem constat vivum in Mithridatis manus venisse. Ex Valerio Max. lib. IX. Appiano in Mithridatico p. 316. et Posidonio, cuius haec verba sunt, *Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται·* apud Athenaeum lib. V. (12. p. 213.) Ex quo satis patet haec Diodori verba ad alium quempiam pertinere, qui cum a Mitylenaeis vinciendus esset, semetipse occidit. Sed eius nomen incuria exscriptorum omissum est. VALES. Non intactum reliquit de Aquilii exitu disputans hunc locum ad Ciceron. Disput. Tuscul. L. V. 5. Io. Davisius. Optime Valesius. Haec enim ad Manium Aquillium referri non possunt, quem *legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio ex-*

cruciatum Mithridates *necavit*, uti Cicero dixit pro L. Manil. c. 5. Adstrue his, provectiore aetate Aquilium fuisse, vinculisque a Mitylenaeis, ut planissime Diodorus, constrictum, ut regi in manus posset tradi: hunc vero in ipso aetatis flore irruentes in se et repulisse, et finem vitae, quem res solum dabat, consecutum esse. Desunt ergo plura excerptoris aut amanuensium negligentia. Wess.

613. 77. *Ναυμαχίαν*] Praelium illud navale intelligit, quo Rhodii adversus Mithridatem decertarunt, de quo consule Appianum (Mithrid. p. 319.) Vales.

613. 99. *Τὴν δεδομένην ἐπαρχίαν παραιτούμενος*] Legendum est *παραιρούμενος*, ut L. XVIII. 25. et apud Suidam in *Παραιροῦνται*. Vulgatum aliud est. Wess.

614. 7. *Εἰς τὴν Νομαδίαν δοῦλος*] Nimium hoc, neque vero satis congruum. Adi Plut. potius in Mario p. 429. et Vell. Paterc. L. II. 19. Mox legi quoque potest *ἔρημος ἐφοδίων*. Wess.

Ibid. *Ἔρημος σφῶν*] Forte *φίλων*. Vales.

614. 15. *Μετέστησεν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἑκουσίως*] Morbo oppressum e vita migrasse Marium Velleius Paterc. L. II. 23. et ex Posidonio refert Plut. in Mario p. 432., nec deerant tamen, qui voluntaria morte decessisse proderent, sicuti hinc et ex Victore de Viris Illust. c. 67. constat. Wess.

614. 20. *Ἐν τῇ διώρυγι*] In eo cuniculo, per quem ex urbe Praenestina evadere captabat: docent id uberius Strabo L. V. p. 365. et Appian. Civil. L. I. p. 681. Wess.

614. 22. *Εἰς τὸν πάλαι προκείμενον*] Sociale scilicet bellum, quod bello civili Sullano veluti renovatum est. Vales.

614. 24. *Σκευόλαν*] *Σκαιουόλαν* adpellare et scribere eum perpetuo solet, idque adeo et hic malim. Wess.

614. 31. *Δέκα μυριάδων*] Idem scribit Iulius Obsequens (de Prodig. cap. 118.) *L. Scipione C. Norbano Coss. centena millia hominum consumpta Italico civilique bello relata sunt.* Eutropius (lib. V. 6.) et eo auctor historiae Miscellae: *Hoc*, inquit, *fine conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum, et civile Sullanum, quae per annos* X. *tracta sunt. Consumpserunt autem ultra centum quinquaginta millia hominum, viros Consulares* XXXIII. *Praetorios* VII. *Aedili[...]* [...]X. *Senatores* CC. *absque innumeris Italiae totius populis.* Vales.

614. 35. *Τὸ δήπερ αὐτὸν ὑπατεῦσαι*] Malim *μήπερ αὐτὸν*, ut ad Merulam referatur. Vide Appianum lib. I. Civilium, et Paterculum lib. II. (cap. 21.) Vales.

614. 45. *Ἐπέβαλε τὰς χεῖρας τρισὶν ἱεροῖς*] Eadem Dio Cassius Exc. Peiresc. p. 647., sed qui Plut. in Sulla p. 459., ut pulcre H. Valesius perspexit, verbo tenus exscripsit, et Appianus Mithridat. p. 346. de Sullano hoc sacrilegio. Wess.

615. 58. *Χώραν ἀντὶ τούτων καθιέρωσε*] Partem dimidiam agri Thebani, *τὸ ἥμισυ τῆς Θηβαίων γῆς* Appianus et Pausanias L. IX. 7. Wess.

615. 80. *Ἀλλὰ τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα*] Pravum erat *τὸ διὰ τῶν ὅπλων* etc., nec ferri poterat. Byzantii vero haec actitata putes ob ea quae Dio Cassius Excerpt. Peiresc. p. 650. Wess.

615. 86. *Τὸν Ἑλλήσποντον*] An Diodori hoc sit nescio. Appianum si inspexeris Mithrid. p. 344., tramisso Bosporo Fimbriam in continentem Asiam exscendisse adparebit. Wess.

615. 94. *Καὶ Νικομήδειαν*] Nicomediam fuga se receperat Flaccus, quo capto et interfecto urbem militibus diripiendam permisisse Fimbrias videtur. Lege P. Orosium L. VI. 2. Wess.

615. 96. *Κύζικον παρελθών*] Deesse putes *εἰς*. sed vide Davisium ad Diss. XXI. Max. Tyrii p. 578. edit. novae. Wess.

615. 4. *Ὅτι Γνάϊος Πομπήϊος* etc.] Hoc Pompeii elogium primis eius gestis rebus, occasione conparati in Piceno exercitus, quo Sullae partibus contra Carbonem ceterosque Marianos vehementius studeret, praepositum fuisse arbitror. Rem firmabit Plut. Pomp. p. 621. et Dio Excerpt. p. 653. Wess.

616. 14. *Τὴν μεθ' ἡμέραν ἐπιμέλειαν*] Forte scribendum est, *τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ*, aut potius, *τῇ τῶν καθ' ἡμέραν*. Vales.

616. 26. *Ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν Ἰούνιον*] Hac de re Plut. copiosius in Pomp. p. 622. A. Wess.

616. 31. *Παραπέμψοντας μετ' ἀσφαλείας*] Potest hoc retineri, quamquam absurdum non est *μετὰ φιλίας*, quod in schedis. De Scipione, quem inviolatum dimisit Sulla, Velleius Pater. L. II. 25. et Appian. Civil. L. I. p. 672. Wess.

616. 46. *Τήν γε χάριν*] Ms. *Τοί γε χάριν*. Vales.

Ibid. *Καὶ πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις* etc.] Mucius Scaevola pontifex maximus in vestibulo aedis Vestae occisus est, docente Epitom. Livii LXXXVI. Itaque ab ara Vestae et inmortali igne haud longe, cum caderet, afuit. Sunt tamen, qui dissentiunt. Velleius L. II. 26. in curia Hostilia, Appian. Civil. lib. I. p. 675. *μικρὸν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου* Scaevolam contrucidatum prodiderunt. Wess. Conf. Exc. Vat. p. 139. 3.

616. 53. *Εἷς δὲ τῶν συνεληλυθότων* etc.] Hic videtur esse qui Lollius ab Orosio lib. V. 21. dicitur et in historia Miscella: *Quam proscriptionis tabulam cum Lollius, quippe securus, nihilque sibi conscius legeret, ubi suum repente nomen offendit, dum se trepidus adoperto capite e foro subtrahit, interfectus est.* Vales.

616. 62. *Περιέσεσθαι τὴν σωτηρίαν*] Legendum esse arbitror *ποριεῖσθαι*. Vales. *Περιέσεσθαι τὴν σωτηρίαν*] Ultimae

duae voces si hinc exsularent, proba videri oratio posset; illis salvis, medicina, quam Valesius fecit, opus est. Placet Diodoro πορίζεσθαι σωτηρίαν. Respice not. in lib. XVI. 45. Wess.

617. 68. *Καὶ χρηματίζων περὶ τῶν δημοσίων*] Conferendus est Plut. Pomp. p. 623. et seq. Wess.

617. 71. *Εἴκοσι καὶ δυεῖν ἐτῶν* etc.] Congruunt anni. Natus est C. Atilio et Q. Servilio Coss., sive anno DCXLVII. ab Urbe condita, ut Velleius L. II. 53, indicat. Carbonem in tertio consulatu in Sicilia oppressit, et catenis vinctum, docente Valer. Max. L. VI. 2. 8., trucidavit anno DCLXXI. Dissident alioqui veteres in Pompeii aetate. Lege Pighium Fast. ann. DCLXXIII. p. 274. Wess.

ANNOTATIONES
IN
EXCERPTA LEGATIONUM.

618. 15. *Ἀρχαϊκῷ τινι προαχθεὶς ἔθει*] Ita videtur legendum, cum in exemplari scriptum sit *ἀρχικῷ*. Videtur autem sententia sumpta ex fragmento Polybii, quod extat apud Suidam (voc. *Ἐμβαίνειν*.) *Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι*, inquit, *ἔθος εἶχον μὴ ἄρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι, καὶ κατ' ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους.* Verbum *ἐπίστασθαι*, quod est apud Diodorum, mihi quidem suspectum est. URSIN.

618. 17. *Δικαίους ἐφίστασθαι πολέμους*] Pravum haud dubie est *ἐφίστασθαι*. Scripsit auctor *ἐνίστασθαι*. Sic Excerpt. Peiresc. p. 573. nostrae edit. *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα δικαίους ἐνιστάμενοι πολέμους.* Iterum p. 590. *σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται δικαίους ἐνίστασθαι πολέμους.* Haec sufficiunt. WESS.

618. 22. *Εἰς ἡμέραν τριακοστὴν π. κατήγγειλαν· ὃν οἱ* etc.] Et hic quoque locus non videtur carere mendo. Sententia tamen vel ex Livio patet, qui hanc historiam narrat in libro primo (cap. 22.) *Tantisper*, inquit, *Romani et res repetiverant priores, et neganti Albano bellum in trigesimum diem indixerant. Haec renuntiant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatem, quid petentes venerint, facit* etc. URSIN.

618. 23. *Ὃν οἱ μὲν τῶν Ἀλβανῶν*] Video non defore patronos pronomini? ego tamen sublatum mallem. WESS.

619. 34. *Λίβυες καὶ Κυρηναῖοι*] Haec illustrantur verbis Herodoti L. III. 13. WESS.

619. 41. *Οἱ παρὰ Νάβιδος καὶ Φλαμινίνου* etc.] De hac re ita scribit Livius L. XXXIV. (cap. 43.) *Legati Nabidis tyranni Romam venerunt: his extra urbem in aede Apollinis senatus datus est. Pax, quae cum T. Quinctio convenisset, ut rata esset, petierunt, impetraveruntque* etc. Sumpsit autem tam Livius, quam Diodorus ex Polybio. URSIN.

619. 53. *Εἰσὶν ἐλεύθεροι*] *Ὦσιν ἐλεύθεροι* in exemplari scriptum erat. Ursin. Polyb. Leg. ix. p. 1110. *ἐλεύθεροι, ἀφρούρητοι, ἀφορολόγητοι, νόμοις χρώμενοι τοῖς ἰδίοις*, et plenius profecto, sicuti et Appian. Leg. xxiv. p. 362. Mox pro *ἐν ἡμέραις τριάκοντα* *intra duos menses* apud Livium L. XXXIV. 50. Wess.

619. 61. *Ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος* etc.] Hoc fragmentum ex Polybii (Leg.) xiii. paene ad verbum descriptum est, et a Livio in L. XXXIV. 57. translatum. Ursin.

619. 62. *Ταύταις φιλανθρώπως προσεφώνει*] Vide Matth. Evang. XI. 16. et Lucae A. A. XXII. 2. Wess.

619. 67. *Καὶ Δημήτριον τὸν υἱὸν*] Videtur deesse *ἐκ τῆς ὁμηρείας*, quod ex Polybio (p. 1120.) suppleri potest. Ursin.

619. 74. *Τινὰ μὲν — πολυπραγμονεῖν*] Ita legendum, non *πολυπραγμονήσειν*, ut est in exemplari. Ursin. *Τινὰ μὲν τῶν κατὰ* etc.] Mallem *τὰ μέν*. Ceterum *τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας κ. λ.* in Lexicon suum transtulit Suidas voc. *Ἐπιτακτικῶς*. Ut errent, qui ea Polybio tribuerunt. Wess.

619. 83. *Ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἔφη* etc.] Livius L. XXXIV. 58. *Ad ea Quinctius: quoniam vobis distincte agere libet, et genera iungendarum amicitiarum enumerare: ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam esse regi nuntietis amicitiae cum populo Romano iungendae. Unam, si nos nihil, quod ad urbes Asiae attinet, curare velit, ut et ipse omni Europa abstineat. Alteram, si se ille Asiae finibus non contineat et in Europam transcendat, ut et Romanis ius sit Asiae civitatum amicitias et tueri quas habeat, et novas complecti.* Ursin.

620. 89. *Τῶν δὲ πρεσβευτῶν ἀποκριναμένων*] Livius ibidem: *Nos vero, inquit Menippus, nec volumus, nec possumus pacisci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur.* Ursin.

620. 95. *Ἐπισημηναμένων δὲ τῶν ἐκ τῆς* etc.] Habet hinc Suidas in *Ἐπισημαίνεσθαι*, quod interpreti eius cum lateret, fraudi fuit. Wess.

620. 96. *Οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἠξίουν* etc.] Livius ibidem: *Tum Menippus deprecari et Quinctium et patres institit, ne festinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum essent. Tempus et sibi sumerent, et regi ad cogitandum darent,* etc. Sumpsisse haec Livium de Polybio, apparet ex Diodori verbis, quae ex Polybio descripta sunt. Ursin.

620. 4. *Ὅτι τοῖς Αἰτωλοῖς*] Hoc quoque fragmentum ex Polybii historiis (Legat. 16.) depromptum est, et vi. quod sequitur. Videndus Livius lib. XXXVII. 1. Ursin.

620. 7. *Οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως*] Suidas exscripsit, parum tamen, ut solet saepe, inmutans, in *Ἀποτομία*. Wess.

620. 19. *Λιδοὺς δὲ Λάμψακον* etc.] Copiosius haec a Polybio leg. 23. et Appiano Syr. 169. perscripta sunt. Wess.

620. 23. *Παρακαλοῦσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας*] In exemplari deest adverbium. Ursin.

620. 28. *Ὅτι ὁ Ἀντίοχος Ποπλίῳ Σκιπίωνι*] Haec quoque ex Polybio (p. 1133.) sumpta sunt, ut constat ex fragmentis, quae extant. Ursin.

620. 30. *Ὃν ἦν εἰληφώς*] In exemplari corrupte scriptum erat, *ὃ νῦν εἰληφώς*. Desunt autem haec in Polybio, unde tamen hausisse Livium verisimile est, quae scribit in libro XXXVII. 34. *Etiam quod filius eius captus in potestate regis erat: is ubi, et quando, et quo casu captus sit, sicut pleraque alia, parum inter auctores constat: alii principio belli a Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt.* Ursin. Periit sane Polybiani operis ea pars, quae historiam capti Scipionis filii exsequebatur. Principio tamen belli interceptum fuisse significavit p. 1133. Confer viros doctos ad Livii L. XXXVII. 34. Wess.

620. 34. *Ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς εὐεργεσίας*] Livius ibidem: *Pro tanto in me munere* etc. *quod in praesentia dare possim, fidele consilium est. Abi, nuntia meis verbis, bello absistat* etc. Ursin.

621. 42. *Ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ πρὸ τῆς* etc.] Ad huius fragmenti intelligentiam videnda sunt, quae notavimus ex Livio in Polybii fragmentis (Legat. xiii.), unde haec Diodori deprompta sunt. Ursin.

621. 45. *Αὐτῶν δὲ τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πραχθέντα διεξιόντως, ἀναστάς τις τοῦ συνεδρίου*] In exemplari mendose erat, *αὐτὰ δὲ καλῶς τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους* etc. et ad oram libri emendatum est, *ἀναστάς τις τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου* etc. Ursin.

621. 50. *Ἡ σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς* etc.] Suidam in *Ἀντέχειν* haec descripsisse, vidit doctissimus Pearsonius et Kusterus, quamquam per errorem Hoeschelii Excerpta citans. Inspice hac de re Livium L. XXXVII. 49. Wess.

621. 56. *Ὅτι ὁ Ἀντίοχος κ. λ.*] Videndus Polybius in fragmento XXXV. et quae ibi notata sunt ex Livii libro XXXVIII. 38. Ursin.

621. 57. *Ἀξιῶν αὐτῷ συγγνώμην*] *Αὐτὸν* in exemplari mendose legebatur. Ursin.

621. 64. *Παραχωρῆσαι δὲ τῶν τε ἐλεφάντων*] Haec in Polybio (p. 1168.) non satis emendate habentur. Nos autem ex Livio emendavimus, apud quem est: *elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito et naves longas* etc. Ursin.

621. 67. *Ὧν ἦν ἡ διατίμησις ταλάντων* etc.] Conferendus Polybius Leg. 24. et Livius L. XXXVII. 45., praeterea Appianus Syr. p. 180., in quo scribendum *καὶ χρήματα ἐς τὴν τοῦδε τοῦ*

πολέμου δαπάνην δι' αὐτοῦ γενομένου μύρια καὶ πεντακισχίλια Εὐβοϊκά. Vulgo perperam desunt XV. illa millia. WESS.

621. 76. *Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ τὸν* etc.] Videndus Livius lib. XXXVIII. 38., in quo Polybiana quaedam translata sunt, ad quae pertinent haec Diodori. URSIN.

621. 78. *Τῶν μὲν περὶ τῆς ἐλευθερίας*] In exemplari *παρὰ* scriptum est mendose, et *Ῥώμη* pro *Ῥώμην*: et mox *ἀποστέλλειν* pro *ἀποστελεῖν*, ut nos emendavimus. URSIN.

621. 81. *Δέκα πρεσβευτὰς ἀποστελεῖν*] *Ἀποστέλλειν* invenit et Suidas, qui in *Ὑπογράφεται* haec Diodori excerpsit. Poterat etiam retineri. Mox *ἅπαντα ἄξοντας*, aut *πράξοντας*, aut *τάξοντας*, quod Cl. Wetstenio in mentem venit, scriptum fuisse opinor. *Ἕξοντας* certe non potest placere. Porro cultum est *ὑπογράφειν ἐλπίδας*, quod cum ad L. XIX. 46. plurium auctoritate muniverim, nihil nunc quidem addo. WESS.

621. 84. *Μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ τὸν Αἰμίλιον*] De Scipione non multúm pugnabo, quamquam Romam is rediisse videtur, antequam decem legati ad res Asiae disceptandas componendasque iter ingressi fuerunt. Vid. Livium L. XXXVII. 58. At quis Aemilius iste? Fuit quidem inter decem eos legatos L. Aemilius Paullus, sicut Livius ibid. cap. 55. docet. Scire tamen vehementer velim, cur eius praeter ceteros mentio fiat? praesertim quum Cn. Manlius ex legatorum sententia ea, quae hic Diodorus, constituerit ac declaraverit. Adi Livium L. XXXVIII. 38. WESS.

622. 86. *Τὴν μὲν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου*] Livius ibidem: *Cum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset.* URSIN.

622. 90. *Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας*] Ita legendum ex Livio, apud quem scriptum est: *quae stipendiariae regi Antiocho fuerant* etc. URSIN.

622. 95. *Ὅτι Γνάϊος Μάλλιος — περὶ διαλύσεως*] Ita videtur legendum, cum in exemplari *συλλύσεως* scriptum sit. Videndus Polybius in fragmentis (p. 1163.), unde haec sumpsit Diodorus, et quae in sequenti fragmento habentur. URSIN.

622. 97. *Περὶ συλλύσεως*] Revocavi veterem scripturam, a Diodoro nunquam spretam. Ecce enim L. XII. 20. *οὕτω τὴν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν, ὡς ἥξοντα πάλιν εἰς ΣΥΛΛΥΣΙΝ καὶ φιλίαν.* Iterum c. 25. *διεπρεσβεύσαντο πρὸς ἀμφοτέρους περὶ ΣΥΛΛΥΣΕΩΣ.* Tum cap. 26. *Ἀκραγαντίνων — ΣΥΛΛΕΛΥΜΕΝΩΝ πρὸς τοὺς Συρακουσίους.* Saepeque alias. Ursinus ipsemet ad Legat. XIV. animadvertit, non esse necessariam emendationem. Porro ultima huius Eclogae Suidas in Lexicon suum addidit voc. *Καταντήσωσι.* WESS.

622. 11. *Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον*] Pertinent haec ad Polybii fragmentum XLI., ad cuius intelligentiam multa ex Livio notavimus, quae huc referri possunt. URSIN.

622. 13. *Οὗτοι δ' ἔφησαν τὴν σύγκλητον* etc.] Apud Polybium (p. 1080.) male scriptum erat, ὅτι δυσαρεστοῦνται μὲν καὶ τῇ τῶν τειχῶν συντελέσει, cum καθαιρέσει scribendum sit: habet enim Livius (Lib. XXXIX. 33.) *Moenia diruta* etc. Ursin. Leguntur et haec apud Suidam in *Δυσαρεστούμενος*. Deiectos autem hos muros memorat et Pausanias L. VII. 8. p. 542. ubi vide praestantissimum Kuhnium. Wess.

622. 18. *Δωρεὰν ταλάντων εἴκοσιν*] Polybius habet *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα*, ut apud Diodorum videatur ρ' deesse. Ursin.

622. 19. *Ἐξ ὧν ᾤετο δεῖν ὁ βασιλεὺς ὀψωνιάζεσθαι* etc.] Polybius alia forma p. 1181. τὸ γὰρ ὀψωνιάζεσθαι τὴν βουλὴν ὑπ' Εὐμένους καθ' ἕκαστον ἔτος etc. Sed et recte Noster. Nam Lib. XVI. 22. ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὀψωνιάζεσθαι. Ad Excerptor. Peiresc. p. 598. de Hierace, Ptolemaei Physconis copiarum duce, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν. Quae verbi usum et stipendiis erogandis potestatem satis manifestant. Wess.

622. 21. *Ἀποκομίσαντες*] Placeret ἀποδοκιμάσαντες. Ursin.

622. 29. *Ὅτι καταντησάντων εἰς Ῥώμην* etc.] Haec quoque ex Polybio (Legat. LVI.) sumpsit Diodorus, ut constat ex fragmentis, quae a Livio quoque translata fuisse indicavimus in scholiis. Ursin.

623. 32. *Καὶ ξένια καὶ τἄλλα φιλάνθρωπα*] Ita emendavimus, cum male scriptum esset in exemplari φιλανθρωπία. Qualia autem fuerint ξένια, quae legatis praebebantur, constat cum ex Livio, tum ex Polybio, pluribus locis. Ursin.

623. 36. *Εἰς τὴν βασιλίδα*] Id quidem rarius; quod si venerit ab ipso Diodoro, haud dubie χώραν lectori intelligendam reliquit. Πόλιν βασιλίδα, ναῦν βασιλίδα posse simili modo poni, nemo ignorat. Vide tamen Ez. Spanhem. in Iuliani Or. I. p. 30. Wess. in Add.

623. 43. *Συλλύοντας τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον*] De hac re videndus in fragmentis Polybius (p. 1211.) Placeret autem διαλύσοντας pro συλλύοντας, et supra διαλύσεως a nobis emendatum est in fragmento XI. pro συλλύσεως, non male, ut existimamus: quamvis et ibi συλλύσεως et hic συλλύοντες ferri possit. Ursin.

623. 47. *Ὅτι τῆς παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας* etc.] Diodorum haec a Polybio accepisse, intelligere possumus ex Liviana versione, quae habetur in libro XLII. (cap. 13. *Confudit*, inquit Livius, *et miscuit omnia in Thessalia Perrhaebiaque spe novarum tabularum* etc. Ursin. Auxit his Suidas Collectanea sua in *Χρεωκοπεῖται*. Aetoli ob bella continua et in privata vita luxum ingens aes alienum habebant: hinc superioribus annis ad mutandam reipublicae formam et ad tabulas novas proclivi fuerant ani-

mo, sicuti ex Polybio Excerpt. p. 1401. novimus. Erant inde non Aetoli modo paullo ante Persicum bellum in seditionibus propter ingentem vim aeris alieni, sed Thessali etiam: et contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque pervaserat id malum. Livium vide L. XLII. 5. WESS.

623. 50. *Γεγονέναι τὴν σύγχυσιν*] In exemplari corrupte legebatur *τὴν σύγκρισιν*. Nostram emendationem confirmat Livius illis verbis, *confudit et miscuit* etc. URSIN.

623. 51. *Καὶ ἀπελογίσατο τοῖς — πρεσβευταῖς*] Ne cui suspectum hoc videatur, ecce tibi Polybiana ex L. II. 54. ἀπολογισάμενος δὲ περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν καὶ χρηματίσας περὶ τῶν μελλόντων. Et Legat. XV. ἧκον παρ' αὐτοῦ πρέσβεις ἀπολογιζόμενοι τὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν. Quorum locorum priore si qui ἀπολογησάμενος praeferat, posteriore non certe poterit. WESS.

623. 52. *Περὶ δὲ τῆς 'Αβρουπόλεως — ἐκ τῆς βασιλ.*] Ita emendavimus, cum in exemplari sit *καὶ τῆς βασιλείας*, pro *ἐκ τῆς βασιλείας*. Ad oram autem libri vox *'Αβρουπόλεως* mutata est in *'Αβρουπόλιδος*. Sed parum refert, utro modo legas. De Abrupoli, rege Thraciae, facit mentionem Livius libro XLII. (cap. 13.) cum inquit: *Abrupolim socium atque amicum vestrum regno expulit*. Quae verba ex Polybio transtulit Livius, ut apparet ex Diodori loco et ex Appiani Macedonico (Ecloga Legat. XXV. p. 364.) URSIN. *Περὶ δὲ τῆς 'Αβρουπόλιδος* etc.] Lege de eodem Ursini not. ad Appiani Leg. Exc. p. 121. et viros doctos in Pausan. L. VII. 10. p. 547. WESS

623. 59. *Ὅτι τοῦ 'Αρπάλου* etc.] De Harpalo, Persei regis legato, meminit Livius L. XLII. 14. et Appianus in Macedonico (Legat. XXV. Excerpt. p. 365.) URSIN.

623. 60. *Ἡ σύγκλητος τὸν Εὐμένη ἐλεφαντίνῳ* etc.] Haec de Polybio sumpta esse, satis constat vel ex Livii versione, quae est in libro XLII. (cap. 14.) *Eumeni vero conspiratio adversus eum, favorem apud Romanos fecit: ita omnes ei honores habiti, donaque quam amplissima data, cum sella curuli atque eburneo scipione*. URSIN.

623. 66. *Ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν ἐψηφίσατο* etc.] Eadem de bello Persico scribit Appianus in Macedonico (p. 368. Exc. Legat.) et iisdem paene verbis, ut satis appareat utrumque a Polybio accepisse. URSIN.

623. 68. *Προσέταξε δὲ τοῖς ὑπάτοις — ἀπαγορεύειν*] Haec ita Livius libro XLII. (cap. 48.) *Denuntiatum extemplo moenibus urbis Romae, Italia intra XXX. diem excederent*. In Diodori exemplari manuscripto ἀπαγορεύουσιν pro ἀπαγορεύειν, mendose, ut apparet, scriptum erat. URSIN.

623. 69. *Διαῤῥήδην ἀπαγορεύειν*] Censui fuisse ἀναγορεύειν hoc olim loco. Alioqui deerunt illa, quae consules in concione vetuisse perhibentur. Inspice Polyb. Leg. LXVIII. WESS.

624. 76. Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος etc.] Videndus hac de re Appianus in Syriaco (p. 212.) et Livius L. XLII. (cap. 29.) in quo scriptum est: *Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, et pueritiam regis, et inertiam tutorum spernens: et ambigendo de Coelesyria causam belli se habiturum existimabat* etc. *Ptolemaeus propter aetatem alieni etiamtum arbitrii erat: tutores et bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent Coelesyriam* etc. URSIN.

624. 78. Ἀμφισβητῶν ταύτης] Haec et superiora Suidas habet in Ἀμφισβητεῖν, perperam inter Polybii fragmenta a viris doctis relata. De re ipsa ne quid dicam, fecit H. Valesii diligentia, cuius notam vide p. 579. huius editionis. WESS.

624. 89. Καὶ περὶ τῆς — πειραθῆναι] Ita legendum. In exemplari enim abundat διὰ ante verbum πειραθῆναι neque διαπειραθῆναι necessarium est ut legatur. Locus autem sumptus est ex Polybio, quem imitatur etiam Livius, in fragmento LXXII. URSIN. Ego διαπειραθῆναι restitui suum in locum. Etsi enim plane necessarium non est, improbari haud debuit verbum, ab optimis scriptorum usurpatum. Imperaverat rex, omnia tentarent, quo bellum Persicum poneretur: quod et pro virili sua studuissent, ni M. Aemilius alia omnia eos docuisset, indicante Polybio Excerp. p. 1239. WESS.

624. 94. Ὅτι εἰς τὴν Ῥώμην — ἀπολογησόμενοι] Ita legendum, cum in exemplari corrupte sit ἀπολογησομένους. Livius L. XLV. (cap. 20.) *Inter multa Asiae Graeciaeque legationes, Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt* etc. *Purgatum civitatis crimina dicentes venisse* etc. Sumpsit autem haec Livius ex Polybii fragmento LXXXIV., unde et Diodorus accepit. URSIN.

624. 1. Ὡς δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν τις] Haec ad verbum fere, et quae sequuntur, ex Polybio descripta sunt, ut ex eius fragmentis (p. 1279.) apparet. Livius ibidem: *M. Iuventius Thalna, cuius inter cives et peregrinos iurisdictio erat, populum adversus Rhodios incitabat: rogationemque promulgaverat, ut Rhodiis bellum indiceretur* etc. URSIN.

624. 3. Ὥστε πένθιμον ἀναλαβεῖν ἐσθῆτα] Livius ibid. *Extemplo veste sordida sumpta domos principum cum precibus ac lacrymis circumibant, orantes* etc. Παραλιπεῖν pro παρακαλεῖν corrupte erat in exemplari. URSIN. Recte Ursinus. Fontem adeamus: ὥστε καὶ φαιὰ βαλεῖν (lege λαβεῖν, ut Ursinus coniecerat) ἱμάτια, καὶ κατὰ τὰς παρακλήσεις (mallem ἐντεύξεις, ut hic, scriptum esset) μηκέτι παρακαλεῖν, μηδ' ἀξιοῦν τοὺς φίλους, ἀλλὰ δεῖσθαι μετὰ δακρύων μηδὲν ἀνήκεστον etc. Sic Polybius p. 1280. WESS.

624. 8. Καὶ τὸν παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον etc.] Haec ex Polybio Diodorus, sed nimis concise: habet enim Po-

lybius in fragmento xciii. *καὶ τὸν στρατηγὸν τὸν παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον κατασπάσαντος ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, πρῶτον μὲν Φιλόφρων, μετὰ δὲ τοῦτον Ἀστυμήδης.* Ursin.

624. 17. *Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους* et reliq.] Ita legendum ex Polybio, a quo haec sumpta sunt. Ursin.

624. 18. *Συγχαρησόμενοι τοῖς γεγονόσι*] Innuit Ursinus, se nescio quid correxisse. Mallem liquidius indicasset. In Polybio Leg. xcvii. p. 1289. est *ἐπὶ τοῖς γεγονόσι*. Wess.

625. 26. *Ὅτι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους κ. λ.*] Haec ex Polybii fragmento xciii. sumpsit Diodorus. Ursin.

625. 28. *Ὑπόπτως γὰρ εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι* etc.] Haec aliter Polybius: *τῶν γὰρ πλείστων*, inquit, *Ῥωμαίων ἀπηλλωτριωμένων τῆς τοῦ βασιλέως Εὐμένους εὐνοίας, καὶ πεπεισμένων αὐτὸν πλάγιον ἐν τῷ πολέμῳ γεγονέναι, λαλοῦντα τῷ Περσεῖ* etc. Ursin.

625. 32. *Καὶ μάλιστα τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Προυσίου* etc.] Haec in exemplari mendose legebantur, quae a nobis emendata, videant docti, an Livianis illis in lib. XLV. (cap. 19.) lucem aliquam afferre possint. *Altera*, inquit Livius, *querimonia Gallici tumultus, Advertaeque gladiis regnum in dubium adductum esse* etc. Ursin. Id satis constat et hinc et ex Polybio, paullo ante hanc legationem magnam Eumenem cladem bello Gallico accepisse. Atque haec sola lux Livianis istis adfulget: nam *Advertae* nomen in mendo manet, varie a viris doctis, ut eorum commentarii docent, sollicitatum. Wess.

625. 38. *Προχειρισαμένη δὲ Γάϊον ἐξαπέστειλε*] Polybius habet *τοὺς δὲ περὶ τὸν Πόπλιον Λικίνιον ἐπεμψεν*. Ursin. *P. Licinium*, legationis eius principem, memoravit et Livius L. XLV. 34. Itaque aut error his inest, aut e legatis istis alium Diodorus indicavit. Ceterum verba illa *πρὸς ἕκαστον τῶν ἐγκαλουμένων, οὐ μόνον κ. λ.* partem faciunt Lexici Suidae in *Ἀπετρίψαντο*, quod L. Kustero latuit. Wess.

625. 44. *Ἀνάξιος γεγονὼς τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος*] Vide ad Exc. Peiresc. p. 580. et de hoc ipso Prusia Polybius Legat. xcvii. ubi *οὐδαμῶς γέγονεν ἄξιος τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος*. Suidas, forte ex eodem Polybio, *νωθρότερος ὑπάρχων τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος* in voce *Νωθρεία*. Adde Cl. Dukerum in Livii L. XLV. 44. Fuit revera Prusias hic abiectissimi et humillimi animi, neque dignus, cui regnum committeretur. Lege Appianum Mithrid. p. 297. Wess.

625. 51. *Καὶ πῖλεον ἔχων λευκὸν*] Locus notabilis ob pilei colorem, quem raso capite libertate donati sumebant, meritoque suo non praeteritus a Theoph. Raynaudo Tractat. de Pileo sect. 10. p. 1275. edit. Graevii. Quae vero de Prusia ex Polybio refert Diodorus, eadem Nicomedi Plutarchus attribuit Or. II. de

Fort. Alex. p. 326. B. Ὁ δὲ Νικομήδης, τὴν κεφαλὴν ξυράμενος καὶ πῖλεον ἐπιθέμενος, ἀπελεύθερον ἑαυτὸν Ῥωμαίων ἀνηγόρευσεν. Fortasse quod paterno exemplo eumdem habitum atque ornatum adscivisset: aderat enim parenti, Romanos turpiter adulanti, ut ex Livii L. XLV. 44. notum. Wess.

625. 52. Καὶ κάντιλον] In Polybio Leg. XCVII. καὶ καλικίους. pro quibus Ursinus καὶ καλίγας sicuti et hic malebat. Id quidem opus in Polybio non est, quamquam κάντιλον tolerari non potest. Καλλίκιον aut κάλτιον praestat. Solent Graeci Romanorum calceum varie scribere. Κάλτιον invenies in Plut. L. Paullo p. 257. C. καλτίκιον in eiusdem lib. de Tranq. An. p. 465. A. Wess.

625. 60. Χαίρετε θεοὶ σωτῆρες] Livium vide L. XLV. 44. et Dionem Cassium Leg. XXII. Wess.

626. 72. Ὅτι ἧκον πρεσβευταὶ εἰς Ῥώμην etc.] Haec ex Polybii fragmento CXVII. ad verbum paene descripsit Diodorus. Ursin.

Ibid. Παρά τε τοῦ νέου Πτολεμαίου] Inter Ptolemaeos, Philometorem et Physconem male conveniebat: gesta variante, ut solet, fortuna fuerant bella, quibus tandem positis Physconi Cyrene attributa est. Petiit deinde sibi Cyprum, et a Romanis, qui Philometorem, Aegypti regem, nimis convalescere nolebant, impetravit: hinc nova dissidia, quorum occasione hae legationes in urbem venerunt. Adeundus est Polyb. Leg. CXV. CXVI. CXVII. Wess.

626. 76. Ἐν ἡμέραις πέντε ταῖς πάσαις etc.] Polybius habet, ἐν πένθ᾽ ἡμέραις ἀποτρέχειν ἐκ τῆς Ῥώμης. Omnino melius ita: nam Macedonum legatis, Roma extemplo, *Italia intra trigesimum diem excederent*, ut inquit Livius (lib. XLII. 48.) *denuntiatum* est. Ursin.

626. 78. Καὶ τὴν συμμαχίαν ἀνελεῖν] Polybius habebat αἱρεῖν, ex quo nos ἀναιρεῖν fecimus. Ursin.

626. 85. Πρέσβεις παρεγένοντο παρὰ Ἀριαράθου] Videndus Polybius in fragmento CXXI., unde haec sumpsit Diodorus. Ursin. Confer cum his Eclog. 3. lib. XXXI. p. 518. et Exc. Peiresc. p. 584. Epitom. Livii XLVI. Wess.

626. 87. Τὴν ἔννοιαν] Praestat τὴν εὔνοιαν ex Polybio Leg. CIX. et CXXI. Wess.

626. 88. Ἔτι — ἀπόῤῥησιν τοῦ γάμου καὶ φιλίας etc.] Demetrius Soter, ut regnum adfinitate muniret, Ariarathae conditionem sororis obtulerat: nuptias istas Senatus Romanus inprobavit, eiusque imperio rex. *Itaque Ariarathi* Demetrius *propter fastiditas sororis nuptias infestus fratrem eius Orofernem — supplicem recepit, datumque sibi honestum belli titulum gratulatus, restituere eum in regnum statuit*, scribit Iustinus L. XXXV. 1., cui adiunge Exc. Peiresc. p. 588. huius ed. Wess.

626. 92. Καὶ τὰ μέγιστα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς νομιζομένων

etc.] Ea expressit Polybius (Leg. cxxi.) cum inquit, τόν τε σκήπωνα καὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον. Ursin.

626. 97. Ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον etc.] Haec a Polybio sumpsit Diodorus ex fragmento cxxii. Ursin.

626. 99. Καὶ τοὺς αἰτίους τοῦ κατὰ τὸν Ὀκταούιον φόνου] Ita legendum, cum mendose sit in exemplari τὰς αἰτίας. Polybius habet, ἅμα δὲ καὶ τὸν προσενέγκαντα τῷ Γναΐῳ τὰς χεῖρας ἄγοντες. Mox Ἰσοκράτην καὶ Λεπτίνην. Polybius modo Socratem, modo Isocratem nominat, parum constanti scriptura. Sed ex Diodori loco apparet Ἰσοκράτην legendum esse, non Σωκράτην: quod nomen irrepsit, ut opinor, culpa librarii. Ursin.

626. 4. Ἰσοκράτη καὶ Λεπτίνην] Cn. Octavium Laodiceae Leptines interfecerat, quam caedem Isocrates homo Grammaticus et mire garrulus iure factam fuisse defenderat: eam caussam utriusque dedendi docet Polybius Leg. cxx. et cxxii. Appianus Syr. p. 188. Wess.

626. 9. Ὅτι οἱ Κελτίβηρες μετὰ τὴν νίκην etc.] Videndus Polybius in fragmento cxli. unde sumpsit Diodorus. Ursin. Victoriam eam designat, quam Celtiberi de M. Fulvio Nobiliore reportaverant, descriptam ab Appiano Iber. p. 472. Miserunt dein ad M. Claudium Marcellum, pactique induciae facultatem Romam oratores mittendi inpetrarunt. Vide Polybium Leg. cxli. Wess.

627. 19. Ὅτι τῶν Ῥωμαίων στρατευσάντων etc.] Haec quoque ab eodem Polybio accepit Diodorus ex fragmento cxlii. Ursin.

627. 27. Ἱερὰ, τάφους] Ita emendavimus, cum ἱεροὺς τάφους esset in exemplari. Post pauca διὰ τούτων τῶν φιλανθρωπιῶν in exemplari δὲ pro διὰ male legebatur. Ursin.

627. 29. Διὰ τούτων τῶν φιλανθρωπιῶν] Suspicor τῶν φιλανθρώπων venisse a scriptore: solet quidem certe omnia humanitatis officia τὰ φιλάνθρωπα vocare L. XIII. 3. XVII. 103. XVIII. 67. atque alibi. Ipse Ursinus Leg. xiv. φιλανθρωπία recte in φιλάνθρωπα convertit. Wess.

627. 33. Ἐξέπεμψαν μετὰ πολλῆς οἰμωγῆς] Inspiciendus est Appianus Punic. p. 70., graphice eiulatum et conplorationem istam describens. Quod mox succedit de bello cum Asdrubale idem uberius declarat, p. 74. Nempe Asdrubali, belli adversus Masinissam gesti praecipuo auctori, mortis poenam irrogarant Carthaginienses. Hinc ille arma in patriam sumserat. Wess.

627. 45. Ὁ δὲ πρεσβύτερος τοῦ ὑπάτων Μανίλιος] In exemplari mendose erat Μαμίλιος. Fuit autem M' Manilius Consul cum L. Marcio, anno dciv. Paullo ante οἱ τὸν καταλειπόμενον habet liber manuscriptus, sed corrupte. Ursin.

627. 51. Διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχε] Vide ad L. XVII. 41. et Suidam in Διατροπή, ubi haec, quod diligentissimum Pearsonium minime fugit, exscribuntur. Wess.

627. 52. *Μόγις δὲ τῶν — ἀναψυξαμένων*] Citat hunc locum Suidas in voce *Βλάκων*, sed pro *μόγις* habet *μόλις* et ad oram libri pro *ἀναλεξαμένων* emendatum est *ἀναψυξαμένων*. Sed non video cur necesse fuerit ita emendare. Est enim *ἀναλεξαμένων*, *cum se collegissent*. Reliqua emendatiora sunt apud Suidam, quam in nostro exemplari. Ursin. Suidas non eo tantum loco, quem Ursinus indicavit, sed et in *Ἀναλεξάμενος* haec habet verba, constanter *ἀναλεξαμένων* scribens. Equidem et hoc non damno, ita vulgatum spernere non sustineo, cultum aeque. Notum Poëtae istud *ἀνέψυχεν φίλον ἦτορ*, de quo Eustath. in Il. *K.* p. 824. et aliud Euripidis Helen. v. 1100. *δὸς οἰκτρῶν ἐμοὶ ἀνάψυξον πόνων*. Tum *καιροὶ ἀναψύξεως* ex S. Lucae A. A. cap. III. 20. vim τοῦ *ἀναψύχεσθαι* et *ἀναψύχειν* in animo colligendo et reficiendo declarantia. Est tamen in Suidae et codicum concordia maius patrocinium *τῷ ἀναλεξαμένων*, quod et L. Kustero potius visum. Porro orationem, qua Romanos post inclementem istam de Carthagine evertenda sententiam compellavit *Blanno* sive *Blano*, Appianus Punic. p. 27. tribuit *Hannoni*, cui cognomen *Gillae*, quam recte nescio. Wess.

627. 55. *Διελέχθη παραστατικῶς*] Sic correxi pro *περιστατικῶς*, motus et Diodori indicio, qui L. XVIII. 22. *τὸ δεινὸν ὑπομένοντες παραστατικῶς*, et L. XX. 11. *παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμειναν*, et vocis usu, in animi fiducia trito, et Suidae auctoritate, ita citantis in *Παραστάται*. Habet ibidem, quae ex L. XX. 11. produxi verba, quorum neutra animadvertit postremus Suidae editor. Wess.

628. 61. *Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀμετάθετοι — ὄντες*] Hoc fragmentum ex Polybio deprompsit Diodorus. Statim pro *ὁπότ' οὖν* opinor legendum *ὅπου τ' οὖν*. Ursin.

628. 66. *Ἔφυγον ὁποσοῦν ἕκαστος ἐδύνατο*] Ita edidit Ursinus, at in notis *ὁπότ' οὖν*. unde ambiguum est, quid in scripto fuerit exemplari. Si *ὁποσοῦν*, quidni *ὅπως οὖν* refingas? Convenit paene Aeschyli Supplic. v. 843. *Σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν*, pro quo Aelianus frequentissime *ἢ ποδῶν εἶχον*. Vide de Animal. L. III. 21. VI. 41. X. 48. XIII. 14. Wess.

628. 69. *Τὰς δὲ ἑαυτῶν κεφαλὰς τύπτοντες*] Suidas, quod a L. Kustero non animadversum, haec in Lexicon suum addidit voc. *Ἐπιβοώμενοι*. Rem ipsam copiosius et elegantius exsequitur Appianus in Punic. p. 91. Wess.

628. 76. *Ὅτι οἱ τὴν Ἄραδον οἰκοῦντες*] Ex eodem Polybio hoc quoque fragmentum sumpsisse Diodorum, nemo dubitabit, qui in legendis Polybianis historiis paulo diligentius versatus fuerit. Mox de Ammonio videndus est Livius Epit. Libri 50. Ursin.

628. 80. *Ὁ δὲ Ἰσίδωρον αὐτοῖς ἀπέστειλε*] Mendosa erant

haec in manuscriptis, qui Ἰσίδωρον habet. Paullo post pro ἐλέῳ συγγενεῖ opinor scribendum ἐλέῳ συγγενείας. Ursin.

628. 85. Ἐν προτιμήσει — φερομένους] Non longe ab hoc genere abit istud Iosephi de Antiquit. L. XVI. 7. 6. Σαλώμη δὲ καὶ χεῖρον ἢ πάλαι φερομένη παρὰ τἀδελφῷ. Qui quidem Iosephus L. XIII. 4. 6. Ammonium, de quo Diodorus, regni sub Alexandro Bala praecipuum curatorem et regi parem, non praeterit. Wess.

628. 89. Παρὰ τούτοις] Malim παρ' αὐτοῖς. Wess.

628. 90. Ἱκετηρίαν κομίζοντας etc.] Excerpsit haec Suidas in Ἀφιδρύματα. et mox οἱ δὲ Ἀράδιοι ταῖς ψυχαῖς etc. in Ἀνηρτημένοι. atque hoc ex Iac. Gronovio animadvertit Kusterus, non idem prius. Ceterum cum hoc fragmento arte illud connecti oportere, quod Excerpt. Peiresc. p. 593. vulgatum est, ibidem monuimus. Wess.

629. 9. Καὶ Τερμήσιοι] Appianus in Hiberico (p. 535.) habet Τερμίσιοι, Livius in Epitoma lib. LIV. *Termestini.* Ursin.

Καὶ Τερμίσιοι] Conferri cum his debent, quae viri eruditi ad Livii istam Epitomam de Termestinis disputarunt, et Mariana Hist. Hispan. L. III. 6. Statim σάγους ἐννεακισχιλίους sive *nongenta saga*, civitati utrique imperata ait; quod tributi genus in Hispania aliisque gentibus haud insolens erat. Vide Appianum modo Iberic. p. 481. et Strabon. L. IV. p. 301. Wess.

629. 19. Καὶ παράστασις ψυχῆς etc.] Retulit et haec Suidas in Lexicon suum voc. Παράστασις. In Diodoro παράστημα ψυχῆς et παράστασις ψυχῆς haud rara sunt. Vid. not. in L. XVII. 99. Wess.

629. 21. Εἰ γυναικῶν τρόπον γυμνοφοροῦσιν] Ita emendavimus, cum γυμνάσουσιν corrupte esset in exemplari. Statim pro πατέρες μὲν υἱοῖς, liber manuscriptus mendose habet υἱούς. Ursin.

629. 31. Ὅτι Τρύφων ἐξ ἰδιώτου βασιλεὺς γεγονὼς] Hanc de Tryphone historiam sumpsit Diodorus ex Polybio, unde Appianus accepit in Syriaco (p. 213.) Extat Tryphonis aereum apud me numisma cum hac inscriptione, ΒΑCΙΛΕΩC ΤΡΥΦΩΝΟC. Livius in Epitoma Libri LV, *Alexandri filius, rex Syriae, decem annos admodum habens, a Diodoto, qui Trypho cognominabatur, tutore suo per fraudem occisus est: corruptis quidem medicis, qui, eum calculi dolore consumi apud populum mentiti, dum secant illum, occiderunt.* Ursin. Vulgarunt nummum Vaillant. Reg. Syr. p. 295. Haymius Thes. Britan. T. I. p. 75., inscriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, et, qui consuli meretur, Spanhemius Diss. VII. de usu Num. p. 443. Porro duobus locis haec citat Suidas et in voce Ἄγουσαν et Ἀνυσιτελές. Wess.

629. 37. Διὰ τὸ εὐοιώνιστον εἶναι] Livius L. XXII. cap. 37. de Hieronis regis aurea Victoria, Romanis dono data, ita

scribit: *Aurum et a civitatibus quibusdam allatum, gratia rei acceptа, non accepisse populum Romanum. Victoriam, omenque accipere, sedemque ei se Divae dare, dicare Capitolium, templum Iovis optimi maximi. In ea arce urbis Romae sacratam, volentem, propitiamque, firmam ac stabilem fore populo Romano.* URSIN.

629. 46. *Καὶ δωρεὰ — οὐ προσδεχομένη*] Fuisse arbitror δωρεὰς aut δῶρα — οὐ προσδεχομένην. Prudentissime vero Senatus.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα

Aiax Sophocleus ait. WESS.

629. 51. *Ὅτι ἧκον εἰς Ἀλεξάνδρειαν etc.*] Citat hoc fragmentum Suidas in voce *Γάζα*. De Ptolemaeo autem Euergete cognominato, videndus Livius in Epitoma libri LIX. URSIN.

Ibid. Οἱ περὶ τὸν Σκιπίωνα τὸν Ἀφρικανὸν] Legati fuerunt Scipio Africanus, Sp. Mummius et Metellus, teste Iustino L. XXXVIII. 8., inter comites vero Scipionis Posidonius, sicuti ipse scribit apud Athen. L. XII. p. 549., philosophus quoque Panaetius, de quo Plut. Apophtheg. p. 201. A. WESS.

630. 64. *Τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ βάρος*] Citantur haec verba a Suida in voce *Βάρος* sub nomine Polybii, e quo totum fragmentum accepisse Diodorum existimamus: alibi etiam usus est Polybius eadem voce, cum scribit (ibid. apud Suidam) *ἐπισημηνάμενος δὲ τοῦ Σικυῶνος τὴν ὀχυρότητα καὶ τὸ βάρος τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως, ἦλθεν εἰς Ἐπίδαυρον.* ut de hac lectione nullo modo videatur dubitandum; quamvis *βάθος* sit in exemplari pro *βάρος*. URSIN. Vide not in L. IV. 61. De Sybari Scymnus Chius v. *πόλις μεγάλη, βαρεῖα, πλουσία, καλή.* Citavit et Suidas horum partem in *Ἴδιον*, ubi L. Kusterus, ad Excerpta Hoeschelii lectorem amandans, inprudens peccat. Quae vero sequuntur de Nilo idem habet voce *Εὐκαιρία.* WESS.

630. 67. *Τό τε πλῆθος τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων*] Rege, quae scripta sunt L. I. 31. WESS.

630. 77. *Τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο*] Habet haec Suidas in *Ἀναγωγή.* Legatorum et Scipionis inprimis continentiam celebrant Valer. Max. L. IV. 3. 13. Plut. Apophthegm. p. 201. A. et Athen. L. VI. p. 273. WESS.

630. 6. *Ἁπάντων τεύξεσθαι τῶν φιλανθρωπιῶν*] Recurre ad Legat. XXVII. et Sallust. Bel. Iugurth. c. 104. WESS.

630. 9. *Ὑπακούσας ὁ Βόκχος, καὶ μεταπεμψάμενος etc.*] Corrupte legebantur haec in exemplari, nos autem emendavimus ex Sallustio et ex Livii Epitoma LXVI., in qua scriptum est: *Iugurtha pulsus a C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi Maurorum regis adiutus est, et caesis proelio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere,*

victus ab eo et traditus Mario est; in qua re praecipua opera L. Cornelii Sullae, Quaestoris Marii, fuit. Ursin.

631. 27. *Τοῦ δὲ ἀγῶνος ὄντος δημοσίου καὶ μεγάλου*] Sumsit hinc Suidas, quod L. Kusterus non animadvertit, in *Ἄσυλον Ἱερόν*. Res ipsa gesta videtur sub annum U. C. ıↄclii. Auctor enim Diodorus est, ereptum multitudinis concursu Saturninum in annum sequentem plebis tribunum iterum fuisse creatum. Wess.

631. 29. *Πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν πρ.*] Suidas in *Ἄσυλον ἱερὸν* exscribens non novit voces *πρὸς τὴν*, quas et ego necessarias haud opinor. Wess. in Add.

631. 40. *Βοηθῆσαι τοῖς ἀκληρήμασι*] Ita legendum ex Suida in voce *Ἀκλήρημα*. et supra: *ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἀκληρούντων ἔλεον*, ut nos emendavimus. Ursin. Suidas loco, quem Ursin. indicavit, his non utitur; solum *ἀκλήρημα* confirmans. Forte *ἀκλήρωμα* fuit, de quo supra nos ad Exc. Peiresc. p. 610. Bene tamen Ursinus, qui emendationem Suidae testimonio, haec ipsa producentis in *Ἐπιφυόμενος*, stabilire potuerat. Corrigamus eumdem voce *Συνέπεσε*, ubi nunc est *τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πιπτόντων* editum. Scripserat *πίπτων* ex Diodoro, uti vides. Wess.

Ibid. Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν ἐπεφαίνετο] Ita restituimus, cum esset in exemplari hic locus corruptus. Ursin. *Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτὸν ἀπεφαίνετο*] Vellem indicasset vir doctus exemplaris sui scripturam: apparuisset, credo, *ἐπεφαίνετο* non esse boni commatis. Quod ego revocavi, sermonis indoles probat et Suidas, haec in Lexici sui vocem *Καταστασιάζεσθαι* transscribens. Wess.

631. 52. *Ὅτι Μάρκος Ἀντώνιος*] In exemplari mendose erat *Λεύκιος Ἀντώνιος*. M. autem Antonium, Triumviri patrem, primum contra Cretenses rem gessisse, constat cum ex Appiani fragmentis (Legat. xxx.), tum ex aliis scriptoribus. Et Livius in Epitome lib. xcvii. ita de eo scribit: *M. Antonius praetor bellum adversus Cretenses parum prospere gestum morte sua finivit.* Ursin.

Ibid. Συνθέμενος πρὸς Κρῆτας εἰρήνην] De bello constat. Pax dubia est. Certe ea si coiit, precaria fuit, et ab Antonio impetrata, ut ex difficultatibus, in quas se immerserat, expedire se posset. Gessit enim id bellum infelicissime. Vid. Ciceron. L. III. Verr. c. 91. Ascon. ad Divinat. c. 17. et L. II. Verr. c. 3., Florum L. III. 7., et Appian. Legat. xxx. aliosque. Wess.

632. 62. *Καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν*] Correxi *δεκτικὴν φωνὴν*, quippe nihili, ut ego quidem arbitror. Vide ad Lib. XVII. 44. *Δεητικὰ πιττάκια* pro supplicibus libellis dabit Codinus de Origin. Constantinop. p. 16. ed. Venet. cum nota Lambecii. Wess.

632. 65. *Ἐμφρόνως ἀπολογησάμενοι*] Ita restituimus, cum *ὁμολογησάμενοι* esset in exemplari. URSIN.

632. 66. *Πρὸς τὴν ἡγεμονίαν*] Ita legendum. Usus est autem eadem voce in fragmento XXXI. in quo scriptum est *πρὸς εὔνοιαν τὴν ἡγεμονίαν ἐπηύξησαν*. URSIN.

632. 73. *Λέντουλος ὁ ἐπικαλούμενος Σπινθὴρ*] P. Cornelius Lentulus Spinther est, qui paucis post annis M. Ciceronis consulis omnium consiliorum particeps, periculorumque in re publica socius fuit, de quo in Oratione post Redit. ad Quirit. c. 7. WESS.

632. 77. *Πάντα τὰ πλοῖα ἕως τετρασκάλμου*] Ita emendavimus, cum in exemplari corrupte esset *τετρασκάλου*. Videndus de hac re Appianus in fragmentis (Leg. XXX.) et Dio, qui habet (Leg. XXXVIII.) *τάς τε ναῦς τὰς μείζους* etc. URSIN. Recte Ursinus, cuius emendationem certissimam praestat Suidas, his ipsis usus in *Τετρασκάλμου*. L. Kusterum id fugit, non item Barbeyracium Hist. Foeder. P. I. p. 434. WESS.

632. 87. *Ἀνίσειον τὰ πλήθη*] Confer cum his, quae adscripta sunt L. XIII. 91. p. 615., et Suidam in *Ἀνίσειον*, ubi haec repetita sunt, ut praeclare H. Valesius monuit in Praefat. Excerpt. Peiresc., et post eum L. Kusterus. WESS.

ANNOTATIONES
IN
FRAGMENTA.

633. 10. *Διὰ δὲ τὰς — ἀθανάτου τετυχηκότας τιμῆς*] Sic melius in Montacutii codice. Vulgo deerat *ἀθανάτου* vocabulum. Indicantur divini honores, qui Herculi, Baccho, Aristaeo ob merita sunt delati. Horatius L. II. Ep. I. 5.

Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux,
Post ingentia facta Deorum in templa recepti.

Auctor ipse L. III. 6. *καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τυχεῖν ἀθανάτου τιμῆς παρ' ἀνθρώποις.* et de Aenea L. VII. apud Syncellum p. 155. *καὶ τιμῶν ἔτυχε ἀθανάτων.* Adde Appianum Bel. Civil. L. III. p. 891. et Ciceronem L. II. de Nat. Deor. c. 24. Wess.

633. 27. *Καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πελαγίαις*] Vigerus edidit in Eusebio suo *πλαγίαις*, *obliquas* vertens, inprudenter. Quod sequor, legitur in hoc fragmento, uti publicatum est ab Hieron. Columna ad Ennium. *Νῆσοι πελάγιαι*, quae alto sunt in mari longe a continenti, uti ostensum ad L. IV. 77. fuit. Mox *ὧν μίαν ὑπάρχειν*, quod margini adscriptum erat, non omnino pravum est. Wess.

633. 35. *Ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις*] Vide, an fuerit *ἐν τῇ — βίβλῳ*. Leguntur enim L. V. 41. et seq, haec vero ex L. VI. fuisse excerpta, Eusebius testatur. Porro *ἱερὸν Διὸς Τριφυλίου* verum est, non *Τριφυλαίου*. Lege not. in cap. 42. libri quinti. Wess. *Ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις* noli mutare. Oblitus erat Wesselingius quorum legerat l. V. c. 35. *εἴρηται μὲν οὖν ἡμῖν καὶ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἐν ταῖς περὶ Ἡρακλέους πράξεσιν*, quae respiciunt l. IV. c. 19., et l. XX. c. 37. *προδεδηλωκότες ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις*, quae referuntur ad XIX. 67.

634. 47. *Πᾶνα καὶ Κρόνον*] De Pane veterum Theologiam mire variasse constat. Hic *Τιτᾶνα* praestat. Audi Euhemerum ex Ennii versione apud Lactantium Institut. Divin. L. I. 14. *Exin Saturnus uxorem ducit Opem. Titan, qui maior natu erat, postulat, ut ipse regnaret. Ibi Vesta mater eorum, et so-*

rores, *Ceres atque Opis*, *suadent Saturno*, *ut de regno concedat fratri.* Habes hic Urani uxorem et liberos, de Pane nihil. Wess.

634. 52. *Κουρῆτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης*] Respice not. in L. III. 61. Wess.

634. 58. *Πρὸς τὸν τότε δυνάστην Κάσσιον*] *Κάσιον* rectius scripseris. Vid. Wolfium ad Theophilum L. I. ad Autolyc. p. 44. Narraverat Euhemerus Iovis artes, quibus divinitatis famam sibi conciliarat: terras enim circumiens, reges principesque populorum hospitio sibi et amicitia copulaverat: et a quoque digressus, iusserat sibi fanum hospitis sui nomine creari. Sic Iovi Atabyrio, Labrandaeo, Casio et eiusmodi aliis titulis templa fuisse constituta, apud Lactantium Instit. L. I. 22. Huc pertinent Diodori verba. Quod vero H. Columna et viri docti ad Lactantium *Casium* prope Aegyptum intelligunt, id Diodori verba non permittunt. *Casius*, non longe ab Antiochia, Casio Iovi sacer, de quo H. Valesius ad Ammian. L. XXII. 14. et Salmasius in Solin. p. 436. indicatur. Wess.

634. 76. *Ὅτι ἄνθρωποι γεγόνασιν οἱ θεοὶ*] Formata haec videntur ex superiore fragmento similibusve aliis Diodori locis. Vide L. I. 13. Scribe vero, ut oratio constet et sententia, *ὡς νομίζοντες δι' εὐεργεσίαν ἀθανάτους, θεοὺς προσηγόρευον.* et in fine *ἀγνοίᾳ πλανηθέντες.* Wess.

634. 86. *Τιτᾶνας εἶναι πρότερον*] Non longe hinc abit Ptolemaeus Hephaestion L. V. p. 324. ed. Gal. *ΓΙΓΑΝΤΕΣ ἦσαν, καὶ μόνοι ΓΙΓΑΝΤΩΝ συνεμάχουν τοῖς θεοῖς κατὰ τῶν ἀδελφῶν.* Genus utriusque exsequitur G. Barthius ad Statii Theb. VI. 466. Wess.

634. 90. *Καὶ εἶναι τούτους τοὺς τῷ Πηλεῖ δοθέντας*] Euripidis Rhes. v. 187.

Δίδωσι δ' αὐτοὺς πωλοδαμνήσας ἄναξ
Πηλεῖ Ποσειδῶν, ὡς λέγουσι, πόντιος.

ubi Ios. Barnes. huius loci haud est oblitus. Wess.

635. 99. Hoc munere — honoratum] De bello Iovem inter et Titanas nonnulla Diodorus L. III. 61. 62.; nihil de corona. Itaque Tertulliani verba ad hunc librum pertinere censui. Wess.

635. 6. *Ἔτη φμθ'.*] In annorum hoc numero consentit Cedrenus Conpend. p. 66. At Eusebius ex Chronographo Castore defecisse Argivorum regnum ait, postquam stetisset annis DXLIV., non magno in rebus adeo antiquis discrimine. Id vero absurdum, quod Cedrenus una cum Io. Malala adfirmat, ab Argivis regnum transiisse ad Sicyonios. Atqui Mycenas translatum est, ubi Perseus, Sthenelus, pluresque alii imperarunt. Vide Scaligerum Isagog. Can. L. II. p. 159. Wess.

635. 15. *Πλὴν Ἀρκάδων*] Eadem Herodotus L. II. 171. Caussa repeti debet ex prudenti Cypseli Arcadum regis consilio,

quo Cresphontem, Aristomachi filium, affinitate sibi coniunxit apud Pausan. L. VIII. 5. Wess.

635. 19. *Διεπέμψαντο πρὸς τὸν Ἀλήτην*] Hippotae filium, Phylantis nepotem, Antiochi pronepotem, Herculis abnepotem. Qua vero ratione Corintho sit potitus, inter veteres controvertitur. Vide Pausan. L. II. 4. Conon. Narrat. XXVI. et scholia in Pindari Olympion. Od. XIII. Id certum ab eo Corinthios *Ἀλητιάδας* Callimacho, *παῖδας Ἀλάτα* Pindaro fuisse dictos. Lege viros doctos ad Velleium Paterc. L. I. 3. Wess.

635. 24. *Ἥτις τῆς καθόδου — ὑστερεῖ ἔτεσι υμζ.*] Suspecti numeri sunt, quod regum Prytanumque anni non respondeant. Quin Syncellus, cui hoc fragmentum debemus, laterculo Corinthiorum regum et annuorum magistratuum distincte subiecit *ὁμοῦ υιζ*. quos propterea CCCCXVII. annos Iac. Goar et hic restituendos adfirmat. Ego vero eum non sequor. Nam tametsi regum Prytanumque catalogus tot annos non consummet, servari tamen debent, tum ob codicum consensum, tum maxime quod tot anni requirantur ad explendum temporis intervallum inter Heraclidarum reditum et Cypseli initia. D. Petavius aliud commentus est L. IX. Doct. Temp. cap. 33., additque in numerum tyrannidis Cypseli annum ultimum, ut anni *υμζ*. retineri possint. At id quidem, uti I. Goar probe monuit, verba Diodori non permittunt, neque necessarium est. Wess.

635. 27. *Μετὰ δὲ τούτους Προῦμνις*] Legebatur *Προύμνης* et *Βάκχης*. Utrumque correxi fretus auctoritate Pausaniae L. II. 4. *Ἀλήτης — καὶ οἱ ἀπόγονοι βασιλεύουσιν ἐς μὲν ΒΑΚΧΙΝ τὸν ΠΡΟΥΜΝΙΔΟΣ ἐπὶ γενεὰς πέντε*. et Eusebii in Chronico. Wess.

635. 30. *Ἀλλὰ Βακχίδας προσαγορεύεσθαι*] Sic et infra *οἱ δ' ἀπὸ Ἡρακλέους Βακχίδαι*. Apud alios *Βακχιάδαι*. Utrumque bonum et probum est. Vid. Sylburgium ad Dionysium Halic. L. III. p. 184. et in Pausan. L. V. 17. p. 419. Porro Aristomedes pater Telestae apud Pausan. L. II. 4. *Aristodemus* est, sicuti etiam in Eusebiano Chronico. Wess.

635. 44. *Ἐπὶ ἔτη ἐννενήκοντα*] Totidem annos in laterculo regum Corinthi Prytanibus Bacchiadis tribuit Syncellus, nec illi tamen abunde censentur ad explendam annorum CCCCXLVII. quam inter reditum Heraclidarum et Cypseli initia supra posuit, summam. Quam ob caussam Illust. Scaliger Isagogic. L. III. p. 334., nihil admodum dissentiente Petavio Doct. Temp. L. IX. 33., Diodorum prochronismo annorum ferme XXX. aberrasse censuit. Aliud in mentem Marshamo venit, XC. Prytanum annos mordicus retinenti, sed regem unum apud Diodorum desiderari, qui ante Bacchin regnaverit annos circiter XXX. arbitrato in Canone suo p. 564. A quo, si in partes eundum sit, non magnopere dissentio. Prytanum annos, ut eos in Diodoro invenit Syncellus, servo:

Aletae, primi Corinthiorum ex Heraclidis regis, initia paullo serius colloco, et xxx. ferme annis post Heraclidarum in Peloponnesum reditum. Qua in re consentaneum habeo veterem Grammaticum Didymum: *Δίδυμος δέ φησι τὸν Ἀλήτην*, scribunt Critici ad Olymp. Od. XIII. Pindari, *μὴ οἰκιστὴν τῆς Κορίνθου γεγονέναι, ἀλλὰ βασιλέα, ἔτει ΤΡΙΑΚΟΣΤΩι μετὰ τὴν τῶν Δωριέων ἄφιξιν.* Qui quidem huic rei graves auctores habuisse videtur. Convenit certe bene, quod de Hippota ob Carni caedem exsulante et natalibus Aletae proditum a Conone est Narrat. xxvi. Neque dissentire videtur Diodorus, clarissime, ut ego quidem puto, significans, post Heraclidarum reditum, divisa iam et occupata Peloponneso, arcessitum fuisse Aleten ad Corinthi possessionem adeundam. Atque ita illos xxx. annos eruimus, qui doctissimis viris tantum molestiae creaverunt, videmusque Eusebium et Chronographorum plures in errore versari, cum Corinthum eodem tempore ab Alete occupatam docent, quo Heraclidae in Peloponnesum reverterunt. Id ut quaeram, restat, rectene Diodorus de Prytane Corinthio ὅς τοῦ βασιλέως εἶχε τάξιν scripserit? Dubitare Illustris videtur Scaliger: *si ut vult Diodorus*, inquit, *loco regis fuisset*, *id est ἀνυπεύθυνος*, *non dubium est*, *quin ipse pede semel in possessionem misso*, *stationem illam nunquam deserturus fuerit.* Nescio an iniuria. Prytanes vicem regum fungebantur. Id enim est ἔχειν aut ἐκπληρῶσαι τάξιν τινός. Hierocles apud Stobaeum Serm. LXXXIII. p. 590. *γένοιτο γὰρ ἄν ποτε καὶ γυναικὶ — τὴν τοῦ οἰκοδεσπότου τάξιν ἐκπληρῶσαι.* Philo Iud. in Flacc. p. 979. *καὶ πέμψω, καθάπερ αἰτεῖσθε, ἢ πρεσβευτοῦ τάξιν ἐκπλήσω.* Reges ipsi ἀνυπεύθυνοι, ut vix ulli legitimis in regnis apud veteres, fuisse non videntur. Et si fuerint, recte tamen Prytanis τοῦ βασιλέως τάξιν habuisse dicetur, eius munera belli pacisque tempore obiens, prorsus ut Romae Consules τοῦ βασιλέως τάξιν εἶχον, etsi minime forent ἀνυπεύθυνοι. *Omnia iura* (regum), *omnia insignia primi consules tenuere* dicit Livius L. II. 1. Sed desino. Vide tamen et Ezech. Spanhemium de Vesta et Prytanib. p. 700. ed. Graev. Wess.

Ibid. *Κυψέλλον*] *Κύψελος* ab omnibus scribitur et rectius. Vide Pausan. L. V. 17. et de tyrannidis eius filiique Periandri universo tempore Philosophum Politic. L. V. 12. Wess.

636. 52. *Τὸν Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον*] Sic praestat. In Parisina editione *τὸν Μινυὸν* scribebatur, Wolfius *τὸν Μινυεῖον*. Tu vide, quae adscripta sunt L. IV. 18. p. 265. Wess.

636. 54. *Ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως*] Regem Atheniensium *Munychum*, Panteuclis filium, ex eodem Hellanico memorat Harpocration, eumque secutus Suidas, in *Μουνυχία*. Alii Demophontem illi patrem dant, de quibus I. Meursius de Regib. Athen. L. III. 8. Wess.

636. 66. *Ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντα*] Tangit

huius opinionis auctores Dionysius Halicarnassensis Ant. Rom. L. I. p. 59. et Festus in Roma. Wess.

636. 72. *Ἔτεσι πλείω τῶν ν'. καὶ λ'.*] Id verum esse, ex illis cognosces, quae auctor ex Apollodoro de temporis intervallo inter Troianum bellum et primam Olympiadem docuit L. I. 5. Quod vero initia urbis Romae ad annum II. Olympiadis VII. refert, istud Polybio, eius opinionis principi, debet. Vide Dionysium L. I. Rom. A. p. 60. et H. Dodwellum Dissert. X. de Cyclis p. 558. Wess.

636. 78. *Τοῦ τότε μὲν Ἄλβα καλουμένου*] Non dubito, quin Syncellus bona fide Diodorum exscripserit: constat certe sibi, quando p. 147. de rege Albanorum Tiberino, sive ut ipse scribit, Tiberio, *ἀφ' οὗ ποταμὸς Τίβερις προσηγορεύθη, ὁ πρὶν ἈΛΒΑΣ καλούμενος.* Miranda ergo Abr. Berkelii confidentia est, ad Stephani verba, *ἔστι καὶ ποταμὸς ἈΛΒΑΣ, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις*, scribentis: *nemo aut Graecorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine insignivit: quare cum Cluverio legendum existimo, ἔστι καὶ ποταμὸς Ἀλβούλας* etc. Quis enim hoc probet? Conspirant, uti Berkelius fatetur, in nominis eius scriptura libri omnes. Eustathius ad Dionysii Perieges. v. 350. idem habet, certe in manu exaratis libris. Accedunt Diodorus et Syncellus. Scio plerosque omnes Latinos ALBULAM malle, quod tamen diminutivum, ALBAM non plane absurdum esse, utique indicat. Id vero unde Diodorus acceperit, Albam Longam a Tiberi, cui tum Albae nomen, fuisse cognominatam, nescio; praesertim cum urbs illi fluvio non accubaret, stadiis ferme CXX. teste Dionysio R. Ant. L. I. p. 65., ab eo disiuncta. Wess.

636. 80. *Φάβιος, ὁ τὰς* etc.] Q. Fabium Pictorem esse, nemo ignorat. Mox edebatur *φησὶ γὰρ Αἰνείαν*, absurdissime. Helenus ad Aeneam Aeneid. III. 389.

Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum foetus enixa, iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit. — —

Praeferrem quoque post pauca *καθηγήσεσθαι.* Wess.

636. 83. *Μέλλοντος αὐτοῦ θύειν* etc.] In Syncello *μέλλοντες* · quod mutavi. Videntur praeterea post *λευκὴν* ad sententiam pleniorem nonnulla desiderari. Alioqui scribendum *ὗν — λευκὴν ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν* etc. Wess.

637. 88. *Οἰκῆσαι τὸν τόπον*] *Οἰκίσαι* scriptum fuit, quod solito sibi more librarii mutarunt. Vid. ad L. XV. 66., et de ipsa hac re, parum tamen dissentientem, Aur. Victorem Orig. Gent. Rom. c. 11. Wess.

637. 99. *Τοῦ Ἀριστοδαμίδα*] Apud Syncellum *Ἀριστοδαμιδάδου*. Scaliger, quem sequimur, rectius in fragmentis Eu-

-uib additis. Satyrus in Theophilo L. II. ad Autol. p. 96. *Ἀριστομίδαν* vocat, neque ille bene. Ex *Ἀριστοδήμῳ* sive *Ἀριστοδάμῳ* nascitur *Ἀριστοδαμίδας*. Porro *Κάρανος Φείδωνος* Phidonis est frater, de qua ellipsi ad L. IV. 68. commentari memini. Wess.

Ibid. Τοῦ Μέροπος] Hunc Satyrus ignorat, eius loco *Acoum* ponens, cui pater fuerit *Thestius*, avus *Maron*, proavus *Cisus*. E quibus Thestium et Cisum, sive *Κεῖσον* et *Θέστιον*, rectius scribit, ut ex Pausania L. II. 19. 26. notum est: perperam vero Syncellus negligit *Maronem*. Caranus enim *ἑνδέκατος ἦν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους καὶ ἕβδομος ἀπὸ τοῦ Τημένου*, sicuti ipse ait p. 158. et p. 209., et Syncello longe antiquior marmoris Parii auctor, de Phidone locutus. Atqui nec undecimus ab Hercule, neque septimus a Temeno esse poterit, nisi si in seriem maiorum eius Maronem istum addideris. Novi Velleii Paterculi verba ex L. I. 6. *Caranus — sextus decimus ab Hercule.* Sed ea non moror, quippe prava et hinc instauranda. Wess.

637. 2. *Τοῦ Κλεοδάτους*] Scribe *Κλεοδαίου*, et vide adscripta L. IV. 31. De sequenti maiorum Carani serie nihil habeo, quod admoneam, nisi in Veneta Syncelli editione, ut plurima alia, longe corruptissimam esse. Wess.

637. 11. *Μετὰ ταῦθ' ὁ μὲν βασιλεὺς* etc.] Illustre hoc Diodori fragmentum publicarat H. Stephanus, praescripto indice, *ἀνωνύμου τινὸς περὶ δύο ἀνδρῶν ἀριστευσάντων ἐν πολέμῳ καὶ ἀγωνιζομένων περὶ πρωτείων*, quasi declamatio quaedam esset Rhetoris incerti. Nihil certe Stephanus de eius auctore, aut unde id habuerit, addere dignatus est. Gloria detecti scriptoris, e cuius libris decerptum fuit, debetur Isaaco Vossio, de quo sic pater eius in Addendis Libro II. Hist. Graecor. p. 519. „Item fragmentum de Cleonnide et Aristomene, quod una cum nonnullis Polemonis et Himerii (p. 20.) edidit Henricus Stephanus. Sed nesciebat, esse Diodori: cui tribuitur in Florentino Codice Bibliothecae Mediceae, unde in peregrinatione sua exscripsit filius meus Isaacus, ignarus tum, iam Stephani praelo prodiisse." Latuit deinde post id Vossii indicium in obscuro, donec ante hos ferme xxx. annos vir eruditissimus L. Boivinius id cura sua dignum censeret et Commentariis Academiae regiae Inscriptionum T. III. p. 106. utroque sermone descriptum insereret: cuius ut praedicanda est opera, ita nullus negligere debeo, in Vaticanae Bibliothecae Codice MCCCXLV., sed minoris formae, idem fragmentum Diodoro tribui praeposito titulo *περὶ δύο ἀνδρῶν ἀριστευσάντων κ. λ.*, uti apud Stephanum, idque mihi indicatum esse a Celeb. Assemano. Wess. Conf. Mai. praef. ad Exc. Vat. p. IV. ed. Lips.

637. 15. *Ὁ γὰρ Κλέοννις ὑπερασπίσας τὸν βασιλέα*] Regem istum, Cleonnidque et totam fragmenti huius scenam, dexterrime patefecit Cl. L. Boivinius. Bellum gerebatur Messeniacum I.

Imperabat Messeniis rex Euphaes. Committitur pugna, qua Euphaes audacius atque ardentius, quam regem decebat, in cohortem Theopompi, regis Spartani, invectus, vulnera multa et letalia accipit. Incrudescit certamen, Messeniis pro rege suo fortissime consistentibus, Spartanis eumdem iam iam capturis. Tum Cleonnis Euphai patriaeque egregiam operam navavit, irruentesque hostes et repellens et conficiens, nec minorem Aristomenes, ipsum etiam Cleonnin, multis vulneribus fractum, e praelio auferens. Praelii meminit Pausanias L. IV. 10., Cleonnin ibidem et saepe alias memorans, de Aristomene tamen c. 6. p. 294. dissentiens. Wess.

638. 44. Ὁπότερος ἐν ἀριθμῷ τῶν ἀναιρ. προτερεῖ] Dixit Diodorus προτερεῖν ἐν ταῖς εὐκινησίαις ἐν τοῖς διωγμοῖς L. III. 49., quod probare non potui.] Haec videntur auxilium illis ferre apta esse et acconmodata: nec muto tamen sententiam. Ibi repetita praepositio ingratissima accidit, quae hic abundantia quadam sermonis tueri sese poterit. Wess.

638. 67. Παραλαβὼν ἐν μέρει τὸν λόγον Ἀριστομένης] In Messeniacis Aristomenis illustre nomen est, dubium tamen utrius belli tempore vixerit, prioris an posterioris? Diodorus L. XV. 66. posteriore bello Messeniis praefuisse indicat, nec defuisse tamen, qui τὸν Ἀριστομένη γεγονέναι φασὶ κατὰ τὸν εἰκοσαετῆ πόλεμον, i. e. bello priore Messeniaco. In his certe nomen profitebatur *Myron Prienensis*, rerum eo bello gestarum scriptor. Is Aristomenem historiae suae, teste Pausania L. IV. 6., inseruit, factaque eius descripsit. Non id quidem Pausaniae placet, falsum arbitrato *Myronem*, sed caussis parum probantibus, ut bene doctissimus L. Boivinius. Duo fuerunt Aristomenes, uterque in Messeniorum contra Spartanos bellis illustrissimus, alter posteriore, priore alter bello. Hic una cum Cleonnide regem Euphaem protexit, atque etiam de virtutis praemio contendit. Quin Theopompum deinde Spartanorum regem occidit, eodem Myrone auctore. Negat id iterum et Myroni obloquitur Pausanias, poetamque advocat Tyrtaeum, qui tamen nihil de Theopompi morte: Messenes duntaxat agrum ab eo occupatum canit, ut optime vir eruditissimus monuit, de belli prioris fine tacens. Myroni vero adsentitur Clemens Alex. Protrept. p. 36., nec longe abit Plutarchus, si eidem L. Boivinio fides, in Romulo p. 33. D., iactantiam Messeniorum perstringens, qua de Aristomene magnifice gloriabantur, ὡς τρὶς ἑκατομφόνια θύσειεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων, i. e., uti volunt, trecentas eum victimas ex Lacedaemoniis immolasse: prodidit autem Clemens Aristomenem trecentos Spartanorum, inque his Theopompum, Iovi Ithomatae mactasse. Verum istud conclusionis genus mihi quidem satis iustum non videtur. Adsumitur enim pro vero, centum victimas humanas ἑκατομφόνια esse; quam ego rem veterum auctoritate munitam vellem. Quis enim id de-

cuit. : Non certe Plut. eo loco, neque in VII. Sap. Conv. p. 159. E., neque Sympos. L. IV. 1., nedum Fulgentius de Serm. Antiq. in *Nefrendes*, aut Pausanias L. IV. 19. Imo vero clarissime ostendunt, ἑκατομφόνια illos Messeniorum Iovi Ithomatae celebrasse, ὁπόσοι πολεμίους ἄνδρας κατεργάσαιντο ἑκατόν, *qui in pugna hostes centum confecissent.* Non ergo hostes ipsi mactabantur, cum ἑκατομφόνια ederentur. Adde in Plut. Symposio δειπνῆσαι ἑκατομφόνια legi: quod de humanis victimis absurdissimum, non item aliis, quae ob caesos hostes iugulabantur. Mitto nunc, tria illa ἑκατόμφόνια, de quibus Plutarchus, diligenter a Pausania describi atque Aristomenis, qui Messeniaco II. bello gestis inclaruit rebus, gloriae contribui L. IV. 19. p. 326. Istud itaque decus, modo veri fidem non superiecerint Messenii, Aristomeni II. relinquamus. Noster priore bello egregiam laudem, optimum istum virtutis fructum, abstulit, obscuratus deinde, ut fieri solet, Rhiani Benaei versibus, in quibus sicuti in Homeri Iliade Achilles, Aristomenes II. τὰ πάντα erat, teste Pausania ib. c. 6. Wess.

639. 94. *Καὶ τοῦ σώματος ἐποιούμην πρόνοιαν*] Contendit cum his Cl. Christoph. Wollius verba S. Paulli ex Ep. ad Roman. c. XIII. 14. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας Dissert. de Verb. Med. p. 194. neque male profecto. At quae continuo ibi adduntur de libris Diodori, qua deperditis, qua superstitibus ex tanta strage, ea aliud agenti excidisse, credibile fit. Wess.

639. 95. *Ἐν αὐτῷ θυμομαχεῖν*] Mallem ἐν αὐτῷ τῷ θυμοῦ. Vide L. XVII. 34. Scribe etiam mox παρορασθεὶς τόθ' ὑφ' ἡμῶν ex nexu sermonis. Wess.

639. 17. *Τῷ γένει Μηθυμναῖος*] Clementi Alexandrino Stromat. L. I. p. 365. et Apostolio Cent. XII. 70. *Ἀντισσαῖος* est eadem ex Lesbo. Variatum tamen eius in patria fuisse, ex Suida in *Τέρπανδρος* constat. Par discordia de eius, qua vixerit, aetate, apud Clementem ibid. p. 397., cui Plutarchum de Music. p. 1132. adiunge. Wess.

639. 21. *Αὐτοὺς πάλιν συνήρμοσε*] Instauratae huius concordiae meminerunt paroemiarum collectores Zenobius V. 9. et Suidas in *Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.* Eius vero caussa Terpandri lyram, septem chordis instructam, nomos aliaque eiusdem inpense deinceps probasse Spartanos, copiose docetur a viro doctissimo ad Oxon. Marm. p. 198. Wess.

640. 31. *Ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσιν*] Confer Io. Meursium in Solon. c. 13. Draco Atheniensibus leges scripsit sub Olymp. XXXIX. teste Suida in *Δράκων* pluribusque aliis. Solon, cum Draconis leges ob asperrimas delictorum poenas displicerent, alias rogavit circa annum III. Olymp. XLVI., apud Diogenem Laert. L. I. 62. Quod spatium cum anni isti XLVII. exsuperent, mendosi videri possent, nisi nobis in ambiguo nunc esset, deperdita

Bibliothecae Diodori ea parte, quomodo scriptum fuerit, ante Solonem annis XLVII. fuisse Draconem: potest enim id vario modo verum perhiberi. WESS.

640. 38. *Οὐρανοῦ ῥάχιν*] Non insolens ῥάχις est de montis dorso in Polybio L. V. 69. atque aliis. An vero *summum Peninum*, cui a S. Bernhardo nunc nomen est, an *summam Alpem* Itinerarii Antonini intellexerit Diodorus, ad finiendum prorsus est difficile. Vide, si tanti est, Ios. Simlerum Commentar. de Alpibus p. 87. et p. 96. WESS.

640. 45. *Ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας*] Confundit Palladium, quod ad Ilium e coelo delapsum fingunt apud Apollodorum Biblioth. L. III. 11. 2., et Magnae Matris ἄγαλμα διοπετὲς, cui Pesinunte Romam delato sacra stato tempore fiebant, referente Herodiano et Ammiano Marcellino L. XXII. 9. Id Pesinunte ex coelo decidisse, urbique nomen fecisse perhibebant. Vide Nostri L. III. 59. et L. XXXVI. Eclog. 2. p. 537. WESS.

640. 51. *Τὴν Νεάπολιν ὑφ' Ἡρακλέους — κτισθῆναι*] Miror Diodorum nihil huius indicasse L. IV. 22., ubi Herculis prope Puteolos et Misenum praeclarum opus descripsit. Ph. Cluverio res quoque credibilis non est L. IV. Ital. Ant. p. 1147., ut nec Iul. Caes. Capacio Hist. Neapol. L. I. 3. WESS.

640. 58. *Σικελῶν καὶ Σικανῶν*] Respicit, puto L. V. 6. Habes etiam coniunctos Σικελοὺς καὶ Σικανοὺς L. XIII. 59. Quem quidem locum si in animo Eustathius habuit, scripsit παρά τε Σικελῶν, ut Diodorus. WESS.

640. 74. *Ὁ Σικελὸς Διόδωρος γράφει*] Memoria hic Tzetzen destituisse videtur. Pausanias est, qui de Polydamante haec omnia memoriae prodidit L. VI. 5. atque ex eo Suidas in *Πολυδάμας*. WESS. Immo v. Mai. ad Exc. Vat. p. 22. ed. Lips.

641. 82. *Ἀντιφῶντα Φύλου*] Scribi debere Σωφίλου, viri docti dudum docuerunt, sicuti et Antiphontem artem rhetoricam magis excultam reliquisse, primumque ob defensum alterius negotium mercedem accepisse. Vide praeter ceteros Io. Alb. Fabricium Biblioth. Graec. L. II. 26. WESS.

641. 89. *Τοῦ Αὐδολέοντος Παιόνων βασιλέως*] Non obscurum in Lysimachi gestis rebus Autoleontis, Paeonum regis, nomen est. Fieri ergo potuit, ut Xermodigestus iste Lysimacho regis et amici sui thesauros prodiderit. Vid. L. XX. 19. WESS.

641. 94. *Τοὺς Σαργεντίου ποταμοῦ* etc.] Vereor, ut hic fida Tzetzae fuerit memoria. Constat Decebalum, Dacorum regem, Sargetiam flumen aliorsum abduxisse, abditisque captivorum opera et in fundum demersis thesauris suis, idem in priorem alveum derivasse, omnesque eos interfecisse, quorum opera ad eam rem fuerat usus. Dio et Xiphilinus, quos illustrat R. Fabrettus Syntagm. de Columna Trai. c. 8. p. 235., testes sunt; sed quid eos advoco? Tzetzes ipse Chil. II. v. 61. de Decebalo:

Πρὸς Ἀργεντίαν ποταμὸν τοὺς θησαύρους συγκρύπτων. ubi si *Σαργεντίαν*, ut oportet, scripseris, idem habebis flumen. Ergone quod Traiani aetate conmentus est Decebalus, tempore Lysimachi factum etiam ab Autoleonte dicemus? Praeterea Autoleontem in intima Dacia regni sui sedem habuisse? Utrumque verissimum erit, si memoria Tzetzen non destituit, de qua ego re dubito. Wess.

641. 3. *Ἀδελφὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου*] Ptolemaeum Ceraunum intellige, cuius fratrem fuisse Meleagrum, testis locuples est Porphyrius in Scaligeri Excerptis. Firmat Georgius noster, Ptolemaeum istum *τὸν Λάγου* passim adpellans. Vid. p. 215. Wess.

641. 8. *Ἔτη τρία κατὰ τὸν Διόδωρον*] Haec vero prorsus consentire dubites. Vide regum horum successionem. Ptolemaeus Ceraunus, cum per integrum annum et quinque menses Macedoniam administrasset, a Gallis occisus est: successit Meleager, quem, quod regno indignus esset, post duos menses eiusdem possessione Macedones deiecerunt. Tum Antipater lectus, cui post XLV. dies, nam in Syncello p. 215. pessime legitur *μετὰ πέντε ἡμέρας*, regnum eripit Sosthenes, illi dein in duos annos praepositus. Haec Porphyrius in Excerptis Scaligeri, non multum Syncello dissentiente: Dices mensium rationem a Diodoro non fuisse habitam: quod verum esse posset, ni de Alexandro, Cassandri, ut puto, filio, et Pyrrho itidem memorasset; quorum regni spatium si in summam, uti oportet, accedat, tribus annis amplius exsurget. Ergone *ἔτη τέσσαρα* scriptum fuit? Sic putarem, nisi Eusebius Ptolemaei Cerauni regnum mensibus IX. circumscripsisset. Wess.

641. 14. *Κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιβʹ*] Totidem annos Antigoni Dosonis regno dedit Porphyrius, sed melior Diodori sententia, et temporum ordini congruentior, docente doctissimo Ruperto ad Besoldum p. 250. Wess.

641. 20. *Κατὰ τούτους ἤρξαντο τοὺς χρόνους*] Atqui Cappadocum regnum Punico I. bello, huc enim pleraque pertinent, quae ibi Georgius monachus, multis annis prius est. Nec absurda tamen haec videbuntur, modo considerare velis, quae ad Eclog. 3. L. XXXI. p. 517. notata sunt. Wess.

641. 25. *Ἀσδρούβαλ βασιλεὺς*] Lege adscripta L. XIII. 43. Dedi autem his locum inter Diodori fragmenta, tametsi in fine *Dionysius Siculus* memoretur. Iusta enim suspicio videtur doctissimi Xylandri, loco *Διονύσιος ὁ Σικελιώτης* fuisse olim *Διόδωρος ὁ Σικελιώτης*. Nullus certe post tyrannos Dionysios scriptor Dionysius Siculus, in quem haec conveniant, huc usque erui ex latebris potuit. Vide Ionsium Hist. Phil. L. III. 8. et Io.

Alb. Fabricium B. Gr. L. III. 22. 20. Tu tamen, si aliud opineris, tanquam hic exscriptum non foret, considerare poteris. Wess.

642. 39. *Δόρυ σημεῖον ἔῤῥιπτεν*] De hasta, belli praenuncia, nihil attinet in re nota dicere. Servium vide Aeneid. IX. 53. et Lindenbrog. ad Ammiani L. XIX. 2. Wess.

642. 47. *Εἴτε κατὰ τὸν Δίωνα*] Sic et alii. At distinctius Livius L. XXV. 23. et seq., Polybium, sicuti et Diodorus, secutus. Wess.

642. 50. *Ἦν κεκυφὼς*] Adi sis Plut. in Marcello p. 308. et T. Gataker. ad Antoninum Imp. L. V. 1. Wess.

643. 69. *Αἰμίλιος γὰρ Μάρκος* etc.] Non defuturos prospicio, qui grandem mihi dicam scribent ob haec istum in locum translata: valuit enim opinio, *Dexippi* ea omnia esse, non Diodori: qua in haeresi et ipse fui. Nunc in alia omnia eo, et cuncta ex Diodoro esse decerpta sive a *Dexippo*, sive ab ipso Syncello, pertendo. Caussam desideras? Recurre ad Excerpt. Peiresc. p. 581. huius edit., et fragmenti huius primam partem inde esse abrasam perspicue animadvertes. Verba pleraque eadem ibi sunt, structura subinde mutata est. Iam cum illud caput, quod Macedoniae in quatuor regiones descriptionem exhibet, a Livio L. XLV. 29. transsumtum et versum sit e Polybio, hunc vero ducem in his rebus Diodorus habuerit, cur illi non redderem, quod verbis, ex ipso citra dubium depromtis, artissime aptum et nexum est? Hoc amplius, servavit nobis Suidas nonnulla Diodori in *Κλίμακες*, quae ad pompam Aemilii triumphalem et eius fercula pertinent: ea vero et in his conspici, suo dicetur loco. Caussam habes, gravem, ut ego censeo. Tu si aliter sentis, fruere isthoc arbitrio. Wess.

643. 74. *Καί τοι μεγάλων μεγάλους* etc.] Abest *μεγάλων* in Excerptis Scaligeri et optime quidem. In Diodoro erat *καὶ κινδύνους μεγάλους ὑπομεμενηκότες*. Mox mallem *καὶ τοσοῦτον ὑπ᾽ αὐτοῖς*, Philippus videlicet et Antiochus, satis humane a Romanis habiti. Wess.

643. 81. *Συγχωρησάντων*] Ad Syncelli marginem *συνεχώρησαν* corrigitur, quod nisi *συγχωρῆσαι* malueris, recipi potest. Statim *ἑαυτοὺς* Scaligeri exemplo uncinis inclusi: abundat enim. Wess.

643. 86. *Τὸν βασιλέα Γαιτιῶνα*] *Γέντιον*, ut apud Polybium et Livium. Post pauca *εὐγενῶς οὖν δυνατοῖς* ferri non potest. Goarus *καὶ δυνατῶς* emendat. In Diodoro erat *εὐγενῶς καὶ ταχέως*. Wess. Gentium eadem terminatione *Γενθίωνα* dicunt libri Athenaei X. p. 440. a, quamquam altera ipse utitur alibi.

643. 94. *Πόλεως Μακεδόνων πρώτης*] In Thessalia erat,

praecipua tamen Macedonum urbs ob munitiones et opportunum situm. Philippus, Persei pater, propterea inter *πέδας Ἑλληνικὰς Graeciae compedes* non postremam censebat apud Polybium L. XVII. 11. De Amphilochis, Aetolorum sociis, Livius L. XXXVIII. 8. 10. Wess.

643. 1. *Τὴν δὲ χώραν ὅλην διεῖλον* etc.] Hanc Macedoniae in quatuor regiones divisionem ex Dexippo, ut putabat, depromtam, *Notitiae Bibliothecae Vinariensis* p. 70. notis illuminatam, inseruit doctissimus *Schurzfleischius:* quas omnes huc transferre aequum erit. Wess.

643. 2. *Τὰ μεταξὺ Νέστου*] *Νέσος* Ptolemaeo L. III. cap. 11., *Νέστος* Thucydidi et Stephano, *Νεστὸς* Scymno Chio v. 673., Scylaci p. 27. *Περίπλ.*, aliisque, *Νεσσὸς* excerptis Strabon. Lib. VII., nisi tamen Mss. lectio, qui *Νεστὸς* habent, verior est, nec non Aristoteli L. VI. Hist. An. cap. 31., et *Μεστὸς* denique Zonarae atque numis, fluvius hic vocatur. Neque enim *Μεστικὸν* urbem Constantino Imp. *περὶ Θεμάτων* p. 83. nominatam, in *Νεστικὸν* cum F. Morello actutum mutaverim. Schurzfl. Erudita sunt, quae vir doctissimus de Nesto. Nollem tamen *Μεστικὸν* Constantini, sive Hieroclis potius, urbem fecisset. Vide not. in Hieroclis Synecdem. p. 640. Wess.

643. 4. *Καὶ Στυμῶνος*] Ita Syncellus, qui totum hunc locum p. 268. (ed. Paris.) *Χρονογρ.* attulit. Scaliger recte legit *Στρυμόνος*. *Στρυμῶνος* itidem haud emendate legitur in Scylace p. 27. et 29. *Περίπλου* Tom. I. Geograph. Minor. Hudsonii. In excerptis Strabonis L. VII. p. 331. ed. Casaub. *Στρυμμόνος* male editum est. Nec satis recte in Chronico Alex. p. 80. fluvius idem *Στύρμων* vocatur. In Notitia Ecclesiastica p. 21. *Στρυμνὸς* tamen nuncupatus est, et *Ἡράκλεια Στρύμνου* memoratur Constantino Porphyrogennetae L. II. *Θεμ.* p. 83. Schurzfl.

Ibid. *Καὶ τὰ — τοῦ Νέστου Ἐρύμην*] Ita locum mutilum (in excerptis Scaligeri) e Syncelli schedis suppleo. Vocem *ΕΡΥΜΗΝ* redundare ait Goarus: ego potius corruptam maxime agnosco, cuius loco e Livio *περατικὰ μέρη*, vel simile quid, rescribere malim. *Περατικὰ μέρη τοῦ Νέστου* sunt *transmarinae Nesti partes*, territorium videlicet Bistonum et Ciconum ad Rhodopen usque montem, in quantum Perseus tenuerat. Vide de vocis *περατικὸς* usu Car. Dufresn. Glossar. Graecobarb. p. 1148. Salmasius in suis sibi coniecturis non constat. Nec tamen expostulare cum eo iure possis, si Dexippi mentem non assequitur, quum locus in Scaligeri edd. non sit integer. Ille pro *ΕΡΥΜΗΝ* legit *ΟΙΣΥΜΗΝ*, quam in ora inter Strymonem et Nessum ponit Plinius et Ptolemaeus. Vide Stephanum et Harpocrationem: adde hic Maussacum, ibi Th. de Pinedo. Suidas *ΟΙΣΥΜΗ, πόλις τῆς*

Θρᾴκης. Admitti haec coniectura nequit, quia trans Nessum regiones innuuntur, non urbs aliqua, quae cis Nessum sita fuit. Haec ratio alteram quoque eius suspicionem, quum ait, veram lectionem esse *ΕΛΥΜΗΝ*, labefactat. Etsi enim vel maxime *Ἐλύμη* illa sit aliorum *Ἐλίμεια*, vel *Ἐλύμεια*, vel Ptolemaei etiam *Ἔλυμα*, notum tamen esse debet e Livio L. XLV. cap. 30. eam ad quartam Macedoniae regionem, non ad primam, pertinuisse, neque procul ab Epiro, longissime vero a Nesso, abfuisse. Schurzfl. Miror virorum doctissimorum in re minime difficili fluctuationes. Scriptum fuit, ut alias ostendere memini, *καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Νέστου ἐρύματα.* Quod firmatur a Livio L. XLV. 29., *accessurum huic parti trans Nessum, ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos, CASTELLA, OPPIDA.* Wess.

Ibid. Καὶ τὰ πρὸς Ἄβδηραν] Ita Syncelli editio. Scaliger *Ἄβδηρα*, quod magis Graecum. Verte, *territorium circa Abderam* etc. Ipsae enim tres urbes illae excludebantur, nec Macedoniae annumerabantur: sed et liberae erant et *αὐτόνομοι.* Abdera, libera civitas, Liv. lib. XLIII. cap. 4. et Plinio L. IV. N. H. cap. 11. Maronea, quae Macedoniae a Constantino Porphyrogen. de Them. II. Them. 2. ascribitur, atque Aenos etiam, eidem Livio lib. XXXIX. cap. 27. liberae vocantur. Schurzfl. Non dubito, quin in Diodoro fuerit *πλὴν τὰ πρὸς Ἄβδηρα* etc. Clarissime Livius dict. loc. *accessurum huic parti — castella, oppida, praeter Aenum et Maroneam et Abdera.* Wess.

643. 9. *Ὁ καλούμενος Ἄξιος*] Sic Homerus, Excerpta Strab. L. VII., Scylax p. 26., Suidas, Stephanus in *ΑΜΦΑΞΙΟΝ*, Plut. in Demetrio p. 809., Nicephorus Gregoras lib. VIII. *Ῥωμ. Ἱστορ.*, aliique. Cedrenus p. 705. *Συνόψ. Ἱστορ. Ἀξειὸν* vocat. Strabo L. VII. p. 327., Ptolemaeus L. III. 13., paucique alii *Ἀξιὸν* scribunt. Schurzfl.

Ibid. Καὶ οἱ παρακείμενοι αὐτῷ τόποι] Videtur, ut e sequenti commate patebit et Livii testimonio probari potest, vox *ΠΑΙΟΝΙΑΣ* esse addenda. Schurzfl.

643. 11. *Κατὰ τὸν ἄρκτον*] Ita ed. Syncelli. Scaliger rectius legit *κατὰ δὲ ἄρκτον.* Schurzfl.

644. 12. *Τὸ λεγόμενον Βέρνον ὄρος*] Montem *Boram* Livius vocat. Ego non dubito, *Βέρμιον ὄρος*, prout Salmasius voluit, legendum esse, quamvis *Βέρμιον ὄρος* et *Boram* distinguat in tabula Macedoniae Geographica Chr. Cellarius. *Βερμίου ὄρους* meminit Ptolemaeus L. III. cap. 13. Excerpta Strabonis L. VII. *ὅτι ἡ Βέροια πόλις ἐν ταῖς ὑπωρείαις κεῖται τοῦ Βερμίου ὄρους.* Io. Doniatius ad Livium p. 709. *Orbelum* esse Livii *Boram* opinatur. Male omnino. Quia enim Orbelus in limite Thracico cum Haemo connectitur, et Moesiam a Macedonia dirimit, ut Ph. Brie-

tius notat, et patet e Strabon. lib. VII. epitoma, Ptolem. L. III. cap. 9. et Io. Tzetza Chiliad. XI. v. 905., ad primam potius regionem, non sane ad tertiam, est referendus. SCHURZFL.

Ibid. *Καί τινων τόπων τῆς Παιονίας*] Male vertit Goarus, *Pannoniae loca.* Distinguendi enim omnino sunt, licet multi eos confundant, Paeones et Pannones, quod docuit Dio lib. XLIX. p. 413. SCHURZFL.

644. 17. *Τοῦ μὲν πρώτου*] Regio haec Macedoniae prima *ἡ πρώτη Μακεδονία* in numis vocatur. Plutarcho in Pyrrho p. 388. *ἡ ἄνω Μακεδονία* audit. Stephanus in *ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ* *Μακεδονίαν κατὰ Θρᾴκην* nuncupavit. SCHURZFL.

Ibid. *Ἀμφίπολις*] Liberum oppidum Plinio L. IV. cap. 10. SCHURZFL.

644. 18. *Τοῦ δευτέρου*] Haec pars in numis *δευτέρα Μακεδονία* appellatur. Vid. Ez. Spanh. Orbis Romanus Exerc. II. cap. 9. p. 289. *Ἁλία* etiam, quia ad mare Aegaeum plane vergebat integra, aliquando nominata est. Stephanus, *ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ, πόλις Μακεδονίας, ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἁλία.* Non enim *Ἁλία*, ut volunt Stephani interpretes, Thessalonica unquam dicta, sed *ἡ δευτέρα Μακεδονία. ὅπερ δὴ ἔδει δεῖξαι.* SCHURZFL. Quod se probasse vir eruditissimus indicat, eius ego demonstrationis vestigium non reperio: nam mari Aegaeo quod Macedonia adhaeretur, id satis non est, ut *Ἁλία* dicatur; utique et Thessalonice mari accubabat, ut optime ostenditur a Io. Cameniata de Excid. Thessalon. c. 3. Adde ordinem verborum in Stephano et Etymologo, ubi paria, non pati, ut relativum pronomen Macedoniam spectet. Sed hoc obiter, WESS.

Ibid. *Θεσσαλονίκη*] Liberae conditionis Plinio L. IV. cap. 10. H. N. SCHURZFL.

644. 19. *Τοῦ τετάρτου Πελαγωνία*] Scribendum est *ΠΕΛΑΓΟΝΙΑ* per *o* breve. Vide Scymnum Chium v. 402. et 710. Stephanus *Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας.* Excerpta Strabonis L. VII. *οἱ γὰρ Παίονες ΠΗΛΕΓΟΝΕΣ ἐκαλοῦντο.* Potius scribendum est *ΠΗΛΑΓΟΝΕΣ.* Iterum Stephanus, *ἔοικε δὲ γράφεσθαι τὸ μὲν τῆς χώρας ὄνομα μετὰ τοῦ ἐθνικοῦ κατὰ δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ α, τὸ δὲ τοῦ ἥρωος μόνον διὰ τοῦ ε.* Strabo ipse tamen L. VII. p. 326. *ΠΕΛΑΓΟΝΙΑΝ* scribit. Paeones, teste Tzetza, Bulgari medio aevo vocabantur. Sed Pelagones tamen videntur tum fuisse diversi a Paeonibus populi. Vide Nicephor. Gregor. L. IX. *Ἱστορ. Ῥωμ.* cap. 34. Corruptissime ea regio Marciano Capellae vocatur *Paphlagonia.* Sed et Pelagoniae civitatis quisnam praeter Livium, Dexippum et Constantinum Imp. p. 87. L. II. *περὶ Θεμάτων* meminerit, non memini. SCHURZFL. Meminerunt urbis Pelagoniae Nicetas Choniates in Manuele Comneno L. II. p. 47. et L. III. principio, tum An-

na Comnena Alexiad. L. V. p. 110. atque alii de hoc genere. Alia autem Pelagonia non est atque Heraclea Pelagoniae, ut ostensum fuit ad Itiner. Anton. p. 319. Wess.

644. 23. *Καὶ ποτοὺς — τῷ πλήθει συντάξας*] *Congiarium populo sanxit*, vertit Goarus. E Dexippi mente recte. *Congiarium* enim populo, militi *Donativum* dabatur. Sed Livium vide. Suidas in *ΑΙΜΙΛΙΟΣ*, *τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικομένους τῶν Εὐρωπαίων πρέσβεις εἱστία πολυτελῶς, τῇ λαμπρότητι τοῦ συμποσίου φιλοτιμούμενος*. Schurzfl. Nihil hic de congiario. Spectacula et convivia indicantur, quae M. Aemilius in Macedonia summa magnificentia civitatum legatis et multitudini praebuit. Lege Livium L. XLV. 32. cum nota Io. Fr. Gronovii. Wess.

644. 27. *Καὶ πρῶτος μὲν Ἀνίκιος*] Si voluit, ut videtur, Anicium et Cn. Octavium ante M. Aemilium triumphasse suo quemque die, in errore est. Aliud ex Capitolino marmore apud Pighium Fast. ad ann. ıɔLXXXVI. p. 386. et Livio L. XLV. 42. 43. constat. Quin ne ea quidem satis iusta sunt, quae de M. Aemilio senatus imperio triumphante paullo ante prodita sunt. Wess.

644. 28. *Ὁ δὲ σοφώτατος Αἰμίλιος*] Suidae enim est *ἀνὴρ σώφρων καὶ φέρειν εὐπραγίας εἰδὼς καὶ ἱκανὸς*, id est *strenuus*. Hinc Cicero eum L. II. de N. D. segm. 165. inter viros deo charos retulit. Schurzfl.

644. 31. *Καὶ τραχείας*] Salmasius, *Θρακίας*, ait, forte legendum. Sed vulgatam tamen se alibi astructurum promittit. Scaliger etiam *Θρακίας* suspicatur in notis. Ego eorum coniecturas firmo e Plutarcho, qui die secundo, quem cum primo vel Plutarchus vel Dexippus confundit, *Θράκια γέῤῥα* producta esse asserit (in Aemilio p. 272. E.) Schurzfl.

644. 34. *Προηγοῦντο — σαλπιγκταί*] Hoc Plutarchus tertio die factum esse prodit. Schurzfl.

644. 36. *Κάμακες*] Vid. Dufresn. Gloss. Graecobarb. p. 559. Schurzfl.

644. 36. *Κάμακες ὀκτακόσιαι*] Suidas ex Diodoro in *Κλίμακες* citat: *Ἑξῆς δ' ἐκομίζοντο κλίμακες ὀκτακόσιαι, παντευχίας πολυτελεῖς ἔχουσαι.* quae quidem ego ad hunc Aemilii triumphum pertinere nullus dubito. Excerptor verba decurtavit: namque eius *καθωπλισμέναι* id exprimunt, quod Diodori *παντευχίας πολυτελεῖς ἔχουσαι*. Perticae erant, e quibus arma pretiosa suspensa erant. Id in Suida non laudo, quod *κλίμακες* vitiose excerpserit. Ait *κλίμακες, ξύλα ὀρθά*. Atqui *κλίμακες* scalae sunt, *κάμακες*, sicuti alibi ipse explicat, *ξύλα ὀρθά*. Hoc ergo illi reddamus. Paullo superius *καὶ ἕτεραι λογχῶν καὶ σαρισσῶν* etc. *γέμουσαι* sermonis genius desiderabat. Wess.

644. 38. *Ἀργύρου δὲ τάλαντα δισχίλια, διακόσια*] *Ἀσήμου* puta. Scaliger legit *τάλαντα δισχίλια διακόσια, ἐκπωμά-*

τῶν πλῆθος, ἀγαλμάτων καὶ ἑξῆς. Goarus in versione locum invertit, et poculorum quidem D, statuas vero et tabulas curruum vehentium CC tantum meminit. SCHURZFL.

644. 40. Ἅμαξαι πεντακόσιαι] Plutarchus diei primo adscripsit, et ἁμάξας πεντήκοντα καὶ διακοσίας numeravit. SCHURZFL.

644. 43. Ἐν φορήμασι διακοσίοις εἴκοσι] Plutarchus vasa LXXVII tantummodo numerat. Numerus talentorum deesse videtur. SCHURZFL. Si legas διακόσια εἴκοσι, habebis talenta. Numeri notis fuere scripti, ut in Scaligeri Excerptis, σκ'.; hinc discrepantia. WESS.

644. 44. Φιάλη — διάλιθος] Plutarchus διὰ λίθων. Veteres tamen Codices et ibi διάλιθον habent, quod sane, quia minus obvium, non statim mutandum erat. Ad formam τοῦ διάχρυσος fit διάλιθος. Videndus de hoc vocabulo C. Dufresn. Gloss. Graecobarb. p. 297. Ego tamen, etsi in aliis etiam vocabulis id fecerit, hanc vocem Graecobarbaram esse nollem virum doctum minus recte statuisse. SCHURZFL. Bene vir doctissimus. Haud ita tamen rarum est διάλιθος, ut censuisse videtur. Θρόνον διάλιθον et κλίνην διάλιθον dabit Iosephus L. I. Belli Iud. c. 25. 6. et ibid. cap. ult. §. 9., στέφανον διάλιθον Io. Chrysostom. T. III. p. 162. D., ut alios praeteream. Ego quoque in animum inducere non possum, omnia pro Graecobarbaris putasse Dufresnium, quae in Lexicon suum addidit. Nunquam profecto ea viro sollertissimo sententia sedit. Mox edebatur φαλάροις διάλιθος, quod mutavi. WESS.

644. 50. Περιπεπετασμένον πορφύραν] Mallem πορφύρᾳ. Addit Schurzfleischius, vir Cl., locum Flori L. II. 12. de Perseo, de uxore eiusdem triumphata ex Constantino Imp. L. II. περὶ Θεμ. p. 87., quos adi sis. WESS.

645. 55. Καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος] Vide Propert. L. IV. Eleg. ult. vers. 39., et Virgil. L. I. 288. Aen. Locum enim Virgilii de Aemilio capiendum esse, docuit A. Turnebus lib. X. cap. 11. Advers. Adde his Diodorum Siculum L. XXXI., ex eoque Photium Cod. CCXLIV. p. 1056. SCHURZFL.

645. 61. Ὅτι ιε' ἔτη ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος] Ptolemaeus cognomento Physcon, cuius XV post fratris excessum anni, quomodo numerari debeant, docuit praestantissimus H. Valesius supra p. 594. WESS.

645. 90. Ἐκομίζοντο κλίμακες] Bona fide Suidas descripsisse videtur, quod in Diodori Excerptis invenerat. At pravum istic erat κλίμακες, ex ΚΑΜΛΑΚΕΣ calami lapsu progenitum. Vide supra p. 645. 36. WESS.

646. 2. Ἐξ ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος] Suidas auctor est Livium et Diodorum de prodigiis istis memorasse, quae calamitates

civilis belli portenderunt. Putares ergo, ex alterutro sumtam esse tubam istam, coelo sereno horrendum adeo insonantem: secus tamen habet. Exscripsit Plutarchum in Sulla p. 456., quod L. Kusterum fugisse mirarer, nisi abunde mihi constaret, hominum memoriam non semper in reddendis, quae lecta olim fuerunt, fidelem esse. Id praeterire non debeo, Suidam auxilio Plutarcho occurrere. In eo nunc editur: *εἶναι μὲν γὰρ αὐτῷ ὀκτὼ τὰ σύμπαντα γένη διαφέροντα τοῖς βίοις.* ubi *αὐτῷ* quid designet, nescire se fatetur Mos. Solanus, malle tamen aut *αὐτοῖς*, ut ad vates referatur, aut *ἐν τῷ αἰῶνι.* Neutro opus est, Suidas *εἶναι μὲν γὰρ ἀνθρώπων ὀκτὼ γένη* in Plutarcho sua aetate reperit. Itaque *αὐτῷ* ex scribendi conpendio natales suos accepit. Wess.

Ne quid periret eorum quae cuicunque usui futura in editione Amstelodamensi exstarent, colligendas in hunc locum curavimus quas Indici annotationes asperserat Wesselingius, quippe quas nec nostris Indicibus neque ipsius Annotationibus inserendas duxissemus.

Ἀβασίλευτος. οὐδὲν ἔθνος ἀβασίλευτον Artemidor. Oniroer. I. 9.
ἀδιάλυτος. ἀδιάλλακτος ἔχθρα et *ἐχθρὸς* Pausan. IX. p. 794. Appian. IV. Belli Civil. p. 1062.
ἀδιαπτώτως. Vide Polyb. IV. 60. et Io. Chrysostom. T. II. p. 30.
ἀείμνηστον ἔργον. V. Lycurg. in Leocrat. p. 163. et Plut. Tom. II. p. 2.
ἀθετεῖν. Vid. Vales. in Euseb. H. E. lib. VII. 8.
ἀνακάμπτειν. Synesius O. de Reg. p. 29. B. *καί μοι πάλιν ἀνακάμπτει ὁ λόγος.*
ἀναφυσήματα πυρός. Conf. Platon. Phaedon. p. 113. B. et Aristotel. H. Meteorol. 8.
ἀντίσταθμος. Vid. Sophocl. Elect. v. 572.
ἀνυπόστατος. Add. Lesbon. p. 170. Lucian. Iov. Tragoed. c. 40.
ἄξιοι λόγου ἄνδρες vol. I. p. 5. Adde Aristotel. Rhetor. II. 24. *ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες οὐ χρημάτων, ἀλλὰ λόγου εἰσὶν ἄξιοι.*
ἀπαράλλακτος. Ita *τῆς δόξης τοῦ πατρὸς ἀπαράλλακτος εἰκὼν* in fidei formula Arianorum apud Athanas. de Synod. p. 736. vide Gothofred. ad Philostorg. II. 16.
ἀπαρτᾶν. τοσοῦτον ἀπηρτημένοι τοῖς χρόνοις Dionys. T. II. p. 177.
ἀποξενοῦσθαι. Conf. Sophocl. Elect. v. 777.
ἀπότευγμα. Cicero IX. Fam. 21. Alciphr. I. 31.

αὐτουργός. Sic αὐτουργία ἀνθρώπων Teles in Stob. Serm. XCI. p. 509. αὐτουργοὶ κυνηγεσιῶν Xenophon. Venat. c. 20.
διάθεσις. λοιμικὴ διάθεσις Polyb. II. 20.
διάλυσις τοῦ σώματος. Vid. Basil. Mag. T. II. p. 148. D.
δυςχέρεια. τόπων δυςχέρεια Polyb. X. 26.
ἐγκαθέτως. Vide Ioseph. II. Bell. Iud. 2. 5. Synesium p. 110. 185. A.
ἐκ. ἐπιβουλαὶ ἐκ βασιλέων Teles in Stob. p. 509.
ἐναυλίζειν. στειπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ Sophocles Philoct. v. 32.
ἐνοικοδομεῖν. Theodoretus Hist. Relig. c. 17. p. 847. καὶ τὰς θύρας ἐνοικοδομήσαντες. Sic legendum videtur.
ἔπανδρος. ἔργα ἐπανδρότερα Hierocles in Stob. Serm. LXXXIII. p. 491. ἐργασία καλὴ καὶ ἔπανδρος Gruteri Thes. p. DIII.
ἐπιμελής. οἷς ἐστιν ἐπιμελές I. 96. Vid. Herodot. II. 150.
ἐπισείειν. τοῖς τείχεσιν ἐπισείωσι I. 618. Vid. Ioseph. II. Bell. Iud. c. 17. 3.
εὐθετεῖν. Adde Dioscoridem L. V. 136. 137.
ἡρωικοὶ χρόνοι. Tempora Heroica Cicero L. III. N. D. 21.
καινοτομεῖν. Vide Aristotelem Polit. II. 5.
καρποφόρος. Vid. Porphyr. de Styge in Stob. Eclog. Phys. p. 129.
κατασκήπτω. κακὰ κατασκήψαντα Philo Iud. Legat. ad Caj. p. 1018.
κατοικίδιος βίος. Vid. Philon. Iud. de Fortitud. p. 739.
λοιπός. τὸ λοιπὸν Sophocl. Electr. 459. Philoct. v. 454. 460.
μαρμαρίζουσα πέτρα. Vid. Platon. in Critia p. 116. A.
μάχαιρα Κελτική. Confer Philon. de Tel. Febr. p. 71.
μεσοπορέω. Vide Appian. II. Belli Civil. p. 790.
μέσος. Adde Alciphron. L. II. Ep. 3. p. 235. cum Bergleri adnotat.
μιτρηφόρος. Vid. Sophocl. Oed. Tyr. v. 219.
ναυστολεῖν. Vid. Sophoclis Philoct. v. 254. 552.
νίκη Καδμεία. Vide Aristid. Tom. II. p. 219.
νῦν. οἱ νῦν ἄνθρωποι. Vid. Strabon. I. p. 67. A. Plut. Tom. II. p. 478. C.
οἰνοῦσθαι. Sophocl. Trach. v. 271.
ὁμοίως τοῖς ἰχθυοφάγοις I. 187. Isocrat. Panath. p. 368. νόμοι οὐχ ὁμοίως τοῖς νῦν κειμένοις Agatharch. Rub. Mar. p. 44. ὁμοίως τοῖς Ὑρκανοῖς.
ὀργιασμός. Vid. Plutarch. T. II. p. 417. A. et p. 758.
πάνδημος. Sophocl. Elect. v. 985.
παραβάλλεσθαι. τὴν ζωὴν παραβάλλονται Musonius apud Stobaeum Serm. p. 202.
παράγγελμα. ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος. Sic ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος et κελεύματος. Vid. Ti. Hemsterhusium in Aristoph. Plut. p. 431.
παρευημερεῖν. Vid. Teletem in Stobaei Serm. XXXVIII. p. 232.

πάτρων. Vid. Thes. Inscript. Murator. p. DCLXVII. 9.
περιπίπτειν ζημίαις. Vide Basilium M. T. III. p. 143. C.
πέτρος. Vid. Sophocl. Philoct. v. 272.
πηρόω. Vide Aelianum de Animal. X. 17.
πληρώματα. τὰ πληρώματα saepe Polybius I. 47. Demosth. Midian. p. 362.
πλωτός. Hinc inprecationis formula μήτε γῆ βατὴ μήτε θάλασσα πλωτὴ in Vettii Valentis Floridor. Lib. IV. et in lapidibus Thes. Murator. p. MLXIII. 4. MCCXCVIII. 5.
πνῖγος. Vid. Philon. Iud. Leg. Cai. p. 1009. E.
πολύς. ἀπὸ πολλοῦ in Teletis fragm. ap. Stob. Serm. XXXVIII. p. 234.
πορισμὸς βίου. Vid. S. Paulli Ep. I. ad Timoth. c. VI. 5. et Plut. T. II. 136. C.
πρᾶξις et τάξις confusa II. 148. sicuti et in Aristide T. II. p. 221. Edit. Ieb.
προαίρεσις βίου. Vide St. Bergler. ad Alciphron. L. I. Ep. 38. p. 178.
προβαίνειν. Vid. Sophocl. Philoct. v. 284.
πρόπυλον. Sophocl. Elect. v. 1376.
πρὸς βίαν Sophocl. Philoct. v. 89. 102. et Aiac. v. 1345.
προσέχω. Vid. Sophocl. Philoct. v. 246. et 253.
προσφωνεῖν. ταύταις προσεφώνει II. 619. et sic S. Lucas A. A. XXII. 2.
πυθόχρηστος. λόγιον πυθόχρηστον Plutarch. Tom. I. p. 12. D.
σκευὴ ἑκατὸν τριήρεσι I. 702. Vid. Demosth. Adv. Euerg. et Mnesib. p. 640. et S. Lucas Act. A. XXVII. 19.
στατὸν ὕδωρ. Vid. Sophocl. Philoct. v. 716.
στερεὰ τροφή, qui victus lacti opponitur I. 116. et Auct. Epist. ad Hebr. c. V. 14.
στερέμνιον. Porphyrius in Eclog. Physic. Stobaei p. 129.
στοχάζεσθαι. Vid. Porphyrium A. A. Lib. II. 4.
συμπλέκεσθαι. Vide Iunci fragm. in Stob. Serm. CXV. p. 593.
συναγωγή. Conf. Polybium III. 100.
ταλαιπωρεῖν. τῷ πολέμῳ Demosth. de Leg. Fals. p. 230.
τάχος. ἐν τάχει II. 108. Vid. Criticos in Sophocl. Aiac. v. 816.
τεχνίτης. οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τ. I. 251. Vid. Thes. Muratorii p. DXLV. 3. DLIX. 3.
τίλλειν τοὺς στάχυς I. 347. Vid. S. Matth. cap. XII. 1.
ὑπεραίρειν. Conf. Pausaniam p. 552. 564. 571. etc.
ὑπερβάλλεσθαι. Vid. Herodot. I. 61.
ὑπερβολὴ κατὰ τὸν Αἷμον II. 376. Lege Seldenum ad Marm. Oxon. p. 21.
ὑπερφέρειν. Plut. Is. et Os. p. 360. D.
ὑπήνη. Conf. Palmerium ad Vesp. v. 474. Aristoph.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX GRAECUS.

INDEX LATINUS.

OMISSA

in indice scriptorum. Epigrammata a Boldetto edita II. 463. 51. Hippolytus de Antichr. II. 525. 59. Solon II. 600. 44. Theocritus II. 8. 18. Trogus II. 603. 9. Vibius Seq. 327. 7.

in indice Graeco. οἱ ἀεί II. 957. 12. ἀνθρηδών II. 218. 2. Γλαῦς 670. 50. διαλαμβάνειν φυλακαῖς 512. 79.

Qui de nominibus indices consulet, et Graecum et Latinum inspicere debebit.

AD

ANNOTATIONVM VOL. II.

APPENDIX.

POGGII
PRAEFATIO.

POGIUS FLORENTINUS AD NICOLAUM QUINTUM PON. MAX.

Nullus antea quantumvis praeclarus rerum scriptor fuit, sanctissime pater, qui suum opus aeque merito atque ego tibi has meas vigilias alicui principi dicaret. Quid est enim aequius quam ingenii monumenta ad eum destinare qui omnibus ingenio praestet et doctrina? Aut quid magis debeam quam meos rivulos ad eum fontem referre a quo cursus praesentis operis emanavit? Nam licet antea quicquid ocii supererat ad scribendi curam (ne per secordiam efflueret) mea sponte conferrem, erat tum paulo remissior animus temporum, ne dicam superiorum pontificum culpa, cum omne ferme tempus non in literarum prout optabam studiis, sed in quaestu ad vitae sustentaculum consumi rerum inopia urgeret. Et certe quamquam vitae meae institutio ea semper fuerit ut pluris virtutem quam pecuniam facerem, tamen nimium aliquando (si verum loqui licet) nostri pontifices in erigendis ornandisque doctorum virorum ingeniis dormitarunt: quidam bonarum artium inscitia, quidam ita pecuniae addicti, ut plures apud eos ambitionis et quaestus quam virtutis aut litterarum ratio valeret. Quae res bonis viris admodum gravis multorum mentem a scribendi cogitatione alienavit. Indignum quippe est nec sapientibus viris aequo animo ferendum eos saepissime reiectis melioribus prae caeteris extolli quos (ut leviter dicam) nihil praeter pontificum voluntariam indulgentiam commendet. Te solum haec nostra conspexit aetas, qui cum probe noris virtutem vitae mortalium ducem esse, praestantis doctrina viros sublevares et ab inerti ocio ad scribendi negocium traduceres, ut vere hanc nostram christianam rempublicam ab eo nunc regi gloriari possimus, qui et sapientibus existat et diligat sapientiae studiosos. Quod unum sane coelestis dei donum tanti faciendum censeo quanti est virtus viciis praeferenda. Nam ubi doctrinarum cessant exercitia, ubi nullum inter doctos atque ignavos discrimen viget, ubi nullus virtuti locus, nulla studiorum ratio habetur, vicia ibi regnent, torpescant ingenia, principatus et regna decidant rerumque omnium dominetur confusio necesse est. Itaque nunquam satis pro meri-

tis tua probitas ac virtus laudari potest, quae quum omnem ante actam vitam variis disciplinis impenderit, nunc et doctis favet viris, et sua munificentia reliquos ad eandem invitat virtutis aemulationem. Ego sane cuius inter omnes tenuis est et doctrina et dicendi facultas, profiteor me tuis exhortationibus liberalitateque compulsum operosius quam ante scribendi studio incubuisse. Nam quum prius hortatu tuo Xenophontem de Cyri vita latinis legendum tradidissem, et hos quoque sex Diodori Siculi libros, quos fabulosos ob antiquitatem temporum (nam ante bellum Troianum acta continent) appellavit, traducendi munus te instante suscepi, haud ignarus rem satis difficilem me subire et multorum expositam obtrectationi, quae licet sit parvi bonis pendenda, tamen quum priscos illos summa auctoritate viros aliquando lacessiverint, quid de nobis extimandum est quos non auctoritas non dignitas tuetur. Sed tuo quod est exquisitissimum doctorumque iudicio fretus hoc opus absolvi eam michi transferendi legem instituens quae a me in Xenophontis prohemio praescripta est, ut omissa verborum, qua multi Graecorum utuntur, ambage sententiis haerens nostrum dicendi morem fuerim salva fide rerum secutus. A lectoribus vero ut nostris acquiescant copiis postulo, neque ultro quam vires ferant exigere a nobis velint. Si quis ampliora petat, ingrati hominis munere fungetur, non contentus his quae nulla cum impensa ultro liberali manu porriguntur. Ne quis vero id inscitia factam putet, sciat consulto me brevitati consulentem aliqua omisisse quae sacietatem orationi peperissent potius quam venustatem. Licet autem in libri primordio satis ab auctore de historiae utilitate sit explicatum, haec tamen antiquitatis indagatio, in qua omnis priscarum rerum a primorum hominum usque ad bellum Troianum cognitio versatur, praecipuis est laudibus efferenda. Ab hoc enim veluti hystoriarum fonte qui postmodum secuti sunt in priscis hystoriis fabulisque recensendis hausere: unde ad caeteros transfundere valerent. Opus hoc certe varium est, egregium, luculentum, nostris vero adeo utile cognitu, ut existimem legentes ex tot rerum excellentium noticia labori nostro gratiam habituros. Sed iam ipse Diodorus loquatur.

VINCENTII OBSOPOEI
DEDICATIO.

Reverendiss. in Christo Patri ac Domino, Domino Christophoro Episcopo Augustensi, Domino suo clementissimo, Vincentius Obsopoeus S.

Inter alia multa, Reverendissime in CHRISTO Pater, et Domine Clementissime, quibus Deus Opt. Max. hoc saeculo Germaniam munificentissime cumulavit, non infimum locum obtinet Chalcographia. Huius enim divinae artis beneficio factum est, ut nostra quoque patria optimis quibusque autoribus tam Graecis quam Latinis abundet. Nulla est professio, quae iam bonis et pristinis scriptoribus (quos vere iam quispiam classicos nominare potest) non sit instructa. Non parum multis in locis iura multipliciter mutilata et depravata, hodie antiquorum codicum subsidio, emendatiora et integriora leguntur. Habent medicinae professores iam ipsos fontes, nimirum Hippocratem, Galenum, Aeginetam, Dioscoridem, et alios sua lingua loquentes, qui prius tantum veteres et turbidas Arabum lacunas sunt consectati. Neque desunt theologiae candidatis utriusque literaturae Doctores, magno studio invulgati. Porro humanitatis et politiorum literarum studiosis ingens poëtarum, oratorum et historicorum extat copia. nec video quid possint etiam desiderare mathematici. Utinam vero prioribus quoque saeculis haec imprimendorum codicum ars inventa extitisset. neque enim tantam optimorum et vetustissimorum codicum iacturam fecissemus. Quanquam enim verum est, quod dixi, maximam hodie doctorum scriptorum multitudinem extare: tamen multo maior pars et temporum culpa, et hominum incuria intercidit. Possum nominatim memorare ultra ducentos et amplius autores, quorum testimoniis usus est Stobaeus, de quibus ne paginam quidem extare videmus. taceo quot citet Athenaeus: et numerosissimum illorum catalogum, quorum autoritate Plinius se usum esse testatur. Eadem calamitate et hic noster Diodorus Siculus est affectus, cuius modicas has, quas tua Celsitudo videt, reliquias ab Iano Pannonio quondam Quinqueecclesiensi episcopo ab interitu vindicatas, ac deinceps ab eruditissimo viro Ioanne Alexandro Brassicano (ne quem merita laude defraudemus) nobis per Ioan. Petreium communicatas, et nunc tandem a me transscriptas edimus. Quo in autore ut iacturae magnitudo intelligatur, omnium ille ferme gentium et populorum historiam quadraginta voluminibus condidit: de quibus hos quinque tantum habemus superstites, cum illis quinque Latinis prioribus, quorum versio meo quidem iudicio Poggio non recte adscribitur. Neque

enim verisimile est, adeo spurciloquum et virulentum sycophantam et vitiligatorem quicquam Graecitatis calluisse, qui ne Latinam quidem linguam, cuius sibi videbatur esse peritissimus, recte calluit. Quia vero Diodorus singulari genio et gratia hisce libris potentissimorum regum Macedoniae, nempe Philippi et Alexandri, ac successorum eius res gestas, tum Agathoclis Siciliae tyranni et Carthaginensium mutua bella caeteris longe plenius in historiam contulit, ociosis narrationibus, et supervacuis descriptionibus, tum fictis et meditatis orationibus posthabitis (quibus Livius inter Latinos, et plerique alii, tum ex Graecis Thucydides et Xenophon sunt plenissimi, quod equidem ut non vituperandum duco, ita me nemo unquam adducet, ut credam Hannibalem aut alium aliquem imperatorem apud Livium aut Thucydidem tam doctas et argutas habuisse conciones ad milites, quemadmodum ipsi ad ostentationem rhetoricantur) libuit huius autoris doctissimas et purissimas reliquias tuo nomini longe lateque clarissimo consecrare. Ex quo enim primum intellexi tuam Celsitudinem id aetatis praesulum unicum esse ornamentum, ac cum a Caesarea Maiestate, tum a caeteris principibus et imperii proceribus propter mirificam ingenii industriam et prudentiam, atque etiam ob singularem in obeundis gravissimis negociis dexteritatem, et componendis controversiis promptam pacificationem, maximi fieri, ab Illustrissimo vero Principe nostro et domino, D. Georgio Marchione Brandenburgensi, etc. etiam summe coli et amari, subiit mihi statim quaedam cupido tuae Celsitudinis compellandae. Cumque diu multumque aptam occasionem quaeritarem, non potuit melior et optatior mihi offerri, quam quod D. Christophorus Strasser iuris utriusque Licentiatus ad tuam Celsitudinem est profectus. Huic cum ita commode cecidisset, hos Diodori libros tuae Celsitudini offerendos et inspiciendos dedi, non alio certe nomine, quam ut nominis tui, cuius famae et laudi impensissime faveo, aliquod monumentum apud literarum studiosos relinquerem, quorum in manus, sat scio, hic autor Celsitudinis tuae titulo nobilitatus longe acceptior veniet. Debent vero haec fragmenta vel hac de caussa Celsitudini tuae esse gratiora, quod nunc primum in lucem exeant, nusquam antehac edita, ut plane pro novis et primum natis probari queant. Quanquam eius generis hic liber non est, ut sola novitatis gratia ad tempus saltem arrideat. Siquidem vetusti scriptores ob summam eruditionem et eloquentiam, novitatis gratiam nunquam exuunt, dum semper aliqua nova voluptate lectores adficiunt, sicut neque dulcis et limpidae aquae fonticulus sitientibus, quamlibet longo tempore potus, non facile nauseam excitat. Hunc itaque Celsitudo tua serena fronte accipiat: et si quando per negotia, quibus Celsitudo tua multipliciter domi forisque distinetur, vacaverit, animi laxa-

di gratia inspiciat, et hoc muneris gratiose susceptum boni consulat. Celsitudinem tuam CHRISTUS multos in annos incolumem conservet, cui me ut singulari studiosorum patrono diligenter commendo. Onolczpachii, Mense Aprili. Anno a CHRISTO nato M. D. XXXIX.

HENRICI STEPHANI
PRAEFATIO.

HENRICUS STEPHANUS HULDRICO FUGGERO S. P. D.

Coeptam a patre meo typographiam auspiciis Francisci Galliarum regis ego ductu tuo tuisque auspiciis persequens, Huldrice vir amplissime, nihil antiquius habui quam ut excudi coeptum a patre meo pulcherrimum scriptorum genus ad umbilicum ducerem. Pulcherrimum autem scriptorum genus appellanti historicos, nemo (nisi qui tenebras luci praeferat) mihi refragabitur. Quum igitur ille, sumpto ab iis initio qui nondum in vulgi manus venissent, historicos tres eosque eiusdem argumenti edidisset, Dionysium Halicarnasseum, Dionem Cocceium, Appianum: ego, velut tradita mihi ab eo lampade in cursu ei succedens, historica Diodori Siculi bibliotheca decorandas omnium historiae amantium bibliothecas existimavi. Nam etsi in illo tuo locupletissimo musaeo habentur et alia historica scripta, quae quo minus fama vulgata sunt apud literatos, eo magis fore iucundam illis eorum lectionem augurabar: tamen quoniam ea, utpote ignota, sui desiderium illis nondum excitarunt, Diodorus autem, ob iampridem editam scriptorum ipsius quandam portiunculam, maximum apud omnes sui desiderium commovit, diuturnam communis omnium desiderii expectationem prius explere operae pretium iudicavi. Nec vero iniuria tam multis votis tamque longo tempore expetitus fuit Diodorus, utpote cuius librorum titulus uberrimum quoddam historiarum quasi penu polliceretur. Quum enim ex aliis qui ad nostram aetatem pervenerunt historicis singuli singula sibi argumenta tractanda proposuerint, et βιβλίοις suis (id est libris) unius tantum gentis aut urbis aut principis res gestas incluserint: hic quendam Herculis laborem spe iuvandae posteritatis exantlans, multo latius operis historici fines propagavit, siquidem in unum volumen diversarum gentium (etiam quas multi montes multaque maria disterminant) res gestas congessit, congestasque accurate ac diligenter digessit. Unde non immerito suum hoc opus non ἱστορικὸν βιβλίον aut ἱστορικὰ βιβλία, sed ἱστορικὴν βιβλιοθήκην (bi-

bliothecam Latini quoque dicunt) appellandum censuit. Nam si-quis hos historicos (ut e multis paucos enumerem) Herodotum, Ctesiam, Thucydidem, Xenophontem, Theopompum, Ephorum, Philistum, Callisthenem, Timaeum, unum in locum congregasset: nonne historicam bibliothecam et eam quidem instructissimam habere se merito gloriari posset? Iam vero quum Diodorus ex horum quos recensui aliorumque multorum monumentis suae historiae veluti corpus conflarit, nonne illud itidem bibliothecam locupletissimam iure optimo vocaturi sumus? Nec tamen in ea quenquam opinione esse velim, ut illum ex aliis suam historiam transcripsisse tantummodo existimet. imo vero multarum rerum quas narrat (de iis loquor quae in eius tempora inciderunt) oculatum fuisse testem omnibus persuasum esse decet. Ad historicam autem narrationem aliarum rerum quae tempora eius antecesserunt, quin multum ei attulerit adiumenti locorum saltem, in quibus illae gestae fuerant, perlustratio, nemini dubium esse potest. Ac quam multa perlustraverit in sua illa Asiae atque Europae longissima peragratione, cuius meminit (praesertim quum illam eo animo suscepisset, ut meliori fide suo in scribenda historia officio fungeretur) unicuique cogitandum relinquo. Praesertim vero ad historiae Romanae tractationem omnibus copiis instructissimum, et eorum adminiculorum quae requiri ad perdiscendam historiam Romanam poterant, ne minimo quidem destitutum venisse certissimum est. Non solum enim quotquot extabant historiae Romanae scriptores pervolutandi, utpote Romanae linguae peritiam adeptus: sed et annales ac publica monumenta consulendi, dum Romae commoraretur, facultatem habuit. Quibus nominibus etiamsi commendari non possent Diodori scripta, at vel hoc uno satis superque commendationis mererentur, quod, uti modo dixi, quum alii qui extant historici unius solum gentis, aut urbis, aut principis gesta scriptis mandarint, ipse nobis res omnes eodem tempore gestas in quantumvis disiunctis orbis partibus, suo quasque loco, quasi in una eademque tabula sub aspectum posuerit. Quae quidem quam compendiaria sit et facilis ad variae historiae cognitionem via, satis norunt qui scriptores historiarum versare consueverunt. Non pollet Diodorus (fateor) quadam sermonis dulcedine et iucunditate, ut Herodotus. Non est Diodorus aeque subtilis, nec aeque acutus, nec verbis aptus et pressus aeque ac Thucydides. Non est denique is Diodori sermo ut (quod de Xenophonte memoriae proditum est) ipsae Gratiae finxisse eum videri possint. Sed vicissim nec Herodotus nec Thucydides nec Xenophon universalem historiam et οἰκουμενικὴν (ut ita dicam) nobis reliquerunt, ut Diodorus. Ex Herodoto regum Persarum res gestas, ex Thucydide bella Peloponnesiorum cum Atheniensibus, ex Xenophonte praeclara Cyri utriusque facta, itemque Agesilai

cognosces, ab eodem Thucydideae historiae de rebus gestis Graecorum continuationem accipies. at ex Diodoro non solum Persicorum regum, non solum Peloponnesiorum et Atheniensium, sed totius fere habitabilis orbis res gestas perdisces. Beatos existimamus reges, quibus diversi a diversis orbis partibus eodem tempore per suos ἀγγάρους, suos ἡμεροδρόμους, suos ἀγγελιαφόρους nuntii afferuntur. At Diodorus sui operis lectores, etiamsi privati sint homines, hac in re ipsis regibus aequat, et unicuique se ἄγγαρον, se ἡμεροδρόμον, se ἀγγελιαφόρον praestat. Caeterum quae Diodori, eadem et Polybii sententia fuit, nimirum peculiares genti alicui vel populo historias vix separatim posse pro dignitate tractari, quod videlicet res eodem tempore, licet diversis in partibus, gestas, saepe inter se aptas quodammodo et cohaerentes esse contingat. Quod quidem ego eo minus miror, quod huius tam spatiosae orbis machinae conditorem occultam quandam eius quantumlibet dissitis partibus, non secus ac humani corporis membris, συμπάθειαν inter se indidisse existimem. Alioqui quo tandem pacto (exemplum enim afferre libet) contigisse diceremus, ut tot in locis tanto intervallo separatis tot servi iugo abrupto in dominos suos arma caperent, et ad tam atrocia bella prorumperent? Qui factum esse putaremus ut ii antea quieti, et suae conditionis asperitatem patientia vincentes, tam repente ad tantam libertatis cupiditatem accenderentur, idemque eodem fere momento ardor tot hominum animos in disiunctissimis terris inflammaret? Dico autem, eodem tempore: quoniam si ea quae uno in loco iam acciderant, in alio aliquanto post accidisse legeremus, ideo non miraremur quod fama iam de iis vulgata, alios aliorum facta illico aemulatos fuisse nobis persuaderemus. Utar vero et alio exemplo: sed veniam prius orans si ab humillimae et abiectissimae sortis hominibus ad homines in summum fortunae apicem evectos transitum mea faciat oratio. Quonam alio quam ad συμπάθειαν illam referre debemus, quod saepe in historiis legimus: nimirum diversarum gentium diversos reges, aetate valde dispares, eodem tamen tempore vita functos esse? Quonam alio et istud quod illas evolventibus saepe occurrit, urbes videlicet atque adeo gentes disiunctissimas, quae antea sui iuris fuissent, nec ullius unquam dominatum expertae forent, omnes eodem propemodum temporis articulo tyrannica potentia fuisse oppressas, et in miseram servitutem redactas? Sed hac de re tamen ut otiosius, ita fortasse rectius alii philosophari poterunt. Ad Diodorum redeo. de quo si vera sunt quae dixi (vera autem esse nemo, ut opinor, negaverit) proh quam graviter tot librorum illius iacturam ferre debemus. Nam ex quadraginta eius libris non solum posteriores viginti, sed quinque illi qui inter quintum ac undecimum interesse debeat, seculi superioris iniu-

ria feruntur intercidisse. Extant quidem (ut in calce huius voluminis admonui) quaedam ex illis posterioribus libris excerpta: sed quae tantum abest ut desiderium hominum historiae amantium lenire possint, ut id potius (non secus ac collectam ex longo sitim paucae aquae guttae) multo magis accensura sint. Eos certe libros si haberemus, iactura librorum Livii aequiore animo ferenda, minusque dolenda nobis foret. Utinam igitur verum esset, Huldrice vir praestantissime, quod olim ex doctissimo viro Lazaro Bayfio audiebam, et quod ille ad se scriptum legere mihi solebat, nimirum totos quadraginta Diodori libros visos in Sicilia nostro tempore fuisse. Quod etsi durum est credere, fortasse tamen nimium incredulus is merito iudicaretur, qui id incredibile esse affirmaret. Quare ego te, per eam quae tibi intercedit et iam a teneris intercessit cum Musis amicitiam, per eam quam ultro dedisti de iuvanda literaria Repub. fidem, oro atque obtestor, ut sumptibus (quos in ea quae ad literas pertinent et libenter facis et facere potes maximos) ad eius perquisitionem ac pervestigationem non parcas: et ne aliquis ex fratribus tuis, viris ornatissimis (quoniam idem illi tecum stadium currunt) hanc tibi palmam praeripiat, diligenter caveas. Vale.

DE DIODORO
ET EIUS SCRIPTIS
BREVIS TRACTATUS
HENRICI STEPHANI.

Diodorus ex Agyrio urbe Siciliae ortus, non ab ea, (utpote quae ignobilior esset fortasse) sed ab ipsa regione Sicilia cognomen accepit. nec enim Ἀγυρῖνος, sed Σικελιώτης cognominatus fuit. Vulgo Diodorus Siculus a Latine scribentibus appellatur: quod Siculum Latini indifferenter tam Σικελιώτην quam Σικελὸν, ut Italum tam Ἰταλιώτην quam Ἰταλὸν, vocasse existimentur. Plinius Diodorum simpliciter nuncupat, non addito a natione cognomento. Sic et Iustinus Martyr, item Aristophanis scholiastes. At Eusebius alicubi addit, alicubi omittit. Agyrium autem nomino illam civitatem Siciliae, patriam Diodori, potius quam Argyrium, aut Angyrium: (quae duae lectiones in nostris habentur exemplaribus) cum alios, tum eundem Plinium ac Stephanum sequens. Porro se inde ortum testatur ipse in prooemio totius operis, pag. 3. huius voluminis, non procul a fine, ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυρίου etc.

Vixit Diodorus (ut variis in locis ipse docet) Iulii Caesaris temporibus. At Suidas illum sub Augusto vixisse scribit, a veritate tamen minime discedens. nam Iulio Caesari illum superstitem fuisse, et Augustum eius successorem vidisse, vel ex iis liquet quae supersunt ex postremo eius opere fragmentis. Et Suidas ita dicit sub Augusto eum vixisse, ut ante illum etiam extitisse non neget. Veruntamen viderit Suidas cur non potius dixerit eum sub Iulio Caesare et post eum vixisse, vel, sub Iulio Caesare et sub Augusto. Equidem in tempora Iulii Caesaris se incidisse ipsemet cum alibi testatur, tum vero in his quos subiungam, locis: in quibus omnibus illum Dei ornare cognomento, obiter animadvertendum est. Nam libri quarti cap. 19., de Alesia urbe loquens, haec scribit, (si modo verba eius recte interpretor) *Celtae autem nostra etiam aetate civitatem hanc in honore et pretio habebant, tanquam universae Celticae asylum et metropolim. Quae quum libera et a nullo expugnata ab Herculis aetate ad nostram usque permansisset, tandem a Caio Caesare (qui ob fortia facta deus vocatus est) vi capta, Romanorum imperium accipere una cum aliis Celtis coacta fuit.* Rursum lib. V. cap. 21., de Britannia loquens, *Huic priscis quidem seculis nihil rei cum peregrino ullo exercitu fuit: (siquidem nec Bacchum, nec Herculem, nec aliorum heroum quenquam adversus eam exercitum duxisse accepimus) verum nostra aetate C. Caesar (ob res a se gestas deus cognominatus) primus post hominum memoriam insulam subiugavit, Britannosque debellatos Romanis tributarios reddidit.* In alio eiusdem libri loco, qui est cap. 25., scribit, *Ex fluviis autem qui in mare influunt, maximi videntur esse Danubius et Rhenus, quem nostra aetate Caesar (qui deus nuncupatus fuit) miro quodam et incredibili artificio ponte iunxit: quumque suum exercitum eo transportasset, transrhenanos Gallos subegit.* Meminit vero Iulii Caesaris et libri I. c. 4., sed eius se aetate vixisse non addens. Scribit enim, *In sequentibus autem viginti tribus libris reliquas res omnes gestas ordine collocavimus, usque ad principium excitati Romanis adversus Celtas belli. Cuius dux C. Iulius Caesar (qui ob res gestas deus vocitatus fuit) maximam Celticarum gentium partem, et quidem quae inter eas maxime bellicosae erant, subiugavit, Romanumque imperium ad Britannicas usque insulas promovit. Huius gesta initium habuerunt a primo Olympiadis centesimae et nonagesimae anno, archonte Athenis Herode.* Eadem autem Olympiade se in Aegyptum venisse scribit, lib. I. c. 44. *In Aegyptum* (inquit) *centesima et nonagesima Olympiade pervenimus, regnante Ptolemaeo, qui novus Bacchus appellabatur.* Rursum lib. I. c. 83., *Quo tempore rex Ptolemaeus a Romanis nondum amicus vocabatur, et populus advenas Italos omni studio ac favore prosequebatur, ac sedulo dabat operam ne etc.* . . . . .

Titulus operis Diodori est Βιβλιοθήκη ἱστορικὴ in nostris qui-

dem certe exemplaribus. Eusebius quoque Evang. Praep. lib. I, (pag. 13. editionis patris mei) dicit eum in unum opus collegisse universam ἱστορικὴν βιβλιοθήκην. Verum idem lib. 2, pag. 33, βιβλιοθήκας numero plurali vocat, nec addit ἱστορικάς· scribit enim, ὃ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταυτὸν ὁμοῦ συναγαγών. Itidem Iustinus Martyr de eo dicit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών. Rursum Eusebius pag. 36. citat librum quartum βιβλιοθηκῶν Diodori. Iam vero et Plinius (nisi hic quoque mendosa sunt exemplaria) βιβλιοθήκας numero plurali appellat. Cuius locum repetam paulo altius, ut intelligi possit quod de hoc titulo scribit. Haec igitur eius sunt verba in praefatione totius operis: *Iam Musae, Pandectae,* ἐγχειρίδιον, λειμὼν, πινακίδιον, *inscriptiones propter quas vadimonium deseri possit. At quum intraveris, dii deaeque quam nihil in medio invenies. Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque quam facetissimi. Lucubrationem puto, qui Antias civis erat et vocabatur, Valerius primus asserit. Varro in Satyris suis Sesculyxem et Flexibulas. Apud Graecos desiit nugari Diodorus, et* βιβλιοθήκας *historiam suam inscripsit. Appion quidem grammaticus* etc. Hactenus Plinius. At enarrator Aristophanis citat locum quendam de tripode ex Diodori libro 16, τῶν ἱστοριῶν βιβλιοθήκης. Ubi fortasse scripserat τῆς τῶν ἱστοριῶν βιβλιοθήκης. Nec sunt valde absimiles hi tituli, ἱστορικὴ βιβλιοθήκη, et ἡ τῶν ἱστοριῶν βιβλιοθήκη. Iam vero de titulo, qui est apud Athenaeum, quidnam dicemus! citat enim ille Diodorum ἐν τοῖς περὶ βιβλιοθήκης. Quo tamen sensu opus Diodori appellari possit τὸ περὶ βιβλιοθήκης non intelligo, ac mendum subesse verbis illis ἐν τοῖς περὶ existimo. Est autem locus quem citat, libro 16, pag. 523. huius nostrae editionis. Porro quod ad praecedentes attinet inscriptiones, videtur omnium simplicissima esse haec, (quae et in nostris exemplaribus habetur) ἱστορικὴ βιβλιοθήκη, a qua non abludit ista (uti modo dixi) ἡ τῶν ἱστοριῶν βιβλιοθήκη. Nec enim aliud hisce inscriptionibus significari arbitror, quam opus historicum ex variorum historicorum scriptis ita conflatum, ut unum aliorum multorum instar esse, et, tanquam bibliotheca historicis variis instructissima, cognitionem historiarum omne genus subministrare possit. Quum autem vocatur βιβλιοθῆκαι, primum quidem subaudiendum relinqui puto adiectivum ἱστορικαί: deinde pluralem numerum aliquid amplius significare quam singularem: quasi non unius bibliothecae, sed multarum bibliothecarum instar esse possit hoc opus. Quod vero dicit Eusebius, Diodorum in unum opus collegisse bibliothecas historicas, eodem redire crediderim. intelligit enim, ut opinor, cum diversorum authorum scripta (tam multa ut bibliothecas implere possent) in unum opus congessisse. Idem vero Eusebius in prooemio libri 2, simplicius loquens de eo, *Qui* (inquit) *ex pluribus historias collegit:* ἐκ πλειόνων τὰς ἱστορίας ἀναλεξάμενος. At Iustinus

Martyr (cuius modo protuli verba) non dicit ut Eusebius, *Qui bibliothecas collegit*, sed, *Qui contraxit, et in compendium redegit.* Quod tamen dicens, nullo modo ab Eusebio dissentit. nam is alicuius opus in compendium redigit, qui non omnia quae in eo sunt colligit, sed ex multis interdum pauca, et quidem ea quae illi videntur esse praecipua. Nec Eusebius collectionem talem intelligit quae totos caeterorum historicorum libros coacervarit, sed in qua delectus, quali opus est his in rebus, adhibitus fuerit.

Hoc autem opus quod historicam bibliothecam appellari diximus, in quadraginta libros a se distributum fuisse ipsemet in prooemio testatur, pag. 4, scribens, *Adeo ut universum opus nostrum, quod quadraginta libros habet, annos mille centum triginta octo complectatur, ultra tempus rerum ante bellum Troianum gestarum.* Sed animadvertendum est, quosdam ex his libris esse duplices, id est in duas partes divisos: ut est liber primus, item decimus septimus. Quanquam ipse author divisionis libri decimi septimi non meminit, sed tantum divisionis libri primi. posteriorem enim eius inchoans partem, ita praefatur, *Quum primus Diodori liber ob prolixitatem in duos libros divisus sit, prior quidem* etc. Ubi quod scriptum sit, *Primus Diodori liber*, non, *Primus meus liber*, non debet cuiquam suspectam reddere positam hic praefatiunculam, quasi supposititiam. nam quae in calce eius habentur, esse Diodori convincunt, quum ibi de se non iam in tertia sed prima persona loquatur. Ut autem hic positus fuit iste titulus τμῆμα δεύτερον, ita et supra, pag. 4, illis verbis, Περὶ μὲν etc. (quae habentur continuo post prooemium) videtur debuisse praefigi haec inscriptio, τμῆμα πρῶτον. sed nostris exemplaribus nihil ausi fuimus affingere. Caeterum hinc apparet quid Volaterranum et alios in errorem impulerit, citantes ex libro sexto Diodori quae in quinto habentur. Nimirum is cuius edita fuit pridem Latina horum quinque priorum librorum versio (vel potius perversio) primus, opinor, caeteris ansam errandi praebuit: qui, ubi Diodorus posteriorem libri primi partem inchoat, libri secundi principium constituit: ac deinceps ubi ille initium libri secundi facit, ipse tertium inde incipere credit, et ita in librorum sequentium enumeratione pergens, ut pro quinque sex habeamus facit. Quod si in eius manus integrum volumen venisset, ex quadraginta libris fortasse quinquaginta hoc modo fecisset. nec enim dubito quin et ex libris qui desiderantur aliquos hic author duplicaverit. Verum eos quibus non ipsos Diodori libros, sed eorum tantum interpretationem videre contigerat, excusatione dignos merito iudicemus: at qui Graeca versaverant exemplaria, minus veniа digni videntur. Imo vero ne eos quidem qui Latinam duntaxat interpretationem viderant (ac multo minus eius authorem) veniam mereri dicere possumus: quum in ea ipsa liber primus in

duos libros divisus esse scribatur. Volui autem hunc errorem patefacere, propter eos etiam qui clamitant bellum hunc interpretem librum sextum habuisse; qui tamen in iis quae notae sunt bibliothecis desideretur. Quod si quis aliqua ex vere sexto libro legere cupit, habet apud Eusebium locum inde depromptum, Evang. Praep. lib. 2, pag. 38 editionis patris mei, quem et in calce huius operis inveniet.

Librorum Diodori omnium quidem simul titulus est is de quo paulo ante dictum est, Historica bibliotheca: sed quosdam ex iis peculiares inscriptiones habuisse, ex eo coniicere possumus, quod ipsemet librum quintum νησιωτικὴν βίβλον inscribat, id est, ad verbum, *Insularem librum*, quod videlicet in eo de insulis agat. Atque hoc diligenter notandum est, ne si incidamus in aliquem authorem qui νησιωτικὴν βίβλον eius citet, eum esse de numero librorum Historicae bibliothecae inficiemur.

Argumentum huius operis in genere quidem ipse titulus declarat: sed particulatim ab ipso authore exponitur, in fine pag. 3., ubi scribit, *Ex libris nostris primi quidem sex complectuntur res ante Troiani belli tempora gestas, et ea quae fabulis tradita de eo seculo fuerunt, atque horum tres priores antiquitates barbaricas, tres posteriores Graecas fere complectuntur. Undecim autem sequentibus a Troiano bello universitatem rerum gestarum, usque ad Alexandri mortem, memoriae prodidimus. In iis, qui supersunt, viginti tribus reliqua omnia gesta collocavimus, usque ad initium belli Romanis adversus Celtas exorti.* Haec ille. Qui autem magis particulatim singulorum librorum argumentum nosse volet, praefixa legat unicuique eorum κεφάλαια.

De temporis autem longitudine quod toto suo complectitur opere, paulo post ipse scribens, ait se id quidem tempus quod bellum Troianum antecessit, certo spatio non definire: sed a Troiano bello (Apollodorum Atheniensem sequendo) nonaginta annos usque ad Heraclidarum reditum statuere: ab hoc autem usque ad primam olympiadem trecentos viginti octo, a Lacedaemoniorum regibus tempora computando. Postremo a prima olympiade usque ad Celtici belli initium (quo suam historiam clausit) septingentos triginta annos. Adeo ut universum opus, quod quadraginta libros habet, spatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerum ante Troianum bellum gestarum excepto.

Caeterum ad universalem historiam in unum opus includendam se desiderio iuvandorum lectorum impulsum, et nec laboris ad id necessarii magnitudine, nec temporis longitudine deterritum fuisse, in prooemio suo testatur. ubi etiam ait, facile et promptum omnibus fore ex eiusmodi opere, tanquam ex uberrimo fonte, quae ad suum institutum pertinent haurire: contra vero evol-

vere sparsas per varios libros historias (eorum videlicet qui propria gentis aut civitatis unius gesta seorsum tractaverint) praeterquam quod laboriosum sit et ad perspicuam rerum intelligentiam perincommodum, non cuiusvis esse, quod nimirum non omnibus tot datum sit volumina nancisci. Se ergo totos triginta annos in hoc opus insumpsisse, et bonam Europae atque Asiae partem magnis cum aerumnis periculisque peragrasse scribit, quod locorum ignorationem sciret nonnullos ex celeberrimis etiam historicis in errores varios impulisse. Quibus haec subiungit, *Adminiculum autem nobis ad hoc incoeptum fuit, ante omnia quidem huius argumenti pertractandi cupiditas (per quam omnibus mortalibus etiam quod alioqui nulla ratione effici posse videtur, effectum redditur) deinde vero suppeditata Romae omnium rerum quae ad huius argumenti tractationem faciebant abundantia et copia. Quum enim urbs haec adeo supra omnes alias emineat, ut eius potentia usque ad extremos orbis terminos pertingat, expeditissima et plurima nobis adminicula subministravit, utpote qui eius incolae longo tempore fuerimus. Nos enim ex Argyrio urbe Siciliae orti, et propter commercium, quod nobis cum Romanis in insula versantibus erat, magnam linguae Romanae cognitionem adepti, omnia huius imperii gesta ex vetustis quae apud illos asservantur monumentis desumpsimus.* Et haec quidem hoc loco Diodorus. alibi autem Ephori exemplo se *κοινὰς πράξεις* memoriae mandasse scribit.

Apud Diodorum conciones crebrae aut longae, sicut apud alios multos historicos, quaerendae non sunt, utpote quas ipse in illis reprehendat. Ait enim eas narrationis cursum interrumpere, et lectorem avide in cognitione historiae ulterius progredientem remorari. Invehiturque in eos qui intempestive suam eloquentiam in historia scribenda ostentant. atque ubi tot conciones orationesque rhetoricis pigmentis aspersae infarciuntur historiae, totam historiam esse concionum accessionem scribit. Perinde est autem, ac si diceret, ipsam historiam, quae est *τὸ ἔργον*, fieri *τὸ πάρεργον*: contra vero conciones, quae esse debent velut *τὸ πάρεργον*, tractari tanquam ipsum *ἔργον*. Ubi autem locum habeant conciones, et quis earum debeat esse modus, declarat. An vero et in Thucydidem cadat haec reprehensio, viderint alii.

Res gestas tam diligenter et accurate atque adeo exacte temporibus distinguit, ut hac in re palmam inter historicos obtinuisse credatur. Porro quod modo *ἀρχόντων*, modo consulum, interdum utrorumque simul nomina secus apud eum quam apud alios scripta reperiuntur, ea vero scripturae diversitas debeatne ipsis authoribus imputari, an iis qui libros eorum descripserunt librariis, saepe dubium relinquitur. Sunt quidem certe loci nonnulli in quibus tanta est diversitas, ut eam ipsis authoribus liqueat esse imputandam. Verum quod ad temporum notationem attinet,

peculiare est hoc Diodoro, non solum ἀρχόντων et consulum, sed et virorum doctrina illustrium nominibus ea signare. Interdum etiam tempus quod describit, esse id ait a quo hic vel ille suam sit orsus historiam, simul et tempus in quod ea desinat significans. Exempla sunt lib. XII. c. 37. et XIII. 103.; praeterea c. 108. et XIV. c. 43, item 46, item 84. Multos vero simul enumerat XV. 76. Alios omnes longum foret adnotare locos.

Hoc insuper Diodoro usitatum est, suis narrationibus clausulam, quae aut laudem aut vituperium contineat, imponere. Nam ut, si quid insigni cum prudentia aut fortitudine gestum est, summis laudibus authorem huius rei prosequitur: ita si quo in facto insignis temeritas vel ignavia vel improbitas se prodit, male accipere verbis authorem eius solitus est. Cuius suae consuetudinis cum alibi, tum in libri decimi quinti prooemio meminit. Praeterea lib. XV. c. 88. morem institutumque suum esse dicit, fortis alicuius viri morte commemorata, laudes eius subiungere. Et quidem ut ibi in Epaminonda hoc facit, ita et paulo ante fecerat in Pelopida, cap. 80. Modum interim tam in laudationibus quam vituperationibus tenet, et ne in eandem in quam Timaeus reprehensionem incurrat sedulo cavet. nam propter crebras ac longas ἐπιτιμήσεις Timaeum fuisse vocitatum Epitimaeum ipse quodam loco scribit.

Est etiam mos hic Diodori (qui praecipue commendare scripta eius piis omnibus debet) ut rerum multarum eventus, quos alii historici fortunae imputarent, divinae providentiae adscribat, ut V. 83. *Et Tennem, praeter spem omnium, dei alicuius providentia servatum, regno insulae potitum fuisse.* Sic XVI. 58. *Nam qui in templum confugerant, quum se deorum ope servatum iri sperassent, contra divina providentia factum est ut supplicio sacrilegis digno afficerentur.* Huc autem pertinent et hi loci, qui item pietatem eius (qualis in ethnicum hominem cadere potuit) testantur, ut XV. 58. *Hi ergo, tanquam aliquo deo ipsis offenso, iustas et debitas poenas luerunt.* Item XVI. 31. *Quum autem exire inde non posset, cruciatusque se captum manentes formidaret, se ipsum praecipitavit: atque hoc modo dans numini poenas, vitam finivit.* Et c. 64. *Qui ergo numen contemnere ausi erant, eo quo diximus modo puniti a diis fuerunt.* Quodam etiam loco, infortunia quae narrat, physicos quidem inter naturales et coactos rerum eventus annumerare ait: at eos qui pii sint erga deos, interpretari a diis invectas esse calamitates illas adversus eos qui numen ipsorum violassent. Iam vero et principibus nonnullis suam erga deum pietatem promoti eorum imperii causam fuisse perhibet. Pudeat pudeat ergo Christianos quosdam, in suis historicis scriptis omnia fortunae tribuentes, ethnicos verbis (utinam non etiam mente) comperiri.

Diodori autem idioma unusquisque assidua eius scriptorum lectione cognoscere poterit. quod cognitum ad multos in iis emendandos locos, multos item alioqui perobscuros intelligendos, itemque ad amovendam falsam suspicionem de librariorum quibusdam in locis fide, plurimum adiumenti attulerit. Quicunque enim novus scriptoris huius lector erit (etiamsi alioqui in lectione aliorum omnium exercitatissimus sit) futurum ut ei nova multa occurrant, praemonitum volo.

Hoc addam, elogia de Diodoro, vel potius Diodori scriptis extare apud Iustinum Martyrem et Eusebium Pamphili pulcherrima. Nam ille celeberrimum Graecorum historicorum cum appellat: hic autem illustrem virum eum esse dicit, et de cuius doctrina omnium philologiae studiosorum magna sit opinio. Subiungitque paulo post, notiora Graecis esse Diodori quam aliorum scripta. Quae quidem ego afferens ad ornandum Diodorum elogia, idem propemodum facere mihi videor ac si faces soli ad eum illustrandum admoverem. Quantum enim solis lumen inter stellas, tantum inter omnes quotquot ad nostra tempora pervenerunt historicos (si utilitatis potius quam voluptatis aurium habenda sit ratio) noster hic Diodorus eminere dici potest. Ac quanto universus orbis civitate aut gente una est capacior atque amplior, tanto maior est scriptorum Diodori (si eorum argumentum spectemus) quam ullius eorum qui extant historicorum amplitudo. Nam quum ex aliorum unoquoque, tanquam ex rivulo, gentis unius aut civitatis aut principis gesta hauriamus, ex hoc, tanquam uberrimo fonte, vel potius patentissimo flumine, omnium fere totius habitabilis orbis gentium, et particulatim quarundam etiam illustrium civitatum res gestas haurire possumus. At enim mihi laudare aggresso Diodorum id obiiciendum quispiam existimaret, quod olim ei qui laudare Herculem parabat obiectum fuit, Ecquis eum accusat? Sed aliter profecto se res habet. Extat enim eius, licet tribus tantum constans verbis, gravissima tamen accusatio, quae temporis quidem vetustate non nititur, nec eius se authoritate tuetur: sed accusatoris authoritate fortasse niti posse videbitur. Is enim fuit Lodoicus Vives, qui nostro seculo natus, Hispaniae suae maximum decus et lumen ob doctrinam extitit. Eius haec leguntur (et quidem cum applausu a quibusdam leguntur) verba, *Diodorus Siculus ab inundatione quae sub Ogyge fuit rege Boeotiae, ad sua tempora, id est ad C. Caesarem dictatorem, historiam deducit. quem Plinius nescio qua de causa dicat primum apud Graecos desiisse nugari: quum nihil sit eo nugacius. Nisi forsan quod nullum operi suo illecebrosum aut magnificum titulum indiderit, sed inscripserit tantum Bibliothecam.* Haec Vives: nimirum nugari dicens Diodorum propter fabulosas quas prioribus libris tractat antiquitates. Quasi vero hic, dum παλαιὰν μυθολογίαν ap-

pellat, legitimam excusationem apud lectores aequos non haberet. Equidem si quicunque fabulosas antiquitates literis mandaverunt, talem criminationem a posteris formidassent, quali Vives onerat Diodorum, quidnam ad intelligendas saltem poetarum fabulas relictum nobis adiumenti fuisset? Adde quod huiusmodi ἀρχαιολογίαι, licet fabulosae vocentur, non usquequaque tamen fabulosae sunt, (earum autem bonam partem quae a poetis manarunt excipio) sed penitus in eas introspiciendo, quandam veritatis velut scintillam saepenumero inter densas mendaciorum tenebras invenire possumus. Exempla sunt in promptu. Etenim quam fabulosa et futilia putamus ethnicis visa fuisse quae de Mose cum alii tum Hecataeus et Alexander Polyistor memoriae prodiderunt? Atqui bonam eorum partem quae de se ipso Moses scripsit, in illis habemus: adeo ut non historiam illam finxisse, sed tantummodo historiae illi affinxisse multa dici possint. Quid aliud quam delirantium somnia, esse existimarunt ethnici fere omnes quae Berosus, quae Hieronymus Aegyptius, quae Mnaseas, quae Abydenus de diluvio scripta reliquerunt? Quotusquisque historicae Abydeni narrationi de turri ea quam vulgus turrim Babel a loci nomine appellat, plus fidei quam anilibus fabulis tribuendum putavit? Atqui ex sacris literis aperte cognoscimus ita fabulosa esse illa, ut veritatis lumen, inter densas mendaciorum velut nubes, quosdam tenues radios adhuc micantes habeat. Etenim si quis scripta eorum de diluvio et de illa turri cum scriptis Mosis conferat, falsa quidem in illorum scriptis esse quamplurima, si particulatim examinentur, sed in summis (ut ita loquar) historiae capitibus convenire illis cum Mose comperiet. Iam vero quod in his accidit prisci seculi historiis, cur non et in aliis accidere potuisse suspicabimur? Tantum abest igitur ut eos qui nobis ἀρχαιολογίας tradunt, mendacii protinus habere suspectos debeamus, ut ne poetarum quidem fabulas (de multis, non de omnibus loquor) in totum fabulas esse dicere satis pudenter possimus. Cuius etiam rei testimonium in modo dictis historiis locupletissimum certissimumque habemus. Nam quid de diluvio, quid de turri illa Moses scriptum reliquerit, omnes ad unum scimus: certe, si non vano Christianorum titulo gloriamur, scire debemus. Superest igitur, quid ethnici antiquitatum scriptores, quid poetae iisdem de rebus tradiderint posteris intelligere. Primum quod attinet ad diluvium, servatum quidem fuisse virum quendam, uno consensu omnes tradunt, sed nomen eius apud unum tantum (eorum quos legerim) invenitur, rerum Assyriacarum scriptorem Abydenum. Qui tamen pro Noe Sisithrum nescio quem, pro Iehova Saturnum nobis memorat. Quid poetae? nonne et ipsi diluvii meminerunt, et Deucalione ac Pyrrha lapidumque in orbem iactatione, ceu involucris, maxime memora-

bilem historiam nobis texerunt? Hactenus de diluvio. Ad illam turrim οὐρανομήκη veniamus, et quid de illa idem Abydenus scripserit audiamus. *Illi*, inquit, *quos primos terra edidit homines*, *ob robusta vastaque corpora elati, quum diis superiores evadere in animo haberent, immensae altitudinis turrim aedificare coeperunt. Quumque iam parum abesset quin ad caelum usque pertingeret, venti diis opitulantes machinam illam disturbarunt, atque huius ruinae reliquias Babylona esse quidam crediderunt. Caeterum quum ad eum usque diem, uno eodemque sermone usi omnes fuissent, deorum numine factum est ut alii aliam linguam haberent. Postea autem Saturno cum Titanibus ortum est bellum.* Haec ille. Alius autem gigantes qui ex diluvio evaserant Babylonem condidisse scribit, ubi quum illam historiis celebratam turrim extruxissent, eamque divina potentia subruisset, per universam terram eos dispergi coepisse. Quo siquis ea retulerit quae de gigantibus poetae cecinerunt (quis autem eo referenda non videt?) postquam legerit, gigantes regnum caeleste affectasse, montesque montibus superposuisse, scalam qua conscendi caelum posset molientes, an a verissima historia fabulam hanc manasse, vel potius, fabulam hanc veritatis veluti fundamento superstructam esse inficiari audebit? At si per se hanc spectaris, quid mendacius, quid vanius, quid nugacius fingi aut cogitari potest? Haec (et alia quorum consideratio virum iudicio praeditum decebat) si considerasset Vives, non tam aperte, dum Diodorum nugacem appellat, nugatus ipsemet fuisset.

HENRICUS STEPHANUS LECTORI S. D.

(Ex ed. Stephani p. 798.)

(Omisimus epilogi huius initium, quo de Photii excerptis ab se partim Graece partim Latine appositis, tum de supplemento libri XVII. ab Arriano et Curtio sumpto agit Stephanus.) Ad meas annotationes venio: quas te lecturum duo sunt de quibus velim praemonitum. Unum est, ut eas tanquam extemporales, non tanquam per otium scriptas, legas. Alterum, ut non temere hunc vel illum locum suspectum habeas, et praetermissam a me quereris eius castigationem: sed quod tibi scrupulum iniicit, etiam atque etiam videas ne sit ex Diodori (cuius novus sis lector) idiomate. Multos enim fortasse in hoc Diodori volumine mendosos esse iudicabis locos, quum a primo tantum limine id salutaris: quos, ubi ad eius penetralia perveneris, tibique eius idioma familiare reddideris, mendo carere cognosces. Nec tamen praeter locos a me

annotatos repertum iri alios depravatos inficior: sed eas fere quae in iis sunt depravationes non perinde damnosas aut periculosas esse scio. Illos autem excipio quibus hoc signum :: apposui. Eos vero praecipue emendare conatus sum, ad quorum emendationem quaedam in animo meo velut informatio styli Diodori adiumentum mihi afferre videbatur. De propriis autem nominibus nihil quicquam annotavi, quorum scripturae certa iniri ratio omnium quidem non potest, multorum fortasse multo cum otio magnoque cum iudicio potest. Qui autem eadem propria nomina tam virorum quam locorum, non eodem sed diverso modo scripta diversis in locis comperiet: is eam non nobis, sed nostris exemplaribus imputet inconstantiam. Ita tamen, ut quod in Diodori exemplaribus vitium reprehendet, eodem alia fere omnia Graecorum historicorum exemplaria laborare intelligat.

FULVII URSINI PRAEFATIO.

ANTONIO PERRENOTTO CARDINALI GRANVELANO FULVIUS URSINUS.

Ant. Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis, omnis politioris doctrinae vindex et assertor, misit ad me superioribus annis Polybii fragmenta quaedam, ut titulus indicabat, *περὶ πρεσβειῶν*, a Iohanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Ro. antiquitatem in capita et locos communes digesserat; ut eum librum a mendis, quibus paene infinitis corruptus erat, vindicarem, et cum studiosis etiam, si videretur, communicarem. Cum itaque quantum ego per varias occupationes potui, haec scripta accurate diligenterque legissem, proque ingenii mei viribus, quae perexiguae sunt, omni ratione expolienda curassem; vel ob ipsum operis argumentum digna maxime visa sunt quae prodirent in lucem. continent enim Pop. Rom. ad Reges exterasque nationes et Regum rursus exterarumque nationum ad Pop. Rom. magnis de rebus ultro citroque missas legationes, in quibus cum alia multa sunt, unde nostras actiones veterum exemplorum regula metiri possimus, tum conciones praeclarae habentur, deque foederum et pacis conditionibus disceptationes ad rerum gerendarum rationem perutiles. *(Reliqua praefatio huc non pertinet.)* Romae XII. Kalend. Decemb. 1581.

LAURENTII RHODOMANNI

PRAEFATIO.

CANDIDO LECTORI LAURENTIUS RHODOMANUS S. D.

Anni iam praeterierunt XXXVII. circiter, cum in Gymnasio Ilfeld., ad Hercyniae in Saxoniam ex Tyringia portam sito, (quod tunc studiis et exercitamentis artium et linguarum, inprimis Graecae, antistite Neandro, informandae iuventutis magistro et artifice dexterrimo, ita florebat, ut cum optime constitutis ac celeberrimis in tota Germania facile de palma certaret) Graecis litteris operam dabam. Inter caeteras autem studiorum commoditates etiam haec mihi contigerat, ut ex praeceptoris Bibliotheca, quam libris in omni artium genere instructissimam habebat, quicquid ad usus expeterem, affatim depromeretur. Venit tum, inter alios optimae notae auctores, in manus etiam DIODORUS SICULUS, non ita pridem ab HENRICO STEPHANO editus. Quem ubi primum legere coepi, dicere non possum, quantos in animo statim meo hic scriptor amores excitarit, in quantam sui admirationem me rapuerit, adeo, ut ex illo tempore, illum amare et magnifacere, praedicare etiam, ubi occasio daretur, nunquam destiterim. Styli autem facilitas et elegantia, in quam tunc aetatis praecipue respiciebam, mirifice me capiebant. Sed affectio haec eo magis crevit et confirmata est, quo plus iudicii cum aetate et profectu in bonis litteris accedebat: maxime cum postea viderem, quanta rerum optimarum varietas in catholica DIODORI historia contineretur. Tametsi vero plurimum inter auctores classicos perpetuo tribuebam DIODORO: nunquam tamen interpretandi eius cogitatio animum subiit: praesertim cum tot in eo non obscuri nominis viros elaborasse iam pridem animadverterem. Ideo nunquam huc operae aliquid contulissem, nisi doctissimus ille omnium nostro saeculo Typographorum HENRICUS STEPHANUS provinciam hanc mihi commendasset.

Postquam enim Memnonis et Agatharchidae Eclogarum versionem, REINERI REINECCII τοῦ ἱστορικωτάτου consilio et

hortatu concinnatam, censurae illius subieceram: quam etiam tantopere approbavit, ut cum sua Persicorum Ctesiae interpretatione brevi post in lucem emitteret: non per litteras modo, sed Bernhardum etiam Praetorium Hessum P. L., ex amicis nostris integerrimum; cuius in curandis meis ad eum pagellis opera utebar; ad laborem istum suscipiendum enixe me instigavit. Quia enim vir ille ad bonos auctores cum typo venustissimo exprimendos, tum lucubrationibus suis, et quibuscunque aliis rationibus posset, illustrandos, natum se ac praeclaris divinitus instructum adiumentis, intelligebat: fideliorem auctoris optimi interpretationem diutius a maxima studiosorum parte desiderari, non tolerandum sibi existimabat amplius. Et quid causae est, cur nonnulla ex autographis Epistolarum ad me eius non apponam? Ita vero scribit: „Cum de opusculis historicis a te versis, et de Q. Calabro a „te verso itidem, sermonem cum Bernhardo Praetorio (qui me „tuis verbis salutatum accesserat) haberem: venit in montem Dio„dorus Siculus, quem poscere novam interpretationem constat. „Ideoque tum ego illi: Quid si vero in tam celebri scriptore ver„tendo Rhodomanus operam suam poneret? quod si in toto opere „non posset, saltem in priore eius parte id praestaret. Ego certe, „nisi semper infinitis aliis negociis districtus fuissem, iam pridem „ipsemet istud onus subiissem. Tanti scriptorem illum facio. Nec „vero dubito, quin a te quoque maximi fiat. Quare tuum respon„sum non sine aliqua spe exspectabo, etc. Francfordii, April. XVI. „Anni 1593. His nundinis ex officina mea prodiit Isocrates Grae„colat. una cum VII. meis in ipsum Diatribis. Me brevitati stu„dere (mihi alioqui peringratae) occupationes nundinales co„gunt. Ideo iam tibi dicere cogor Vale."

Movit me tanti viri auctoritas, et publicae utilitatis consideratio tandem, ut operi manus admoverem. Et feliciter res successit. Nam intra pauculas hebdomades in mythologicis (hinc enim exorsus fueram) partem non exiguam absolvi. Cum vero exemplari destitutus proprio, copiam eius ut mihi faceret, rogarem, et liberaliter id mecum communicavit, et in hunc modum rescripsit.

„Mitto ad te exemplar Diodori, quum scribas a te repetitum „esse, quod habebas, et quum nolim te exemplaris penuria prae„stare non posse, quod te lubenter praestiturum, et antea scri„pseras, et nunc quoque scribis, ad interpretationem eius quod „attinet. Multo autem magis mihi quoque illud placet, te inter„pretationem, quae tua sit, dare, quam veterem illam a te in„terpolatam. Sed multum tamen ab illa poteris adiuvari: nec vi„deo, quid obstet, quo minus, quae satis apte reddita erant, reti„neantur. Fore autem quod dixi, ut adiumento tibi sit illa vetus

„interpretatio, ex eo mihi persuadeo, quod locos aliquot mihi vi-„dear ἐν παρόδῳ legisse non incommode versos. Nescio tamen an „satis fidere memoriae hic debeam: et malo hoc integrum tibi re-„linquere. Ubi autem, quod mitto exemplar per N. N. Bibliopo-„lam Ienensem, tuas in manus venerit, de hoc certior fieri cupio, „simulque specimina tuae interpretationis diversorum illius scri-„ptoris locorum accipere. Literas ad Sylburgium mittes: qui eas „mihi reddendas curabit. Verum et hoc scire cupio, an non ali-„qua exemplaria historiarum Ctesiae et Memnonis, quae ipsi Syl-„burgio ad te mittenda dederam, acceperis. Ad Diodorum autem „ut revertar, quamvis specimina interpretationis e diversis eius „locis petam, velim tamen alioquin te ordinem librorum sequi: et „prioribus libris prius operam dare. Vale. Francfordii Martii XX. „Anno 1594."

His literis ubi denuo mihi calcar additum erat, qua poteram contentione reliquam versionis mythologicae partem promovebam: nec prius manum de tabula, quod dicitur, quam colophonem tractationi imposuissem: quam his interim verbis STEPHANUS flagitabat.

„Eam interpretationis Diodori partem, cui iam manum ulti-„mam imposuisti, sperabam me his nundinis accepturum. Ac for-„tassis aliqua in ea parte animadvertissem, de quibus meum iu-„dicium haud improbasses. Sed voluisti fortassis ad nundinas pro-„xime sequentes rem differre, ut non iam partem, sed potius to-„tum mitteres. Quod libenter videbo a te factum. Ad Q. Cala-„brum quod attinet, si in thesauro fuit praetermissus, consulto „factum haud fuit, etc. Francfordii XV. April. Anno 1595."

Desiderio igitur τοῦ ἐργοδιώκτου ut satisfacerem, Antiquitatum Diodori V. libros a me conversos, pureque descriptos, illi transmisi, in sequentibus nonnihil periculi a me factum significans. Quod tam gratum ei fuit, ut ad omnium deinceps librorum interpretationem me denuo sic invitarit: „Tuam interpretationem „illorum V. Diodori Siculi librorum libenter vidi, sed multo „libentius (ne quid dissimulem) vidissem, si adiunctos sibi vici-„nos suos habuissent. Cum tamen parvus ille librorum, quos „mittis, numerus initio mihi nullo modo satisfaceret, essetque „velut minimum valde sitienti poculum: satisfacere propemodum „coepit, postquam eas, quas huius paucitatis affers, rationes et „legi et expendi: ac praesertim cum ex iisdem litteris tuis, te „iam in XIII. versari, intellexi: etc. Francofordii XVII. Septemb „A. 1595."

Hoc postremum ad me eius responsum fuit. Nam plures dehinc viri huius excellentiss. non modo scriptiones, sed operas etiam nescio quod infortunium abrupit: eumque non multo post

fatalis, et tunc Germaniae, multisque clariss. viris (inter quos etiam Commelinus, Typographorum a STEPHANO diligentissimus, erat) funesta lues exstinxit. Quod in causa fuit ut et versionis meae V. librorum, STEPHANO exhibitorum, iacturam fecerim. Quae non nisi magnis laboribus et impendiis deinde reparata fuit. Tunc vero novo quodam modo rem institutam tractare sum aggressus. Cum enim tempus interpretationis longius extractum iri, propter laboris adhuc residui magnitudinem praeviderem: ut maturius Auctorem, nova et meliore (si possem) donatum latinitate, publicis usibus exhiberem: interpolandos sequentes libros aliquot mihi proposui: et a postrema libri XIV. parte facto initio, ad finem libri XV. filum deduxi. Nam superiora, a Vaticano interprete olim reddita, iam meam habebant versionem. At huius me tandem operae tam poenitere quam pigere coepit: cum subinde hae cogitationes interpellarent. Ecquid tu tibi vis? Cur censuram in aliorum opera tibi sumis? an non suum unicuique integrum relinquere, novumque pro tui ingenii viribus condere, fuerit honestius? Atque haec tandem ratio pervicit. Ad consuetum igitur versionis modum revertebar. Interea non deerant, qui me hortationibus suis, ut in pristino tenore persisterem, animabant. Quos ut optime de meis studiis meritos nominem, grati animi religio hic iubet et impellit: ut fuerunt inter litteratos, NEANDER ille optimus: qui donec in vivis erat, nunquam ad pulcerrima quaeque opera me excitare ac promovere destitit. Cui viro si maximam profectus mei quantulicunque partem adscribam, quod iustitia et veritas maxime postulant, facio. Et proximus ab hoc, quod ad iuvandi et ornandi mei rationes attinet DAVID CHYTRAEUS ὁ πολυΐστωρ; etiam ipse dum fata superstitem esse voluere, non praeceptoris tantum, sed etiam primarii amici benevolentiam ac studium mihi perpetuum declarans. Ad quos accesserunt alii: Europae totius lumen, IOSEPHUS SCALIGER; et IOANNES CASELIUS, philosophiae et Graecae Romanaeque Eloquentiae doctor in Academia Iulia insignis. Nec inter politicos defuere, qui favore suo laboribus his meis sublevamentum adspirarent. Inter quos merito primas obtinent tres viri magnifici et iurisconsulti clarissimi, D. DAVID PFEIFERUS, D. MARCUS GERSTENBERGIUS, D. CHRISTIANUS DISTELMEIER, septemviratus Saxonici, Landgraviatus Tyringici, et Marchionatus Brandeburgici Electoralis Cancellarii sapientissimi, et praeclare de Repub. merentes. Qui dum velut Atlantes infinitum illud amplissimae gubernationis coelum sustinent, literariam simul rem magno studiorum commodo, ut iuvent, exornent, amplificent, enituntur, et immortalem propterea apud omnes eruditae sapientiae cultores observantiam atque gloriam promerentur. Musae equidem meae se plurimum his debere, non grata solum mente nunc agno-

scunt, sed pia etiam voce in aeternum praedicabunt. Cum quibus merito coniungo D. IOHAN. GEORG. GOEDELMANUM, et LUDOVICUM WILHELMUM MOSERUM, Illustris. Electoris Saxonici consiliarios spectatissimos; quorum ille consiliis, eloquentia et dexteritate, tum alibi tum in summis legationibus, operam navat praeclarissimam, suaque virtute et ingenii excellentia tantam apud RODOLPHUM II. Imperatorem Augustum, et summum in Orbe terrarum μονογήνην, sibi gratiam conciliavit, ut inter S. palatii Caesarei Comites fuerit allectus. Hic industriam, fidem, ac prudentiam suam, partim in Illustris. Sax. Ducis Augusti institutione, partim in aliis reipub. muneribus, ita probavit, ut non tantum in amplis. Consiliariorum collegio locum obtinuerit, sed intimus etiam Camerae Electoralis secretarius sit effectus. Uterque autem me studiaque mea favere ac patrocinio, ut semel complecti coepit, sic amare et iuvare nunquam desinit. Mentionem igitur horum inter patronos eximios si non facerem, in sanctas Gratiarum leges peccare non immerito viderer. Quanquam vero his amicorum velut calcaribus incitatus faustisque acclamationibus subinde roboratus, in curriculo feliciter coepto gnaviter pergebam; nihil praeter optatam studii huius metam habens propositam: variae tamen remorae intervenerunt: quae sub primum statim exordium, e carceribus vix dimisso, et in medio cursu, tandemque circa finem ipsum, dum a meta ad carceres prope reversum est, impeditum me retardarunt. Bis enim publicum in Academia Ienensi munus gerendum fuit; primum Decani, seu Agonothetae philosophici; exinde magistratus, qui summus in Academiis existit: ubi tela haec per intervalla non exigua interrupta fuit. Bis etiam sors mea, quam variis divina providentia vicibus mirabiliter versat, locum mutare interea me iussit: semel cum ad Gymnasii Stralsund. in Pomerania gubernationem accitus; iterum cum ad publicam Historiarum professionem in Academiam Viteberg. revocatus sum. Hic enim, post longam veluti iactationem, studia mea, sub Illustris. Saxoniae Electoris CHRISTIANI clientela benignissima, exoptatum invenere portum: ut vere cum Marone exclamare possim: *O Meliboee, Deus nobis haec ocia fecit! Namque erit ille mihi semper Deus; illius aram saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.* Nec parum rationes meas conturbavit discessus ex hac vita illorum, qui ἐκτυπωταὶ huius operis esse debebant, STEPHANUM dico, et COMMELINUM. Hic enim post obitum illius editionem operis ultro in se receperat. Divinae tamen bonitatis temperamento singulari factum est, ut quicquid est huius lucubrationis Vitebergae tandem ad finem deductum, officinam typographicam iam olim destinatam apud haeredes Wechelianos CLAVD. MARNIUM et IOAN. AUBRII FF.,

laudabilem rei litterariae operam navantes, tandem inveniret. Ἀφορμὴν itaque et progressum operis, amice lector, habes.

Iam, quae interpretationis ratio sit requiris? Ea sane, quae ad amussim non exacta, nec omnibus numeris absoluta est. Procul enim absit, ut hanc mihi excellentiam arrogem. Quam citra invidiam libentissime illis concedo, quos divinis ingeniis praeditos fortunatiore Deus occasione beavit, quam me; qui eruditionis supellectilem, curtam profecto et perexiguam, per maximam aetatis partem, inter difficultates vitae perpetuas, hinc inde collegi. Satis autem mihi fuit, si dictionis forma, licet non pura omnino; (hoc enim in voto magis et conatu quam effectu mihi est) a natura tamen Latini sermonis non abhorrente, uterer. Nec cacoethes illorum mihi imitari placuit, qui meros crepantes archaismos, novum loquendi genus, ab inferis resuscitatum, prae nitidissima Romanae dictionis puritate, tot laboribus et curis, per decrepitam hanc mundi senectam, a summis ingeniis reparata, nobis obtrudunt; et cum elegantia Ciceroniana excellere nequeant, antiquaria saltem novitate admirationem sui leviter ac stolide affectant. Quibus ut omnes sanae mentis studiosi τὸ μακρὰν χαίρειν dicant, totus fidelium magistrorum chorus per elegantiores Musas obtestatur, atque suadet. At nec ad verba Auctoris ita me semper alligavi, ut liberius quaedam reddere interdum religioni mihi duxerim. Non raro enim sententiam exprimere satis mihi visum: quem tamen interpretandi modum sic temperavi, ut verba interim emphatica simul exprimerentur. Hic non pauca subesse ingenue fateor, in quibus nec mihi, nedum emunctae naris lectori, satisfecerim. Quam facile est in magno opere, ubi animus ad finem properans ad ulteriora perpetuo avocatur, aut minus commode vertere aliquid, aut praeterire, aut quovis alio modo allucinari et labi? Profecto si ad iustam examinanda trutinam singula forent, ad vitae prius terminum, quam tanti operis metam perveniretur. At defectibus et erratis, ubi ubi occurrent, aequitatis studiosus veniam haud gravatim impertietur: praesertim ubi secum perputarit, neminem tam esse doctum, linceisque oculis praeditum, quin aliquid ignoret, visuque transcurrat. Quod si etiam illis, qui uni tantum negocio vacant, contigit, quid his non eventurum putas, qui multis et variis simul occupati distringuntur? Ut vero de magnitudine operis, de festinatione ad finem, de eruditionis inopia, et varietate laborum nihil addam, nonne locorum (quales passim occurrunt) obscuritati et perplexis sententiarum nodis aliquid acceptum feres? praesertim quum exemplarium, quae cum unico nostro contulissemus, copia fuerit negata: ne quid de censura hominum doctiorum minime nobis interim concessa dicam. Nasutos autem sciolos, omnesque invidiae et obtrectationis morbo laborantes, ne flocci quidem facio. Hos, si nostra haec inter-

pretatio ita sorteat, vel novam, et quidem suo, quod dicitur, Marte elaboratam, dare, vel ad priorem reverti, atque ita nostram hanc nobis salvam et incontaminatam relinquere iubemus.

Nunc de aliis, quae accesserunt, pauca quaedam subiungam. Marginalibus, quando cum novo rerum gestarum anno novum caput incoatur, annorum mundi et Olympiadum notationem adieci: ut lectori statim, ad quae tempora referri debeant singula, cognoscere in promptu foret. Hic autem ABRAHAMI BUCHOLCERI supputationem, ut certissimam, cum eruditis nostrae tempestatis hominibus sequor: sed ita, ut interim Chronologiis aliorum bene, de hoc studio meritorum, nihil sit derogatum aut detractum. Ad eandem applicavi etiam rerum, in duplice ad finem Chronologiae strictim annotatarum, capite, una cum magistratibus Atheniens. Romanorumque et Olympionicis. Quam operam, veluti corollarium non supervacaneum, boni consules, humanissime lector, eoque damnum ab erratis profectum compensabis. Graecus insuper textus, etsi magna industria et dexteritate plurimis in locis ab H. STEPHANO emendatus fuit: non minimam tamen partem habebat, quae nostram adhuc animadversionem requireret. At nusquam aliunde, praeterquam ex coniecturis, remedia, vitiis illis adhibenda, sumere licuit. Ideo hic etiam quod ingenio facultas permisit, effectum dedi. Ac certe vel hic labor, quam saepe haesitandum fuerit, quam difficulter opus interpretationis processerit, mihi testimonium perhibebit.

Magno tamen labore nec sine molestiis collecti et in ordinem redacti sunt a me indices, cum phraseologia, qua Graecae Linguae amantibus hanc navare operam, ut praeter cognitionem graece loquendi facultatem sibi aliquam compararent, studiose conatus sum.

De ECLOGIS hoc obiter, ὡς ἐν προσθήκης μέρει, significo, me diu magno illas desiderio expetivisse. Tandem vero, sed diverso tempore, copiam harum mihi factam esse. Nam pars ex ultima Decade libri Diodori excerptorum in manus nostras venit, cum PHOTII bibliothecam, quam μυριόβιβλον non frustra appellitant, mihi donavit ABRAHAMUS DRENTWEDIUS, Augustanus, iuvenis ingenio, eruditione, piaque humanitate insignis. Cuius amicam hic mentionem ut inseram, Gratiae me admonent: quas non minus fideliter colit, quam S. Theologiae Linguas et Artes philosophicas industrie adiungit.

Alteram deinde partem, temporis ordine tamen priorem, ex Decade tertia, communicavit mecum e Bibliotheca sua vir cl. optimeque de Graecae Linguae studiis promerens, DAVID HOESCHELIUS. Qui inter alia veterum Graecorum scripta, quae, cum ignorantiae ac oblivionis tenebris, situque ac blattis conflictantia, eruit atque emendat, et cum exoptatissimo τῶν φιλομούσων fructu in lu-

cem emittit; has etiam Diodori Siculi reliquias ab interitu ut vindicaret, impense operam dedit. Sed tantum abest, ut ἀποσπασμάτια illa excerptaque desiderium meum expleverint, ut multo magis hoc accenderint.

Idem enim mihi evenit, quod illis, quibus diuturniorem sitim restincturis exiguus boni liquoris scyphus exhibetur; aut qui speratis ex longinqua navigatione mercibus amplissimis minutas naufragii reliquias sparsim hinc inde colligunt. Utinam vero tantam Historicis Musis felicitatem summus illarum praeses et choragus largiatur, ut si non omnibus XXV. Diodori libris, hue usque deficientibus, at vero quinque saltem de prima Decade amissis tandem potiri nobis liceat.

Hic ad extremum Auctoris optimi commendationem flagitare a me cuipiam videatur officium: nisi iam ab alio id luculente sit praestitum. Nam de illius patria et aetate, de operis titulo, distributione, argumento et temporum complexu, de praeteritis ab eo concionibus, de discrepantia nominum in magistratibus Romanorum, de clausulis narrationum epiphonematicis, de providentiae divinae testimoniis, de stylo denique et eulogiis ipsius apud veteres, disertam atque eruditam posteritati commentationem, cum apologia de Antiquitatibus in speciem fabulosis, contra Lud. Vivem, H. Stephanus reliquit. Ad quam lectorem hinc dimitto; unum duntaxat ut mantissae loco hic superaddam, operae pretium videtur.

Etsi praeclarum fuit eruditae vetustatis de Diodoro iudicium, utpote quem Graecia maximi fecit illo ipso tempore, quo doctrinarum et eloquentiae studia per Graeciam maxime floruerunt: Iustini Martyris et Eusebii Pamphili testimonia planum faciunt: hoc tamen seculo inventus est, qui existimationi atque gloriae ipsius non modicum derogaret, Ioannes nimirum Bodinus, vir alioqui magno ingenio, variaque et recondita eruditione, ac singulari eloquentia, cum magno politicarum rerum usu, praeditus. Nam hic Methodi suae historiae cap. V. argumentorum machinis (ut quidem putat) non infirmis, auctoritatem eius oppugnat: dum, quae in genere dicendi, ipsaque historiae tractatione criminetur, anxie conquirit. Ac primum quod ad res attinet, lapsus eius in ratione fastorum et Olympiadum arguit, et Romanorum magistratuum nomina toties vel depravata, vel plane omissa, notat. Res etiam Italicas levi tantum brachio attingi, queritur: cum in explicatione interim Graecarum se prolixissime diffundat. Ad haec in suas ipsum leges peccare, dum longissimas alicubi orationes inferciat, praeteritis narrationibus magis necessariis. Salse praeterea lunarium apud Aegyptios annorum interpretationem, ut absurdam et ineptam deridet. Ac dictionis tandem genere nihil vulgarius esse asseverat. Hic non omnia ad vivum re-

secunda, sed auctori quaedam condonanda esse, ultro fatemur. Idque non immerito. Si enim in formosissimo puellae corpore, ob caeteras eximiae formae dotes, naevi aliquid facile condonetur; quis pauculos quosdam errores, in tam concinno alioquin utilique opere, non prompte Auctori ignoscat? Quod igitur ad consentaneas annalium rationes, et Magistratus Romanos perperam nominatos, aut praepostere collocatos, vel etiam praeteritos, attinet, idem et alii, maxime autem excellentis doctrinae et diligentiae accuratissimae vir Carolus Sigonius non semel conqueritur. At fieri potuit, ut in alios inciderit fastos Diodorus, unde applicationis illa diversitas existat. Nam pleraque Magistratuum nomina librariorum incuria vel curiositate mutilatim aut mendose exarata esse, ut arbitremur, τεκμήρια non sunt obscura. Quod eruditus candidusque lector pluribus in locis observabit. Italicarum autem narrationum brevitatem prudenti auctoris iudicio adscribimus. Compendiaria enim tantisper βραχυλογίᾳ uti voluit, in antiquitatibus scilicet illis Romae adhuc crescentis, quae copiam et splendorem non ita admitterent, donec imperii iam confirmati, perque totum pene orbem prolatati, res aliquando tanto maiore orationis apparatu et nitore exponere atque illustrare posset. Id quod abunde satis ab eo praestitum esse, fragmenta de bellis Punicis, de tumultibus servilibus, de bello Italorum sociali, quamlibet pauca, nobis demonstrant. Reprehensionem ob insertas ab Auctore conciones praetereo, cum putida sit, et Bodinum ipsum redarguat, quod Diodori scopum non observarit, vel observatum alio transponere voluerit. Non enim omnes omnino conciones ab Historia removendas censet: verum ab immoderata illarum immixtione ut abstineatur, monet, easque in loco necessarias esse probat.

Quam candide vero agat cum Historico nostro, dum per annos Aegyptiorum menses eum intelligere, perhibet, iudicent illi, qui non ex sua Diodorum sententia illud asserere, animadverterint. Quam iniquum vero est, propter vanam aliorum persuasionem deridendum propinare lectoribus eum, qui inter alias narrationes etiam huius mentionem facit? Censurae tandem de stylo, Photii de hoc ipso iudicium ex Bibliotheca eius subiunxisse, hoc loco contenti erimus. Quod κατὰ λέξιν Distinctione LX. pag. 51. Augustanae editionis sic habet: *Κέχρηται δὲ φράσει σαφεῖ τε καὶ ἀκόμψῳ, καὶ ἱστορίᾳ μάλιστα πρεπούσῃ· καὶ μήτε τὰς, ὡς ἂν εἴποι τὶς, λίαν ὑπερηττικισμένας, ἢ ἀρχαιοτρόπους διώκων συντάξεις, μήτε πρὸς τὴν καθωμιλισμένην νεύων παντελῶς, ἀλλὰ τῷ μέσῳ τῶν λόγων χαρακτῆρι χαίρων, φεύγων τε τροπὰς, καὶ τἄλλα, πλὴν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν τε καὶ ἡρώων, ὅσα τὸ ποιητικὸν ἔθνος νέμεται.* Hoc est, „Dictionis forma perspicua, nec exquisite ornata, quaeque „historiam maxime decet, utitur. Et neque constructiones nimis

„ac supra modum Atticis persequitur, neque ad plane usu tritam „devergit: sed genere dicendi mediocri gaudet, tropicasque locu„tiones et caetera fugit: praeter fabulosas de Diis et Heroibus „narrationes, quas gens Poetica sibi vendicat." Iam arbitrium penes lectorem esto, utri maiorem habere fidem malit, Bodinone, Graecas litteras mediocriter intelligenti, an PHOTIO: qui tantam in omni doctrinarum genere facultatem consecutus est, ut de omnium fere scriptorum, aetatem illius antegressorum, stylo et argumento, extra omnem iudicii aleam, pronuntiare non dubitarit.

Haec ergo sunt, quae praefationis loco, in lucubrationes has meas communicanda tecum, Lector humanissime, arbitrabar: ut aliquid tum de ratione ac forma interpretationis, tum de existimatione Auctoris tibi constaret. Tuum nunc est, piis votis gnaviisque studiis, huic nostrae operae favere, ac optime de te mereri cupientibus optima quaeque vicissim a Deo precari. Quo abs te impetrato, abunde magnam nobis gratiam esse relatam, profitemur. Vale, ac fruere.

DAVIDIS HOESCHELII PRAEFATIO.

NOBILISS. ET AMPLISS. VIRO IO. MATTHAEO WACKERO, A WACKENFELSA, EQ. S. CAES. MAIEST. A CONSILIIS IMPERII AULICIS, DN. ET PATRONO INPRIMIS HONORANDO, S. P. D. DAVID HOESCHELIUS AUG.

Constantinus Porphyrogenneta, ut a Theodosio proditum invenio, non contentus ex omnibus terrarum Orbis partibus libros quosque optimos cura summa conquirere, id etiam operae publice utilis navari voluit, ut pro rerum discrimine autorum quorumque scripta in certas classes, quae LIII fuerunt, tributa congererentur: ut quaqua de re, si tempus postularet, exemplorum hypotheses in promtu essent. Illarum prima *περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως* erat, vicesima septima *περὶ πρέσβεων*. Caeterarum, neque nisi paucarum praeter *τὸ ἐπώνυμον* scitur nihil; idque ex margine libri Legationum calamo exarati, ubi Lector argumentum quod alias aliud attingitur obiter, *ζητεῖν* iubetur *ἐν τῷ περὶ ἐπιβουλῶν, ἐν τῷ περὶ κυνηγεσίας, ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων, τῶν στρατῶν, ἐν τῷ περὶ νίκης, περὶ δημηγοριῶν, ἐπιστολῶν, ἐθῶν*. Hae igitur iniuriane temporis sint amissae an alicubi serventur nondum liquet. Eius vero, quae de Legatis agit, partem Fulvius Ursinus, vir praeclarissime de omni antiquitate meritus, magno eruditorum applausu, ante annos aliquot quam multos edidit; partem ex Serenissimi Maximiliani Boiorum Ducis et Cl. viri Andreae Schotti bibliotheca, quae nemini

rem publicam iuvare cupienti non patet, nos iam evulgamus, hancque eo nobiliorem, quod eorum historicorum fragmenta suppeditat, quorum nihil fere hactenus praeter nomen extitit. His corollarium addidimus Eclogas librorum Diodori Siculi amissorum, quas e Codice Ludovici Alemanni Florentini doctiss. R. Thomson Anglus mecum amice communicavit. *(Reliqua praefatio huc non pertinet.)* Augustae Vindelic. postridie Non. Aprilis A. S. N. 1603.

HENRICI VALESII DEDICATIO.

CLARISSIMO ET NOBILISSIMO VIRO D. NIC. FABRICIO PEIRESCIO, IN SUPREMO SENATU AQUENSI REGIS CONSILIARIO, HENRICUS VALESIUS S. D.

Iam dudum hic liber redire ad te tanquam ad parentem et auctorem suum gestit, Vir Clarissime. quidni enim te parentem appellem et auctorem eius libri, qui primum a te repertus advectusque sumptibus tuis ex insula Cypro, et in hanc urbem est missus? Iacuit ille quidem in hac urbe nimium fortasse diu, neglectus a quibusdam, transcriptus a paucis, iisque doctissimis viris, quibus, ut equidem existimo, ad eius editionem parandam atque absolvendam nihil praeter otium defuit. etc.

HENRICI VALESII PRAEFATIO.

IN COLLECTANEA EX POLYBIO, DIODORO ET ALIIS AD CANDIDUM LECTOREM PRAEFATIO.

Etsi in argumento huius libri 1) satis superque et consilium Collectoris et Collectionis ordo ac methodus aperitur, pauca tamen cum de Constantino ipso huius Collectionis auctore, tum de editione nostra hic praefari visum est. Igitur Constantinus Augustus Leonis Augusti filius fuit, Basilii Augusti nepos: unde πορφύρας ἀπόγονος in Argumento huius libri dicitur, ac vulgo πορφυρογέννητος cognominatur. (sic enim malo dicere, quam cum aliis πορφυρογεννήτην.) Hic cum admodum puer a patre esset derelictus, tutoribus summam imperii, ut fere fit, penes se retinentibus, lene ac placidum ingenium ad humaniorum artium studia contulit. In quibus cum magnopere profecisset, (fuit enim omnibus disciplinis excultissimus,) tandem consilium prorsus regio animo dignum cepit, quo non sibi solum sed etiam studiosis omnibus prodesset. Primum itaque, optimorum scriptorum in omni doctrinae genere exemplaria, quae iam tum ob frequentes barbarorum excursus crebrasque urbium vastationes rariora erant, undique con-

1) Subiectum est Valesii Praefationi.

quisivit, iisque Palatinam bibliothecam instruxit, non magis Principis ipsius quam publico omnium usui dicatam. Deinde cum tanta tamque immensa librorum moles plerosque a legendo deterreret, ipse, ut principem decuit, singulorum utilitati ac compendio consulens, auctores omnes qui idem argumentum tractaverant, in unum compegit corpus, resectis superfluis, ac selectis ex unoquoque scriptore iis locis quae quisque elegantissime tractaverat. Tales sunt *γεωπονικῶν* libri a Constantino nostro collecti, ut titulus ipse et argumentum iis libris praefixum demonstrat. Sed et *ἱππιατρικῶν* libros, qui etiamnum extant ex Simone, Xenophonte, Apsyrto et Hierocle excerpti, ab eodem esse collectos equidem non dubito. Verum his et si qui praeterea eiusmodi libri ad notitiam nostram non venerunt, et magnitudine operis et utilitate longe praestant COLLECTANEA HISTORICA, in tres et quinquaginta titulos (quos Locos communes vocant) ab eodem Constantino distributa, ac sex supra centum libris comprehensa. Singulos enim titulos Constantinus in duo volumina diviserat. priori continebantur antiquissimi quique historiae scriptores, aut certe qui historiam ab origine mundi repetebant. Ii vero qui res gestas Caesarum composuerant in posterius volumen erant reiecti. Ex his autem tribus ac quinquaginta titulis Excerptorum unicus hodie superest, qui de legationibus inscribitur, in duos, ut dixi distributus libros. Prior a Fulvio Ursino, alter a Davide Hoeschelio viris doctissimis est editus. Quibus iungendus etiam est hic noster, qui nunc primum in lucem prodit beneficio viri Clarissimi doctissimique et ad iuvandas literas unice nati, NIC. FABRICII PEIRESCII, titulo *Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*. Ita unus adhuc et quinquaginta horum Collectaneorum libri desiderantur, gravi sane ac deflenda iactura. Ii enim si omnes extarent, non difficile esset coniunctis ac consarcinatis omnibus fragmentis optimos scriptores, aut undequaque integros, aut certe levissime mutilos exhibere. Tituli autem eorum librorum qui desunt, quos quidem in nostro codice citatos reperi, hi fere sunt: *περὶ ἀναγορεύσεως βασιλέων. περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. περὶ οἰκισμῶν. περὶ παραδόξων. περὶ ἐπιβουλῆς. περὶ δημηγοριῶν. περὶ ἐθνῶν. περὶ συμβολῆς*, id est, de praeliis. *περὶ ἐκκλησιαστικῶν. περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. περὶ γνωμῶν. περὶ ἑλληνικῆς ἱστορίας. περὶ ἀνδραγαθημάτων. περὶ στρατηγημάτων. περὶ γάμων.* Quibus addi potest *περὶ ἐκφράσεως*, cuius libri index laudatur a Suida in *σάμβυκες*. Item *περὶ ἐπιβοῶν. περὶ κυνηγεσίας. περὶ στρατειῶν. περὶ νίκης. περὶ ἐπιστολῶν. περὶ ἐθῶν*, aliique plures qui in Excerptis legationum citabantur: quorum indicem refert Hoeschelius in Epistola quam editioni suae praefixit. Et haec de Constantini consilio ac methodo in his conficiendis libris dicta sufficiant. Restat ut quid a nobis speciatim in editione huius libri praestitum sit, paucis moneamus. Primum igitur id mihi consilium fuit, ut ea duntaxat quae

nondum edita essent, ederem in lucem. Quocirca evolvendae fuerunt editiones omnium auctorum quorum hic fragmenta referuntur, eo ut investigarem quid editum, quid nondum editum fuisset. Quod si quis interdum locus in exemplari nostro vel auctior, vel emendatior legebatur, tum ego illum apponere minime dubitavi. Nonnunquam vero initium duntaxat loci cuiusdam qui in editi codicibus extabat, consulto posui, ut notatis utrimque duobus quasi confiniis, facilius intelligeretur, ubinam fragmentum aliquod sedem haberet. *(Reliqua praefatio huc nihil pertinet.)*

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ [1].

Ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μὴ τὸν νοῦν παρεσύρησαν ἡδοναῖς ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν, οὗτοι δὴ οὗτοι καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, τοῦτο μὲν τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας δεῖγμα ἐναργὲς τοῖς μετέπειτα καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι [2]. *ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ πραγμάτων ἐγίγνετο καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ' ἄπειρόν τε καὶ ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο συμπλοκή, ἔδει δ' ἐπιῤῥεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ καλὰ καὶ ῥᾳθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς ἀληθοῦς ἐπιτεύξεως, ὥστ'* [3] *ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύρεσιν πῇ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν πῇ δὲ πρὸς τὴν ἐκτάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατοῤῥωδούντων, ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος καὶ δραστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι παντοδαπῆς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκύμονας, ἔπειτα τὸ τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ*

---

1 Hoc prooemium praefixum erat omnibus Excerptorum libris Constantini nostri, quemadmodum videre est in Excerptis legationum, quibus praefixus hic prologus iisdem plane verbis legitur. Unde cum in exemplari nostro maxima pars huius prooemii ita deleta esset, ut prorsus non posset legi, ex editione Hoeschelii id supplevimus. Huiusmodi autem prooemia Galeata vocantur a Latinis. Vales. *ʽΥπόθεσις τοῦ περὶ πρέσβεων τεύχους ʽΡωμαίων πρὸς ἐθνικούς* inscribit ed. Hoescheliana

2 *μώμενοι* Schweighaeuserus ad Polyb. vol. II. p. xxix.

3 *ὥστ'*] *ὡς* Hoescheliana

ἀκοὰς ἀποκναῖον ἄλλως τε καὶ ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς δεῖν ᾠήθη καταμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι πᾶσι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν, ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν τοὺς [1] τροφίμους τῶν λόγων καὶ μονιμώτερον ἐντυποῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν, μεγαλοφυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς ἐπὶ [2] τούτοις καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας, ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται, κοὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν συγκειμένων [3] ὃ διαφεύξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν, ἀλλὰ σύσσωμον σωζούσης καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τηλικαύτης [4] οὐ συνάψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, οἰκειώσεως. ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας πεντηκοστὴ οὖσα τυγχάνει [5], τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως. ἐμφαίνει δὲ τουτὶ τὸ προοίμιον τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαστοι καὶ μὴ γνήσιοι ἀλλὰ νόθοι τε καὶ ψευδώνυμοι. εἰσὶ δ' ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν [6]. ά. Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας. β'. Γεωργίου μοναχοῦ. γ'. Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς. δ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας. έ. Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας. ς'. Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας. ζ'. Ἡροδότου Ἁλικαρνησέως. ή. Θουκυδίδου. θ'. Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος. ί. Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξ . . . . ιά. Διονυσίου Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιβ'. Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.

---

1 *κατεντυγχάνειν τοὺς τροφίμους τῶν λόγων*] Sic in codice nostro legitur rectius quam in Hoescheliano, *εἰς τοὺς τροφ.* quo vitio scripturae inductus Casaubonus verterat, *eorum scriptorum quae ingenia alant lectioni incumbere.* Sed hac in parte eius interpretationem correxi [sic: *adeo ut hoc delectu habito maiori attentione et assiduitate lectioni incumbere studiosi queant.*]. Confirmatur autem lectio nostri codicis verbis sequentibus *καὶ ἐντυποῦσθαι τούτοις*, scilicet *τοῖς τροφίμοις τῶν λόγων.* Vales.

2 *ἐπὶ* uncis circumdedit Hoeschelius

3 *ἐγκειμένων* ed. Hoescheliana

4 *τῆς τηλικαύτης* eadem

5 *ἐπιγραφομένη περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς* (*ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους* margo) *τυγχάνει οὖσα ἑβδόμη ἐπὶ τοῖς* (sic) *εἴκοσι* Hoescheliana

6 clauditur argumentum in Hoescheliana sic: *ά. Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου. β'. Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς. γ'. Ἰωάννου Ἀντιοχέως. δ'. Διονυσίου Ἁλικαρνασέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. έ. ς'. Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ. ζ'. Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου. ή. Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. θ'. Διοδώρου Σικελιώτου. ί. Δίωνος Κοκκιανοῦ. ιά. Προκοπίου Καισαρέως. ιβ'. Πρίσκου ῥήτορος. ιγ'. Μάλχου σοφιστοῦ. ιδ'. Μενάνδρου Προτίκτορος. ιέ. Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.* Iambos non habet.

ιγ΄. Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην βασιλικῆς. ιδ΄. Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράφονται.

Ἴαμβοι σημαίνοντες τὴν βασιλικὴν ἀγωγήν.
αἰὼν ὁ μακρὸς ὥσπερ ἄνθη τοὺς λόγους
ἁπανταχοῦ γῆς ἔσχεν ἐσκεδασμένους,
ἀνθοῦντας οἷ πέμποντας εὔπνοον χάριν·
τανῦν δὲ τούτους εὐστεφὴς Κωνσταντῖνος
δρέψας, ἀγείρας ἐμμελεῖ μουσουργίᾳ,
προὔθηκε πᾶσι θελκτικὴν εὐοσμίαν
ὅσοις λόγου μέτεστιν εὐώδεις λόγους.
ὃν τοῖς λόγοις στέφοιμεν ὡς λόγων φίλον·
ἀσυγκρίτως γὰρ ἐν μέδουσιν ἐκπρέπει,
λάμπων, προφαίνων χρηστότητα τοῦ κράτους,
γίγας φεραυγὴς ὥσπερ ἡλίου φάος
ἐχθροῖς ἅπασιν εὐνόοις θ᾽ ὑπηκόοις.
οὐκοῦν βοάτω πρὸς θεὸν πᾶς τις μέροψ,
Τιθωνὸν αὐτὸν δεῖξον ἄλλον ἐν χρόνοις,
ὡς ἂν τὰ λῷστα τῷ βίῳ συνεισφέροι.

PETRI WESSELINGII
DEDICATIO.

Nobilissimis, amplissimis et gravissimis viris Isaaco Ubing et Ioanni Breyer ICto, inclitae urbis Traiectinae cum maxime consulibus, nec non spectatissimis et amplissimis eiusdem urbis senatoribus, Academiae curatoribus magnificentissimis, S. D. P. Petrus Wesselingius.

Bibliothecae Historicae, quam ad vos defero, testem meae observantiae et gratae voluntatis, auctor est Diodorus Siculus, domo Agyrinensis, non illo quidem veterum numero, qui orationis quadam maiestate et dulcedine censebantur: hac parte Herodoto multo est inferior, neque aequat Thucydidis verborum granditatem, longeque a iucunda Xenophontei sermonis suavitate recedit, dictionem, nullis calamistris inustam nec in ullos fractam cincinnos, sed masculam, gravem et historiae convenientem, sectatus. Alia sunt, quibus magis conmendatur. Illi singularum, paucarum certe, gentium res gestas posteritatis memoriae tradiderunt. Hic omnium fere nostri orbis nationum, rerum publicarum, regnorumque historias, ab ultima memoria repetitas, conplexus, ubi certa temporum suppetebat notitia, inmenso et seculis omnibus profuturo labore, suos in annos digessit, atque egregia heroum et famosa tyrannorum exempla, quod in rerum cognitione praecipue salubre et frugiferum, in illustri posuit monumento, ut haec vitare, illa imitari liceret. Magnum semper, neque sane iniuria, habitum est, unius populi origines, incrementa, colonias et fata diligentiore stilo persequi: quid de eo arbitrabimur, cuius admirabili industria in unum condita sunt, quibus Aegyptiorum, Aethiopum, Scytharum, Assyriorum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Poenorum, Gallorum et plerarumque aliarum gentium historiae, leges et mores illustrantur, et stupenda Dei Optimi Maximi, qua mundum universum regit et temperat, providentia praedicatur? Tot res, tam varias vel animo posse capere, arduum est: quid inter se conponere, et ordine, ut apte cohaerescant, digerere? Inprobo illi profecto labore opus fuit, quem studio de mortalium genere praeclare merendi non detrectavit: neque enim satis habuit magnam Asiae Europaeque partem, ut locorum, de quibus

scripturus erat, ingenium et situm observaret, et commentarii, in principum civitatiumque tabulariis abditi, inspicerentur, non sine periculis atque aerumnis, ut fit, obire: excussit insuper curate atque in huius Bibliothecae forulos conportavit, quidquid praeclara ante suam memoriam ingenia per Orientis Occidentisque plagas administratum libris inseruerant. Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Ctesiam, Agatharchidem, Polybium, quos integros partim, partim misere truncatos lectitamus, praeterire possum: memorari debent, ut industriae documentum exstet, Anaximenes, Anaxis, Antander, Antiochus, Athanas, Callias, Callisthenes, Clitarchus, Demophilus Ephori F., Dionysidorus, Dionysius Milesius, Diyllus, Duris, Ephorus, Euemerus, Fabius Pictor, Hecataeus, Hellanicus, Hermias, Iambulus, Laosthenides, Marsyas Pellaeus, Matris, Menodotus, Philinus, Philistus, Polycletus, Posidonius, Psaon, Sosilus, Telestes, Theopompus, Timaeus, quorum de rebus gestis volumina edax temporum iniuria nobis invidit. His ille atque aliis ducibus seriem rerum, per tot opera dispersam, in suam usque aetatem, hoc est, C. Iulii Caesaris principatum, deduxit, et Bibliothecam, in XL libros descriptam, tricesimo quam coeperat anno feliciter absolvit. Atque hic, VIRI AMPLISSIMI, miserari hominis vicem soleo, qui tantum molestiae taediosique laboris, ut bonis omnibus pro virili consuleret, cupide devorarit, nec ab ingrata dicam an barbara posteritate inpetrare potuerit, ut Bibliothecam, publicis ipsorum usibus unice dispositam, illibatam atque integram servarent: quam quidem illaetabilem negligentiam etsi plerique veterum merito incusare possint, inprimis Diodorus, cuius libros aut socordius pessum ire siverunt, aut flagitiose et turpiter mutilarunt. Longe illi aliter, qui ab eius aetate proxime afuerunt: amplexi artissime sunt Bibliothecam et laudarunt inpense. Plinius eius auctorem inter Graecos nugari desiisse monuit. Iustinus Martyr, Iulius Africanus, Tertullianus, Eusebius, Hieronymus, Evagrius, Georgius Syncellus, Christianorumque alii, saepius eam in consilium miserunt, aptissimam, sicuti est, opinati ad temporum ordinem ex vero constituendum atque absurdam Aegyptiorum, Phoenicum, Chaldaeorum et Graecorum Theologiam cognoscendam et convellendam: nec alia post instauratum literarum in Europa cultum eruditioribus mens et sententia. Quotus enim quisque ex omni doctiorum ordine repertus est, qui huius auxilium ad prisci aevi res explorandas lucemque obscuris praeferendam neglexerit? Ipsae versiones a Poggio Florentino, Aenea Sylvio, Angelo Cospo, Marco Hoppero, Sebastiano Castellione, quantumvis nec eleganter nec fideliter expressae, argumento fuerunt, avide extemplo direptae et iucundissime lectae. De Graecis, genuino Diodori sermone, quid multa? Vincentius Opsopoeus, in his literis haud negligenter versatus, exigua parte

provulgata, tantam omnibus sitim movit, ut absentium desiderium aegerrime ferrent; quod Henricus quidem Stephanus et L. Rhodomanus, viri praeclari, proditis in publicum Bibliothecae huius libris, quotquot e tenebris erui potuerunt, et Graeco et Latino sermone luculenter, leniverunt, neque explerunt tamen. Dolebant harum deliciarum amatores haud pauca ab utroque pro derelictis habita, neque eam scriptori adhibitam esse medicinam, quam dudum desiderarat. Crevit deinde incensumque ex raritate exemplarium est Bibliothecae pretium: pauci in suis eam numerare poterant; rarior erat, qui toto centum annorum intervallo huic incommodo ipsique Diodoro mederi vellet. Fuit sane unus item et alter, qui laudabili consilio in hanc curam ingressus est; quorum industriam cum aut intempestiva mors, aut alii casus interpellarint, visum mihi est, Amplissimi Proceres, vires periclitari, et novam Bibliothecae Diodori editionem horis subsecivis atque a publico munere vacuis adornare. Qua ego in re genio meo, honestum in literis otium et oblectationem quaerenti, obsecutus sum, haud alienum etiam a persona, quam mihi honorificentissime inposuistis, nec vobis ingratum fore arbitratus, si decessorum collegarumque exemplo in id sedulo incumberem, ne quid de splendore et vestrae Academiae decore mea ignavia deteri paterer. Pulcre quidem memineram, non eas ingenii mei dotes esse, neque istum eruditionis adparatum, quibus illi aeternam sibi et Lyceo vestro nominis famam conciliarunt; nec ita tamen mihi notus eram, ut de operis successu desperare deberem: volui certe vobis diligentiam probare animumque de literis et studiosa iuventute bene merendi cupidissimum. Cuius argumentum si hanc Diodori Bibliothecam, vobis inscriptam et ob caussas minime leves consecratam, Viri Nobilissimi, acceperitis, laetabor vehementer. Quidquid operae in eam inpensum fuit, vestris sub auspiciis militatum est: vos mihi liberale otium, cuius aeque reddi oportere rationem quam negotii, vetus est doctrina, fecistis: vobis honores et conmoda debeo, in me partim collata, destinata partim. Quorum omnium nomine nisi publicum hoc et perpetuum grati animi monumentum erigerem, videri fortasse possem ingratus, qualem me nemo novit. Officiose, uti bonum civem decet, vos omnes colui: singularem, quam rei publicae et literariae insumitis, curam veneratus sum, praedicoque semper. Quis enim non celebret providentiam, qua in tanta temporum difficultate atrocis belli formidine circumstrepente, pro salute civitatis, incolarum incrementis et libertatis nostrae ac religionis Palladio vigilantissime excubatis? Auferunt sane calamitosissima tempora, et sibi vindicant praecipuam vestrae sollicitudinis partem, nec patimini tamen vos ita abstrahi, ut Academiae, egregii vestrae civitatis ornamenti, dignitatem et amplitudinem postponatis. Imo vero,

quidquid in usus studiosae iuventutis, publicumque literarum bonum recte suscipitur, libentissime amplecti et probare soletis: quo minus ego vereri debeo, ne hic meae industriae fructus parum apud vos valiturus sit. Pergite VIRI PRUDENTISSIMI, MAECENATES OPTIMI, rem publicam et literariam ex sententia gerere, atque omni rerum optandarum genere cumulati valete diutissime. Traiecti vestrae A. d. x. Kal. Augusti cIↄIↄCCXLV.

PETRI WESSELINGII

PRAEFATIO.

LECTORI AEQUO S. D. PETRUS WESSELINGIUS.

Novam Bibliothecae Diodori Siculi editionem nostra memoria instruere viri praeclari IOSEPH. WASSE et FRANC. DIONYSIUS CAMUSATUS fuerunt ingressi, quorum laudabiles conatus, sicuti et acutissimi [1] TERRASSONI, aut mors aut alii casus disturbarunt. Suscepi et ego eam cogitationem ante hos novem annos, et sponte mea, et I. WETSTENIO GUILIELMOque SMITHO, bibliopolis nobilissimis, inpulsoribus: quem quidem inpetum nonnihil operis amplitudo et vitia, quibus illud obsitum saepe ante animadverteram, sufflaminabant; nec abieci tamen consilium, re ipsa edoctus, difficillima quaevis tractando leviora fieri, *καὶ μάλιστα μὲν*, ut noster aiebat, *τῇ πρὸς τὴν πραγματείαν ἐπιθυμίᾳ, δι' ἣν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ δοκοῦν ἄπορον εἶναι τυγχάνει συντελείας.* Sola ea cura restabat, ut subsidia scriptorum conquirerentur codicum, sine quibus in recentandis veterum commentariis nihil magnopere posse praestari, pulcre memineram. Verto me ad virum celeberrimum IAC. PH. D'ORVILLIUM, longo mihi usu coniunctum, quem suo sibi aere redemisse, quae FR. DION. CAMUSATUS ex manu scriptis in Gallia schedis excerpserat, saepius inaudieram. Non negat pro sua in me benivolentia et literas iuvandi studio vir egregius ea omnia: hoc amplius, operam in illis etiam explorandis offert, quae alibi locorum laterent, et cumulate praestat; quae uti gratissima mihi accidit, ita WETSTENIUS mire placuit, cum nec inpensis nec labori parceret, ut omnia inpetrarentur, quibus opus esse opinarer. Ita nactus ex Italia, Gallia et Germania conplura sum, quorum auxilio Diodorus melior et nitidior provulgari posse videbatur.

---

1 I. Alb. Fabricii Bibl. Gr. L. V. 38. p. 465.

Ne vero nescias, quo loco censendi sint isti codices, atque unde venerint, operae erit per saturam eorum notitiam aperire. Ordiar cum illis, quos aut FR. D. CAMUSATUS per se cum editis conparavit, aut aliorum opera collatos adeptus fuit. Adscripserat vir diligentissimus orae Diodori sui discrepantes scripturas ex Coisliniano et Claromontanis manu exaratis libris. Quorum quidem Coislinianus seculi XV., ut B. MONTFAUCONIUS nos[1] docuit, conplectitur priores quinque Diodori libros et XI. XII. XIII. XIV. XV., omnium, quos ille vidit, optimus. Claromontanus, quem priorem adpellavi, habet quinque priores, totidem posterior. Ille praestat bonitate et antiquitate, circa saeculi XII. finem, ut perhibent, scriptus, estque idem, quo usus est HENR. STEPHANUS in procuranda βιβλιοθήκης huius ἱστορικῆς editione, variis propterea notis et additionibus instructus: hic recens admodum est, Bartholomaei manu sub seculum XV.[2] exaratus, priori in plerisque consentaneus, ut res ipsa ostendit, neque CAMUSATUS admonere neglexit. Alleverat praeterea et margini inscripserat ex Claromontano alio, in quo XI. XII. XIII. XIV. XV., et Regio, qui bis millesimus quingentesimus trigesimus octavus in bibliotheca Christianissimi Galliarum regis numeratur, et sequentes quinque, sive postremos eius decadis, lecturo offert, omnia, quae cum editis dissentiunt; cuius autem illi aetatis sint, dicere non habeo. Praeter quos beneficio viri excellentis L. ANT. MURATORII fuerat adeptus excerpta ex Mutinensi scripto, nupero quidem, quippe a Michaele Apostolio in Creta, ad famem, uti ipsemet questus est, arcendam descriptus, sed ex antiquo et notae optimae libro: neque defuit illi celeberrimi P. BURMANNI benivolentia, cui debuit nonnullas IOS. SCALIGERI et IS. VOSSII coniecturas, utriusque libro, quem Leidensis bibliotheca servat, adpositas; accepit ab eodem accurata eruditi viri, quem ex chirographo IS. CASAUBONUM arbitrantur, manu transcriptas lectiones, quibus Basileensis ἐκδόσεως liber XVIII. et XIX. a veteri codice discrepabat, indidem depromtas, atque ea de caussa Leidensis nomine a me designatas. Puto et hinc venisse epitomen, quam manu scriptam versavi, de Assyriorum, Medorum Persarumque rebus, a Georgio Gemisto ex secundo Diodori libro contractam: namque eam inter Lugdunenses gazas reconditam esse, constat abunde. Atque haec fuere, quae FR. DION. CAMUSATUS diligenter conduxerat ad Diodorum nitidiore cultu exornandum. Addiderat et libri sui orae adnotationes, sed raras nec magni admodum momenti, suis tamen locis memoratas; quibus an plura congesserit, ut venditatum saepius non sine quadam

1 Biblioth. Coislin. p. 213. 214.
2 Montfauc. Palaeogr. G. L. 1, 8.

iactatione opus absolveret, an conturbatis eius rebus perierint, adfirmare non possum: ad clarissimum certe Jac. Ph. d'Orvillium nihil horum pervenisse, liquido cognovi. Sed cetera persequamur. Christianissimi Galliarum regis bibliotheca auxilium, quod prolixe praestare poterat, non recusavit. Habet praeter eum, de quo superius memini, unum, cui priores libri V adsunt, alium, in quo undecimus et sequentes quatuor, tertium eosdem conplexum et XVI. cum septimo decimo, quartum denique, cuius paginis consignati sunt quinque postremi. Primus numerum MMLXII. praeferens, et quartus, quem LXI. supra bis millesimum numerant, eodem chirographo, sed recenti et indocto descriptus, minime malus est, fideli ex exemplo exceptus: secundus, cui nota MMIↃXXXIX. inponitur, seculi XV. aetatem non superat, olim Augustini Cardinalis Trivultii; tertius, signatus indice MMLX., in fronte et calce haec ostentat, *κτῆμα Ἀντωνίου τοῦ Ἐπάρχου, ὃ δέδωκεν εἰς σημεῖον εὐχαριστίας τῷ κραταιῷ βασιλεῖ Κελτῶν, τῷ ἐπιφανεστάτῳ Φραγκίσκῳ·* quibus deinde adpingitur, *an Sophiani manu?* Sic foret medio seculo XVI., quo Michael Sophianus vixit, exaratus. Sed quid si Antonius ipse scriba fuerit, quo officio in insula Corcyra saepe functum fuisse eadem Sophiani aetate, clarissime [1] adparet? Utcunque id fuerit, neque enim magni ea res momenti est, conferendorum eorum laborem in se humanissime suscepit doctissimus De la Barre, et dextre absolvit. Itali, quorum literariae copiae in laude versantur, nobis haud minus faverunt. Vaticanum CXXX., ante hos sexcentos annos in charta Pergamena scriptum, et docta Britanni manu enotatum ad quinque priores libros adhibui, cui et alii opportunissime accesserunt. Nam cum sedulo perquirerem, ecqua via ad hiatus, quibus Diodorei quidam libri dissociantur, explendos inveniri, atque utrum deperditorum aliquid e latebris posset erui, benivole succurrit vir longe nobilissimus Ph. Maria Monti, nuper admodum eminentissimo E. R. Cardinalium collegio adscriptus: huic debeo et eruditissimi Ioseph. Simon. Assemani promtissimae curae partem excerptorum ex codice quingentorum ferme annorum bombycino, librum primum et quatuor insecutos continente: accepta etiam refero, quae ex schedis ante hos trecentos annos deproperatis, ad libros XI. XII. XIII. XIV. XV., et ex aliis, eiusdem vetustatis, ad postremos quinque illustrandos admovi: ne nunc memorem de fragmentis, et nobili eo, quod H. Stephanus incerto scriptori inter Polemonis et Himerii reliquias attribuerat. Pergo Venetias, unde provida doctissimi Abbatis Blasii Caryophili cura inpetravi et ex Bibliotheca quidem Divi Marci collationes, uti vocant, decadis ultimae ex membranis, antiqua manu

---

1 Vid. Montfauc. Palaeograph. Graec. p. 82. 90. 95.

quinque priores eius, de quo dixi, corporis libros repraesentantibus, reliquas ex schedis paullo magis novitiis, ex tabulariis vero monasterii Dominicanorum S. Ioannis et Paulli, quae primos Bibliothecae quinque libros iuvare potuerunt; qui quidem codex superus est, seculo XV.[1] a Caesare Stratego exaratus. Conferendi molestiam subiit homo Graecus, neque is absurdus. Quam operam Florentiae ultro in se susceperat clarissimus A. Cocchius, misso luculento specimine ex veterrimis membranis, integerrime emendateque scriptis, additaque ceterarum, in Medicea bibliotheca superstitum, descriptione: quarum tamen usura, quia spissum et bibliopolae damnosum videbatur negotium, frui non licuit. Id satis animadverti, in plerisque eas cum Claromontanis amice consentire. En iambos, non elegantes sane, sed ne pereant, quos amanuensis L. I. 2. p. 5., ubi *περὶ τῆς ἐν ᾅδου μυθολογίας*, adscripserat.

Ἕλλην σέβας σὺ Διόδωρε τυγχάνων,
Φάσκεις ἐν ᾅδου μυθικὰς εἶναι δίκας.
Νῦν δ' οὐ μυθικὰς ἀλλ' ἀληθεῖς τυγχάνειν
Πείρῃ διδάσκῃ καὶ νοεῖν σε καὶ λέγειν.

Didici quoque iisdem lacunis schedas, quae X ultimos libros habent, esse foedatas, quibus editi. Itaque iactura ista, si eo nomine adpellare velis, ferri utcunque debuit. Aegrius desiderium eius libri tuli, quem optimae notae in bibliotheca monasterii S. Ioannis de Carbonaria apud Neapolitanos custodiri acceperam. Monachi, ex Augustinianorum familia, per amicos interrogati, fuisse sibi olim volumen Bibliothecae Diodori, in libros XL descriptae, nuper vero Vindobonam in augustam Imp. Caroli VI. bibliothecam illatum, adfirmarunt: ad quem nuncium non diffiteor haud vulgarem laetitiam mihi et spem de libris amissis fuisse subnatam; quae ubi omnia examino et Montfauconii, a quo liber[2] inspectus erat, silentium, brevi diminuta vehementer est, nec exstincta tamen. Ad generosum et in tanto fastigio literarum amantem Comitem Uhlefeldium, tum Caroli VI., Germanorum Imp. Aug., ad Belgarum rempublicam legatum, adeo: impetro codicis delineationem, primos V libros duntaxat complexi, et excerpta pauca, manu egregii viri Nic. Garellii descripta: additur ex Augustissimi Caesaris mandato spes amplior; quae Illustrissimo Comite hinc Constantinopolim profecto, mortuo non multo post bibliothecae praefecto, ipsoque Imperatore, maximo universae Germaniae intertrimento, e vivis erepto, plane decolavit, quod equidem dolui vehementer. Codex omnium est optimus

1 Vid. Montfauc. Diar. Ital. p. 48. et Palaeogr. Graec. p. 82.
2 Diar. Italic. Cap. 21. p. 310.

et antiquissimus, seculi octavi aut X, si docti Vindobonenses non fallunt, nam MONTFAUCONII aliam esse sententiam bene memini, inscriptus membranis, quas IANUS PARRHASIUS Cardinali Seripando legaverat, in coenobio S. Ioannis, de quo supra. Haec de libris manu scriptis.

Primus omnium VINCENTIUS OPSOPOEUS quinque ultimos, ut nunc dicere cogimur, libros, a IANO PANNONIO, Quinqueecclesiensi in Hungaria praesule, ab interitu vindicatos, secum vero ab eruditissimo viro IO. ALEX. BRASSICANO communicatos, Basileae anno Aerae vulgaris cIↄIↄXXXIX. Graece publicavit, non illos quidem emendatissimos, variis tamen locis meliores illis editionibus, quae cultissimae sunt habitae. Libros quinque priores et undecimum cum proximis quatuor, recentatosque quos OPSOPOEUS dederat, bibliopolarum sollertissimo HENRICO STEPHANO debemus, luculenter Parisiis cIↄIↄLIX. proditos. Sumsit eos vir longe doctissimus ex Mss. Claromontanis, non optimis utique, haud neglectis tamen, quod mihi clarissimum in modum adparuit, aliis, quos inter an et Uldrici Fuggeri, cui suam ἔκδοσιν inscripsit, liber fuerit manu exaratus, sicuti memoratum video a Celeb.[1] IO. ALB. FABRICIO, dicere non possum. Adnotationes addidit STEPHANUS, sed festinato, ut saepe indicavit, deproperatas; quo minus miror relicta plura esse, quae per amplius otium elui ab eo facillime potuerant. Vulgavit deinde, sed ignarus Diodori esse, illustre fragmentum de Cleonnide et Aristomene inter Polemonis et Himerii declamationes cIↄIↄLXVII. eadem in urbe: nec multo post FULVII URSINI opera Antwerpiae ex officina Christoph. Plantini anno LXXXII. Eclogae Legationum, ex Diodori Bibliotheca haustae, prodierunt. Dedit alias DAVID HOESCHELIUS, sequentis seculi principio Augustae Vindelicorum, librorum XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. ex codice LUDOVICI ALEMANI Florentini a Doctissimo R. Thompson Britanno exscriptas, sed mire[2] vitiosas; ad quae vitia eradicanda bene faciunt scholia, quae, Hoescheliine an Rhodomani fuerint, in dubio fui. Leguntur in Hoeschelianis Legationum Eclogis, nullo, sintne ipsius an alterius, indicio addito; L. RHODOMANUS repetitis vicibus sibi tribuit: neque sane, quod serius animadverti, iniuria: scribit enim eodem, quo Eclogae lucem viderunt anno cIↄIↄCIII. Gothofredo Iungermano D. HOESCHELIUS, „de locis „in Longino[3] suspectis dominum Rhodomanum suaserim consu„las, quem habes vicinum, qui suam mihi ἀγχίνοιαν καὶ εὐστοχίαν „probavit in libro πρεσβειῶν πέρι· quod constabit, cum notas edi-

1 Biblioth. Graec. L. III. 31.
2 Vid. Syllog. Epistol. P. Burmani T. II. p. 354.
3 In Epist. Hotomanorum Meelii p. 455.

„dero, nunc enim textus, quem vocant, impressus est modo." Relinquantur ergo, uti aequum est, L. RHODOMANO; qui proximo anno, quarto supra millesimum et I3C. omnia Diodori, exceptis, incertum qua de caussa, Legationum Eclogis F. URSINI, Graece et Latine Hanoviae publicavit, adstruxitque ea, quae Photius olim in μυριόβιβλον suum addiderat. Qua opera uti eximie de re literaria meritus est, ita dolendum maxime, nullum illi aliud fuisse exemplum praeter editum H. STEPHANI, quod in consilium, occurrentibus frequenter dubiis mendosisque locis, mittere potuerit. Atque haec postrema Diodori Siculi ἔκδοσις, cuius egregia accessio meritissimo censetur, quam post triginta annos Lutetiae Parisiorum vir multae eruditionis et iudicii HENRICUS VALESIUS, missis in publicum pluribus Diodori de virtutibus et vitiis fragmentis, fecit.

Satis de Graecis. Latinam versionem primus adornare instituit POGGIUS BRACCIOLINUS; absolutosque quinque libros, sed inperite in VI divulsos, nec fideliter expressos, summo literarum patrono et vindici praecipuo, Nicolao V. Pontifici obtulit. Non me fugit hanc gloriam Poggio auferre doctos e Britannia viros conatos fuisse,[1] BRIAN. TWYNUM,[2] BURTONUM atque alios: quin VINCENTIUM OPSOPOEUM sua in praefatione scripsisse: „quorum (quinque librorum) versio meo quidem iudicio „Poggio non recte adscribitur: neque enim verisimile est, adeo „spurciloquum et virulentum sycophantam et vitilitigatorem quicquam Graecitatis calluisse, qui ne Latinam quidem linguam, cu„ius sibi videbatur esse peritissimus, recte calluit" Sed ea, ut sedulo dicam, nimia sunt. Fuerit maledicus rabula, obscoenus spurcusque Poggius, proptereane Diodori versione abstinere debuit, quem constat Xenophontis et Luciani[3] nonnulla Latine dedisse? Twynus et Burtonus Io. PHREAE, docto eiusdem fere aetatis viro, Balliolensisque collegii socio, versionem asserunt, caussamque habent ex vetere versionis eius exemplari, cui recentior manus adscripsit: „Paullus propter translationem sibi dedi„catam Phream episcopatu Badoniae donaverat, quem cum ac„cepisset, supervixit mensem unum et obiit Romae, nondum con„secratus." Adiungit[4] ANT. WOOD, unde ea sumta sunt, initium codicis eodem chirographo esse; „Epistola ad D. Papam „Paullum de sex libris Diodori Siculi fabulando more gentilium:" tum, „Nullus antea quantumvis praeclarus rerum scriptor fuit, sanctissime pater" etc.; quae quidem verba praefationem ordian-

1 Antiquit. Acad. Oxon. L. III. p. 371.
2 Hist. Ling. Gr. p. 55.
3 Io. Bapt. Recanatus, Vit. Poggii Cap. XI.
4 Hist. Univers. Oxon. L. II. p. 76.

r, qua Poggius Nicolao V. sua consecravit. At rectissime vir
uditus istis nihil admodum tribuit nec fidit. Certum enim est,
iodorum Latino sermone verti coeptum esse Pontifice Nicolao
., cuius rei testem fero [1] MANGETUM, luculentum vitae eius
raesulis scriptorem, et vetustas schedas Mediceae bibliothecae,
ersionem isti Papae inscribentes. Addere possem IOVIUM plu-
esque alios, sed vide ipsam dedicationem, quae Nicolai V., in
teras doctosque omnes propensissimi, indolem ita signat, ut fru-
tra alium, cui conveniat, quaeras. Et credemus, Io. PHREAM,
onestum virum, sibi paucis post annis tribuere alterius opus, at-
ue eo Paulli II. favorem colligere potuisse? Nihil profecto aut
isulsius aut furacius, cum redargui posset facillime, quorum
trumque ab eius ingenio alienum perhibent, suscipi potuerat. Ne
iemorem, versionis auctorem eiusdem Pontificis hortatu Xeno-
hontem de Cyri vita Latinis tradidisse legendum, quem Poggii
sse laborem, confessa res est: adiunge saltem, non ista Diodo-
i, sed Synesii de laude calvitii versione Io. Phream amicitiam et
atrocinium Paulli II. sibi parasse. Plura, quae defendendo Pog-
io Io. BAPT. RECANATUS atque in Italia [2] alii erudite condu-
erunt, praetereo. Sequentes libri XI. XII. XIII. XIV. a quo la-
ina veste sint induti, in ambiguo est. Incertum atque ignotum
ditores Basileenses, liberiusque et maiore sententiarum copia,
uod verissimum, delectatum esse, admonent. Ego vero hanc
peram prima iuventute Aeneam Sylvium subiisse ex literis do-
tissimi ANT. COCCHII edoctus sum: huic certe schedae Florenti-
ae licentiorem et uberiorem istam versionem contribuunt. Quin-
um decimum convertit MARCUS HOPPERUS, domo Basileensis,
XVI. et XVII. ANGELUS, sive BARTHOLOMAEUS, uti ab aliis
rocatur, COSPUS, Bononiensis, ex nobili fortasse Cospianorum
gente, qua de saepius [3] CARS. MALVASIA: tres ultimos, duo-
devicesimum, undevicesimum et XX. SEBASTIANUS CASTEL-
LIO, vir in his literis non obscuri nominis. Non me quidem
fugit ANDREAE DUDITHIO latinam eorum librorum inter-
pretationem [4] ab ANT. TEISSERIO adscribi; neque ignoro, ad
eam curam inpulsum esse a PAULLO [5] MANUTIO: sed intra
propositum hunc Dudithii conatum stetisse, opinor; neque enim
alius est, quod quidem recordor, qui de versione ea memorarit,
et QUIRINUS [6] REUTERUS, quo ille teste utitur, tres postre-

1 Vid. Muratorii Script. Ital. T. III. Part. II. p. 927.
2 Giorn. de Letter. Tom. IX. p. 174. et 454.
8 Marmor. Felsin. sect. II. Cap. Unic. p. 49. et p. 365. 516.
4 Elog. des hommes Savans T. IV. p. 42.
6 Epistol. L. IV. 17. p. 229.
6 Audr. Dudithii vit. p. 13.

mos Diodori libros And. Dudithium interpretari coepisse, non cum publico communicasse, tradidit. Ut ut est, istas diversorum interpretum versiones, ad Graecum exemplum diligentius examinatas, rarae eruditionis et pietatis Theologus Io. Iac. Grynaeus Basileae anno CIↃIↃLXXVIII. recentavit. Quorum quidem omnium gloriam paucis post annis paene obliteravit Laurentius Rhodomanus, tenui loco [1] Saxowerfiae, qui frequens Hohasteinicae ditionis in Stolbergensi Comitatu pagus, editus. Paraverat sibi vir elegantis ingenii et Graecis carminibus [2], quo genere praeter ceteros excellebat, et verso in Latinum sermonem Memnone et Agatharchide magnam nominis famam. Henr. Stephanus, probato eo specimine, virum erigit atque expugnat, ut Diodori omnia suo Marte vertat et Latinitate donet sub finem seculi XVI. Addunt viri eruditionis laude praeclari Ios. Scaliger, D. Chytraeus, Io. Caselius, atque alii, quos in praefatione recenset, calcar: quorum stimulis magis excitatus absolutum opus Hanoviae, ut ante dixi, sub principium seculi superioris publicavit, laudemque haud mali interpretis abstulit. Memini nonnulla eius acerbius peregrinitatis fuisse accusata, alia subinde aliis displicuisse: qui si vires in eo genere periclitari voluissent, fortasse et eos offendissent, qui nihil rectum putant, nisi quod ipsi fecerint.

Ad Diodorum venio, cuius vitam, ingenii habitum, singularemque industriam non attingam: satis omnibus facere possunt H. Stephani diatribe de Diodoro eiusque scriptis, Io. Iac. Grynaei et L. Rhodomani Praefationes, quas integras post pauca videbis. Neque moror accusationum et calumniarum tela, a Lud. Vive et Io. Bodino in Diodorum stricta, quod illa iidem doctissimi viri et eruditionis gloria haud minor [3] Ger. Io. Vossius et [4] Degor. Whear egregie retuderint. Habet Diodorus suos naevos, quibus nec alii inmunes: nam quis veterum aut recentiorum ἀπταίστως in tanta rerum et copia et varietate, perseveravit prorsus? Ego ubi aequissimum istud Flacci accinere,

Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura,

de amissis libris nonnihil interponam.

Desideramus ex vasto XL voluminum opere libros plures, eos praesertim, qui inter V. et XI. erant interiecti. „Nam illi

---

1 Car. Henr. Langius Commentar. de vita Rhodomani Cap. I.
2 Vid. eundem Clar. virum Cap. 2. et Georg. Lizelium Hist. Poet. Graec. German. p. 145.
3 De Hist. Graec. L. II. 2.
4 Method. Legend. Histor. sect. VII. p. 31.

omnem vetustatis memoriam," ut verissime Ill. SCALIGER in quadam ad RHODOMANUM epistola, „Assyriorum, Chaldaeorum, Phoenicum, et aliarum nationum complectebantur: quarum rerum cognitio magnam sacrorum Bibliorum originibus facem allucebat. De quibus omnibus nihil nobis praeter desiderium superest." Dolemus etiam earum rerum defectum, quarum interitum lacunae L. XVI. et XVII. designant. Studium sane quam diligens, ut, ubi ubi membranae, unde ea sarciri possent, laterent, ex foruliis eruerentur, non defuit: sed perdita opera est. Quae quidem res facit, ut haud iniusta sit suspicio, omnes, quarum variis Europae e locis indicium mihi factum est, ex unis schedis fuisse propagatas, laceris certe. De reliquis libris, qui XX. sequebantur, quid multa? Eclogae Photii, Ursini, Hoeschelii et Valesii tale eorum desiderium incusserunt, quod fortasse nunquam lenietur. Non me quidem latet, H. STEPHANUM audivisse ex BAYFIO totos XL. Diodori libros sua aetate in Sicilia visos; scripsisse quoque [2] CON. GESNERUM, eos, qui quintum excipiunt usque ad decimum in Sicilia asservari, addidisseque IOS. SIMLERUM, quinque istos apud Cardinalem S. Crucis Romae et Augustae Vindelicorum penes Io. Iac. Fuggerum haerere; vano rumore et ad LAZ. BAYFIUM allato, seu quod membranis XL. librorum numerus, quae et errandi caussa monachis Neapolitanis, de quibus supra, fuerit inpositus, sive quod ea in insula professus olim fuerit [3] CONSTANTINUS LASCARIS, se omnes Diodori libros in bibliotheca Imp. Constantinopolitani oculis usurpasse. Nihil quidem certe post tot evolutos annos, omnibus tabulariis tanta sedulitate excussis, de voluminibus istis innotuit, ut metus haud iniustus, ne perpetuo illis carere debeamus, perennet. Sed male ominari nolo. Exponam potius, quam rationem de nova Diodori editione curanda inierim.

Retinui omnia, quae H. STEPHANUS et L. RHODOMANUS ex Diodoreis cum publico conmunicarant, quibus, uti oportebat, Excerpta, ab URSINO et VALESIO in lucem prodita, adstruxi, fragmentaque hinc et inde a me conquisita: in quae si additum unum atque alterum censueris, quod alii Diodoro debeatur, studium excusabis; malui in hanc partem peccare quam negligens videri. De Graeca oratione si roges, non diffitebor, plura me mutasse, nec omnia tamen, quae fortasse fas fuerat. Secutus sum scriptorum codicum auctoritatem, et, quod illi proscribebant, damnandum iudicavi; coniecturis rarius, nec nisi in manifesto

1 Epist. L. IV. Ep. 401.
2 Biblioth. Univers. p. 207. Epitom. Biblioth. p. 43.
3 De Script. Graec. patria Siculis in Fabricii Bibl. Graec. T. XIV. p. 29.

pravis et momenti levioris, locum indulsi. Ante quidem pulcre meditatus eram, temerarium hoc atque audacius visum iri. Sed quid facerem quaeso? Proiiceremne gazas, tanto studio, totque inpensis undique conductas et arcessitas, negligenter, ut factum nonnunquam animadverti, in publicum? Ego vero semper amavi patrem familias, qui munditiarum studiosus supellectile recte et eleganter utitur. H. STEPHANUS paucos, nec optimos utique, usurpavit codices: mihi uberior fuit copia, et multo, quod praefiscine dixerim, meliorum. Et quod illi iure quodam licitum fuit, id alteri vitio vertetur, praesertim in scriptore, tot locis corrupto et amanuensium intempestivis explicationibus turpiter foedo?

Ὅτῳ δὲ μὴ τάδ᾽ ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα,
Κεῖνός τ᾽ ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε.

Equidem nihil hic insolens, neque praestantissimorum exemplis non munitum, molitus sum. Quae Diodori ex schedarum veterum iudicio non putavi, locum illis in variantibus, quae dicuntur, lectionibus reliqui: caussas cur alia maluerim, adscripsi. Latina RHODOMANI, etsi haud satis ubique arriderent, non reieci, mutatis tamen, ubi Graeca dari poterant meliora, nonnullis. Adnotationes doctorum virorum, quas quidem noveram, neglectae nusquam sunt. Accesserunt ineditae IOSEPHI SCALIGERI, Is. VOSSII, CL. SALMASII et F. URSINI coniecturae: quarum Salmasianas in Excerpta Valesii ex edito, quem mihi humanissime obtulit vir doctus IO. GODOFR. RICHTER, exscripsi, Ursini Roma ultro transmissae sunt, sed serius, unde nullus illis nisi inter Addenda locus esse potuit: quod ipsum censeto de commentatione Amplissimi DE IORDAN, chronologiam Diodori docte illustrante, quam, sicuti ad me ex Boiohemia allegata est, operae expresserunt. Legentium porro commodo in sectiones sive capita, exemplo Latinae editionis Rhodomanianae, libros divisi, et ne operam in quaerendo frustrarentur, quibus aut Stephani aut Rhodomani ἔκδοσις familiarior fuerat, utriusque paginas margini adpingi iussi; Stephanicae ad oram exteriorem, in interiore Rhodomanianae.

Quod superest, maximas, sicuti aequum est, ago habeoque gratias omnibus, quorum auxilio codicum excerpta et alia, quae huic editioni dignitatem conciliant, inpetravi: rogo quoque vehementer, ne mihi inputentur, quae operae me invito et absente deliquerunt. Inpensum quidem diligens studium est, ut mendae vitarentur: sed extra hanc urbem cum res peragеretur, et semel atque iterum adversa valetudine, eaque diuturniore, ipse conflictarer, deprehensa nonnulla sunt, in tonis praesertim, quae minime placent, quorum syllabus in calce conspicitur. Caetera tu, Lector benevole, corriges, et quae, ut de re literaria pro virili bene mererer, Diodoro adscripsi, aequi bonique consules. Vale.

WESSELINGII
AD EPISTOLAS DIODORI
PRAEFATIO.

Nihil habent hae Epistolae quo se commendent, nisi forte raritate; quae tamen maior olim fuit, quam nunc, editis illis in T. XIV. Bibliothecae Graecae I. Alb. Fabricii: nam futiles esse et confictas, in ambiguo non est. Audi summum virum: „Antonius Mongitor in Bibliotheca Sicula edita Panormi A. 1707. fol. T. I. pag. 158. de Diodoro Siculo disserens refert sub eius nomine, Italica lingua prodiisse *Epistolas LV.* in Petri Carrerae Historia Catanae T. I. p. 457. Prodiit illa historia Italice, Catanae 1639. fol. in qua notas nonnullas Carrera addidit, et p. 402. tradit, Epistolas illas Latine e Graeco translatas A. 1470. a Cardinali *Bessarione* Nicaeno. Italice vero ex Latino versas nonnullas ab *Octavio Archangelo*, Nobili Catanensi, qui circa A. C. 1600. floruit. Nec Graeca hactenus in lucem protulit quisquam, nec Latinam, quam Bessario dicitur concinnasse, versionem. Quamquam vero idem Carrera dubitat sintne Diodori Siculi an Theocriti Chii, tamen neutrius videntur esse, cum nemini veterum memorentur, neque MStus illarum Codex usquam potuerit reperiri, ac minime obscura *νόθείας* et recentioris aetatis argumenta in ipsis deprehendantur Epistolis, unde Placidus Reyna pro recenti eas otiosi ingenii commento habet, et laudatus Mongitor T. II. p. 107.: *apocryphae putantur a nasutioribus non sine rationum pondere.* Idem visum celeberrimo viro Gisberto Cupero Exerc. I. de elephantis in numis, capite 9. T. III. Thesauri Antiquitatum Rom. Sallengriani p. 87. et Petro Burmanno, Viro eruditissimo, qui praef. ad Tomum sextum Thesauri splendidi scriptorum Siciliae, editum ex officina nobili Petri van der Aa Lugd. Bat. 1723. fol. in quo cum Carrerae historia Catanae recusae Epistolae illae exstant Italice cum versione ex Italico Latina, antea inedita, V. C. Abrahami Preigeri: *Addit deinde aliud argumentum* (Carrera) *quod nulli, credo, Critico placebit, ex Epistolis* Philanthropi, *Pontificis Maximi Catanensium ad Cocalum, et* Catanensium *ad Daedalum, quas ex Graeco vertit Bessarion Latine, et Diodori alicuius Siculi esse iactantur. Has enim spurias et recentioris alicuius Sophistae esse quis non videt? Mentio ibi fit Iulii mensis, et legionis, naumachiae, et circi, quae ipsa nomina diu post Cocali tempora invaluerunt. Has Epistolas, quarum auctoritate passim utitur et se decipi patitur, dicit versas ex Latino in Italicum sermonem ab Octavio Archangelo, et servari in primo volumine Chronicorum Catanae: ipsum tamen eas non potuisse Romae, cum ibi A. 1636. esset, reperire.* Idem Burman-

nus p. 9. *Ut lectoribus aestimandi copiam Carrera dare posset, qua auctoritate fretus plurima inaudita eruditis tradat, Diodori illius Epistolas ab Archangelo Italice versas adiecit operi suo: quod sane docet bona fide Carreram his fidem habuisse, cum e re sua consultius aliter fuisset eas aeterno silentio premere: manifestissimas enim fraudis et spuriae ignobilitatis notas praeferunt, quas hic longo ordine exponere nihil attinet, cum nemo humanitatis et elegantiae veteris studiosus non statim eas deprehendere queat. Lepidum vero est, quod suspicatur non Diodori Siculi esse, sed forte* Theocriti Chii, *quia Suidas eius historiam Libycam (quam belli inter Libycos et Catanenses gesti esse credit) et Epistolas admirabiles memorat: infirmo certe argumento, cum illae Epistolae θαυμάσιαι videantur argumenta rerum incredibilium habuisse, ut eo titulo περὶ θαυμασίων Phlegon librum inscripsit, quem in sensum si quis velit illas Epistolas referre, per me licet. Sed si ipsa ineptissimarum Epistolarum lectio eas falsitatis non statim damnaret, quaeso videat an Theocriti Chii aevo, qui aequalis Aristoteli et Theopompo tempore Alexandri vixit, ut apparet ex Athenaeo lib. XII. cap. 9., conveniat Marcellus et Laelius Metellus (ignorabilis homo) quorum Epistolas etiam hic producit. Certe Marcellum toto seculo, Alexandro iuniorem fuisse constat.* Caeterum cum Epistolae illae, qualescunque sint, Latine non nisi in magno illo et sumtuosiore opere semel vulgatae reperiantur, existimavi, me rem non ingratam facturum studiosis hominibus, si eas hoc loco, ut possint de illis ipsi suo marte ferre iudicium, integras exhiberem." Hactenus *Fabricius*. Ego vero recantatas hoc volui loco, ne quis praetermissas criminari posset. Recidi tamen notas omnes, quibus eas instruxerat *P. Carrera:* neque enim tanti erant, et si qui earum cupidine ducatur, facilis decursus erit ad Thes. Antiq. Sicil. T. X., ubi Latine ab *Abr. Preigero* versae, p. 394. et seq. descriptaeque leguntur. (*Epistolae ipsae, de quarum cum Phalarideis convenientia v. Valckenarii ad Phalarideas praef., ab editione Lipsiensi exclusae sunt.*)

EXCERPTA

EX

IO. CHRISTOPHORI DE IORDAN,

REGINAE HUNG. ET BOH. CONSILIARII AULICI BOH.,

APPARATU CHRONOLOGICO IN OPUS DE ORIGINIBUS SLAVICIS, SECTIONE V. DE CHRONOLOGIA DIODORI SICULI.

CXXX. Ex Diodoro Siculo Lib. I. in praefat. cap. 4. *In tribus tandem et viginti libris res reliquas inde cunctas digessimus us-*

que ad extremum belli a Romanis adversus Celtas excitati, quo Imperator C. Iulius Caesar, cui res gestae Divi nomen adscivere, plurimis et pugnacissimis Celticis gentibus debellatis, Imperium Romanum ad Britannicas usque insulas prolatavit. Huius prima gesta incidunt in primum Olympiadis centesimae et octogesimae annum, Archonte tum Athenis Herode etc. A bello autem Troiano, Apollodorum Atheniensem secuti, octoginta annos ad reditum Heraclidarum statuimus. Ab hoc ad Olympiadem primam, trecentos et viginti octo a Regibus Lacedaemoniorum tempora computando. A prima autem Olympiade *ad extremum belli Celtici, qui nobis historiae finis est, septingentos et triginta. Ita ut opus universum quadraginta libris absolutum annos mille centum triginta octo comprehendat, temporibus, quae bellum Troianum antevertunt, exceptis. Haec itaque accurate praedefinivimus, dum lectorem in totius instituti rationem deducere, eosque, qui libros interpolare solent, ne alienos labores corrumpant, dehortari cupimus etc.*

NOTAE.

CXXXI. Diodorus igitur, ut modum distribuendi tempora historiae suae praedoceret, praemittit in praefatione regulas tres, nempe: *Regula prima:* a Troia capta usque ad primam Olympiadem sunt anni respective LXXX. et CCCXXVIII. ergo in summa CCCCVIII. quod intelligendum, ut infra de annis CCCVII. completis, et octavo incompleto. *Regula secunda:* Gesta prima Iulii Caesaris incidunt in annum primum Olympiadis centesimae octogesimae, quo Archon Athenis fuit Herodes; quod intelligendum, ut infra, gesta eum annum immediate praecedere. *Regula tertia:* a prima Olympiade usque ad extremum seu finem belli Romani contra Celtas, id est Gallos, sunt anni DCCXXX. *Regula prima* respondet calculo Dionysii Halicarnassaei: computat is a Troia capta usque ad conditam urbem Romam CCCCXXXII annos, et tunc elapsas dicit sex primas Olympiades. Sex Olympiades continent XXIV annos, his detractis a CCCCXXXII. remanent CCCCVIII anni usque ad primam Olympiadem.

CXXXII. Ad *Regulam secundam et tertiam* praesuppono, nec Diodorum nec Varronem ullo modo latere potuisse, quo anno Romano et eiusdem solstitio aestivo, in aetate, quam vivebant, (coaevi enim ferme erant) annus Olympiadicus Graecus inierit. Itaque applico anni Olympiadici initium in ea conformitate, ut Varro, vel cum eius scripta interierint, ut Censorinus ex Varrone docet, et credo, Diodorum eidem anno Romano eundem annum Olympiadicum attribuisse, ac calculus Varronianus ex Censorino commonstrat. In hoc supposito annus primus Olympiadis CLXXX. qui in regula secunda refertur, iniit in A. V. C. Varroniano stricte computato DCXCIV. inchoante, et gesta Iulii Caesaris prima, quae

in hunc annum Olympiadicum incidere, id est, immediate ei praeire dicuntur, concernunt annum stricte itidem computatum DCXCIII. Bene ergo habet Diodorus, nam in hoc anno vere primum inclaruit Iulius Caesar gestis bellicis gloriosis; ex Praetura Urbana tunc ulteriorem Hispaniam seu Lusitaniam nactus provinciam, victis et ad Oceanum usque perdomitis Lusitanis, triumphi honores meritus erat, quos autem, ut sui in consulatus pro anno sequente DCXCIV. petitione ratio haberi posset, omisit, quanquam ipso etiam Consulatu factione adversariorum frustratus fuerit.

CXXXIII. Ex eodem supposito, anni Olympiadici DCCXXX in regula tertia traditi, continent Olympiades CLXXXII. integras, et insuper duos annos Olympiadis CLXXXIII. Annus huius Olympiadis secundus iniit in A. V. C. Varroniano stricte computato DCCIII. inchoante. Bene itaque iterum habet Diodorus, quoniam liber octavus libris septem Iulii Caesaris de bello Gallico additus, sive is Hirtii, sive Oppii sit, testis est, confectum bellum Gallicum a Iulio Caesare, et Gallias pacatas esse anno V. C. stricte computato DCCIII. ad finem vergente, nullasque per annum DCCIV. Galliae magnopere res gestas fuisse. Et licet anno V. C. DCCIV. quasi ex scintillis, motus quidam, praecipue a Massiliensibus, excitati fuerint, et ad eos comprimendos exercitus Caesaris ductore C. Trebonio adhiberi debuerit, bellum tamen Gallicum generaliter non recruduit, sed illud A. DCCIII. exantlatum recte dici poterat. Scripsit ergo Diodorus usque ad annum DCCIV., et eius methodus in distribuendo tempore Olympiadico et applicando ad Varronianam Chronologiam ex regula secunda et tertia se patefecit, ubi autem annis captae Troiae utitur, regula prima tempus moderatur.

CXXXIV. *Regula tertia*, tanquam falsi suspecta, a recentioribus Chronologiae interpretibus plerumque transmittitur, et negligitur, ob Graecum, ut videtur, textum: *εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου*, qui communiter sic vertitur: *usque ad principium Celtici belli*. Expeditio prima Iulii Caesaris Gallica teste ipsomet, de bello Gall. lib. I. contigit L. Pisone, et A. Gabinio Coss. itaque anno urbis conditae DCXCVI. causata autem est ex praecedente conspiratione Orgetorigis Helvetiorum principis M. Messala, et M. Pisone Coss. A. V. C. DCXCIII. Neuter horum annorum combinari potest cum anno Olympiadico DCCXXX, quem Diodorus pro fine suae historiae facit. Ast sensum genuinum ipse Diodorus lib. V. 22. in descriptione Insulae Britannicae sic explicat: *At de institutis horum aliisque peculiariter huic insulae adiunctis tractabimus speciatim, quando ad Caesaris in Britanniam expeditionem fuerit perventum etc.* En testimonium Diodori clarum, quod historiam non cum initio belli Gallici finiat, quoniam ex Iulio Caesare de Bell. Gall. lib. 4. et 5. certum est, expeditiones ab eo Britanni-

cas Cn. Pompeio, et M. Crasso, nec non L. Domitio, et Appio Claudio consulibus, anno quarto et quinto belli Gallici, id est in Varroniana computatione A. V. C. DCXCIX et DCC. susceptas esse; ergo scripsit Diodorus non usque ad initium sed usque ad finem belli Gallici. Longe aliter igitur, quam hodie a quibusdam accipitur, ἡ ἀρχὴ a Diodoro intellecta. Vocabulum hoc modo principium modo praeeminentiam, modo extremitatem significat, extremitas si a priori consideretur, idem est quod principium, si a posteriori idem quod finis; in hoc ultimo sensu Diodorus versatur: et. quemadmodum Ptolemaeus in Geographia sua fluvios non a fontibus in divertigium, sed a divertigio versus fontes respicit, et in idea sua naturali cursui plane contraria, fluvios versus fontes tendere, vehi, ferri dicit; ita Diodorus hic loci bellum Gallicum ex aevo suo retrorsum intuetur, et extremitatem sibi proximam ἀρχὴν vocat.

CXXXV. *Regulam primam* Diodorus in sequentibus libris sic applicat, ut a CCCCVIII. ad CCCCVII. annos se in iis libris saltem, qui adhuc supersunt, recedere declaret. Quam in rem excerpenda sunt eius loca, quae regulas has concernunt. *Ex Diodoro Siculo* lib. XIII. in princ. *Ad res ipsas nos statim accedere necessum est, hoc tantum praemisso: quod superioribus sex Voluminibus rerum ubique gestarum recensio ad hoc usque tempus deducta sit, quo de bello Syracusanis inferendo Athenienses suffragia tulerunt, ad quod a Troiae captivitate anni septingenti sexaginta effluxerunt, Archonte Athenis Chabria* (anno secundo Olympiadis nonagesimae primae) *et Romae tribus iterum Tribunis militaribus consulari potestate creatis L. Sergio, M. Servilio, et M. Papirio, Athenienses bella iam contra Syracusanos decreto, naves instaurant etc.* lib. XIV. in princ. *In libris huic praemissis res a Troia capta ad finem belli Peloponnesiaci et Atheniensium principatus per septingentos septuaginta novem annos gestas persecuti sumus. In hoc proxime connexo subiuncturi a triginta Tyrannis Atheniensium exordiemur, et ad Romam a Gallis captam historiae seriem octodecim annos complexam deducemus. Cessante enim Athenis ordinaria Reipublicae administratione, annus a Troiae excidio octogesimus post septingentos currebat. Tum quatuor Romae Tribuni militares consulari potestate creantur: C. Furius, C. Servilius, C. Valerius, et Numerius Fabius. Agebatur vero hoc anno Olympias nonagesima quarta, qua de stadio palmam adeptus est Corcinas Larissaeus etc.* lib. XIX. in princ. *In praecedentibus igitur octodecim voluminibus res ab ultimis inde aetatibus per cognita orbis loca gestas, pro facultate nostra descripsimus usque ad annum, qui tyrannidem Agathoclis praecedit, ad quem a capta Troia octingenti sexaginta sex anni colliguntur. In hoc autem a dominatu illius exorsi in pugna Agathoclis cum Carthaginensibus ad Himeram conserta, septem annos complexi, desinemus. Archonte*

Athenis Demogene (ultimo anno Olympiadis centesimae decimae quintae) *et Coss. Romae L. Plautio, et M. Fulvio,* (Foslio) *Agathocles Syracusanus, tyrannus civitatis illius factus est etc.* lib. XX. in princ. *In antecedentibus libris res a Graecis et Barbaris gestas vetustissimis inde temporibus prosecuti sumus usque ad annum, qui expeditionem Agathoclis in Africam proxime antecedit; Ad quam ab expugnatione Troiae octingenti octoginta tres anni computantur. In hoc autem volumine annexis; quae cum historia cohaerent, annos octo complexi, a traiectione Agathoclis in Libyam exordiemur, atque in eum desinemus annum, quo reges animis et opibus coniuncti, Antigono Philippi commune bellum intulerunt. Archonte Hieromnemone Athenis,* (tertio anno Olympiadis centesimae decimae septimae) *et Coss. Romae C. Iulio, et Q. Aemilio, in Sicilia Agathocles pugna ad Himeram a Carthaginensibus profligatus, maxima exercitus parte, in qua praecipuae vires, amissa, confugerat Syracusas.*

NOTAE.

CXXXVI. In Collectione annorum a Troia capta ad ingressum libri XIII. apertus est error librariorum, et loco annorum DCCLX. ponendi sunt anni DCCLXVIII. Patet id ex computu Olympiadico: Incipit Diodorus librum XIII. cum anno secundo Olympiadis nonagesimae primae, ergo elapsi erant anni Olympiadici CCCLXI. his addendo CCCCVII. annos Olympiadem primam praegressos, fiunt anni DCCLXVIII. Patet quoque error ex computu ad librum XIV. subsequente, qui infert annos DCCLXXIX. In libro XIII. non continentur nisi XI. anni, hi additi corrupto calculo praecedenti DCCLX. annorum, efficerent solum modo DCCLXXI. annos. Collectio annorum a Troia capta ad ingressum libri XIV. patefacit, quod Diodorus annis Olympiadicis annos Troiae captae priores tantum addat CCCCVII. Incipit ibi Diodorus Olympiadem nonagesimam quartam, ergo elapsae erant Olympiades XCIII. quae continent annos CCCLXXII. his addendo CCCCVII. annos Olympiadem primam praegressos, fiunt anni DCCLXXIX., ut in Diodoro numerantur. Collectio annorum a Troia capta ad ingressum libri XIX. in pari calculo est, ut praecedens. Incipit hunc librum Diodorus cum ultimo anno Olympiadis CXV. ergo anni ante elapsi erant Olympiadici CCCCLIX. his addendo CCCCVII. fiunt DCCCLXVI. anni. Collectio ad ingressum libri XX. imprimis iterum aperto librariorum errore laborat. Usque ad finem libri XVIII. Diodorus habebat annos a Troia capta DCCCLXVI. liber XIX. continet annos tantum septem, hi additi annis DCCCLXVI. efficiunt annos DCCCLXXIII. non DCCCLXXXIII. ut vitiose editum est. Caeterum calculus ipse pariformis est praecedentibus: Incipit Diodorus librum XX. cum tertio anno Olympiadis CXVII. ergo ante elapsae erant Olympiades CXVI. cum dimidia; hae continent an-

nos CCCCLXVI. his addendo CCCCVII. fiunt DCCCLXXIII. anni. Intellexisse ergo videtur Diodorus regulam primam sic, quod anno quadringentesimo octavo post Troiam captam currente prima Olympias celebrata fuerit.

CXXXVII. Ostendere voluit Diodorus per regulas has ad initium historiae traditas, et per limites quasi Chronologicos certis epochis intermediis historicis assignatos, se in Chronologia systematice progredi; voluit quoque per dictas regulas methodum subministrare, qua Chronologia, si a librariis vel aliis interpolaretur, et vitietur, ad mentem suam instaurari queat. Cumque fata ex documentis, quibus ambigua valde Chronologia Romana per quinque prima secula in ordinem redigi possit, solius ferme Diodori scripta servaverint, operae pretium est, eius systema Chronologicum penitus in examen vocare.

SPECIALIA AD CHRONOLOGIAM DIODORI SICULI.

Diodorus Siculus, quanquam, ut ipse testatur, triginta annos operi suo impenderit, et vere diligens fuerit, atque saltem ex regula prima seu ex annis Troianis Chronologia eius perpetuo systematice procurrat, evitare tamen nequivit, quin in tertium usque systema computus Olympiadici (scilicet quoad res Romanas et seriem magistratuum Romanorum, in rebus Graecis enim iterum Chronologia pro perpetuo systematica habenda est) ab historicis prioribus, quos secutus est, induceretur.

CXXXVIII. Primum eius systema in libris, qui exstant, a septuagesima quinta Olympiade initiante usque ad Olympiadem octogesimam primam finientem toto quadriennio seu integra Olympiade differt a methodo Halicarnassaei, ita ut consules Romanos, quos Halicarnassaeus primo anno Olympiadis LXXV. alligat, nempe Caesonem Fabium, et Sp. Furium, Diodorus Olympiadis sequentis LXXVI. anno primo iungat, et sic de reliquis usque ad finientem Olympiadem LXXXI. cuius ultimo anno Diodorus consules C. Nautium, et L. Minucium addicit, quos e contra Halicarnassaeus ad annum ultimum Olympiadis praecedentis octogesimae ponit. Secundum Diodori systema immediate post hanc Olympiadem LXXXI. incipit; namque annum primum Olympiadis LXXXII. et Archontem seu principem Atheniensem Calliam, quem Halicarnassaeus ad hunc annum nominat, simpliciter, nullum consulatum Romanum omittendo, transilit, et magistratum Romanum, qui in primo Systemate huic anno debebatur, anno secundo eiusdem Olympiadis adscribit, adeoque historiam non, sed computum annorum Olympiadicorum alterat, et ab Halicarnassaeo iam quinque integris annis recedit. Durat hoc Systema usque ad Olympiadis XCI. annum secundum. Tertium Systema denique conforme fit Halicarnassaeo; post annum enim primum nonagesimae primae

Olympiadis Diodorus quinque annos Romanos transsilit, itaque iam exaequatur Dionysio Halicarnassaeo.

CXXXIX. Ex his mutationibus Systematis inferendum: Systema primum Diodori finit in C. Nautio, L. Minucio Coss. Hos Diodorus ponit ad annum quartum Olympiadis LXXXI. Halicarnassaeus contra ad annum quartum Olympiadis LXXX. Olympiades LXXXI. completae continent annos Olympiadicos CCCXXIV. his detrahendo annos ab urbe condita in methodo Halicarnassaei CCXCVI. remanent anni priores urbe condita XXVIII. Hi faciunt septem Olympiades: ergo Diodorus est in computu Pictoriano, qui statuit urbem conditam finiente Olympiade septima et inchoante octava. Annus sequens primus Olympiadis LXXXII. (iuxta dicta) a Diodoro simpliciter et vacue transmittitur. Ergo Diodorus ab hinc in alium auctorem Romanum incidit, qui uno anno serius, quam Pictor, conditum urbis statuebat, et praeterea seriem magistratuum Romanorum usque ad Decemvirorum imperium minus iuste tradebat, quem errorem itaque Diodorus ex eo hausit; et per idem tempus continuavit. In anno secundo et tertio Olympiadis LXXXII. Diodorus duos consulatus ponit, loco quorum, Halicarnassaei et omnium aliorum scriptorum Fasti, unicum tanti consulatum C. Horatii et Q. Minucii agnoscunt. Par consulum igitur hinc abundat et expungendum. Hoc facto quinque consulatus sequentes, et itidem duo Decemviratus, locum semper anno uno anteriorem in conformitate Halicarnassaei sortiuntur, et annus, duos Decemviratus subsequens, evacuatur, qui vero tertio Decemviratu replendus est; unde ex ipso quoque Diodoro rectae Chronologiae restituto evincitur, tres Decemviratus continuos, non duos tantum, ut communiter Chronologi hodierni volunt, obtinuisse.

CXL. Inde a Decemviris iam Chronologia Diodori ad rectum ordinem pervenit, sed Systema Computus Olympiadici uno anno plus, quam in primo systemate, recedit, et tale est: annum, quo L. Valerius, M. Horatius consules Romae fuere, Diodorus alligat anno tertio Olympiadis LXXXIV. Halicarnassaeus autem anno secundo Olympiadis LXXXIII. Completae cum tribus annis superadditis insecutae Olympiadis LXXXIV. continent annos Olympiadicos CCCXXXV. His detrahendo annos ab V. C. in methodo Halicarnassaei CCCVI. remanent anni priores urbe condita XXIX. ergo Diodorus in hoc secundo systemate est in computu, qui statuit, urbem conditam finiente anno primo, et inchoante secundo Olympiadis octavae, quod quinque integris annis differt a computu Halicarnassaei.

CXLI. Diodorus ab A. CCCXXVIII. usque ad A. CCCXXXII. seriem annorum quinque turbat, C. Sempronium, et Q. Fabium

Consules anni CCCXXXII. omittit, e contra L. Quintium et A. Sempronium Tribunos anni CCCXXX. simul Consules anni CCCXXVIII. facit, et reliquos tres Magistratus uno anno dimovet, dein vero quinque sequentes Magistratus annuos plane transsilit, et in A. CCCXXXVIII. iterum recto ordini iungitur.

CXLII. Diodorus ab eo anno demum Systema, quod in methodo applicandorum magistratuum Romanorum ad annos Olympiadicos Halicarnassaei Systemati simile est, assumit, et ordinate iam seriem magistratuum Romanorum, in conformitate traditorum a Livio, paucis exceptis, recenset, et annis Olympiadicis iungit, id, quod exemplis nunc confirmandum est. Ad ingressum lib. XIII. Diodorus incipit annum a Troia capta DCCLXIX. cum anno secundo Olympiadis XCI. Pro magistratu Romano assignat Tribunos militares consulari potestate L. Sergium, M. Papirium etc. Annus secundus Olympiadis XCI. cadit secundum schema Sectionis tertiae in annum V. C. Varronianum CCCXXXIX. Halicarnassaeum vero CCCXXXVIII., et huic anno secundum Fastos Livii omnino competunt Tribuni militares, quos Diodorus nominat. Idem annus Halicarnassaeus CCCXXXVIII. etiam resultat ex annis Troiae DCCLXIX. his enim ex regula prima Diodori, prout eam in applicatione ipsa declaravit, anni CCCCVII. Olympiadem primam, dein anni XXIV. in sententia Halicarnassaei Romae eruditum praegressi, summatim itaque anni CCCCXXXI. detrahendi sunt; quo facto pro imperio Tribunorum a Diodoro nominatorum annus V. C. CCCXXXVIII. invenitur.

CXLIII. Dionysius Hal. lib. VII. in prin. refert: *T. Geganio Macerino, P. Minucio Coss. magna annonae caritas urbem invasit, ex secessione orta etc. Senatus legationes dimisit ad coëmenda frumenta, quanta possent maxima. In Siciliam missi sunt P. Valerius, et L. Geganius etc. in ea tum oppidatim Tyranni regnabant, et inter hos eminentissimus Gelo Dinomenis filius etc. non Dionysius Syracusanus, ut Licinius scripsit et Gellius, aliique aliquot Romani Historici, nulla temporum ratione habita, ut res ipsa indicat, sed temere, quod in mentem venerat, affirmato. Nam haec legatio in Siciliam enavigavit secundo anno septuagesimae secundae Olympiadis, principe Athenis Hybrilide, elapsis post pulsos Reges annis septendecim ut et hi et alii fere omnes scriptores uno consensu produnt. At Dionysius Senior anno post haec quinto et octuagesimo Syracusis invasit tyrannidem, Olympiadis nonagesimae tertiae anno tertio, principe Athenis Callia, qui successit Antigeni.* Diodorus Siculus hac de re sic refert lib. XIII. *Finito hoc anno magistratum Euctemoni tradunt Athenienses etc. et tunc Olympias tertia supra nonagesimam celebrabatur, in qua Stadii victoriam adeptus est Eubatus Cyrenaeus etc. Rebus per hunc annum ita confectis, Antigenes magistratum*

Athenis iniit etc. Rebus anni illius ad exitum ita deductis, Athenis Archontis magistratum accepit Callia etc. ad hanc vocem multitudine subito, ut ipsius mos est, in deterius inclinata, Dionysius Imperator cum summa potestate creatur etc. Postea quam vero Syracusas fuit regressus, fixis in navali tentoriis, apertum se Tyrannum civitati demonstravit. Gravissime hoc quidem Syracusani tulerunt, ut quid facerent, etc. En uno ore hic loquuntur Halicarnassaeus et Diodorus de Tyrannide Dionysii Syracusani anno tertio Olympiadis nonagesimae tertiae invasa; videatur hic annus Olympiadicus in schemate Sectionis tertiae, ei ex methodo Halicarnassaei in computu laxo primo adscriptus est annus V. C. CCCXLVII. hoc accurate convenit Halicarnassaei relatis, dicit is: Olympiadis LXXII. anno secundo, dum pro coemendis frumentis in Siciliam navigaretur, elapsos esse a pulsis Regibus annos septemdecim, et bene habet in suo computu, atque annus navigationis est V. C. CCLXII. Post hanc navigationem autem, id est post annum CCLXII., ait Tyrannidem Dionysii Syracusani incidere in annum octogesimum quintum; hic ipsissimus annus est in methodo tam Halicarnassaei, quam Diodori tertius Olympiadis XCIII. et urbis conditae annus CCCXLVII. ergo conformis uterque est in computu annorum, (in *num.* CXLIV. incidenter agitur de A. V. C. CCCXXXV. per anarchiam extracto.)

CXLV. Ad ingressum lib. XIV. Diodorus incipit annum a Troia capta DCCLXXX. cum anno primo Olympiadis XCIV. Pro magistratu Romano assignat Tribunos militares C. Servilium, C. Valerium etc. Annus primus Olympiadis XCIV. cadit in annum V. C. Halicarnassaei seu laxi primi computus. et huic secundum Fastos Livii debentur Tribuni a Diodoro nominati. Idem annus etiam resultat ex annis Troiae DCCLXXX. his enim detrahendo CCCCXXXI. annos urbis conditum praegressos, prodit annus CCCXLIX.

CXLVI. Lib. XVII. C. 113. Diodorus refert Alexandrum magnum mortuum esse Olympiadis XCIV. anno primo, Archonte Athenis Agesia, Consulibus Romae C. Poetelio, L. Papirio. Annus primus Olympiadis CXIV. iniit secundum Schema Sectionis tertiae in anno V. C. computato CCCCXXX. inchoante, in computo Halicarnassaei vero annus is totus CCCCXXIX. vocatur, et ei anno omnino dicti Consules debentur. Censorinus de die natali cap. XXI. annum, in quo scribebat, nempe Ulpio et Pontiano Coss., id est: Christi CCXXXVIII. pluribus aliis annis comparat, dicitque, in eo iuire annum V. C. DCCCCXII. a Parilibus, annum II. Olympiadis CCLIV. a diebus aestivis, annum Philippicum ab excessu Alexandri magni DLXII. a mense Aegyptio Thoth. De hoc principio anni Aegyptiaco videri potest Petavii Doctrina et Ratio-

narium temporum, ubi docet, Thoth usque ad Augusti Caesaris victoriam de Antonio et Cleopatra Aegypto dominantibus vagum, abinde vero diei XXIX. mensis Augusti affixum fuisse. Si iam a mense Septembri anni V. C. stricte computati CCCCXXX. usque ad mensem Septembrem anni V. C. itidem stricte computati DCCCCXCI. computus ducatur, complentur anni Philippici DLXI. et incipit currere annus DLXII. Eundem numerum annorum DLXI. infert quoque computus Olympiadicus; ab Olympiade enim ineunte CXIV. usque ad Olympiadis CCLIV. annum secundum exclusive sunt Olympiades integrae CXL. cum excurrente uno anno, ergo aeque anni DLXI. et annus DLXII. incipit. Hinc sequitur, Diodorum esse in ipsissima methodo computandi initia Olympiadum, ac Censorinum, consequenter et Varronem; atque proinde Chronologiam Diodori Olympiadicam, ab V. C. CCCXXXVIII. iam esse regularem et systematicam, non tantum in se, sed et respectu consulatuum Romanorum; hoc ipso enim, quod Censorinus dicat annum secundum Olympiadis CCLIV. iniisse a diebus aestivis anni V. C. DCCCCXCI. necesse est, annum primum Olympiadis CXIV. sub cuius initio mortuus est Alexander, iniisse diebus aestivis anni V. C. stricte computati CCCCXXX. ut Diodorus idem tempus mortis Alexandri, non quidem addito anno V. C. sed expressis Olympiadis et consulatus annis refert, (in *num.* CXLVII. agitur incidenter de anno per diversa initia consularia intercepto.)

CXLVIII. Porro ad Ingressum lib. XIX. Diodorus incipit annum a Troia capta DCCCLXVII. cum anno quarto Olympiadis CXV. Pro magistratu Romano assignat Consules L. Plautium, et M. Fulvium, (qui aliis Fastis Foslius vocatur.) Annus quartus Olympiadis CXV. ex schemate Sectionis tertiae est annus V. C. in laxo computu primo CCCCXXXVI., et ei secundum Livium conveniunt consules a Diodoro assignati. Idem annus etiam resultat ex annis Troiae DCCCLXVII. his enim detrahendo CCCCXXXI. annos urbis conditum praegressos, prodit annus CCCCXXXVI. Ad Ingressum libri XX. Diodorus incipit annum a Troia capta DCCCLXXIV. cum anno tertio Olympiadis CXVII. Pro magistratu Romano assignat Consules C. Iulium (rectius Iunium) et Q. Aemilium. Annus tertius Olympiadis CXVII. est annus V. C. in laxo computu primo CCCCXLIII, et ei secundum Livium Consules dicti recte applicantur. Idem annus etiam resultat ex annis Troiae DCCCLXXIV. his enim detrahendo CCCCXXXI. annos urbis conditum praegressos, annus remanet CCCCXLIII. Ex omnibus his inferendum: Systematicam et fide dignam esse Chronologiam Diodori; cuius autem Systematis in annis V. C. sit, frustra inquiritur, quoniam nunquam annorum V. C. mentionem facit: Ceterum annis Olympiadicis applicat magistratus Romanos

pari modo, ut Halicarnassaeus; in eo autem ab Halicarnassaeo differt, quod res ipsas historicas secundum annos Olympiadicos a Solstitio in Solstitium stricte digerat, et disterminet, Graecas enim historias principaliter prosequitur, et Graecorum alia anni ratio non erat, nisi a Solstitio in Solstitium computare, (in ann. CXLIX. et seqq. Chronologia Diodori ad determinandum annum captae a Gallis Romae in auxilium vocatur, etc.)

C. G. HEYNE
DE FONTIBUS ET AUCTORIBUS
HISTORIARUM DIODORI
ET DE EIUS AUCTORITATE
EX AUCTORUM, QUOS SEQUITUR, FIDE AESTIMANDA

COMMENTATIO PRIMA
AD LIBROS TRES PRIORES.

[Ex Comment. Soc. Gotting. ad a. 1782. vol. V. p. 89. s.]

Ad Diodori fidem et auctoritatem quam multa in antiquis historiis, in populorum religionibus et institutis, omninoque in doctiore antiquitate referantur, quae vel aliunde comperta non sint, vel ab aliis minus diserte tradita, satis meministis, AA. Nec minus forte meministis, laudari eum plerumque sic, ut rerum narratarum fides et auctoritas penes ipsum esse putetur; solere illum cum Herodoto, Thucydide, Xenophonte, similibusque scriptoribus nominari ac comparari, dubitarique interdum, iisne an illi maior fides sit habenda; denique totum eius opus historicum, etsi tam variis ac diversis partibus compositum, una laude ac reprehensione seu commendari seu elevari; non aliter ac si ea, quae ex innumeris scriptoribus hausta tradidit, de suo attulerit, fidemque adeo narratarum rerum eodem modo praestet ac Thucydides aut Xenophon. Quae res non satis intellecta cum me ipsum olim in fraudem induxerit, cumque in docta antiquitate multa iudicia pepererit prava et iniqua: rem nec [90] inutilem nec cognitu iniucundam suscepisse videor, si in scriptoris, qui tot rerum gestarum, tot institutorum ac religionum memoriam servavit, omninoque magnam antiquitatis partem unicus sospitator ab interitu vindicavit, si *in eius fidem et auctoritatem* paullo diligentius inquiram.

Omnino Diodorus, cum historiam catholicam cóndere omniumque temporum res uno opere comprehendere vellet, rerum narratarum auctor haberi nequit, nisi quatenus eas ab aliis traditas

accepit; fides et auctoritas eorum, quae narrat, redit ad eos, unde sua hausit. Quae a Diodoro postulari iure poterant, haec sunt: ut in scriptoribus conquirendis diligentiam, in dilectu eorum, quos sequeretur, et rerum quas exponeret, iudicium, consilium et fidem praestaret; expositárum vero rerum auctor ipse haberi nequit, nisi quatenus de suís copiis aliquid interposuit, quod haud raro factum; in reliquis videndum est, quam auctoritatem ac fidem ipse sequutus sit; de qua ubi nihil indagari poterit, iudicium nostrum de re a Diodoro tradita ita circumscribi ac finiri necesse erit: „tradi hoc vel illud a Diodoro ex fide nescio cuius, iudicio tamen eius et auctoritate suffragante." Diversum ab hoc iudicium est, quod quis de universo hoc historiae catholicae genere, de operis descriptione, de rerum narratarum dilectu faciat: nec vero hoc ad meae aetatis genium faciam, nec ad consilia scribendi diversa ab iis, quae Diodori erant, et quae illa aetate esse poterant; itaque non discedam in eorum partes, qui pragmaticam historiam a Diodoro scriptam vellent, quos sane non meminisse apparet, in historia catholica partes quidem, non vero universum corpus, materiem et argumentum ei consilio idoneum habere; nec philosophicam historiam requiram, [91] hoc est, cum philosophica subtilitate super hominum ingeniis, moribus, institutis, religionibus, harumque rerum caussis institutam disputationem; quam equidem et ipse in votis habebo, quoties, copiis historicis satis locupletibus in aliquo genere suppetentibus, materies et locus illi erit; enimvero cum tot sint historiarum partes, in quibus super indole et caussis rerum disputandi materies iusta deficit, ad somnia et vanas hariolationes inaneque acumen, id quod ipsa res docet, eiusmodi consilia redire necesse est; neque iniri consilium hoc et suscipi rite potest, nisi ante omnia rerum notatio accurata et narratio facta fuerit. In Diodoro itaque non laudandum fuisset, sed reprehendendum adeo simile consilium, quandoquidem ipse primus erat auctor, qui omnium aetatum historias uno opere complecteretur, idque adeo unum spectandum haberet, non ut super his subtiliterdis putaret et argutaretur, verum ut iusto dilectu facto graviorum rerum nullam omitteret, ea autem, quae afferret, iustó ordine disponeret et oratione simplici ac perspicua rerumque argumentis accommodata exponeret. Quanto cum studio, qua cura et industria, ille in hoc consilio exsequendo versatus sit, hoc saltem docere potest, quod XXX annos in opere parando se consumsisse et multis cum periculis et aerumnis magnam Asiae et Europae partem obiisse profitetur, ut pleraque loca oculis ipse cognosceret; quo sibi contigisse ait, ut multa perperam a superioribus tradita, inprimis ex locorum inscitia, ipse emendaret; magnas vero ad haec perficienda opportunitates partim imperii Romani per tot terras ac provincias propagati magnitudinem, par-

tim commorationem Romae et sermonis Romani peritiam subministrasse. (lib. I, 4.)

Ex his intelligitur, in Diodori historiis *ea, quae ipse de suo interposuit, tanquam visu audituque cognita, sedulo discernenda esse ab* [92] *aliis quae ex aliorum auctorum fide tradit.* In illo vero genere ipse auctor habendus est gravis et summae fidei, in iis utique quae visu cognovit; nec dum enim quicquam huius generis ab eo traditum deprehendi, quod falsum fictumve haberi possit. Spectant autem ea fere ad locorum faciem et naturam, populorum ingenia, mores, instituta, opera, monumenta. Si qua sunt, quae in his perperam perhibita occurrant, ex naturalis historiae inscitia aut ex falsa opinione, qua illa aetas imbuta erat, non a scriptoris seu levitate seu fraude sunt repetenda. Ad ea autem, quae ex aliorum auctorum fide erant tradenda, quantas historiae scribendae copias conquisiverit, quantumque in iis excutiendis, digerendis et disponendis studium adhibuerit, etsi vel illud arguat, quod XXX annorum spatium ei rei impendit, multo vero magis ipsa res docet: esse enim ea, quae a Diodoro perscripta sunt, ex pluribus auctoribus depromta et certo aliquo iudicio selecta, fidem facit et auctorum quos laudat recensus, et narrationis in multis rebus discrepantia ab scriptoribus illis qui servati sunt, quosque adeo cum eo comparare in promtu est. *Dilectus* autem, quem fecit, *fundamentum ac principium* quale fuerit, ante omnia exponendum est: hoc enim nisi recte teneatur, nullum *verum de Diodoro iudicium* institui potest; an vero ipse sagaciter satis illud assequutus sim, iudicium esto penes vos, AA.

Scilicet respuere se meram delectationem, tot aliis Graecis scriptoribus propositam, pluribus locis profitetur Diodorus: *sequi se in omnibus utilitatem*, et propter hoc ipsum praeferre historias plurium aetatum ac populorum res complexas, quoniam paratior inde et uberior utilitas expectari possit, quae ad vitam cum publicam tum privatam salubribus consiliis exemplisque instruendam vim [93] habeat. (lib. I, c. 3. et 4.) Eandem professionem in multis locis repetit; et ex ea iudicium faciemus in nonnullis rebus, quae diversis modis tradi solent, quas ipse partes amplexus, quas rationes sequutus sit, in aliis vero, quid illud fuerit quod eum a recto rerum iudicio transversum egerit. Etenim cum in scriptorum, quos sequeretur, tum in rerum narratarum dilectu, narrationisque instituendae modo ac ratione, *utilitatem spectavit*, adeoque reliquis *praetulit ea, quae ad vitam regendam animosque bonis monitis consiliisque vitaeque praeceptis imbuendos usum haberent.* Praeclarum consilium, quis neget? modo ne *summa ac princeps historiae scribendae lex* intercedat, *ut vera et explorata scribantur.* Multa autem a multis *ad utilitatem ficta et exornata* sunt: neque omnes historiae partes ita sunt comparatae, ut multa in iis salu-

biliter moneri praecipique possint, quandoquidem multorum eventuum summa tantum ad nos pervenit; magna historiarum pars notitiis rerum, quae contigerant, ieiunis per fastos et annales ad memoriam propagatis absolvitur; nec raro id quod fama acceptum aut ex litterarum naufragio servatum est, seu ad nudas temporum, locorum, hominumque notationes, seu ad subtiles litterarias et criticas quaestiones redit. Quae si quis dixerit sive a scriptore sive ab historiarum studioso esse relinquenda et seponenda, nolo repugnare; sed si tractare susceperis, eaque ad pragmaticam rationem ornare, mentiri te et falsa tradere vel invitum necesse est. Hoc illud est, quod toties peccari videas a scriptoribus recentioribus, partim bellulis illis, qui nullo indicio adhibito omnia ornare allaborant, etsi ornatum vel maxime respuentia, partim acuminis et iudicii famam aucupantibus; itaque fit, ut, dum historias scribunt, fabulas Romanenses narrent, resque tradant, *quales forte evenire potuissent*, imprimis *si nostro seculo evenirent*, num vero ita [94] evenerint, uti affirmare nemo ausit, ita tutius negare possis. Diodorus igitur, quatenus in iis temporibus versatur, in quibus rerum gestarum plenior et instructior est narratio scriptorumque pragmaticorum copia, praeclare illo consilio, utilia tradendi, utitur: in aliis eum hoc consilio abreptum non minus a vero aberrasse videbimus quam eos, quos obiurgat, quod delectationem unice in scribendo propositam habuerint. Omnino quaestio de ratione historias scribendi inter eas est, in quibus suum quisque genium et sui animi impetum aut libidinem sequi mavult, quam subtile animi iudicium adhibere, quo rerum discrepans natura, generum diversitas, id quod cuique proprium est, quae cuiusque utilitas, discernatur et definiatur. Primaria res, quam in historiis requiro, non est ut intelligam, quid de rebus iudicandum sit, aut quid scriptor de aliqua re senserit ac iudicaverit, sed omnium *primum* est, *ut cognoscam qualis res fuerit*. Quod si res ita narratur, ut mihi ipsi de ea iudicium facere in proclivi sit, malo hoc, quam ut scriptor iudicium suum legenti obtrudat eoque ipso meum iudicium interdum forte regat, forte tamen in aliis inflectat et corrumpat. Qui itaque res gestas simpliciter quales evenerint accurate ac diserte enarrat, is scriptoris munere optime fungi putandus; praestabit sane haud dubie ceteris historiis narratio ea, cuius auctor res gestas eosque qui eas gessere, et loca ac tempora, penitius aliis novit, et iudicio perspicaci et incorrupto in iis notandis ac perscribendis utitur. Diversa ratio et secta est eorum, qui plures scriptores inter se comparando maius historiarum corpus conformant: aliud iudicii acumen, alia prudentia requiritur in his. Secernenda est ea laus scriptoris, quae ab eius oratione et arte proficiscitur; alia quae a philosophico acumine, aut a prudentia politica. Omnino eiusdem scriptoris et

operis partes sunt diversae: [95] philosophari et argutari licet tum, cum in praecipuo aliquo argumenti capite ac loco exstantiore in disputationes exspatiari licet, forte in iis operis partibus, in quibus de rerum summa, de populorum legibus et institutis et quae alia sunt, traditur.

Hoc igitur *primum* est, quod in Diodoro reprehendi iure posse arbitror, *quod optimo consilio* in scribenda historia, cum utilitatem ad vitam redundantem unice sectandam esse putaverit, *prave usus est. Alterum*, quod vitio dandum esse videri debet, est, *quod*, cum historiam suam per tot temporum decursum detextam ex variis auctoribus contexuerit, *nec tamen ille recensum aut conspectum auctorum, quos seu universe seu in singulis partibus sequutus sit, apposuit:* quod si factum esset, in multis de narratarum rerum fide, deque Diodori ipsius diligentia et acumine accuratius iudicium facere liceret; iucundum esset, comparatione cum eorum inter se, tum cum aliis scriptoribus facta, assequi et indagare multarum rerum et opinionum origines ac fontes, principia et caussas, primosque auctores, falso traditorum ac figmentorum primordia et incrementa, eruere, et sic porro. In hoc tamen sunt, quae ad excusationem Diodori commemorari possunt. Omnino ea non Diodori sed totius vetustatis reprehensio est, quod in auctoritatibus, quas sequebantur, apponendis tam parci ac parum diligentes sunt scriptores: nec nisi studii historici et critici diplomaticique expolitione meliore intellectum est, nullam narrationem probari posse, nisi de eius veritate constet, eam autem non ex eius, qui ab aliis narrata reponat, sed ex primi auctoris fide et gravitate esse diiudicandam: itaque in iis omnibus, de quibus aliunde non constat, auctoritatem authenticam ne quis apponere refugiat, prima scriptoris lex esto. Interea Diodorus in [96] nonnullis operis partibus auctores, quos ante oculos habuit, adscripsit; complurium haud dubie nomina in libris deperditis adscripta fuere; uti vel ex fragmentis intelligere licet (v. c. lib. VI. n. 1.) in ceteris sagacitati nostrae relictum est, ut investigemus et indagemus quos maxime ille scriptores in opere suo catholicae historiae condendo sequutus sit, saltem, quo ingenio, qua lege, qua fide illi res narratas perscripserint.

Habuit autem Diodorus primo magnum numerum scriptorum, qui et ipsi historias catholicas condere velle videri volebant; eos itaque legisse eum et exscripsisse quidni credamus? plerosque ait ipse „unius tantum urbis aut gentis bella integra recitare, paucos a priscis temporibus exorsos res pluribus gentibus communes ad suam usque aetatem litteris mandasse: eorum tamen alios tempora singulis sua non adiunxisse, alios res barbarorum transiliisse; porro alios priscas fabulas propter tractationis difficultatem respuisse, alios mortis interventu operam non absolvisse; omnino

neminem eorum, qui haec aggressi sint, infra Macedonum tempora historiam deduxisse." Hi enim, inquit, „ad Philippi, illi ad Alexandri res gestas, isti ad successores aut posteros deductam historiae telam abruperunt, res autem ab iis temporibus gestas, et numero et magnitudine haud inferiores, nemo scriptionis unius ambitu complexus est, sed sunt eae per plura volumina, cum summa temporum, rerum et scriptorum diversitate dispersae, adeoque cognitu difficillimae." (lib. I, 3.) Quid igitur noster? *singulorum tractationibus ad examen revocatis historiam contexere decrevit, quae lectoribus et plurimum conduceret, et molestiae exhiberet minimum.*

[97] Quod si Diodorus non tam generatim hos auctores memorasset; etsi hoc modestia adductus videtur fecisse, ne alios reprehendere in operis sui principio videri posset; sed potius singulos nominasset: rem utique nobis fecisset gratissimam. Nunc coniectando quantum assequi licet, adscribam eorum nomina, quos omnino in historia scribenda sequutus esse videtur: quos in singulis partibus auctores habuerit, cum ad eas perventum erit, annotabo.

In geographia quidem Asiae et Europae *Agatharchidem Cnidium* et *Artemidorum* ipse aliquoties laudat, in temporum notatione *Apollodorum* Atheniensem (I, 5.), graves utique et intelligentes auctores. Ex iis, qui antiquissimas res perscripsere, *Cadmum, Hecataeum, Hellanicum et id genus alios priscos* scriptores ipse nominatim memorat (de Nilo, I, 37.). *Hellanicum* in antiquissimis rebus Graeciae adhibuerat, ut in Munychiae origine, verbis eius appositis (Fr. lib. VI, n. 7.); nec tamen in eo ac similibus praecipuam aliquam operae partem posuisse videtur; si recte iudico, non ipsos fontes ille adiit, sed exscripsit potius eos, qui ex istis historias suas composuerant, inprimis *Anaximenem Lampsacenum*, quem ipse narrat (XV, 89.) a deorum ortu et humani generis primordiis exorsum ad Epaminondae mortem et pugnam ad Mantineam historiam deduxisse; tum *Dionysium Milesium*, quem in nonnullis diserte profitetur auctorem, ut de Amazonibus (III, 52.) et de Baccho (65.) Sed de his infra accuratius erit tradendum. *Herodotum* aliquoties laudat nomine; eum curiose multa rescivisse, sed repugnantes sententias de Nilo esse amplexum censet (I, 37, 38.) *Ephorum* habuit auctorem in temporibus post Heraclidarum descensum in Peloponnesum, a quo ille historiae initium fecerat; in aliis *Callisthenem* et [98] *Theopompum,* qui veteres mythos omiserant (IV. pr.) *Evemerum* libro sexto exscripserat (v. Fragm. p. 633.). Sed eundum est ad singula; quod nisi fecerimus, nihil satis recte tradi posse video.

Cum res a summa origine repetere vellet Diodorus, in fronte libri mythos persequi instituit. Nihil in hoc quod recte repre-

hendas. Perperam enim multi, si fabulas audiunt, intelligunt esse commentitias et fictas. Immo vero mythi seu fabulae antiquissimam rerum memoriam constituunt, sermone antiquorum hominum, et carminum suavitate redditam; cumque ii mythi non unius generis et naturae sint: eos quidem, qui ultimam generis originem adumbrabant, recte ab historicis, ubi de originibus populorum agendum esset, repeti, tanquam narrationes a maioribus acceptas, nemo neget; at sunt alia quae reprehendi forte possint: primum quod ea, quae de unius populi origine narrata acceperant, uti de primis Graeciae incunabulis a vita silvestri ac ferina repetendis, ad communem generis humani originem referre solebant; tum quod eos quoque mythos, qui ab antiquorum hominum opinionibus de rerum origine sermone prisco et carmine expositis profecti erant, historiis suis praefigebant; quo factum est, ut historici, qui populorum origines ultimas repetere vellent, fabulas omnis generis in fronte historiarum apponerent, inque his eas, quae antiquissimorum hominum physiologiam et historiam naturalem continerent; quemadmodum nostri viri docti historiam catholicam expositurı ab rerum primordiis, interdum quoque a philosophorum opinionibus super mundi origine, initium institutionis facere solent [1]. Recepit itaque et has fabulas Diodorus in historiarum corpus, in eo [99] saltem laudandus, quod non magnam scriptionis partem in iis consumsit. Nam admodum breviter (I, 6. 7. 8.) ea, quae a physiologis tradita essent, repetit; tum viri prudentis iudicium et in hoc se prodit, quod fabulis cosmogonicis placita philosophorum Graecorum substituit. Anaxagorea enim ea esse, quae commemoravit, etsi auctore non apposito, facile assequi licet; quamvis recte mireris, mentis divinae rerum formas fingentis mentionem eum facere nullam. Nec vero ex ipso Anaxagora haec repetita esse suspicor, sed ex aliquo scriptore, qui iam ante Diodorum haec eadem in historiarum ordinem redegerat.

Tres libros historiis barbarorum populorum se destinare iam ab initio professus Diodorus nescio an *Ephorum* in hoc auctorem habuerit; eum saltem barbaras gentes Graecis antiquiores existimasse et narrat et improbat; se de iis narrata praemittere, ut deinceps Graecorum historias persequentem nihil ad aliena avocet (c. 9.).

---

1 Cf. Not. in Apollodor. P. III. inde a pr.

[100] SECTIO I.

AD LIB. I.

AEGYPTIACA COMPLEXUM.

Interponitur iudicium de omni historia Aegyptiaca, eius fontibus et caussis et de modo ac ratione eam interpretandi.

Inde de *Aegyptiis* primo omnium loco agere instituit: de quibus plerumque ita statui video, ut eodem modo, quo Herodotus, credatur Diodorus a sacerdotibus et interpretibus Aegyptiis accepta in suas historias retulisse; qua quidem re nihil magis perturbavit sanum de rebus Aegyptiacis iudicium, nisi forte altera illa opinio, qua modo omnes veteris Aegypti historias, quarum penes ipsos Aegyptios esse potuit memoria, ab his duobus auctoribus ex asse repraesentatas esse autumarunt, modo duos hos solos rerum Aegyptiarum et unicos, quos Graecae litterae habuere, fuisse fontes. Hinc manarunt iudicia illa partim vana partim falsa modo ad deprimendam et elevandam Aegyptiorum famam, modo ad extollenda immodicis laudibus populi ingenia et litteras. Ante omnia enim teneri debebantur haec: primum, eorum, quae de Aegyptiis olim historiarum fide tradita erant, partem nos habere exiguam; nullum ex eo tempore, quo Aegyptii suis legibus, religionibus institutisque utebantur, auctorem ac librum; omnia accepta esse fama seriore, et eorum, qui antiqua mirarentur et cupide amplificarent, iudicio inflexa; iudicium tamen de multis fieri posse sanius et rectius ex [101] reliquiis antiquitatis Aegyptiacae cum historiis comparatis. Ante Herodotum adierat Aegyptum *Hecataeus* Milesius, ipso Herodoto teste, (II, 143.) dubitarique vix potest, quin is in suis historiis (forte in περιηγήσει Ἀσίας) de Aegypto egerit. Porro *Hippys Rheginus*, qui Darii et Xerxis tempore vixit, praeter res Siculas ediderat Chronica, origines (κτίσιν) Italiae, Argolica; eundem quoque *Aegyptiaca* attigisse, ex eo colligo, quod de Aegyptiorum antiquitate summa, et de natura Nili ad fecunditatem egregie comparata, tradiderat, quodque Aegyptios dixerat fuisse primos, *qui temperaturam aeris perspexissent* 1: quod quale

---

1 Schol. Apollon. IV, 262. in praeclaro Scholio: Ἵππυς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους γεγονέναι λέγει· καὶ πρώτους στοχάσασθαι τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως καὶ γονιμώτατον εἶναι τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ.

fuerit, ex ipso Diodoro nos assequi posse puto, (I, 10.) tradidisse eum inter primos, Aegyptum ob benignam coeli temperiem omnium optime terrarum ad generandas res fuisse idoneam, iure itaque animantium origines ad eam referri [1].

Inter eos qui post Herodotum vixere, invenio *Philistum* Syracusanum, nobilissimum scriptorem, qui primus ex artis praeceptis historiam condidisse fertur, Dionysiorum aetate; scripserat is praeter res Siculas Aegyptiaca XII libris, etiam librum de Syria et Libya: quae absque notitiis in Suida servatis prorsus ignoraremus; secundum hunc, *Theopompum*, qui in Hellenicis seu in Philippicis historiarum Aegyptiarum memorationem fecerat; nam in libro tertio de Sesostride egerat [2]; eundem de Nilo disputantem laudat Diodorus [102] (I, 37.) item (eod. l. et 39.) *Ephorum*, quos tamen locorum ignoratione ait peccasse; hunc quidem libro XI historiarum in hanc narrationem incidisse, colligo e Theone Sophista [3]. Nilum quoque memoraverant et fabulosa de eo tradiderant *Hellanicus*, *Cadmus*, *Hecataeus* (ibid.); ut taceam physicos, *Anaxagoram*, *Democritum*, *Aristonem*, alios, qui de caussis incrementorum Nili varia erant hariolati. (v. Schol. Apollon. IV, 279.) *Dicaearchus de institutis Graeciae* (*ἐν τῷ περὶ τῆς Ἑλλάδος βίου*) etiam de Sesostride egerat, temporibus quoque diligenter adscriptis (ibid. ad v. 272. 276.) In primis vero qui *periplos* scripserant, de Aegypto plura accuratius investigasse videri debent; in his *Eudoxus Cnidius*, Platoni aetate suppar, *γῆς περίοδον* ediderat, in qua de Aegypto narratum fuisse e Plutarcho discas (To. II. p. 353. et 359. c) *Agatharchides* autem Cnidius geographicum opus *περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης* condiderat, e quo veriorem de Nili incrementorum caussis opinionem recitat Diodorus (I, 41.) eundem cum *Artemidoro*, Geographiae auctore, veriora tradidisse de Aegypto et Aethiopia, cum alii voluptatis caussa sua finxissent, testatur Diodorus (III, 11.) Alios in Indice Stephani Byz. eruere in promtu est.

Successere tempora, quibus victa ab Alexandro Aegyptus mox in Ptolemaeorum potestatem cessit. Fuit in his primo loco *Hecataeus Abderita*, Ptolemaei Lagi comes, qui praeter alia, uti de Iudaeis, etiam *Aegyptiacas historias* reliquerat. Meminit eius Diodorus ipse partim in iis, quae de Nilo disputantur (I, 37.) par-

1 Diod. I, 10. *φασὶ τοίνυν Αἰγύπτιοι, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων γένεσιν, πρώτους ἀνθρώπους γενέσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, διά τε τὴν εὐκρασίαν τῆς χώρας καὶ διὰ τὴν φύσιν τοῦ Νείλου. τοῦτον γὰρ πολύγονον ὄντα καὶ τὰς τροφὰς αὐτοφυεῖς παρεχόμενον ῥᾳδίως ἐκτρέφειν τὰ ζωογονηθέντα* etc.

2 Schol. Apollon. IV, 272.

3 progymnasm. c. 2. p. 16.

tim eo loco, (I, 46 extr.) quo sepulcra regum Thebanorum memorasse ait e Graecis multos, qui Ptolemaei Lagi aetate Thebas profecti historias [103] Aegyptiacas condiderunt; in quibus, inquit, Hecataeus est. Sub Philadelpho *Manetho* floruit, de quo quidem, quae tu senseris, Collega coniunctissime, *Meiners*, nec ignoro, nec reprehendo; nollm tamen ex spuria praefatione et ex locis truncatis et interpolatis ab iis, qui caussae consiliove suo inservientia inde eruere volebant, necdum ad saniorem criticam exactis, apud Syncellum, eum nimis cupide damnare, et mendacis scriptoris ei notam inurere. *Lynceum Samium*, Duridis historici, qui Philadelphi tempore vixit, fratrem, *ἐν Αἰγυπτιακοῖς* laudatum videas, apud Athenaeum (IV, 13. p. 150. B.) Fuere praeterea *Αἰγυπτιακὰ Alexandri Polyhistoris*, qui Sullae aetate vixit, aliquoties Stephano Byz. laudata. Hi scriptores omnes anteverterunt Diodorum aetate; nam nolo commemorare eos, qui aequales fere eius fuere, *Chaeremonem*, vanum hominem, qui Aelium Gallum in Aegyptum sequutus erat, cuius historia Aegyptiaca extabat, nec *Ptolemaeum Mendesium*, qui regum Aegypti historias tribus libris complexus erat; cui successit *Apio Grammaticus*, ex Iosepho notus, qui Aegyptiaca quinque libris exposuerat [1].

---

1 Multo minus in hunc censum vocabo scriptores incertae aetatis: Asclepiadem, cuius Aegyptiacorum librum LX., numero parum probabili, in Athenaeo laudatum videas lib. III. p. 83. C. de aureis malis; nescio an eundem cum Asclepiade Mendesio, cuius *Θεολογούμενα* Sueton. Aug. 94 excitat. Alter Asclepiades ex Procli schola prodierat superstitionibus Aegyptiacis, quales illa aetate erant, imbutus, et *Αἰγυπτίων Ὠγυγίων* scriptor, quem cum Heraisco comparatum videas e Damascio ap. Phot. et Suid. in *Ἡρατοχος*. *Cosmen*, ap. Schol. Apollon. IV, 262. memoratum super antiquitate gentis Aegyptiacae: *Κόσμης ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν*. *Leo* quoque Aegyptiacas res perscripserat, sec. Hygin. Astron. II, 20. Tertull. de Cor. Mil. 7. et alios: v. Worth. ad Tatian. adv. Gr. c. 44. p. 96. qui etiam ex Arnobio conficit, Leonem Pellaeum fuisse. Videtur esse idem quem Schol. Apollon. IV, 262. laudat *ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὴν μητέρα*. Ex eodem Hygino intelligitur, eum fabulas ad historicam veritatem redigere voluisse, verborum tamen rerumque lusu adhibito, adeoque a Tatiano, Arnobio, Tertulliano inter eos refertur, qui Gentilium fabulas de diis ipsi exploserint. Leonem Byzant. qui Philippi aetate vixit, vix pro [104] eodem habebo cum Voss. de H. Gr. *Aristagorae Αἰγυπτιακὰ* meminit Stephanus Byz. *Euagoras* Lindius condidit historiam regna Aegyptiorum complexam, teste Suida, et *Lyceas* Naucratita *Αἰγυπτιακὰ*, ut cognoscimus ex Athen. XIV, 1. p. 616 D. Alios scriptores, qui Aegypti et Aegyptiorum memoriam fecerant, v. in Schol. Apollon. IV, 259. add. scriptt. de Nilo v. 269. cum *Castore*, qui de eodem egerat, et de Pyramidibus apud Plin. Ind. lib. XXXVI. de quibus egi in *Antiquar. Abhandl.* P. II. p. 112. sq. De Babyloniorum in Aegypto sedibus nonnulla *Ctesias* tradiderat (Diod. I, 56.) Commemoro haec maxime eo consilio, ut, si fieri possit, animis infigam penitus illud: pauca esse ex antiquitate, de quibus asseverate ac fidenter satis pronuntiare liceat; deficere nos in plerisque testium et tabularum auctoritatem idoneam; pauca esse

[104] Aegre utique ferendum est, Diodorum non monuisse, quem potissimum auctorem in Aegyptiacis sequutus sit, ne illud quidem, unumne an plures. Nam ut ipsum a sacerdotibus, quibuscum congressus sit, ea accepisse, quae narravit, statuamus, vetant plura; primo quidem, quod ipse scriptor, quantum invenire potui, nusquam hoc profitetur; contra vero se ab Aegyptiis narrata repetere, sexcenties monet; repetit autem sic ut satis appareat, eum ex maiore rerum copia utiliora delibasse (c. 69. extr.) Ex ipsis libris sacris repetere sua non potuit, quos nec legere nec interpretari potuisset, quosque tum superstites non fuisse vel ex hoc colligas, quod tanquam de re praeteriti temporis loquitur, ubi de iis agit (εἶχον. v. c. cap. 44.) Est etiam in toto libro perpetuus respectus philosophiae et mythologiae Graecae, maiorque eius scientia quam superstitionis Aegyptiacae. Fit quoque parum probabile, illa aetate, qua Aegyptum adiit, ullum superfuisse sacerdotem Aegyptium satis doctum et patriae et Graecae religionis. Etsi nolim negare, mansisse etiam in mediocri illa sacrorum Aegyptiorum [105] conditione sacerdotum collegia et in iis nonnullos, qui de religionibus et historiis commentarentur. Ita, nisi Tacitus hoc ad priscum narrandi morem deflexisse videri debet, (Ann. II, 60.) Germanico Aegyptum peragranti *iussus e senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat* etc. Poterant vero etiam scriptores ex libris sacris repetita dicere ea, quae ex scriptoribus hauserant, qui sacros libros sequi se dixerant. Neque in his mentiendi libidinem statuere necesse est. Hecataeum Abderitam Diodoro esse inspectum, supra docui; potuit eum in religionibus quoque sequi, quas ille ex sacerdotum fide exposuerat (cf. Plutarch. T. II. p. 354. C. D. super Amun) Ad antiquiores scriptores aliquo loco provocat (c. 66.) et alio loco *se Herodotum et nonnullos scriptores* narrationum portenta tradentes deserere velle ait (c. 69 f.). Quicquid est, eum scriptores Graecos sequutum esse, qui ad Graecas religiones Aegyptiaca deflexerant, manifestum fit. Quod antequam disertius exponam, pauca omnino *de fabularum Aegyptiarum origine et caussis, et de earum interpretatione* praemittam; quibus de rebus etsi a multis viris doctis, etiam a Collega nostro *Meiners* erudite actum est, litterarum tamen humanitas, quam profitemur, animorumque benevolentia, intercedere non potest, quo minus in argumento, in quo ultra probabilitatem procedi nequit, sui quisque animi iudicium exponat; ad ipsam autem litterarum utilitatem, quam unice propositam habere videri volu-

---

ex omni memoria, quae in historias relata fuere; multo pauciora ex iis, quae olim tradita fuere, ad nos pervenisse; disceptanda esse pleraque opinione et coniectura, quae supra probabilitatem assurgere nequit. Ipse itaque, dum haec scripsi, non nisi, quae mihi probabilia viderentur, afferre bene memineram.

mus, nihil potest esse gravius, nihil salubrius, quam ut ii, qui a diversis principiis profecti in diversas sententias discesserint, de eadem re disputata in medium proferant. Ad obtrectationem autem et invidentiam nec ipse referre hoc soleo, si quis diversa ab iis, quae ipse statuo, attulerit, et meo iure postulare videor, ut et mihi, quae sentio, in medium proponere liceat. Ita tandem licebit aliis, forte et mihi [106] ipsi, exactiore iudicii trutina pensitatis rebus, iudicium facere subtilius.

In promtu quidem est, Aegyptios dicere de sacris, religionibus ac litteris suis, absurda et ridicula tradidisse; accusare seu scriptorum seu sacerdotum fraudes et mendacia. Neque is ego sum, qui caussam eorum agendam suscipiam. Licet tamen forte agere cum iis clementius ac liberalius, si sequentia recte a me ponuntur: Primo sapientia Aegyptiorum antiquiorum esse potuit alia nulla, quam infantiae generis humani; opiniones adeo et placita illa complecti debuit ad nostros sensus vulgaria et vel pueris obvia, physicas autem rationes, ut rudium hominum, vanas plerasque et superstitiosas. Sermone porro usi sunt in infantia generis humani nato, et scriptura hieroglyphica, quae non minus incunabula illa arguit, et vel sagacissimorum hominum acumen obtundit. Hoc sermone, his hieroglyphis animi iudicia in multis deflecti, et omnis cogitandi, commentandi et eloquendi, ratio proprio aliquo ac diverso a nostris sensibus modo constitui debuit.

Iam ab initio itaque facile intelligi potest, (I) Aegyptios nobis in multis nugari videri debere, partim suarum opinionum vanitate, partim nostra ignoratione eorum, quae signis notionibusque a nostro more alienis tradiderant. Si tamen vera et aequa de iis iudicare volumus, primo loco, quid ipsi senserint, quidve eorum animis in quaque re obiectum aut fuerit aut esse potuerit, ut assequamur, elaborandum erit; sin assequi non licuerit, saltem nostrum iudicium erit inhibendum. Quae Aegyptii tanquam antiquitus tradita acceperant, monumentis antiquis erant consignata, hieroglyphicis quidem characteribus, in quibus interpretandis consumi [107] sacerdotum doctioris aevi operam necesse fuit. Exarati de his libri sacri seu commentarii sacerdotum litteris Aegyptiacis, in quibus accessere mox alia serioris aevi. (II) Omnis porro religio Aegyptiorum a sacris ritibusque singulis, ut ipsa rerum natura fert, processit; a singulis familiis ac stirpibus ad urbes et nomos singulos sacra transiere: in his praecipuarum nonnullarum urbium sacra et numina, eaque adeo patria a maioribus accepta, principatum obtinuere; de quibus supererat forte fama aliqua et narratio cum iisdem a patribus accepta; similiter etiam singularum urbium ac regnorum per Aegyptum memoriae habebantur. (III) Omnia igitur haec, ut in aliis priscis populis, sigillatim sparsa et de rebus singulis; nusquam corpus aliquod ac systema seu reli-

giosae doctrinae seu historiae seu philosophiae; nam et hoc docet omnium populorum historia, a singulis philosophematibus omnem sapientiam procedere, et serioris aevi rem esse, plura corpore ac systemate complecti; nec nisi per Graecorum studia notitiae hae per Aegyptum sparsae colligi coepisse videntur. Secundum haec quis non intelligat, Aegyptiorum non minus quam Graecorum aliorumque populorum historiam et philosophiam, adeoque religiosam opinionem, progressam esse *e mythis*, conceptis antiquo sermone et charactere hieroglyphico. (IV) Successu temporum collegia Sacerdotum in templis nonnullis potioribus coaluere numero et doctrina insigniora: inque his primo loco Thebis. Omnino facto incolendi initio ab Aegypto superiore, maturiora quoque ut opum et potentiae, ita etiam litterarum incrementa fuere in Thebaide; in qua monumenta quoque maiorem antiquitatem spirant. Quid? quod antiquiora quaeque de Aegypto narrata ad agrum Thebanum fere referenda sunt (cf. Herod. II, 15) Memphis, quippe serius exstructa, omnia habuit seriora, pyramides quoque. In his, [108] quae dixi, Sacerdotum collegiis multa super historiarum ex antiquis monumentis et hieroglyphis, tum super sacrorum et rituum origine, disputata esse probabile fit, et quidem diversis opinionum diverticulis. Ea igitur quae ad nos pervenere de antiqua Aegypto tradita, pauca ex antiquis monumentis, pleraque ex sacerdotum disputationibus et interpretationibus monumentorum, diversorum quidem temporum, et collegiorum, profecta esse manifestum fit; quae ut in corpus redigerentur, non nisi a Graecis interpretibus periclitatio facta esse videtur.

Non male nobiscum actum dicerem, si modo disputationes illas sacerdotum antiquiorum haberemus. At horum omnium nihil sincerum et incorruptum ad posteritatem pervenit, sed omnia utique per Graecam interpretationem corrupta, modo a Graecis interpretibus, modo ab Aegyptiis graece doctis [1]. Quo quidem alveo ad nos derivata tantum non omnia plurimam labem traxisse necesse est; (graecissant enim omnes qui de Aegyptiis tradiderunt, ut nec tamen mendacii et fraudis nota iis inurenda, sed ex saeculi genio venia danda sit) eaque perscripta eo tempore, quo Aegyptii suis legibus et institutis uti desierant. Iam primum ipso temporum successu, regum imperiis saepe mutatis, et tandem in dominatum superbissimum versis, ipsa sacra, litteras, religiones, quas vicissitudines expertas esse putabimus! de quibus omnibus

1 Inoleverat Aegyptiis adeo illa interpretatio antiquitatis suae ex Graecis litteris, ut sub Ptolemaeis et Romanis vix aliam ullam nossent. Ita Germanico Aegyptum invisenti eandem expositionem factam videas ap. Tacit. Ann. II, 60. Accessere mox innumera et incredibilia philosophorum somnia, ad quae tamen priscas Aegyptias religiones nemo pnto exiget; et egit de his docte Collega amantissimus *Meiners*

nihil scitur. [109] Tandem ad ultimam servitutem depressos cum servitute bonarum rerum ignorationem et foedam superstitionem Aegyptios induisse mirabimur? Ex hac tamen ultima aetate populum per XX fere saecula opibus florentem aestimare et metiri velle aequumne est? Ex ultimis tamen his saeculis fluxere ea, quae de Aegypto narrata accepimus, etiam ea, quae ex antiquioribus monumentis petita feruntur. Saeviente in Aegyptios Cambyse vetera monumenta magnam partem erant igni ferroque eversa, vastata aut mutilata, Sacerdotum collegia magnam partem sublata cum ipsis sacris, religionibus et templis, in clarioribus utique urbibus, ut Heliopoli (v. c. Strab. XVII. p. 1158 C. qui ibidem narrat nullos tum sacerdotes, nulla philosophiae et religionum superesse studia). Memphi regia aedificia Strabo visebat diruta et deserta (p. 1161. B.) Thebae autem primo a Cambyse direptae et eversae, mox ex seditione solo aequatae fuerant a Ptolemaeo Lathuro (Strabo p. 1170. C. Pausan. I, 9.). Inter haec annon prisca instituta, litteras, divina humanaque interiisse et ex hominum memoriis abolita fuisse credibile fit? quae autem in egena plebecula manserant, ad miseras pleraque superstitiones abiisse! Gratia tamen vel sic magna habenda est scriptoribus, qui nobis aliquam saltem gentis huius ad omne aevum memorabilis memoriam servarunt.

Fontes eorum, quae de antiquitate Aegyptiaca traduntur, valde diversos esse, adeoque etiam rerum narratarum auctoritates, nunc declarabo curatius. Ea quidem quae ab eo inde tempore, quo Graeci Aegyptum adiere, gesta sunt, ad vulgarem historiarum Graecarum ordinem redeunt. Antiquiora dixi partim ex antiquissimis monumentis hieroglyphis insignitis, partim ex sacerdotum [110] interpretatione esse petita. Quae si sedulo distinxeris, de multis iam iudicium ferri poterit et aequius et verius. Antiquissima igitur manifestum fit priscis monumentis fuisse memoriae hominum tradita; de quo nemo ambiget. Monumenta et extitisse olim et extare adhuc hieroglyphis insignita satis puto constat [1]. Iam hieroglypha nemo interpretari potest nisi is qui

1 Non prorsus improbabile esse arbitror, si hieroglyphorum, quae adhuc cum in obeliscis tum in aliis monumentis, multo magis quae in hypogaeis atque in ruinis inprimis Thebaidis supersunt, corpus aliquod recte dispositum haberemus, ipsa eorum comparatione multa erui et mutua forte luce collustrari posse. Uti nunc quidem Aegyptia antiquitas se habet, nihil satis diligenter curatum est. Ingens reliquiarum per Thebaidem neglectus iacet cumulus; in agro Memphitico quam multa lateant abdita, docuere recentissimis temporibus Dux *de Chaulnes* et *Montagu*; haud contemnendum antiquitatis Aegyptiacae apparatum per Musea et per libros ita sparsum videas, ut difficile sit iustam comparationem facere aut in diversissima temporum intervalla, ad quae referenda sunt, ea referre. Uno verbo: ipsis fundamentis et

cum signis signorum vim et mentem acceperit: quod nisi factum fuerit, ad coniecturam redeunt omnia eamque incertam et lubricam. Quo tempore inter sacerdotes Aegyptios hieroglyphorum notitia exoleverit, equidem non dicam; satis tamen intelligitur, litterarum ductibus admodum antiquo aevo repertis, mature eam interiisse. Consignata inde fuere litteris nonnulla ex hieroglyphica antiquitate iam ab initio; alia coniectando et divinando assequi voluit serior aetas: omnia haec *libris sacris* perscripta esse verisimile fit; de quibus quidnam mihi ex rerum ipsa ratione statuendum esse videatur, nunc paucis aperiam.

[111] Igitur non mera mentiendi libidine sacerdotes libros sacros fraudibus et mendaciis consarcinasse statuo: sed a quo inde tempore litterae erant inventae, necesse fuit ea, quae extabant veteris aevi monumenta, hieroglyphis insculpta, transcribere; quae ipsa res interpretandi studium afferre debuit; rationes itaque antiqua tradendi subnasci debuere variae ac diversae, per diversi aevi tempora, et pro diversorum ingeniorum, diversorumque collegiorum sacerdotalium consilio et opinione. Hinc tanta varietas in annis, quos adscripserant sacerdotes nominibus regum ex monumentis descriptis, pro diversis diversorum computis. Quod autem intra sacerdotum claustra se continuerunt omnia, quae ad doctam antiquitatem spectabant, hoc non ad calumniandam aut elevandam horum hominum fidem trahendum esse censeo. Magno humanitatis beneficio id factum, quod in nonnullis populis ordo aliquis sacerdotum modo, modo magorum, modo Brachmanum extitit, qui litteris ac disciplinis vacarent; ita saltem earum elementa reperta et aliis tradita fuere; cum contra in iis populis, qui hoc hominum ordine carerent, barbaries et litterarum ignoratio pertinaciter mentibus insederit. Porro supererant, quantum intelligo, narrationes antiquae, quae ad quemnam ex priscis regibus referendae essent, ambigebatur. Hinc una eademque narratio interdum ad diversa regum nomina adscribi passim coepit. Occurrebant autem in monumentis alia ad gentis antiquitatem, res gestas, fata et facta, alia ad religiones ritusque spectantia. Subnasci adeo opinionum dissidia coepere non modo super historiis, verum etiam super religionibus, earumque caussis: quas tanto maiora esse debuere, quo maior erat per Aegyptum religionum diversitas. Quae si tenueris, unde Graecis advenis tam

---

initia eorum, quibus Historia Aegyptia superstrui possit, caremus, seu scripta seu artis opera ea esse malis. In caeteris habet plerumque res se hunc in modum: partim habemus textum, quem vulgo diceres, cuius interpretatio periit; partim commentarium, cuius textus nullus ad manum est; nam ἱεροὶ λόγοι hieroglyphorum, h. e. eorum quae hieroglyphis tradita erant, expositionem continebant. At hieroglypha illa aut periere aut nondum in comparationem venere.

varia ac discrepantia seu de historiis seu de religionibus ex libris [112] sacris recitata fuerint, facile licet assequi. Fundus aliquis debuit esse plerisque omnibus: antiqui alicuius monumenti auctoritas, sed obscura plerumque illa et incertae interpretationis; multo magis obscurata hominum, qui interpretari voluerunt, opinionibus; ita ut cum facto antiquo teneamus plerumque commenta seriorum hominum; adeoque antiquior historia Aegyptia comparari possit hactenus cum historia antiquiore Graecorum a mythis profecta; inest et huic aliquis fundus, aliqua ratio, sed plerumque tam obscurata, tam lubrica et incerta, ut de vero nihil pronunciare liceat.

Nec tamen hoc unum librorum sacrorum argumentum fuisse apparet, ut antiqua traderent; perscribi mox coepere res proximae cuiusque aetatis, ita ut pro annalibus Aegyptiorum iidem libri sacri essent; hoc tamen non nisi serius factum esse, ipsa narrationum ratio et indoles docet. Quam diversae auctoritatis et fidei illos annales fuisse credere licet! e quibus tamen ne fragmenta quidem, sed tanquam ex paludosis rivulis derivatas lacunas habemus. Alii libri disputationes de rebus sacris complexi sunt, alii alia; sed de his disputare, nihil nunc attinet. Illud modo declarandum esse arbitror, librorum horum sacrorum auctoritatem esse debuisse admodum diversam; potuere enim alii habere maiorem antiquitatem [1], alii maiorem doctrinam, fidem, alii alia.

Potuere quoque inter Sacerdotes haberi, quae fama vetere essent accepta (*alte Sagen*): quae eadem tamen libris sacris [113] consignata fuisse, probabile fit, saltem tum, cum Herodotus Aegyptum adiret, v. c. de Aegypto inferiore ab initio aquis submersa: (II, 4. et 10.) aut ubi scriptor praeclare ex testaceis in montibus et ex saxis pyramidum conchyliatis argumentatur c. 12. (sagacius, quam Strabo XVII, p. 1162. B.) et de soli alluvie c. 13. In iis igitur libris computi regum ex iis monumentis, antiquiores utique, confecti continebantur: unde praelectos eos transcripsit Herodotus (II, 100.) Ergo antiquiora redibant omnia ad monumenta eorumque interpretationem. Neque adeo aut mirandum, aut, nisi alia causa adfuerit, de fraude est cogitandum, si multa ex antiquis columnis ac cippis, (στήλαις) in quorum numero obelisci fuere, petita afferuntur; inscripta iis putabimus fuisse hieroglypha, non interpretationes ipsas, quas forte libri sacri continebant. In nonnullis locis etiam nonnulla servare potuit hominum memoria, qua ii, qui arabilem Aegypti partem incolebant, adeoque, ut proba-

1 Satis magnam auctoritatem habuisse libros nonnullos sacros probabile fit, in tam antiqua scribendi litteris origine et inventa materia domestica, papyro. Quid quod iam in antiquissimo monumento, Osymandyae sepulcro, volumina erant efficta. v. Diod. I, 49.

bile fit, vitae cultu et institutione alios anteibant, mirum in modum excelluisse narrantur ab Herodoto II, 77.; interea nec hoc a vero abhorret, exstitisse quoque lapides, in quos ea, quae ex antiquis hieroglyphis intelligi posse putabantur, litteris Aegyptiis erant transcripta. Ita apud Tacit. Ann. II, 60, Germanico invisente Aegyptum: *et manebant* (Thebis) *structis molibus litterae Aegyptiae priorem opulentiam complexae:* potuit tamen scriptor his ipsis nihil aliud quam hieroglypha, cuiusmodi v. c. in obeliscis sunt, intelligere. Unum adhuc subiungam, quod ad antiquiores historias spectat, in quibus saepe aegre ferre viros doctos video, quod ad simplicem regum enumerationem factorumque recensum eae redeunt. Atqui ipsa materia scribendique vetus ratio in saxis, hieroglyphorum quoque indoles, vix disertiorem expositionem admittere potuit. Quaecunque ex priscis monumentis etiam a Mose descripta sunt, [114] breviter rerum tantum summas comprehendere quis miretur? Indiculos itaque regum Aegyptiorum, quos habemus, ex priscis monumentis descriptos esse negare nolim: sed annos additos ex sacerdotum interpretatione et computatione probabile fit. Omnino antiquissima quaeque brevissima esse autumandum est, et, si volumina audimus, singulis foliis nostris perscribi forte posse, quae olim in volumine habita essent, meminerimus.

Non itaque falli me arbitror, si dixero, partem aliquam historiarum fabulosarum ex monumentis male acceptis, aliam ex hieroglyphis, quorum vis et sensus ignorabatur, ductam esse. Ita, ut uno et altero exemplo utar, Phoenicis notio ex nulla alia re quam ex pictura hieroglyphica, qua adumbrabatur Cyclus magnus anni solaris et lunaris ad idem initium redeuntis, ducta est (Herod. II, 73.) ut dudum docuere viri docti. Quae de mortuorum iudicio narrantur, si quem fundum habent, ex priscis sculpturis ea petita esse suspicor; occurrunt adhuc vestigia in tenuissimis his reliquiis, quae supersunt, v. c. in sarcophagis (ap. Com. *Caylus Recueil To. V.* pl. 8.) Fabulas de Osiridis virilibus ab Iside consecratis ortas esse puto a phallo, symbolice in parietibus picto et in pompis deorum portato (Diod. II, 22. cf. Plutarch. T. II, p. 358 B.)

Verum ea, quae sentio, uno eoque palmario exemplo declarabo sculpturarum sepulcris Osymandyae (Diod. I, 48. 49.) Regi pugnanti ad latus erat leo (haud dubie ad fortitudinem pugnantis alludente; re tamen mox in rem gestam versa) ducti in triumpho captivi sine virilibus et sine manibus (en originem fabulae de Sesostridis statuis in terris victarum gentium positis; Diod. I, 55. et ipse Herod. [115] II, 102.) tum XXX. iudicum consessus in pariete exsculptus, cui ex adverso in media aede stabant multae statuae ex ligno factae, quae adumbrabant litigantium et de iure dis-

euptantium turbam. Inter iudices unus erat praecipuo inter ceteros loco (Romanus Praetorem dixisset) appensam ex collo Veritatis seu Iustitiae iconculam habens clausis oculis insignem. (Symbolicum hoc fuisse quis neget? ab hoc tamen aut simili simulacro petita est haud dubie narratio de priscarum aetatum indicibus hoc insigni instructis. cf. Plutarch. T. II. p. 358. B.) Circa illum magistratum voluminum multitudo dispersa iacebat. Ipse rex diis dona ferebat. His accedebat circulus aureus CCCLXV. cubitis divisus Solis cursum designans. Omnino Osymandyas in historias relatus esse videtur a serioribus, cum in monumentis Solis symbolum seu hieroglyphum ille fuisset. Idem in Sesostride factum suspicatus sum alio loco. Ornata haec forte sunt iis, quae in pluribus ac diversis monumentis passim occurrebant. Contra quae de imprecatione Menae, inventoris luxus, narrantur, (Diod. I, 45.) ex columna ducta aiunt, cui imprecatio erat inscripta (cf. Plutarch. p. 354 A.)

In historiis porro illud tenendum, quod obvium est, et a multis observatum, veteres observationes astronomicas et physicas, per hieroglypha et symbola traditas, praefixas esse historiis, eodem more, quo idem apud Graecos, Phoenices, et alios populos factum. Itaque nec in numeris annorum haerendum esse arbitror; omnem enim in iis cum historiis comparandis operam lubricam esse necesse est; inprimis cum computi illi astronomici vix integri et incorrupti ad scriptores Graecos perlati fuerint; alii autem computandi modi fundo idoneo careant. Quod numerantur apud Herodotum II, 144. usque [116] ad Sethonem Vulcani sacerdotem, CCCXLI generationes a primo rege, qua tandem re nititur! quod is numerus colossorum ligneorum visebatur in templo Iovis Thebani, iique sacerdotes summos referre dicebantur. At gratis sumebatur hoc, quod omnes perpetua progenie, filius quisque patri succedens, prognati esse ferebantur.

Praeterea tamen, in historiis non secus, quam in sacrorum ritibus, de quibus mox dicam, fabulas, quibus plebecula delectari solet, comprehendi nemo neget, nonnullasque inventas, saltem ornatas ad salubre aliquod monitum seu ad religionem populo commendandam. Ita quae de Sesostridis filio excaecato et sanato prostat narratiuncula: Herodot. II, 111. Diod. I, 59. Excaecatus narratur, quod Nilum sagitta petierit; cui rei locum dare potuit, quod exstabat signum eo statu; (c. 59) potuit quoque uxoris castitas celebrata esse admixtis fabulis. Verbo, releganda talia sunt in suum ordinem et locum; non vero ex his iudicium de aliis prorsus disparibus faciendum.

Hactenus de historiis. Quae de religionibus et ritibus sacris narrata accepimus, alia ad ritus religiosos spectant, qui aut tum fuere, cum a scriptoribus traderentur, aut quos olim fuisse, ipsi

raditum acceperant; alia ad caussas et origines, adeoque ad opiniones seu sacerdotum seu interpretum seu ipsorum scriptorum. Alienum a consilio esset, singulatim haec persequi: sed in iis ipsis, quae de religionibus memorantur, licet alia recentiora alia antiquiora internoscere. Nolim ad argutias delabi, sed tria saltem antiquarum religionum genera discernere mihi videor; quorum recentissimum est illud, quo ad Isidem et Osiridem referuntur omnia; praecesserat aliud, ut ita dicam, systema VIII, aliud XII deorum. (v. c. [117] Herod. II, 46. 145.) Subesse iis magnam notionum physicarum simplicitatem, obvia res est, nec dubitare licet a sensibus religiones quasque antiquas petitas fuisse. Multa ad ea, quae libris sacris perscripta erant, redire manifestum fit, alia ad λόγους ἱεροὺς, h. e. interpretationes sacerdotum, quas diversae aetatis, auctoritatis, fidei, esse debuisse in aprico est. Antiquissimas quasque Aegyptiorum religiones simplicissimas fuisse credere licet; etiam eas, quae symbolici quid haberent; easdem, diversarum urbium et locorum, fuisse origine diversas, supra innuere memini. Per tantum aetatum numerum etsi in populo antiquitatis tenacissimo fieri tamen non potuit, quin multa novarentur; quam multa per tot seculorum decursum ex memoria hominum exolescere debuere! substitutae sunt opiniones et coniecturae, variae et incertae et a diversis sacerdotum collegiis, in diversis Aegypti nomis, in tanta religionum et institutorum diversitate. Mox cum Graecorum forte exemplo super religionum originibus et caussis disputare inciperent, in tam remota antiquitate ad opinationem pleraque abire necesse fuit, etiam ubi hieroglyphorum in monumentis fides esset advocanda. Ut uno et altero exemplo haec declarem: quae symbolice olim de Iside et Osiride narrata fuerant, ea, ac si vere gesta essent, acceperunt: ita etiam quae de Thot, inventorum symbolo, dicta erant. Memoratum est, morem fuisse antiquitus, ut imperium domesticum apud feminas esset (Diod. I, 27.) atqui is mos, si animum advertas, nullus alius fuit, quam aliorum barbarorum, ut omnis familiae et rei domesticae cura penes matremfamilias sit, marito interea in domo otiose desidente. Adeo Aegyptii seriores sua instituta antiqua ignorarunt ipsi. Eodem spectat quod Herodotus feminas in foro versari et mercaturae vacare, viros domi desidere narrat (II, 35.)

[118] Iam ut summatim apponam tanquam in tabula delineationem historiae Aegyptiorum, quam quidem utinam aliquis doctior me et otio abundantior perficiat, haec tanquam pro principio et fundo ponenda esse arbitror: Seiungendae sunt ab initio statim scriptorum interpretationes et opiniones; adeoque omnia ea, quae Graecas rationes redolent; et revocanda, quantum fieri licet, omnis narratio ad ipsa Aegyptiorum verba et sensus; tum et in eo indagandum, e quo fonte unumquodque manaverit, utrum ex

vulgari fama, an ex sacerdotum narratione, et ex cuius collegii opinione; discernenda quoque tempora, nec antiquiora habenda eodem loco et ordine, quo recentiora; discrimen porro faciendum inter ea, quae uni et alteri Nomo et urbi in more habita aut narrata fuisse dicuntur, ab iis, quae toti Aegypto: inprimis omnino dirimenda ea, quae de Thebaïde et de inferiore Aegypto traduntur; restant ea, quae ex monumentis antiquis dicuntur esse petita, quae utique pleraque ad hieroglyphorum interpretationem redeunt, cuius auctoritas non ubique esse videtur satis gravis, inprimis cum plerumque ad systema religionum cuiusque collegii facta ea sit; qua quidem via ipsa mythorum doctrina adeo fuit perturbata, cum v. c. seriores ad Isidem et Osiridem omnia traherent. Sunt tamen ipsa monumenta, hoc est aedificiorum ruinae, signa, anaglypha, picturae, obelisci, pro argumento multarum rerum, quas narratas videmus; partim ea alia super ingeniis institutis et religionibus Aegyptiorum suppeditant, pauca quidem satis explorata, ex quibus tamen iudicium facere licet, prorsus diversam per tot aetates fuisse populi ad omnem hominum memoriam memoratu digni fortunam, nec litteras easdem, nec religiones, nec instituta, nec eundem omnino humanitatis ingeniorumque cultum per omnia secula obtinuisse.

[119] Iam ut ad Diodorum redeam, quem historias Aegyptiorum ex Graecis fontibus hausisse dixi, cum in iis pleraque ad Graecas rationes essent inflexa, in eo tamen in diversa abirent scriptores, ut alii mythice, alii physice Aegyptiacas historias explicarent, alii politicas et pragmaticas narrationes instituerent; Diodorus ad singula fere genera narrationem de Aegyptiis accommodatam scriptis suis consignavit; inprimis vero ad ultimum genus, *pragmaticum* illud dicas, narrata refluxisse deprehenditur, idque pro operae suae consilio, cum ad utilitatem vitae omnem historiam referret. Ita factum est, ut Aegyptias historias ex suis, non ex Aegyptiorum notionibus digereret.

Primo quidem loco (I, 11. 12.) sententiam de primis, praeter Osiridem et Isidem, quinque Aegyptiorum diis proponit, quos sane physicum systema constituere manifestum fit. Modo illud Diodorus non ad fabulas Graecas revocare maluisset: nam cum Solem et Lunam in Osiride et Iside recte invenisset, aetherem in Iovem, ignem in Vulcanum, terram in Demeterem, τὸ ὑγρὸν in Oceanum, τὸ ξηρὸν in Athenen transformat; nec illud quidem monet, quibus nominibus ab Aegyptiis haec insignita fuerint. At in sequentibus seu Diodorus, seu is, quem sequutus est, auctor, alterum fabularum systema ab interpretatione profectum ingreditur, ut ad historicam rationem revocet ea, quae veteres erant philosophati per hieroglypha super rerum humanitatisque cultus origine. Itaque, cum Solis cursum per Osiridis profectionem per ter-

rarum orbem antiquitus fuisset declaratus, Osiridis et Isidis res gestae exponuntur, tanquam ex annalibus, contextae partim ex antiquis mythis, hieroglyphorum expositionibus, partim admixtis fabulis de Baccho e Graecia [120] translatis. (a c. 17 sq.) Quam multa physici argumenti in his latuerint, ex frequenti phallorum usu in vetere Aegypti religione inprimisque ex pudendis Osiridis repertis ac diligenter servatis colligi potest; nam naturae virtutisque generatricis symbolum antiquitatis commune fuisse phallum, satis constat. Quae de Osiridis morte, corpore disiecto, et iterum reperto et similia narrantur, a symbolica expositione rerum nescio quarum profecta esse verisimile fit. Quam diversae habeantur numinum Aegypti interpretandorum rationes ipse Diodorus observat; (c. 25.) nec tamen ei in mentem venit, damnandum esse omnino totum hoc consilium interpretandi deos ac mythos Aegyptiorum per Graeca nomina et fabulas. Ceterum in toto hoc loco de diis (usque ad c. 29.) non tam Graeci scriptoris vestigia pressisse, quam potius Aegyptium aliquem scriptorem graecissantem, h. e. religiones Aegyptias ex Graecis illustrantem, expressisse videtur; nec satis scio an *Asclepiades* ille fuerit, cuius theologumena supra e Suetonio memoravi. Saltem ipse Diodorus caput illud ita absolvit: *καὶ περὶ μὲν τῶν θεολογουμένων παρ᾽ Αἰγυπτίοις τοιαῦτ᾽ εἰπεῖν ἔχομεν.* Quod c. 27. se non ignorare monet, *scriptores nonnullos de sepulcris Osiridis et Isidis ad Nysam Arabiae* narrare, spectat forte ad *Euhemerum* et ad *Leonem Mendesium.* (v. not. p. 103.) si modo ille antiquior Diodoro fuit. Dum vero narrationes (c. 28.) de coloniis Aegyptiorum repudiat, pungit forte *Istrum* Callimachi discipulum, qui de Aegyptiorum coloniis scripserat, fabulas Graecas persequutus, ut ex vestigiis, quae supersunt, colligo. (cf. Voss. de H. Gr. IV, 12.)

Sequitur locus de situ *Aegypti et de Nilo* eiusque natura (c. 30—41.) in quo multa de suo tradere potuit; nam ipse Aegyptum [121] adierat sub Ptolemaeo neo Dionyso s. Aulete circa Olymp. CLXXX, 1, U. 694. qui tamen itineris terminus fuerit non aeque constat. Quo usque enim in Aegypti superiora penetraverit, nusquam declarat. At Herodotus usque ad Elephantinen loca oculis cognoverat (II, 29.). Sane quidem tanquam de rebus, quas ipse auditu, non visu acceperit, *φασὶ, λέγουσιν*, addit, ubi de Nili parte superiore et de Meroë agit. Etsi de Nili fontibus et incrementis, de quibus multi multa scripserant, ea apponit, quae post aliorum lectionem ipse diligentius exploraverat, *Agatharchidis Cnidii* sententiam, tanquam veriorem amplexus, qui ab imbribus aestivis per Aethiopiam ingruere solitis inundationem petierat [1]. In eos auctores,

1 Pupugit me, quod Herodotus II, 19. 20. de Nili incrementorum caussa nihil ex Aegyptiis sacerdotibus comperire potuerat; at Diodorus (c. 37. p. 45. 39.) eos ex Oceano terram circumfluente caussam repe-

quibus Strabo ad eandem fere fidem utitur, (XVII, p. 1159.) Posidonium et alios non incidit. Romanum ob felem necatam interfectum a turba ipse viderat (c. 83 f.) Memphi se suo adhuc tempore sacellum Isidis in templo (τεμένει) Vulcani (I, 22.) vidisse ait. De monumentis autem antiquis, quae in iis locis, quae adierat, non amplius supererant, addit plerumque φασίν, ut de Osymandyae sepulcro; et de templis quatuor, quae Thebis olim fuisse narrantur [1]; regum sepulcra omnino olim XLVII fuisse, Ptolemaei quidem [122] Lagi tempore non superfuisse nisi XVII, fide scriptorum, qui tum adierant Thebas, narrat; suo autem tempore pleraque intercidisse et corruisse. Omnino quae de Thebis narrat c. 46 sq. pleraque non nisi ex scriptoribus aliis hausta esse potuere. Nam ruinas tum cernere erat, non urbem. Adeo Cambyses (tum Lathurus) igni ferroque saevierat. (c. 46.) Quo exemplo intelligi potest, quam exitiosum Aegypto Persarum imperium fuerit, siquidem per CXXXV annos, quibus Persae Aegyptum tenuere, tot praeclara monumenta corruerant, non utique temporis vi, sed hominum barbarie, ut probabile fit. Inde a Ptolemaeo Lagi ad Diodorum anni fere CCLX effluxerant; facta erat monumentorum strages alia minor quidem, sed strages tamen. Quam nunc hominum, fortunarum, institutorum, religionum, mutationem per eadem tempora factam esse putabimus! et nos ex hominum, qui post haec tempora vixere, fide et auctoritate de vetere illa Aegypto statuere audebimus.

In ea parte, qua *regum historias* complexus est Diodorus (c. 43.—68.) (sunt autem, Thebanis paucis praemissis, Memphitae tantum, non Thebani, nec aliter ap. Herodotum) auctorem utique diversum ab Herodoto sequutus est, eumque qui non vera et explorata nude tradere, sed historiam pragmaticam scribere voluit; quae ab antiquioribus narrata erant, ad philosophicas rationes exacta sunt, exque iis ipse *utilia tantum* et memoratu digna tradere velle profitetur. (c. 44. et de Amaside c. 69. τὰ μάλιστα ὠφελῆσαι δυνάμενα.) De Sesostride ipse ait (c. 93.) se eorum, quae non modo a Graecis scriptoribus, sed et a sacerdotibus Aegyptiis (nec tamen addit, suine an superiorum temporum) miro cum dissensu narrentur, dilectum facere velle eorum, quae et verisimillima sint, et cum monumentis, quae adhuc supersint, maxime consentanea. Atqui verisimilem rationem et probabilitatem ille

---

tiisse tradit: quod idem Herodotus inter hariolationes Graecorum sapientum refert c. 21. et sane Homerum iam ea opinione imbutum esse constat, cf. c. 23. Num post Herodotum inquirendis caussis physicis diligentiorem operam dederant? an Graecam sapientiam ipsi Aegyptii adoptaverant? hoc alterum vereor ne verius sit.

1 Pococke tamen huius sepulcri ruinas superesse narrat p. 106 sq. sed falli arbitror virum doctum, nec in aliis satis subtilem, qui etiam de hoc aedificio alia minus explorate tradit.

[123] non nisi ex iudicio scriptoris pragmatici definiit; id quod ab antiquis historiis ac mythis alienum est, qui ad longe alios sensus ac notiones veterum aetatum exigendi sunt. Itaque ille regem rerum gestarum et victoriarum fama celebrem, moxque victoriarum fructibus ad ornandos regni sui agros usum, exhibere studet; opera publica plura, quorum verus auctor ignorabatur, ei tribuuntur (c. 56, 7, 8.) Omnino in *Sesostride* haec duo mihi liquere videntur: primo quae de Osiride iam supra diximus a nonnullis in historiarum modum fuisse interpretata, ea ab aliis translata esse in Sesostridem, (apud Tacitum Ann. II, 60. Rhamses nominatur) eique adeo expeditionem assignatam in terras longinquas: cum proprie haec de Solis cursu olim narrata fuissent; alterum est, ut Semiramidem et Belum in Oriente, Solomonem in Palaestina, in aliis terris alia nomina, ita Sesostria pro auctore veterum operum, quorum verus auctor ignorabatur, ut aggerum, fossarum, magnae molis aedificiorum, esse venditatum.

In *moribus et institutis Aegyptiorum* exponendis inde a c. 69 sq. ipse profitetur, *se, narrationum portentis, quae Herodotus et alii nonnulli rerum Aegyptiacarum scriptores delectandi caussa amplexi sint, missis factis, ea esse expositurum, quae a sacerdotibus Aegypti in commentarios relata accurate examinaverit.* Primo libros sacerdotum sacros ipse utique non inspexit, quomodo enim Graecus homo illos legere potuisset? etsi nec illo tempore extitisse eos credere licet; sed secutus est Diodorus scriptorem, gente Aegyptium, qui idem hoc professus erat, se sua e sacris libris hausisse; quis ille fuerit, ipso tacente quis pronuntiare ausit? De *Manethone* sane obvia est [124] suspicio. Forte et *Hecataeum Abderitam* adhibuerat; nam eum ea, quae de regum vita narrantur, simili modo narrasse, ex Plutarcho (T. II. p. 353. B.) colligere licet. Arripuit illa aut ipse Diodorus, aut scriptor, quem ante oculos habuit, et ita tractavit, ut praeceptis philosophicis ac politicis, monitisque, quibus regum ac principum vita regi posset, narratione sua auctoritatem faceret, dum praecepta in facta mutaret et ad ultimam antiquitatem ea retraheret; verbo, fuisse suspicor scriptores, qui, ad Cyropaediae exemplum, aut ad librorum nonnullorum Romanensium morem, quibus praecepta vitae et morum in Cyri vel Sethos historias relata et digesta sunt, de regum officiis ac muniis, de reip. et iudiciorum administratione ita tradidissent, ut veterum Aegyptiorum mores et instituta eundem in modum comparata exponerent. Ita regi Aegypti, quod Britanni de suo rege praedicare solent, non licuit male quid facere; recte faciendi potestas latissime patuit; illud tamen humana natura, multo magis regum ingenia detrectabunt; quod ne quidem recta et honesta pro lubitu facere licuit, sed ad praescripta loci,

modi ac temporis. In multis eum, qui haec primo commentatus erat, occurrere voluisse arbitror regnorum corruptelis, pravisque regum moribus. Latent igitur in his nonnulla antiquitus apud Aegyptios in hunc morem instituta, sed exornata ista pro consilii ratione, et ad eam notionem amplificata, quam auctor animo suo circumferebat. Ita recte narratur, quod c. 74. de populo in tres ordines diviso traditur; in tertio aratores et pastores habebantur; qui mercede constituta sacerdotum, regis et militum, agros colere, armenta pascere putandi sunt; tum opifices et artifices.

In caussis *superstitiosi bestiarum cultus* reddendis (c. 83-90) auctores utique Graecos super Aegyptiacis superstitionibus argutantes [125] exscribit; nec videt veram caussam et rationem esse petendam ab antiquitate temporum successu corrupta. In religionibus, quae symbolis et hieroglyphis continebantur, quorum interpretatio non nisi certo hominum ordini, sacerdotibus inquam, institutione per manus tradita, innotescebat, fieri aliter non potuit, quam ut vulgi animi hieroglyphis adhaerescerent, tandemque, depressis ad servitutem, ignorantiam ac metum mentibus, ad superstitiosam opinionem, nullà ratione substructam, omnia revocarent. Nam ne statuas, inde ab incunabulis per omnia secula gentem Aegyptiacam eodem, ut nostri Negri, more animantia pro numinibus adorasse, vetat cum antiquior rerum apud Mosen memoria, tum reliqua quae de sapientia Aegyptiorum memorata ita sunt, ut refelli nequeant. Firmatam esse superstitionem mox aliis rationibus non negem: potuere enim alia animantia servari, alia diligenter curari, propter utilitatem aliquam insignem; cadavera potuere condi, ne proiecta aerem corrumperent; omnia haec a iustis caussis profecta in religionem verti potuere propter rerum cognationem. (cf. Herod. II, 67.)

Quae *de more sepeliendi et condiendi mortuos* narrat, (c. 91. 92.) non ex visu audituve habet, verum ex scriptoribus utique petiit, qui alia vidissent, alia antiquiorum narrata accepissent. Multa itaque tradit, quae si severius ipse exegisset, in tabulas suas vix retulisset. Etiam in loco *de sapientibus Graeciae*, qui Aegyptum adiisse et multa hinc instituta reportasse feruntur, scriptorem Aegyptium graecissantem ante oculos habuisse videtur; id quod arguunt repetita ab Aegyptiis sacra Graecorum, tum mysteria et res inferae: quodque in his parum verisimiliter traditur, ad locorum apud Memphim situm loca infera Graecorum fabulis esse descripta. Immo vero, cum istae fabulae ex naturali rerum specie ad probabilem aliquam rationem [126] a Graecis ingeniis essent inventae et ornatae, fuit Aegyptius aliquis graece doctus, qui loca circa Memphim iis assimilavit et fabulas ipsas ad ea retulit. Caret enim omni ratione, funera quotidie in eum modum ducta, et corpora, iudicio habito, trans Acherontem esse vecta.

Illud nunc ex his manifestum factum arbitror, *Diodori auctoritatem in Aegyptiacis*, in iis quae ipse vidit, esse satis gravem, in ceteris, quae ex aliis auctoribus transtulit, esse levem aut nullam, ita ut, nisi severiore iudicio adhibito, in Aegyptiacis ad Diodorum vix recte provocari possit; nec omnino cum eo comparandam esse *Herodoti* fidem, quae omnibus modis potior est, modo recte de praeclaro hoc scriptore statuatur. Primo aetate omnes antecedit, et propius attingit ea tempora, quibus Aegyptii suis legibus uti desierant; adiisse enim Aegyptum videri debet ante medium Artaxerxis Longimani regnum. Potuere eo tempore superesse inter sacerdotes, qui res antiquas memoria tenerent, librorum sacrorum usum haberent; extabant adhuc monumenta vetera, quae mox, cum alii sub Ptolemaeis et Romanis loca inviserent, interciderant. Narrat aut visa aut audita; narrat cum fide, diligenter discernens, quae ipse viderit, quae ex sua sententia memoret, et quae ab Aegyptiis narrata acceperit, et a quibus: vid. c. 99. 123. Nominet mihi aliquis ex recentioribus scriptoribus terrarum et peregrinationum ullum aliquem, qui non dicam aequiparari ei, sed secundo ab eo loco collocari possit? Nec tamen altera ex parte expectare licet, eum omnia rescivisse, quae Aegyptii de suis religionibus tradiderant; nolimque adeo eo argumento uti, ut omnia pro recentibus commentis habeam, quae, ab Herodoto non memorata, a [127] Diodoro et aliis forte traduntur. Si Thot non ipsi innotuerat, quem Plato memoravit, potuit ille aliis hominibus, quam quibuscum versatus est Herodotus, dudum notus esse; quandoquidem satis constat, nihil aliud esse eum, quam notionem abstractam inventi litterarum in personam mutatam; nam quid Platonici Alexandrini fabulati sint, in censum veterum historiarum non referimus.

Premunt tamen inter haec Herodotum multa. An enim Aegyptii sermonis peritus fuerit, dubitari potest; etsi eum verba Aegyptia interpretantem video in signo Aegyptio, quod in Ionia deprehendisse sibi visus erat: c. 106. Adhibuit igitur interpretes, seu Graecos Aegyptiacis imbutos, seu Aegyptios, qui Graecas litteras tenerent. Alterum hoc verius; nam unde in Aegypto suppetierint interpretes Graeca docti, ab ipso Herodoto aliquo loco expositum est; scilicet a Psammeticho Ionibus et Caribus receptis, pueros Aegyptios erudiendos traditos, et ab iis, qui Graecam linguam addidicerant, procedere eos, qui tum erant, interpretes [1]; ab hoc inde, inquit, tempore Graecis cum Aegyptiis permistis, res Aegyptias liquido teneri. Recte hoc monitum quis neget? Nec

1 c. 154: ἀπὸ δὲ τούτων τῶν ἐκμαθόντων τὴν γλῶσσαν οἱ νῦν Ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι. Quid? quod inter VII. Aegyptiorum classes Herodotus c. 164. numerat interpretes.

tamen minus moneri debebat illud, ab hoc inde tempore homines Graecis litteris imbutos, cum interpretari Graecis Aegyptiaca videri vellent, ad Graecas notiones et religiones omnia revocasse. Ad hunc tanquam scopum dirigitur omnis antiquitatis interpretatio, quam ille a sacerdotibus interpretibus acceperat: statim c. 4. Pro exemplis sint narrationes de Proteo et de Helena (Herod. II, 113. 120. in quibus et [128] hominum illorum vanitas, popularibus suis gloriam ex rebus Graecis comparantium et fabulas Graecas in eum finem interpretantium, tum Herodoti praeconcepta his de rebus opinio apprimis intelligi potest. Add. de Hercule c. 43 sq. de comparatione religionum Graecarum cum Aegyptiis 49—58. de Lino 79. de vestis laneae interdicto usu in sacris 81. de diebus 82. ubi Hesiodum respicere videtur de Perseo 91. de deorum temporibus 145. 6.). Nec itaque mirum, ab ipso scriptore idem institutum servatum, ut et ipse audita graece redderet, et ad patrios deos et religiones sacerdotum narrationes referret; etsi uno et altero loco ipse sui est interpres. v. c. cap. 156. quibus locis inter se comparatis, aliaque multa et varia doctrina adhibita, egregiam religionum Aegyptiarum illustrationem dedit Iablonskius. Praeter ea, quae ab interpretibus acceperat, alia narrat Herodotus tradita a sacerdotibus, seu et ipsis graece loquentibus, seu interprete graece docto adhibito. Quae autem hac via accepta memorat, diversi utique ab aliis generis sunt habenda. Magna pars a sacerdotibus diversorum templorum narrata similis est iis narrationibus, quas v. c. faciunt monachi vel sacerdotes parochani seu pagani de Sanctis viris, quibus aedes sunt dicatae, inprimis ut rituum origines et caussas reddant: v. c. c. 122. et de bove Saitica lignea 130. (Mirum in his exemplis, adeo exolevisse memoriam sacrorum rituum, unde ducti essent; ad Isidem enim illam spectasse manifestum fit c. 132.) sunt etiam nonnullorum templorum sacerdotes multo indoctiores ceteris: itidem ut nostro tempore fieri videas in diversis templis aut monasteriis; solent immiscere lepidas narratiunculas ingeniose pro illa aetate et pro plebis ingenio inventas, ut de sollertia architectorum thesauri Rhampsiniti (Herod. II, 121.) de pyramide a Cheopis filia ex quaestu corporis exstructa c. 126.

[129] Sacerdotes Vulcani Memphi, alios sacerdotes Thebis, Iovis puta, c. 143. seu Amun, IV, 181. alios Heliopoli, Herodotus memorat II, 3. quorum hos habitos ait doctissimos; alio loco γραμματιστὴν τῶν ἱρῶν χρημάτων Minervae Saiticae de Nili fontibus narrantem: c. 28. add. 122, 123. Sunt in his, quae memorantur, nonnulla physica, nec prorsus absurda, ut quae de Nili alluvie sacerdotes exposuerant c. 5 sqq.

Idem a sacerdotibus distinguit Graecos, a quibus narrata accepit, v. c. II, 3. qui non alii esse possunt, quam partim qui

urbes maritimas, inprimis Naucratin, insederant, (c. 178. 9.) partim qui ab Ionibus et Caribus, sub Psammeticho receptis, erant oriundi, a Pelusio Memphim traducti. c. 134. qui in urbibus passim mercatus caussa versabantur; quorum magnus tum numerus fuisse videtur. v. Herod. II, 39. Valde absurda ab iis narrata, ut de pyramide a Rhodopide extructa c. 134.

Quod tandem vana religione contactus Herodotus multa eloqui nequit, non tam initiatum eum esse mysteriis arguere iudico, quam potius hominem, qui omnia assimulabat Graecis, (adeoque Osiridem Baccho, Cereri Isidem,) arcanas doctrinas à sacerdotibus acceptas eodem loco habuisse cum initiis Graecorum, adeoque eloqui ausum non esse. Vid. c. 81. 171. Igitur nomina tantum [130] numinum se profari velle ait, arbitratum, omnes eodem modo de his nominibus statuere, ut pro iisdem nimirum diis eum Aegyptiis habeant[1]. Religiosum quoque ei habitum, idem quod Pindarus de se aliquoties testatur, de diis turpia eloqui: itaque non effari vult fabulas de Pane Aegyptiorum c. 64. nec cur suem plenilunio immolent c. 47. nec de phallis c. 48 extr. nec de caussa planctus in sacris Isidis (hoc enim esse τύπτεσθαι iam olim monitum ad Tibull. I, 7, 28.) c. 61. 132. nec de caussa lucernarum ardentium in sacris Minervae Saitidis c. 62. de caussis, cur animantia Aegyptiis sacra habeantur. c. 65. quis sit is, quem melior condiendi ratio referebat c. 86. et cuius sepulcrum in templo deae Saiticae erat c. 170. 171. etsi valde obvium est de Osiride eum agere.

Verum haec in Aegyptiaca exspatiandi libido a Diodoro ita me abduxit, ut reliqua de Assyriis ceterisque barbaris gentibus qua fide et auctoritate a Diodoro tradita sint, contractioribus velis exsequenda, in aliud tempus mihi differenda esse intelligam.

---

1 *νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτέων* (antec. *τὰ οὐνόματα αὐτέων* sc. *τῶν θείων ἐπίστασθαι*. Herod. II, 3. pergit: *quae autem de ipsis diis meminero, non nisi re ita postulante in medium afferam. τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτέων, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος ἐπιμνησθήσομαι.* Ita locum satis impeditum accipio. Nec alia Herodotus ratione in his utitur, ipso loco c. 51. cf. c. 65.

COMMENTATIO ALTERA
AD LIBROS II—X.

[Ex Comment. Soc. Gotting. ad a. 1784. 1785. vol. VII. p. 75. s.]

Quam scriptionem me gravibus de caussis suscepisse professus sum, AA. ut, cum magna pars veterum historiarum, quae in nostris libris historicis exponuntur, ex Diodoro petita sit et peti soleat, aliis auctoribus ex antiquitate nos deficientibus, in huius hominis fidem et auctoritatem paullo accuratius inquirerem, eam nunc pace vestra ita persequar, ut quae libris quatuor priorem excipientibus tradita sint, fabulosa pleraque, ex quibus fontibus ducta sint, indagando exquiram. Complectuntur autem libri hi historias fere eas, quarum cognoscendarum maxime avidi esse solemus, inprimis in puerili aetate, et de quibus, ubi mente et animo confirmati sumus, vel maxime ambigimus; res inquam *Assyriorum*, *Babyloniorum*, *Chaldaeorum*, *Medorum*, tum de *India*, *Scythia*, de *Amazonibus* et *Hyperboreis*, inde de *Arabia* et *Taprobane* libro SECUNDO; TERTIO autem de [76] *Aethiopia*, *Troglodytis*, *Arabia*; inde de *Amazonibus Libyae*, de *Atlanteis* et de *Dionysi* rebus *narrationes* quas appellat *Libycas*; tandem libro QUARTO et QUINTO mythos *Graecanicos*. Nec vero, cum in his excutiendis et trutina expendendis collocavi operam, rem me parum fructuosam et auditu cognituve tantum iucundam, agere putavi: quandoquidem non modo multarum rerum, de quibus liberum esse potest in utrum modum statuas, fides per illa aut elevatur aut firmatur, verum et multarum rerum auctoritas inde pendet, quae vel ad librorum sacrorum, inprimis prophetarum effata et oracula, vel ad philosophicorum placitorum originem et vetustatem, aliae ad historiam litterarum, naturae, terrarum inprimis, hoc est ad geographicas notitias, ad locorum situs et naturas, animantium hominumque mores, iis inprimis terris, quae nostra aetate parum adiri solent, ut Africae et Asiae interiora, spectant. Ita multa sunt, quae de homine in conditione et statu, quem vocant, non modo silvestri, sed et belluino constituto, hoc est de populis quibusdam Africae in primis humanitatis incunabulis versantibus, a Diodoro narrantur: quae utrum veris an falsis similiora sint, ad historiam, quam nostri vocant, hominis, hoc est vicissitudinum conditionis modorumque, quibus eae humanam naturam afficiunt, haud parum interest. Multa sunt alia fabulose tradita, quae si pro veris habeantur, ut haberi solent, generis humani historiam

rerumque humanarum progressum turbant et evertunt. Nota sunt quae cum superioribus saeculis a Rudbeckio et aliis, nostro autem a Curtio Gebelino aliisque in medium prolata sint, ad condendum novum historiarum systema ad certas novellas hypotheses accommodatum, quae quidem magna parte nituntur narrationibus his Diodori parum subtiliter, veraene an commentitiae essent, exploratis. An acutissimus homo *Bailly* Astronomus commenta sua de primitivo aliquo populo in boreali Asia rerum potito prolaturus fuisset, si ille tenuisset, veterum historiarum ambitum populorumque origines et successiones scriptorumque fidem, quibus in rerum [77] generibus amplecti, in quibus deserere fas sit? An Atlanteos iactabit aliquis, qui assequutus sit ea, quae de Atlanteis in Platone et in Diodoro tradita sunt, non historica niti fide, sed ab primis auctoribus partim mythorum vetustiorum interpretandorum caussa, partim ut disputationibus philosophicis pro vehiculo essent, esse inventa et excogitata? Audire saltem debebant viri docti ipsum Diodorum, qui „se praemittere velle populorum historiis τὰ μυθολογούμενα [1], ex more aliorum antiquiorum scriptorum, qui mythos historiis a se scriptis praemittere instituerant," profitetur [2]. In quo quidem per se nihil erat, quod reprehenderes; modo mythi, hoc est, ea, quae antiqua fama a maioribus accepta, plerumque a poëtis ornata sunt, accurate satis ab historiarum fide secernantur. Non igitur parvam gratiam me virorum doctorum initurum esse arbitratus sum, si uno in loco ex vetere historia, quae exturbanda sint, tanquam fabulose tradita, quae retinenda utpote cum fide et auctoritate narrata, exponerem, ut tandem aliquando desinant, qui quidem nos audire volent, Diodori fide promiscue uti, tanquam in omnibus et singulis eodem modo aut deprimenda et aspernanda, aut mirifice extollenda et celebranda.

Exorditur autem Diodorus *libro secundo* res *Assyriacas*, quas quidem unde hauserit, expedita res est, cum ipse se, relicto Herodoto, *Ctesiam* auctorem habere professus sit [3]: etsi et alios,

---

1 Diod. I, 4: *πεποιήμεθα δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῶν μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἐξετάσαντες τὰ παρ' ἑκάστοις ἱστορούμενα κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους ἐφ' ὅσον ἡμῖν ἡ δύναμις·* hoc quidem postremum parum sollerter parumque diligenter. Add. lib. IV pr.

2 Actum de hoc ad Apollodor. T. III. p. 926 sq. ubi ei, quem primum mythos historiis praefixisse dixi, Anaximeni praecessisse dicendus erat *Dionysius Milesius* in Cyclo, de quo mox dicam.

3 Diodor. II, 2. nomina populorum a Nino victorum se *ἀκολούθως Κτησίᾳ τῷ Κνιδίῳ* apponere. c. 5. de numero copiarum Nini in Bactrianos ducendarum *ὡς Κτησίας ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀναγέγραφε*, c. 7. de Nini monumento, et de Babylonis moenibus; c. 15. in Semiramidis expeditione in Aegyptum et [78] Aethiopiam, quo et spectat locus lib. I.

quos se [78] ante oculos habere ait, meminit. Ita (c. 20.) de discessu e vita Semiramidis contra Ctesiam *Athenaeum* laudat *et alios*: in quibus forte *Dinon* fuit, nam et in iis, quae ibi narrantur, similia tradiderat, etsi non minus fabulosa, quam quae a Ctesia erant perscripta [1]. Fuere etiam alii rerum Assyriacarum scriptores [2]. Verum eorum, quae a Diodoro tradita sunt, summa, ad Ctesiae fidem redire videtur. Iam subtiliore virorum doctorum iudicio [3] satis diligenter ea [79] eum in modum constituta est, ut, etsi fabulose multa, nonnulla forte in maius aucta quam ipse acceperat, in physicis inprimis, et in Indicis, tradere potuerit, non tamen commentitia prorsus commemoravisse videri debeat. Scilicet ferebantur, ut apud ceteras gentes, sic inter populos orientis narrationes heroum veterum mythicae variis modis exornatae: in his nomina clara, quae per Ninum, Semiramidem et sic porro reddita sunt: de his si commemoravit auditu et lectu accepta Cte-

---

c. 56 extr., de Aethiopum sepultura adversus Herodotum; et c. 20. sub finem eorum, quae de Semiramide narraverat: *Κτησίας μὲν οὖν ὁ Κνίδιος περὶ Σεμιράμιδος τοιαῦθ' ἱστόρηκεν.* c. 21 fin. de annis imperii Assyriorum. Inprimis vero c. 32. post ea, quae de Medorum regno ex Herodoto attulerat, de Ctesia agit, qui XVII annis apud Artaxerxem Mnemonem medicinam exercuerat: *οὗτος οὖν φησιν ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν.* Ipsa Ctesiae verba observarunt viri docti c. 23. de Sardanapalo, ex comparatione Athenaei XII, 7. et c. 26. de missis ab eo liberis in Paphlagoniam; comparato eod. loco. In Ms. Scorialensi Excerptorum, ad calc. Polyaeni, de quo inf. commemorantur *Γυναῖκες ἐν πολεμικοῖς συνεταὶ καὶ ἀνδρεῖαι*, in his primo loco Semiramis: de ea ex Ctesia narratio fit. Ibi pastor appellatur *Simois* (pro Simma, ut ap. Diod. II, 4. f.) *Menones* autem, praefectus, qui eam duxit secundum Diod. ib. c. 5. *Onneus:* ut adeo in Diodoro legendum sit: *οὗτος δὲ ἐκαλεῖτο μὲν Ὄννης*, quod et codd. habent.

1 v. Wessel. c. l.

2 In his *Cephalion*, e quo locus est apud Syncell. p. 167. Ad fabularum Graecarum calculos is Assyriaca revocaverat; diversus ab eo Cephalo Gergethius, antiquus scriptor: at alter ille *σύντομον ἱστορικὸν* a Nino ad Alexandrum scripserat, libris IX Musarum nomina inscripta habentibus, Photio lectum c. 68. Eius quoque mentio fit in Mose Chorenensi lib. I, 17. *Bionem* et *Alexandrum Polyhistorem* laudat idem Syncell. p. 359. Egerant praeterea de Assyriis antiquiores *Berosus*, posthaec *Thallus*, *Castor*, *Apollodorus*.

3 Ctesias Xenophonti fere aequalis, et ab hoc iam laudatus, ex XXIII libb. rer. Persicarum tres priores rebus Assyriacis, tres sequentes Medicis consumserat. Rerum Persicarum narratio deducta erat usque ad Ol. 95, 3. qui est annus septimus Artaxerxis II, Mnemonis dicti. v. Diod. XIV, 46. De eius fide post Henr. Stephanum iudicia meliora prostant multorum virorum doctorum, qui res Assyriorum, Medorum ac Persarum aut narrando aut excutiendo et comparando cum aliis historicis attigerunt: secundum Freretum *Hist. de l'Acad. des Inscr. Mem.* To. V. p. 350 sqq. et alios, quos Baumgarteniana diligentia notavit, addam *Bougainvillium* To. XXIII. init. Quae ex Ctesiae Persicis depromserat Diodorus, lib. IX et X. comprehensa fuere; at illi sunt inter libros Diodori deperditos. cf. inf. de his libb.

siae, non erat cur fraudis factae ipse accusaretur. Potuere in iis esse multi multorum populorum etiam Indorum mythi in unum populum cumulati. Si haud pauca, ex eo quidem aliorum opera repetita, (nam si ipse Ctesias superstes foret, de multis expeditius iudicium foret) non satis conveniunt cum Herodoto et aliis: primum in rebus ex tam remota antiquitate repetitis et famā hominum per plures populos et aetates acceptis mirationem id non habet; tum nomina provinciarum, regum, satraparum permutata in multis turbas intulisse videntur: at Diodoro vitio dare licet hoc, quod in exscribendo Ctesia parum diligenter ac subtiliter versatur, in temporibus notandis inprimis negligentissimus; quodque idem narrationes diversorum scriptorum interdum adiunxit, nec tamen in caussas dissensus ulla cura adhibita inquirere maluit. De *Babylone* porro *Clitarchum et qui cum Alexandro in Asiam traiecere* [1] commemorat: (c. 7.) verum non magis illi alia, quam quae fama erant tradita, narrare potuere; interierant enim iam tum vulgata illa antiquitatis miracula; (c. 9. extr.) in his inprimis, quod omnia superabat, Beli templum. De Memnone Tithoni f. Priamo opitulatum misso iam Ctesias narraverat: saltem eo in loco (c. 22 extr.) *in regiis commentariis illa descripta a barbaris asservari* tradit [2]: scilicet [80] comparatione temporum facta similem heroem in Assyriis repererat Ctesias, in quem narrata quodammodo convenirent; forte et nomen simile in Asia celebratum fuit: ita Susis Memnonium in Strabone commemoratum legimus.

Locus interpositus est de *Chaldaeis* (c. 29. 30. 31.) haud dubie ex alio auctore, et, quantum quidem ex postremis verbis c. 31. intelligere licet, uno ex scriptoribus post Alexandrum. Agnoscas tamen facile scriptorem, qui rhetorice illa, quae de Chaldaeis acceperat, ornavit, partim in scientia horum hominum ad miraculum usque evehenda, partim in laudando eo instituto, quod eodem genere et ordine nati homines a patribus acceptam philosophiam suis liberis ipsi mandabant. Omnino locus de Chaldaeis in veteris historiae cognitione vexatissimus ex Diodoro parum lucis accipit. Ista quidem aetate, de qua scriptor agit, eo nomine ordo hominum certae stirpis et familiae litterarum studiis vacantium veniebat: eae autem litterae inprimis astrologiae studio continebantur. Si a priscis illis Chaldaeis, quos Babylonem occupasse constat, originem duxere, varia fortuna hos quidem usos esse necesse est; ita ut inter Babylonios Babyloniorum artibus eruditi, ingeniis et moribus expolitis, haberent inter se

1 Ex Clitarcho et ex iisdem plura inf. lib. XVII. in rebus Alexandri petita videbimus: v. Wesseling. p. 219, o) ubi cf. Schneider. V. C. ad Demetr. de Elocut. sub. f. item p. 230.

2 περὶ μὲν οὖν τοῦ Μέμνονος τοιαῦτ᾽ ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀναγραφαῖς ἱστορεῖσθαι φασὶν οἱ βάρβαροι.

philosophorum ordinem certas familias aut stirpes complexum, qui, reliqua post Babylonios Chaldaeorum gente exstincta, ipsi superessent, et sapientium collegium aliquod constituerent [1]. Post Alexandri tempora defecisse illud videtur, Babylone vacuefacta, incolis a Seleuco Seleuciam abductis; etsi ille iis vicum urbis circa Beli templum habitandum reliquerat. (Paus. I, 16 extr.) Strabo de iis (in praeclaro loco XVI, p. 1074) loquitur, tanquam adhuc diversas urbes tenentibus, nec alio modo Plinius (VI, 26. s. 30) sed hic antiquiorem aliquem exscripsit.

[81] Redit inde Diodorus ad *Ctesiam* in iis quae de *Medorum* imperio (c. 32 — 34) et mox de *India* (c. 35 — 42) tradit; videtur tamen e *Megasthene* et aliis, qui post Alexandrum de India scripsere, fabulas de Dionyso et Hercule inseruisse; quarum forte fundus aliquis esse potuit hactenus, quod Indi de aliquo prisco heroe narrare solebant, qui meliorem vitae cultum per gentes circumtulisset. Iam ista, quippe iis similia, quae de Baccho vel Hercule ferebantur, transferebant ad eos Graeci. Ceterum in his admittendis iudicium parum subtile adhibuit Diodorus.

Quae inde de *Scythis* (c. 43. 44.) et de *Amazonibus* (c. 45. 46.) sequuntur, quem auctorem habeant, nondum reperio; etsi eum levissimum hominem fuisse satis certum habeo: quae enim de Amazonibus narrantur, ex Graecis poetarum fabulis conficta sunt; de Scythis autem deserto Herodoto, qui in hoc loco scriptor erat gravissimus, Graeculo obsecutus est, qui partim mera commenta de gentis origine tradere, partim ea, quae de una et altera Scytharum tribu memorata erant, ad totam gentem referre maluit. Unum illud notatione dignum est, quod de duabus coloniis per Scythas ex Asia ductis, apposuit, altera Assyriorum in Paphlagoniam, altera Medorum ad loca circa Tanaim, quae Sarmatarum origo fuit.

Nec magis iudicii acuti historicum declarant illa, quae de *Hyperboreis* subiungit: nisi in eo, quod auctorem, quo usus erat, subiungit, *Hecataeum* ex numero eorum, qui *veteres mythologias scripto tradiderant* [2]. Fuit is Abderita, Alexandri et Ptolemaei Lagidae aequalis: quem περὶ τῶν Ὑπερβορέων commentatum esse satis constat. Si ea, quae Diodorus affert, eodem modo ab ipso [82] exposita fuere, illum diversorum hominum, temporum rerumque, fabulas in unum miscuisse manifestum fit. Scilicet ea, quae principio de populis ad septentrionem et occidentem Graeciae habitantibus narrata erant, geographicae rationis ignoratione varie

---

1 Nam Chaldaeos philosophos e Babyloniorum stirpe Aramaea fuisse, nomine Chaldaeorum in hos translato, vix probabile fit.

2 c. 47. τῶν γὰρ τὰς παλαιὰς μυθολογίας ἀναγεγραφότων Ἑκαταῖος καί τινες ἕτεροί φασιν. cf. Wessel. c. l.

tradita et ornata fuerunt a poetis [1], male mox eadem inferri coepta in historiarum libros. Quo latius autem longiusque modo septentrionem modo occidentem Europae habitari innotuerat, eo longius Hyperboreorum sedes variis modis prorogatae sunt; cumque omni Europa in notitiam adducta nullus locus iis superesset, ecce ad insulas versus septentrionem sitas deducti sunt Hyperborei. Fabularum igitur ad tempora, terras et homines diversissimos spectantium congeriem Hecataeus in insulam aliquam Galliae ex adverso positam importavit.

Scriptorem, qui post Alexandrum vixit, auctorem habuit quoque Diodorus in iis quae de *Arabia*, de animantibus frugibusque in ea nascentibus, subiunxit (c. 48 — 54.), forte tamen non unum eundemque. Partem quidem priorem ex *Hieronymo Cardiano* haustam esse auspicor, ex loco de Petra et de Asphaltite, qui iterum insertus legitur lib. XIX. 97. 98. 99. comparato c. 100. et XVIII. 42. [2]; in caeteris *Agatharchidem* praeivisse coniicere licet, forte et *Artemidorum*, ut ex Strabone assequaris (XVI. p. 1120 sq.) verum de his tutiora tradere licebit, si quis hoc in rerum genere cum maxime versatus scriptores alios de metallis, lapidibus ac feris Arabiae, inque his de struthocamelis et camelopardalibus agentes contulerit; nam mihi ad haec descendere nunc non licuit.

[83] Tandem narratio fabulosa de *Taprobane* insula subiicitur, ex *Iambulo*, quod ipse praefatur (c. 55 ad f.). At sunt in ea nonnulla quae fundum veritatis habent; imprimis hoc, quod ista insula (Ceylan s. Zelan nostri appellant) quae nunc unius hominis dominationis lubidini et impotentiae subiecta est, illo tempore incolas habuit per tribus ac vicos distributos [3]; nec enim alia regiae dominationis arbitrio unius relictae origo facile fuit.

1 cf. Notae ad Apollodor. p. 409 sq.

2 cf. Spicilegium antiquitatis mamiar. Commentat. Soc. R. Sc. To. III. p. 92. Firmantur haec verbis libelli inediti, quem descriptum a se in Bibliotheca Scorialensi, ad calcem Polyaeni Ms. adiectum, *Κρῆναι καὶ Λίμναι καὶ Πηγαὶ καὶ Ποταμοὶ ὅσοι θαυμάσιά τινα ἐν αὑτοῖς ἔχουσιν*, communicavit mecum Tychsen V. C. in quo legitur: *Ἱερώνυμος ἱστόρησεν, ἐν τῇ Ναβαταίων χώρᾳ τῶν Ἀράβων εἶναι λίμνην πικρὰν, ἐν ᾗ οὔτ' ἰχθῦς οὔτ' ἄλλο τι τῶν ἐνύδρων ζώων γίνεσθαι. ἀσφάλτου δὲ πλίνθους ἐξ αὐτῆς αἴρεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων.*

3 Cosmae Indopleustae tempore duo reges erant sibi mutuo infesti lib. XI. p. 397. Ferunt adhuc nostra aetate duas diversae originis gentes insulam tenere, alteram Singalesium, qui dominatui regio, nonnunquam crudelissimorum tyrannorum, obnoxii sunt, alteram Bramînorum et Malabaricae stirpis ex India profectam, quae et ipsa aliquando reges suos habuit; huic admixti sunt Arabes, vulgo Mauri dicti, Muhammedicae religioni addicti, tum ex Hollandia advenae, qui Lusitanis expulsis, terras versus aquilonem sitas tenent. Gentem aliam Singalesibus antiquiorem aliquando insulam tenuisse, suspicari licet ex antiquis monumentis, quae supersunt: cf. *Wolf Reise nach Zeilan*, T. II. p. 89. *Knox* p. 165.

In iis itaque, ut summatim dicam, quae hoc libro pertractavit Diodorus, vix aut diligentis dilectus, aut subtilis et acuti iudicii laudem meretur; multo minus consentaneum est, eum tanquam principem auctorem eorum, quae ex aliis isto, quo diximus, modo concinnavit, celebrare et super iis, quae non sua, sed aliorum fide tradit, D aut M annis ante se gesta, ad eius fidem provocare.

Liber tertius Diodori rebus *Africae* partem maximam occupatur: qui quidem terrarum tractus ut accuratiore notitia nobis cognitus esset, si quid aliud in votis habendum erat. Non enim nos aut rerum naturae, aut humani generis scientiam habituros esse satis perfectam et absolutam arbitror, nisi Africae interiora melius cognita habuerimus, neque ullam historiae naturalis partem recte sibi constare posse, ante quam aut Aethiopiae montes superaverint aut deserta pererraverint viri intelligentes ac fide digni. [84] Multarum enim rerum, ut ita dicam, officinam in his terris constituisse videtur natura, quas aliis terris invidit: inprimis animantium naturis et infinitis generibus proprium illud solum et tanquam natale patriumque esse voluit; de caeli vero solique vi in humana ingenia disputatio omnis erit manca et imperfecta, quamdiu de diversis Afrorum ingeniis, moribus, institutisque tam pauca recte tenebimus. Ideoque cum veteres plura de Africa tradiderint, quam quidem recentiores, cum aditus ad multa loca olim liberior fuerit, veterum de Africa narrata inprimis cognitu utilia arbitror, in votisque habeo maxime duo: primo, ut existat aliquis, qui naturae cognitione humanique generis historiis satis instructus omnia de Africa ex antiquis iuxta ac recentibus libris colligat, ad rerum fidem aut probabilitatem et ad critices historicae canones exigat, eaque adeo, quae aut fidem aut probabilitatem habeant, seiungat a falsis ac commentitiis; alterum est, ut existant inter reges et principes Europae, qui peregrinationum in interiora Africae, ab oriente non minus quam ab occidente et aliis partibus, studia incendant, sua liberalitate sustentent, eaque re litteris opportunitatem eam afferant, ut lacuna illa, quae in ingenti illa naturae tabula studium omne tanquam hiatu intercipit, et rationes a viris doctis subduci solitas turbat, tandem aliquando expleatur; quibus ubi accesserit interior aliqua notitia terrarum ultra Gangem sitarum, pauca erunt, quae ad globi nostri terraquei animantiumque in eo degentium humanique generis historiam praeterea requiri debeant.

De *Aethiopibus* quae narrat Diodorus, non unius eiusdemque auctoritatis ea sunt; nam primo de eorum rebus et origine nonnulla apponit, opinione potius et coniectura, quam idonea aliorum fide et auctoritate; inde (a cap 12.) geographica subiicit quae praeclara sunt et ex *Agatharchide* petita, ut statim videbimus.

[85] Primo igitur (a. c. 1—10.) Aethiopes non modo indigenas esse tradit, id quod condonari poterat, verum et Aegyptios ab iis ductos esse: qua in re auctorem, quem quidem sequutus sit, non edit; Graeculum eum fuisse nescio quem manifestum fit, qui non fide hominum narrata haec acceperat, sed sophistice ac rhetorice Aethiopum origines Aegyptiacis primordiis antetulerat: intelligitur hoc ex rationibus, quas affert de animantibus ex terra calore solis generatis, tum de Aethiopum pietate ab Homero celebrata; porro Aegyptiaca inventa et instituta, cum Aethiopibus communicata, (cf. Herod. II, 30 et v. paullo post) ad Aethiopes tanquam auctores transfert: inter quae parum docte litteras hieroglyphicas antiquiores fuisse censet. Similia somnia etiam leguntur apud scriptorem libelli Lucianei de Astrologia. Verum abiicienda haec de Aethiopum antiquitate et ex libellis historicis eiicienda esse, statuet mecum, quisquis ea fundo idoneo destituta et ab hypothesi temere concepta esse profecta cognoverit.

Meliora argumenta aliunde duci forte poterant; et primo quidem probabile admodum esse, ex editioribus Aethiopiae locis homines descendisse ad Aegypti campos; quod quis neget? modo illos homines barbaros fuisse concedas, non vero cultus humanioris inter Aegyptios auctores. Ex superiore Aegypto ad inferiorem incolendam progressum factum esse nemo dubitet; fuere quoque Aethiopum regum dynastiae in Elephantine constitutae: nec tamen ex his cogitur, illos cultum et religiones Aegyptiorum secum intulisse; etsi ritus et instituta forte nonnulla vicinis Aegyptiis communicari potuere. Fraudem porro in nomine Aethiopum obiici memineris, tam parum finito eo et constituto, ut modo in ulteriore austro, modo ad Aegypti fines, modo in Aegypti finibus incolentes advenas ex austro, eo nomine designatos videas, nulla ceteroquin originis verae ratione habita.

[86] Subiicit inde (a. c. 5 sq.) alia Aethiopum instituta, quae tamen ad unum tantum ex iis populum, qui *Meroës* insulam et urbem in Nilo sitam incoluit, sunt revocanda; quod et ipse (sub c. 7. f.) tandem monet, quodque comparatione Strabonis (lib. XVII. p. 1177. C.) facta intelligitur. Quem auctorem sequutus sit, discere licet ex c. 11., *Agatharchidem* scilicet *Cnidium* lib. II. *rerum Asiaticarum* (τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν) et *Artemidorum Ephesium libro VIII. Geographiarum;* ut tamen ea deligeret, quae ipse, cum in Aegypto versaretur, auditu acceperat, tum a sacerdotibus Aegyptiis, tum a legatis Aethiopum. Interspersa forte nonnulla sunt ex *Ctesia*, qui ubi de Semiramidis in Aethiopes expeditione agebat, res Aethiopicas attigerat, saltem sepulturam corporum vitro obductorum, (hoc est bitumine, seu gummi, vernicem nos appella-

mus) 1, nisi eundem, quippe popularem eorum, iam Agatharchides adhibuerat. Potest tamen plura Diodorum de Aethiopibus has rescire potuisse, nam Romani eo tempore Petronio duce in Aethiopiam usque ad Napata progressi erant, sub a. U. C. 731. 2 (v. Strabo l. c. p. 1175.) ipse autem Diodorus tertio hoc anno adiit Aegyptum (a. 734.) ut adeo legatos, de deditione a regina Candace missos, fuisse eos ipsos, quos Diodorus convenisse narrat, credere liceat 2.

Aethiopiae notio apud Homerum iam occurrit, etsi fabulosa hactenus, tamen memorabilis, quod alios orientem versus, alios ad occidentem Aethiopes agnoscere videtur, de quibus multa disputat Strabo (I, p. 58 et al.). Agnoscit quoque utrosque, Asiae alios, Indis similiores, alios Africae, Herodotus (VII, 70.). Idem Herodotus iam de Meroë audierat, et XII. dierum itinere ab Elephantine facto Aegyptios transfugas, qui sub Psammeticho recesserant, inter [47] Aethiopes consedisse narrat: qua ipsa re hoc Aethiopum genus Aegyptia instituta adscivisse quis miretur? ipse quoque Herodotus iam tum mansuetiores Aethiopes receptis his accolis factos narrat (II, 30.). Habitabant quoque permixti cum Aethiopibus Aegyptii in ipsis confiniis circa Elephantinen insulam Nili (II, 29.). Acceperat idem fabulam de Sesostride illa loca cum copiis pervagato, (II, 102. add. Strab. XVII, p. 1114 A.) et de Aethiopibus ab eo victis (II, 110.). Mox narrat Cambysen Aethiopes subiugare voluisse (III, 17 sq.): *macrobios* eos appellat, sede ultra conterminos Aegypto Aethiopes assignata; (add. III, 97.) viros proceris ac pulchris corporibus (III, 20.). Miserat ad eos Cambyses legatos ex Ichthyophagis ab Elephantine arcessitos, qui linguam callebant. Quam infeliciter res regi cesserit, ut exponam, opus non est. In Strabone (XVII, p. 1176 A.) locus, quo exercitus perierit, memoratur inter Pselchen et Premnin, parvam puta; nec dum adeo ad Catarractam maiorem pervenerat. Suspicari adeo licet macrobios illos nullos alios fuisse, quam eos qui Aethiopiam proprie dictam circa Meroen habitabant, adeoque Abessinios, qui inter vetustissimas humani generis stirpes referendi esse videntur 3. Tandem Herodotus inter eos, qui dona Persarum regibus, saltem Dario, miserant, memorat Aethiopes primo Aegyptiis contermines, tum qui Nysam supra Aegyptum incolerent (III, 97; II, 146.)) eos ex Troglodytis fuisse ex eodem

---

1 Vid. Diod. II, 15., ubi cf. Wesseling. post Herod. III, 94 add. Strab. XVII. p. 1178 A. B. p. 1126 B.

2 Successisse alia bella post haec tempora in his locis, quibus facies eorum immutata est, intelligitur e Plinio VI, 29 s. 35, ubi *missi a Nerone principe renuntiavere solitudines usque ad Meroen*

3 Si Plinium excutias, contra Meroen in occidentali parte habitarunt, in orientali Megabari, lib. VI, 30 f. 35. p. 340.

loco (III, 97.) colligo, forte ex plagis litteralibus maris rubri: conveniunt munera, aurum, ebenum, ebur cum pueris, missa: et diserte idem Aethiopiam Arabiae ex adverso positam alio loco agnoscit (III, 114.).

Verum de ceteris Aethiopiae partibus diserta narratio non nisi Ptolemaeorum regum studiis debetur, a quibus, inprimis a Philadelpho, missi sunt, partim qui elephantis venandis operam darent, partim qui alia animantia cognoscerent, maxime in finibus orientalibus [88] versus mare rubrum. Ad posteritatem ea scripto prodidit *Agatharchides*, quem sub Ptolemaeo Physcone et Lathuro vixisse declaratum est [1], hinc *Artemidorus*, qui illum secutus est [2]. Auctor uterque gravissimus, a quibus quae tradita sunt, maximam utique habent auctoritatem. Et noster quidem Agatharchide maxime est usus, homine Cnidio, regis Ptolemaei pueri tutore, sive Alexander ille fuit, sive Soter II. seu Lathurus. Inter alia ille scripserat ad suum pupillum *libros V de rubro mari*, e cuius libro primo et quinto nonnulla servavit Photius [3], quae cum Diodoro a viris doctis comparata sunt. Scriptorem gravem, veritatis studiosum facile agnoscas; usum se profitetur narrationibus ad reges missis ab iis quibus navigatio in haec loca mandata fuerat, maxime ut elephantos venarentur; idemque subsistere se sub finem operis significat, commentariis propter Aegyptiorum defectiones et ipsis deficientibus [4]. Artemidorum [89] Ephesium, qui

---

1 a Dodwello: add. Wesseling. ad Diod. III, 11.

2 Ut intelligitur v. c. si Strabonem compares p. 1114 B. C. ubi etiam docemur, Eratosthenem iam antea, ubi de Arabia agebat, haec loca attigisse, sed strictim. add. p. 1120, 21. inpr. lib. XVII. pr. Omnino hoc ordine virorum doctorum opera progressa est, ut Eratosthenes, cui Timosthenes praeluxerat, pro fundo esset geographiae, cui superstruerent sua Agatharchides, tum alii. Videtur tamen et harum narrationum fundus aliquis in Ctesia fuisse (v. paullo sup. p. 86.). Aelianus quidem H. A. XVI, 31. de Cynamolgis laudat e Ctesia similia iis quae Agatharchides habuit. Quae ab aliis praeter illos tradita fuerint, v. ap. Plin. VI, 29 s. 33 sq. ubi inprimis Timosthenes et Bion, idem qui a Syncello p. 359. cum Polyhistore laudatur, notandi, cum Iuba, qui diligentissime de Troglodytice quae narrantur persequutus esse dicitur. Alia Fabulosa de orientali parte tradita idem Plinius apponit s. 35: *Ferant certe* etc.

3 v. fragm. p. 14. Geogr. min.

4 Ad quem annum defectiones illae referendae sint, definire non ausim, cum plures numero fuerint; illa autem, qua Thebae deletae sunt, Olymp. CLXXIV, 2. a. C. 83. nescio an serior fuerit. Fuerat Agatharchidis maius opus τῶν περὶ Ἀσίας libris X et τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην libris XLIX. Ex priore illo, Asiaticis inquam, librum II. laudat Diodorus lib. III, 11. cum Artemidori libro VIII, tanquam optimum fontem eorum, quae de Aegypto et Aethiopia tradantur; ut adeo probabile fiat, sequutum et ipsum esse eos scriptores in his, quae de Aegypto et Aethiopia exposuit. Si tamen recte [89] iudico, spectarunt illa non tam ad historias, quam ad locorum descriptiones et ad geogra-

eadem fere aetate (fuit enim Agatharchide natu minor) opus geographicum XI. libris conscripserat, quemque ipse (III, 11.) in iis, quae de Aegypto et Aethiopia tradita sint, inter praestantiores scriptores refert, vix in iis, quae de Troglodytice et Aethiopia exposuit, adhibuisse videtur; conveniunt enim omnia cum Agatharchide. Hunc tamen ipsum expresserat in hac parte Artemidorus, ut comparatione Strabonis, qui eum ante oculos habuit, facta intelligitur; nisi quod Artemidorus alia adiecerat, et totum terrarum orbem erat persequutus. Epitome ex eo ab Marciano Heracleota facta superest; omissa tamen a se in epitome ea, quae ad Aethiopiam spectant ipse epitomator fatetur (sub init.)

Ex *Agatharchide* igitur hausit Diodorus ea, quae (inde a c. 12. ad 37.) sequuntur: et primo quidem locus praeclarus *de metallis auri in finibus Arabiae ab Aegypti regibus exquiri solitis;* (III, 12, 13, 14.) inde de *Ichthyophagis*, h. e. de populis non certae alicuius stirpis eo nomine appellatae, sed de diversis populis piscario victu utentibus, quos tamen late per litus Oceani orientalis, Gedrosiae et Caramaniae, hinc per oram Arabiae, quae Persidi obversa est, et per oram australem sinus Arabici sparsos memorari tenendum est. (Diod. III, 15. Agatharch. p. 27. Geogr. min. T. I.) Diodori autem et fragmentorum Agatharchidis comparatione facta intelligo, eos, de quibus maxime agit Diodorus, Ichthyophagos esse in ipsa Troglodytica passim habitantes, inde a sinu immundo versus orientem (cf. Strab. p. 1115 B. 1118 B. 1119 B. 1113 D.) quid? quod partem eorum, quae narrat [90] Diodorus (c. 15, 16.), Strabo ad Troglodyticam circa Deiras revocat (p. 1118.). Omnino Diodorus parum diligens fuit in locorum, quae singuli populi incolerent, situ declarando: quem Strabone duce, qui et ipse Agatharchidem (cum Artemidoro tamen) ante oculos habuit, XVI, p. 1114 sq.) curiosius notando, non male me de Diodoro mereri arbitrabor.

Primo quidem, quae ab initio (c. 15. 16. 17.) de Ichthyophagis aestum maris observantibus et quaternis diebus esu piscium consumtis quinto quoque die ad potum se conferentibus narrantur, haud dubie ad incolas litoris australis maris rubri, qua Troglodytice vulgo dicta patet, spectant; et quidem ad loca intra fauces eius maris, Deiras dictas a Geographis; (cf. c. 18 pr. Agatharchid. p. 31.) circa Deiras quoque eosdem populos memorat

---

phica. His enim finibus omnino continebatur Agatharchidis quoque opera, qui post Lycum et Timaeum, Hecataeum et Basilidem, Diophantum et Demetrium, (qui reliquas orbis terrarum partes descripserant,) austrum persequendo absolvere descriptionem voluit (p. 41 42.). Omnino illo loco (c. 11.) paullo perturbatior est Diodori oratio, ut non explicitum satis sit, respiciatne illa quoque, quae libro I. de Aegypto tradiderat.

Strabo (p. 1118.) Procedit inde narratio ad oram exteriorem, h. e. ad Troglodyticen extra fauces maris rubri, in qua occurrunt Aethiopes ἀπαθεῖς [1], ab incredibili stupore, quo et vulnera et mortes suis infligi videbant, appellati (c. 18. Agatharch. p. 83.) Habitabant ii partim in specubus, partim in tuguriis cetorum spinis et ossibus factis, alii sub contextis arborum ramis, alii sub aggesto fuco marino (c. 19. Agatharch. p. 32. 33. Strab. p. 1118 f.) Tandem genus fuit in abruptis rupibus degentium (c. 20. Agatharch. p. 33. 34.) Inde *Chelonophagi* (c. 21.), qui et victum et habitacula sua e testudine marina petebant, in insulis Sporadibus quaerendi sunt cum in ipsis faucibus sinus Arabici (Strabo p. 1118 B. 1114 A. B.): tum extra eas (id. p. 1119 A. Agatharch. p. 34 et 56.) Subiicit Diodorus modum victus parandi, quo Ichthyophagi Babyloniae utuntur (c. 22.), ad ostia Euphratis (Strab. XVII. p. 1082 B.) siti. Ceterum in horum populorum rebus cognoscendis interdum miratio subiit conditionis et naturae humanae, quatenus homines belluino more viventes, solo et coelo, quo illi [91] nati sunt, non aliter quam ferarum genera, tanquam dei alicuius imperio ac nutu, adscripti et assignati esse videntur, ut natale solum evagari non liceat. In tanta enim victus egestate, rerum comestibilium penuria, soli caelique inclementia et asperitate, quis non expectet, eos populos finibus suis egressos fertiliores agros et meliorem victus potusque copiam esse circumspecturos? Hoc tamen haud in animos admittunt populi per tribus ac stirpes habitantes; magna vero rerum conversione facta opus est, ut a belluina vita ad venatoriam, aut pastoritiam progrediantur. Hactenus bella et praelia, quae incidunt, ingens generi humano magisterium et disciplina esse solent, qua ex naturali sopore et stupore excitati et expergefacti homines animi corporisque viribus uti incipiant.

A littore hinc Diodorus ad loca procedit mediterranea; quos enim commemorat *Aethiopes* radicum palustrium arborum, seminumque victu se sustentantes (*Rhizophagos*, *Hylophagos* et *Spermatophagos* appellat c. 23. 24.) ad loca spectant circa fluvios Astapum, Astaboram et Astosobam, nisi hic unus idemque cum Astapo est, (cf. Strab. p. 1116 A. B. 1177 B. 1134 B. Agatharch. p. 36 extr. 37.) adeoque ad regnum, cuius caput Meroe erat; iisdem annumerandi *Venatores* et qui versus occidentem remotiores sunt *Elephantomachi* (c. 25. 26. 27. Agath. p. 39. 40. 41.). In his numerat Aethiopes *Simos*, at versus meridiem *Struthophagos* (c. 28.) et parum ab his remotos *Acridophagos*, (c. 29.) qui locustis vescuntur, in deserti confiniis, unde nubes locustarum advolant: his ait praetendi terras immensas sed serpentibus et

1 Iidem dicti ἄδιψοι.

reptilibus ab incolis vetustis relictas; in extremis australibus partibus *Cynamolgos*, homines feros, haerere ait, qui boum silvestrium venatu et canino lacte vivunt (31.). Nec ab his recedunt fragmenta ex Agatharchide apud Photium; (p. 42. 43. 44.) conveniunt et in iis, quae de *Troglodytis* commemorantur (p. 45 — 48. et Diod. l. c. c. 32. 33. 34) nullo [92] locorum situ declarato: quae tamen constitui forte possunt paullo accuratius e Strabone, qui Artemidorum auctorem adhibuit (p. 1114 B. C.). Troglodytarum quidem nomen parum idoneum ad geographicam subtilitatem, cum habitandi morem, non populorum stirpem declaret, late patet et ad plures populos per Arabiam. Libyam et Aethiopiam spectat, qui in speluncis et terrarum cavis degunt; est autem magna specuum copia in multis terrarum regionibus partim ignium subterraneorum vi, partim aquarum eluvie aliisque de caussis: Sed qui *proprio* aliquo nomine *Troglodytae* appellantur, sunt Aethiopes in littore maris rubri, quod Arabiae obversum est, habitantes. Fuere quidem recentioribus saeculis Lusitani aliique, qui in eam plagam littoralem passim escenderent, sed vix illi loca deserta adeuntes, verum emporia; videntur tamen vitae humanioris cultum aliquem in multa saltem loca intulisse Arabes, a Mohammedicis inde temporibus [1], qui passim emporia teneat, tum etiam Habessinii; et forte iam antiquis temporibus Graeci a Ptolemaeis missi ad elephantos parandos; ab his hominibus totum hoc littus adiri et passim castellis intercipi coepit; (v. Strab p. 1114 sq.) ut Euergetae expeditionem in haec loca de qua monumentum Adulitanum (apud Cosmam Indopleusten To. II. p. 141 sqq.) testabatur, taceam. Sed in Troglodytis his, qui littus dictum inhabitant, ex Strabonis accuratiore descriptione *Colobi*, h. e., ii qui praeputia non circumcidunt ut caeteri, sed praecidunt, (p. 1114. C. et Diod. meminit c. 32. f.) iuxta fauces sinus Arabici habitarunt: his subiacebant versus austrum *Cynamolgi* (p. 1116. C) At paullo supra inter Sabas et Deiras, seu fauces sinus Arabici, *Elephantophagi*, (p. 1117. A.) longius versus austrum *Struthophagi*, (B. C.) finitimi his Sili s. Simi (ibid. D.) et his finitimi *Acridophagi* (p. 1118. A.) ab [93] austro vero contigua deserta ab reptilibus obsessa (ib. B.). Ita satis patet, omnia quae narrata sunt de Aethiopiae populis, non nisi *ad orientalem plagam* sinui Arabico subiectam spectare.

Pergit Diodorus *de animantibus Aethiopiae*, hoc est eiusdem tractus quem modo dixi, commemorare (c. 34 — 37.) quae et ipsa *ex Agatharchide* transcripta sunt; (cf. fragm. p. 49 — 56.)

---

1 Arabes tamen iam antiquis temporibus in alterum continentem ex Arabia traiecisse nemo dubitet. Et commemorat Arabes in Troglodytice Plin. VI, 29. s. 33 f.

ex quo sua hauserat quoque, etsi nonnullis de suo forte additis, Artemidorus, ut comparato Strabone (p. 1120. 1.) suspicari licet. Eodem modo uterque, et Diodorus et Strabo, versantur in *Arabiae ora maritima* persequenda; nam hic Artemidoro duce usus (p. 1122—25.) non multum diversa narrat a Diodoro, qui Agatharchidea presse sequitur, inde ab intimo sinu navigatione facta usque ad Arabes Sabaeos: (c. 38—48.) uti comparatione cum fragmentis ex Agatharchide intelligitur; (p. 56—59.) etsi ipse Diodorus (c. 38.) profitetur se tradere *alia ex regiis Alexandriae commentariis, alia auditu ex his qui ea viderint, accepta* [1]. Quod quidem ultimo loco dictum est, haetenus verum esse potest, quia ex Aelii Galli expeditione in Arabiam illa aetate suscepta (v. c. 730.) esse poterant seu Alexandriae seu Romae, qui rebus gerendis interfuerant; at quod de commentariis regiis ait, ad Agatharchidem spectat, quem exscripsit. Pauca quae hinc sequuntur (c. 49. 50. 51.) *de Libya* non minus ex Agatharchide petita esse videntur per digressionem ab eo narrata; est enim idem narrationis color; nisi in his Artemidorum expressum esse credere licet, qui post Eratosthenem de Libya tradiderat in opere geographico, ut vel ex Strabone (XVII, p. 1181. C. 1185. B.) colligas.

Quae adhuc a Diodoro commemorata sunt, gravissimae sunt auctoritatis; at quae hinc sequuntur, levissimae. Nam de *Amazonibus Libyae* tradita apponit (c. 52—55.) quae Graeci scriptoris [94] veteres fabulas in historiarum formam mutantis commenta esse primo statim oculorum coniectu percipias: cum enim vulgata fabularum de Amazonibus sedes esset Asia Ponto Euxino finitima, fuit homo, qui aut narrata de insula hirtarum feminarum in occidentali Africae littore acceperat [2], aut in veterem aliquem poetam inciderat, aut cum in iisdem Africae locis, praeter Neptuni religionem et Palladis natales ad Tritonidem paludem, collocatae essent a poetis Gorgones, Perseique et Herculis profectiones, omnibus his ita usus est, ut Amazonum res ad ea loca revocaret, et cum iisdem fabulis in unum conglutinaret. In quibus vix a Diodoro expectasses ut is sibi imponi pateretur: profitetur autem se ea repetere ex *Dionysio* [3]: *Milesius* ille est, *Cyclicus* quoque

1 *ποιησόμεθα τὴν ἀναγραφὴν, τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλικῶν ὑπομνημάτων ἐξειληφότες, τὰ δὲ παρὰ τῶν αὐτοπτῶν πεπυσμένοι.*

2 Etsi enim de Hannonis Periplo nihil definire ausim, sitne ille, graece factus, qualem nunc habemus, ad eadem tempora, quibus navigatio facta est, (in sextum an in quartum ante C. N. saeculum) revocandus: mature tamen inter Graecos fabula illa de feminis toto corpore hirsutis et sine coitu marium sponte fecundis (Mela III, 9.) vulgari potuit.

3 c. 52.: *ἀναγράφειν τὰς πράξεις πειρασόμεθα ἐν κεφαλαίοις, ἀκολούθως τῷ Διονυσίῳ τῷ συντεταγμένῳ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὸν Διόνυσον καὶ ἕτερα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς παλαιοτάτοις χρόνοις πραχθέντων.*

dictus, quoniam Cyclum partim mythicum partim historicum scripserat, in quo origines historiarum, hoc est, mythos, ita persequutus est, ut verae historiae eos praemitteret, improbo tamen studio in hoc, quod fabulas ad historiarum formam revocare, rerum vere gestarum speciem iis induere, mythosque scriptoris pragmatici more tractare instituit, ita ut ad verisimilitudinem et ad probabilitatis historicae legem exigeret ea, quae a poetis seu antiquis scriptoribus essent narrata. Quo quidem consilio nihil poterat esse ineptius, nihil ad ipsas historias perniciosius. Itaque Amazonum ille, tanquam populi, magni imperii conditoris et orbis terrarum victoris, res gestas condidit. Vixit autem ille sub extrema Hecataei tempora, paulo ante Herodotum, aut hoc adhuc [95] puero, aetate ultra Darii mortem protracta [1], quandoquidem ipse *τὰ μετὰ Δαρεῖον* quinque libris conscripserat, una cum Persicis, si modo haec diversa fuere; sed inprimis Cyclus ille paullo ante commemoratus celebritatem nominis ei comparavit [2].

Quod vero multo minus ignoscam Diodoro, est, quod fabulosam de *Atlanteis* narrationem, tanquam populi in extrema Africa olim florentissimi, intexuit (cap. 56—61. add. c. 54.) qua quidem ille narratione multis viris doctis, ex recentibus quoque aetatibus, fraudem fecit, eosque induxit ut multarum hypotheseon fundum facerent fabulam historiae severitate et auctoritate prorsus indignam. Fundum ei fecisse videntur partim antiquus fabulandi mos, quo Solis, Noctis, Somni, Tartari, Titanum, et rerum inferarum aliorumque mythorum sedes ad extremum occidentem collocatur, in rebus Persei inprimis et Herculis; partim Homeri

1 Haud diffiteor, mihi vix satis probabile visum, iam Herodotea aetate de fabulis veterum scriptorem aliquem arguta hac subtilitate agere instituisse. Rerum tamen argumentis et scriptorum auctoritati refragari non licet.

2 Actum de hoc homine Not. ad Apollodor. T. III. p. 980. Virgil. T. II. p. 221. A Schol. Pindari ad Isthm. IV, 104. Dionysius *ἐν πρώτῳ κύκλων* laudatur, quae si vera lectio est, plures Cyclos, saltem Cyclum duplicem *μυθικὸν* et *ἱστορικὸν*, extitisse recte statuas; sed forte vitium est pro *κύκλου*, uti apud Schol. Eurip. ad Phoen. 1123. legitur, ubi ex lib. I. Cycli de Argo Ius custode fabula repetitur; potuit quoque idem Cyclus, cum et mythica et historica comprehenderet, modo pro uno, modo pro duobus diversis libris haberi. Mythicum cyclum bene declarat Diodor. paullo post de Dionyso c. 65. *Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιΐας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα, καὶ πολλ' ἕτερα συνέταξε, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν.* Erant adeo in eo comprehensae res Bacchi, Amazonum, Argonautarum, bellum Troianum, (quae singulatim ab aliis tanquam volumina separatim scripta enumerantur) cum aliis multis, et in iis ea, quae in veterum mythologorum et poetarum carminibus ac scriptis tradita erant, exhibuerat: hoc est *παρατιθέναι*, non, *adiungere*, ut vertitur h. l.

loca de Aethiopibus; partim fabulae de Creno, de Atlante et alia. Vnde haec hauserit Diodorus, expressis verbis non declaravit, patescit tamen ex toto [96] narrationis ordine, etiam in his *Dionysium Milesium* ei ante oculos fuisse; quem auctorem quoque in iis, quae sequuntur, habuit, de Dionyso, (62 ad libri f.) de quo, praemissis philosophicis interpretationibus nonnullorum apponit narrationes tanquam rerum vere a Dionyso seu Baccho triplici gestarum [1]; tum subiicit narrationes, quas Libycas vocat, ex eodem *Dionysio* diserte appellato, similes prorsus et cognatas cum illis, quas de Amazonibus et Atlanteis in superioribus exposuerat [2]. Quod autem in his mirationem mihi fecit, erat, quod, ad Euhemeri fere rationem, in deorum ordinem transiisse narrantur homines, qui aliquando rerum gestarum fama clari et de genere humano bene meriti fuerant: ut adeo iam integro saeculo ante Euhemerum eandem opinionem non a philosophis modo, verum etiam a scriptoribus nonnullis probatam fuisse manifestum sit. Debuit vero mature in eam incidere paullo sagacior quisque, si Herculis et Bacchi similiumque heroum inter deos receptorum exemplum ad deos ita transferebat, ut et de iis eorumque origine eodem modo statueret.

[97] Eundem *Dionysium Milesium* sequi putandus Diodorus LIBRO QUARTO in *fabulis Graecis* exponendis; et primo quidem de Dionyso seu Baccho, interpositis nonnullis de Priapo et de Musis (c. 6 et 7.) inde c. 8—39. de Hercule, intertextis fabulis Orphei, Atlantis et Amazonum, tum (40—56.) de Argonautarum expeditione, adeoque de Iasone et Medea, inde de Heraclidis usque ad Hylli mortem (c. 57. 58.) et de Theseo (59—63.). Subiiciuntur narrata

---

1 c. 64. Antimachum excitat, qui cum aliis poetis Lycurgum non Thraciae, sed Arabiae regem ediderat.

2 Fuere tamen et alii qui Dionysio consona traderent: eod. loco c. 65. extr. *διέξιμεν ἐν κεφαλαίοις τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα* (vana professio primi auctoris) *καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι, καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ* etc. v. paulo sup. not. Quam parum critici acuminis huic homini fuerit, intelligas ex eo, quod c. 66. narrat Linum, allatis a Cadmo litteris primum usum, statim res Dionysi perscripsisse, (*τὸν δ' οὖν Λίνον φασὶ τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι συνταξάμενον τὰς τοῦ πρώτου Διονύσου πράξεις καὶ τὰς ἄλλας μυθολογίας ἀπολιπεῖν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν*); iisdem litteris usum Orpheum et Pronapidem, Homeri magistrum, nec non Thymoetam, Laomedontis nepotem et Orphei aequalem, qui Libyam et Nysam montem in extremo occidente, in quo Bacchus educatus sit, adierit; eundem inde reducem scripsisse carmen, quod vocant *Phrygiam poesin*: *καὶ τὰς κατὰ μέρος τούτου τοῦ θεοῦ πράξεις μαθόντα παρὰ τῶν Νυσαέων, συνταξάμενον τὴν Φρυγίαν ὀνομαζομένην ποίησιν, ἀρχαϊκῶς τῇ τε διαλέκτῳ καὶ τοῖς γράμμασι χρησάμενον.* Fuit igitur aut fingitur fuisse *vetus carmen*, quo Libycae hae narrationes continerentur, quae cum fabulis Cybeles coagmentatae erant, ut ex his capp. apparet, ut ab homine sacrorum Phrygiorum caussas tradere volente profectae eae videri debeant.

de rebus Thebanis (c. 64—67). *Dionysium Milesium* in his ante oculos fuisse, primo, rerum ad cycli instar constituto ordine et toto orationis colore, narrationisque prava illa ratione intelligitur, qua ad historiarum ordinem revocat res fama obscura acceptas, a poetis narratas et ornatas, et inter eos homines gestas, quibus ea consilia ac studia, quae iis tribuuntur, illo utique aevo esse non potuere; quid enim molestius, quam narratum legere, Bacchum, Herculem aut Theseum, magni ducis more exercitum ducere, praeclara de hominibus ad meliorem vitae cultum adducendis consilia agitare, et sic alia; tum vero id docent nonnulla loca cum iis comparata, quae passim ex Dionysio Milesio laudantur, primo in Argonauticis, tum in rebus Thebanis [1].

[98] Interea tamen alios quoque auctores Diodorum non neglexisse si quis contendat, non repugnem; etsi, quoties aliorum auctoritate utitur, id Dionysii verbis factum esse potuit. Ita de diversis Bacchis disputat; cum scilicet, praeter Bacchum ex Osiride effictum, Thebanus alius, alius Sabazius [2] haberetur. De Priapo (c. 6.) etiam ad veteres provocat; nec tamen valde antiqua sunt, quae inde profert. In Hercule (c. 8.) antiquissimos poetas et mythographos se sequi velle profitetur, irascens iis, qui in narrationibus antiquis veritatem nimia subtiliter exquirunt. Quo vel uno loco homo iudicii parum subtilis et superstitiosae levitatis, veterum mythorum naturam et originem prorsus a se ignorari, prodidisse videri debet [3]. Ubi Hercules ad Ligures, inde in Italiam per-

1 Non latuere loca doctum Diodori interpretem Wess. primo c. 41. extr. quod Argonautarum dux editur Hercules: id quod a Dionysio traditum ait Apollodor. I, 9, 19. p. 59. Porro c. 48. quod Iphin Stheneli f. Eurysthei fratrem ab Aeeta in Colchis caesum edit, ab eodem Dionysio acceptum memorat Schol. Apollonii Rh. IV, 223. 229. Utque c. 49. Byzantium appulisse Argonautas narrat Diodorus: ita in ea urbe nuptias Medeae et Iasonis factas Dionysius ap. Schol. eund. IV, 1154. Omnis reditus Argonautarum tam diversis modis memoratus (v. ad Apollod. Not. p. 206.) ad historicam fidem expositus erat a Dionysio Milesio ita ut duce Hercule, per Bosporum, Propontidem et Hellespontum reduces Troiam expugnarent. Etiam Herodorus eadem via rediisse, qua profecti erant, Argonautas ediderat. De bello Epigonorum cf. ad Apollod. p. 638. hoc cum bello Thebano ex Dionysio transcriptum esse ut paullo confidentius suspicer, faciunt ipsa loca Diodori III, 52. 66. quibus cyclographum eximia laude ornat. Tandem et illud cum Dionysii genio convenit, quod vetustiores poetas comparatos vides c. 65. 66. Cum itaque eum certis in locis ducem ipsi fuisse liquido constet, reliqua iis simillima ex eodem fonte fluxisse credibile est.

2 In hoc Philochori locum Diodoro ante oculos fuisse censebat Scaliger; quod tamen parum probabile, etiam Wesselingio iudice ad c. 4. n. 52.

3 Matridem Diodoro ad manus fuisse suspicatus eram in Notis ad Apollodor. To. I. p. 340. Scripserat *Matris* Encomium Herculis, in quo rhetorice eius res et facta exornaverat. Mentionem tamen homin-

venisse narratur, (c. 20. 21.) interposita nonnulla sunt a Diodoro, aliunde accepta, primo de mira Ligurum laboris patientia, etiam in feminis parturientibus notabili, qui locus e *Posidonio* petitus est, tum de accessu ad Tiberim et sacro ibi instituto: quae in Romanis quoque scriptoribus occurrunt. De Gigantibus ad Phlegram internecione deletis cum ad alios, tum ad *Timaeum* provocat (c. 21. extr.) Ceterum Dionysium Milesium, modo ille non pravo narrandi consilio in transversum raptus fuisset, diligentissimum fabularum scriptorem fuisse, agnoscas maxime in Herculis rebus et in Argonautarum expeditione. Diodorum in his nonnulla sive de suo sive ex aliis interposuisse non negem, ut eum c. 56. de fabularum de Medea inter tragoedos varietate monet, et quam falsa sint de Argonautarum reditu tradita. Secundum superiora suspicari licet, propter argumenti vicinitatem [99] narrationisque genium, non minus ex Dionysio mutuata esse, quae extremam libri quarti partem constituunt; fabulas miscellas et per saturam appositas: de reliquis ex Aeoli stirpe prognatis, (67—70.) de Lapithis et Centauris (c. 71.) de Aesculapio (c. 72.) de Asopi et Aeaci stirpe (c. 72.). Inde de Pelopis stirpe (c. 73. 74.) de Ili stirpe (c. 75.) de Daedalo et Minotauro Minoisque in Siciliam expeditione (c. 76 — 80.) interpositis tamen de suo a Diodoro, utpote Agyrio, Siciliae urbe, oriundo, iis, quae de Engyinorum in Sicilia Deabus matribus leguntur; hinc de Aristaeo (c. 81. 82.) et tandem (c. 83.) de Eryce et Daphnide: in quibus de Veneris Erycinae templo nonnulla adiecta sunt ab ipso Diodoro: et c. 85. de Orione.

Quod si haec a me partim ex fide aliqua scriptorum partim cum opinionis probabilitate recte dicta sunt: licebit in tanta narrationum varietate fundum aliquem quasi substruere mythis, ut ea, quae Diodori narrationi consentanea sint, ad unum auctorem Dionysium Milesium cyclographum referantur; secernanturque adeo ab aliis, quae et ipsa, simili exemplo, ad alios auctores referri poterunt. Ita tandem eo perveniri poterit, ut in mythorum expositione ea, quae vetere fama accepta erant, a poetarum ornamentis tum a mythographorum commentis liberentur. Quae vero Dionysii auctoritas habenda sit, supra cum de eius consilio interpolandi fabulas agerem, expositum est; subscribeturque adeo a viris harum rerum intelligentibus iudicio meo, fabularum Graecarum nec narrationes nec rationes a Diodoro recte peti posse.

In QUINTO LIBRO de *Insulis* inscripto (*Νησιωτικὴ* c. 2.) diversos auctores sequutus est; et quidem primo loco *fabulas Siculas* (c. 1 - 6.) exponit Diodorus, inde *de insulis Aeoliis*, et ceteris *maris medi-*

a nemine factam memini, praeterquam ab Athenaeo X, p. 412. B. et idem aliud Herculis Encomium laudat *Caucali* Chii, rhetoris, qui frater Theopompi historici fuit.

terranei insulis agit (c. 7—18). In his scriptores Siculos ante oculos habuit, *Timaeum* puto et *Philistum*, quos ipse laudat c. 1. et 6., ut tamen de suo [100] multa visu et auditu accepta, dum peregrinaretur in his terris, interponeret? in hac igitur parte *inter gravissimos auctores* Diodorum referendum esse censeo. (cf. inf. Commentat. III.) At quae (c. 19. 20.) de insula Libyae obiecta in Oceano interponuntur, commentitia esse manifestum fit, et ex Atlantica Platonis conficta, ex *Posidonio* forte repetita [1]. Posidonius enim Apameensis seu Rhodius Polybii historias libris LII. usque ad Pompeii tempora continuaverat; eiusdem liber fuit de Oceano, in quem censuram egit Strabo, (lib. II. p. 150—162.) qui idem, ante eum et Polybium occidentalis Europae plagam parum cognitam fuisse, profitetur. Hunc utique auctorem sequutus passim est Diodorus in sequentibus, quae de *Britannia* (c. 21—23. de extremo septentrione in Caesaris rebus libro XL. egerat, ut intellige ex III, 38.) de *Gallia* (c. 24—32.) de *Iberia* (c. 33—37.) de *Liguribus* et (c. 40.) de *Etruscis* tradit. Sed videndum est de his sigillatim accuratius.

In iis, quae de Britannia affert Diodorus, nonnulla de suo penu attulisse videri debet, patefacta paullo ante a Caesare Romanis insula; etsi *Timaeum* quoque ante oculos habere potuit; id quod [101] in loco, qui sequitur de succino in insula Basilia colligi solito, factum esse certo constat [2], quem Diodorus utique ex *Timaeo* exscripsit, qui sua *e Pythea Massiliensi* petierat: ad quem

1 Nam ex eo in sequentibus multa hausit, et constat ex Strabone, Posidonium in harum insularum narratione credulitatis nota laborasse. Narrationem aliquam de insulis in Oceano Atlantico sitis, natam primo ex veterum poetarum figmentis de Solis occidentis et de Noctis domo, hinc de locis inferis, tandem de Insulis Fortunatis et Elysio ad extremum occidentem relegatis, stabilierunt rumores partim a Carthaginiensibus (Strab. I, p. 4. 5. III, p. 224. B.) aliisque navigantibus profecti; (ita Sertorius accepto de insulis illis nuntio perfugium in iis parare sibi constituerat, v. Plut. Sertor. p. 571. 2.) partim a philosophis, qui, cum nostrum continentem mari circumductum esse nossent, in vasto illo mari Atlantico non minus aliis continentibus locum esse intelligerent: v. Aristot. de Mundo c. 3. Inde fabularum sedem alii in iis locis constituerant, ut Theopompus suam Meropidem ap. Strab. VII, p. 458. C. de qua plura apud Aelian. V. H. III, 18. ubi v. Periz. Nec vero, ne scriptoris diligentissimi fidem elevatum eamus, Theopompus ista suae historiae intulisse putandus, sed erant illa ex libro θαυμασίων hausta.

2 De stanno in insula Micti effosso iam Timaeus mentionem fecerat apud Plin. IV, 17. 30. seu Pytheam Massiliensem nominare Plinius voluit, seu Pytheam exscripsit Timaeus, quod fecit utique in loco de succino seu electro, Plin. XXXVII, s. 11, 1. et IV, 14, 27. De insula Basilia quam diversa sint recentiorum iudicia, notum est. Aliorum opinionibus commemoratis, de Samlandiae littore accipiebat eam b. Murray Nov. Commentar. T. VI, p. 93. ut taceam quae inde agmen virorum doctorum, qui de septentrione veterum egere, Schoeningius, Schloezerus, Uphagenius, (Parerg. hist. p. 479. sqq.) de ea disputavit.

tanquam primum auctorem ista referenda erant, non vero sub Diodori nomine laudanda: adiicit tamen is et tanquam fabulosam refellit narrationem de Eridano et Phaethonte.

De *Gallia* egerant in geographicis *Eratosthenes* et *Artemidorus*, in historicis *Timaeus*, *Polybius* ac *Posidonius*; nam *Ephorus* fabulosa pleraque tradiderat auditu accepta, ut e Strabone discere licet. Si ex ceteris coniecturam facere licet, fuit et in his *Posidonius*, quem sequeretur Diodorus [1], verum adiecit plura quae ipse ex Romanis compererat qui cum Caesare in Galliis fuerant. Multa autem narrat de Gallorum moribus, Americanorum ingeniis simillima, neque aliunde nota; non praetermittenda ab iis, qui studium suum in populorum ingeniis et moribus cognoscendis ponunt.

De *Celtiberis*, *Vaccaeis* et *Lusitanis* (c. 33—38.) quae a Diodoro adscripta sunt, e *Posidonio* petita esse, certa iam est existimatio: nam quae de metallis memorata sunt (c. 37.), diserte tribuuntur [102] Posidonio auctori a Strabone [2]; hoc idem factum in loco de *Liguribus* [3], et in altero de *Etruscis* [4], de quibus omnino tanquam adhuc florentibus narrat, quae antiquior auctor de antiquioribus temporibus tradere debuit, quibus Etruscorum opes adhuc insignes haberentur.

E mari mediterraneo in liberius pelagus traiectu facto, *de insulis Arabiae obiectis* (c. 41—46.) narrationem instituit, inque his de *Panchaea* et templo Iovis Triphylii: nimis credulus et levis in *Euhemeri* fide amplectenda, quem commentitia de iis tradidisse iam antiquiores monuerant [5]. Inde redit Diodorus *ad mare Aegaeum*, commemoratque *de insulis*. In his est *Samothrace* (c. 47. 48. 49.): de qua primo antiqua fama inter Samothraces ferri solita apponitur, de Ponti Euxini in mare Aegaeum eruptione; tum fabulae de Saone, inde de Dardano et Iasione, et de teletis

1 Quae de nomine Celtices praemissa sunt, c. 24. *e Timaeo* petita suspicor, comparato Parthenio c. 30. et 29. et Etymol. M. in *Γαλατία* a Wessel. laudato. Quae de frigore et glacie passim narrantur, parum accurate de tota Gallia pronuntiata sunt, uti illa quoque (c. 26.), quae de turbinibus ac procellis; quippe quae antiquiores de Campo inter Massiliam et Rhodani ostia tradiderant, in his *Posidonius*; cf. Strab. IV. p. 276 sqq.

2 Strab. III. p. 217 sq. cf. Wessel. ad c. 37. 38.

3 c. 39., ubi cf. Wessel. collato Strab. lib. V. p. 334.

4 c. 40., coll. Athen. IV. p. 153. laudato iam a Wessel.

5 Strabo VII. p. 459 A. et II. p. 168. laudato Polybio. add. Plutarch. Is. et Osir. et al. Nihil notius Euhemeri mendacitate hac in re, cum deos quotquot essent e mortalibus factos docere vellet: in ἱερᾷ ἀναγραφῇ. Ad eum diserte provocarat Diodorus lib. VI. quod inter fragmenta est ed. Wess. T. II. p. 633. ex Euseb. Praep. Ev. lib. II, 2. Ex Ennio qui latine vertit v. locum Lactantii Inst. I, 11. et alia loca N. D. I, 42. et al. ap. Columnam ad Ennium p. 312 sq.

in insula constitutis: de quibus quam diversa a scriptoribus quamque fabulosa sint tradita, inter viros doctos constat [1]; videtur autem noster rediisse in his ad *Dionysium* suum. *Naxus* (c. 50. 1. 2.); de hac *Andriscum*, Naxiacarum rerum scriptorem aut ipsum inspexit, aut alium qui sua inde petierat [2]. Sequuntur: *Syme* (c. 53.), *Calydna*, *Nisyros*, *Carpathus* (c. 54.). Cum plures essent de insulis libelli, περίπλων vel περιηγήσεων nomine insigniti, in quibus etiam *Mnaseae Europiaca*, quem Diodorus sequutus sit, exputari sine auctore nequit. Inde (c. 55, 9.) *Rhodus*, de qua [103] antiquioribus fabulis expositis ipse ad *Zenonem*, Rhodiacarum rerum scriptorem, provocat, Polybii aequalem [3], in quo hominem agnoscere licet, communi Graecorum fraude contactum, ut veteres fabulas ad certas opiniones interpretetur et interpolet; uti (c. 57.) ductas Rhodo et Athenis colonias in Aegyptum Heliopolin et Sain pronuntiare haud veretur; fluxisse videntur ex eodem fonte, quae de *Cherroneso* insulae obiecta exponit (c. 60 — 63.). Copiosior est in insula *Creta* (c. 64—80.), de qua commemoraturus profitetur: se *clarissimos rerum Creticarum auctores* secutum exponere velle; paulo post de Idaeis Dactylis *Ephorum cum aliis* excitat; inde fabularum ordinem memorat prorsus ad *Euhemeri* rationem et doctrinam [4], nec tamen eius nomen apponit, sub finem autem loci (c. 80.) diserte memorat *in tanto scriptorum de rebus Cretensium dissidiis* se sequutum esse *eos qui et probabiliora narrent et maiore auctoritate habeantur*; in nonnullis *Epimenidem Theologum*, quod vix genuinum opus esse potuit, in aliis *Dosiadam*, *et Sosicratem*, *et Laosthenidam*, scriptores nunc tantum nominibus notos [5]. Homines tamen valde ineptos fuisse quosque Diodorus, si ullo iudicii acumine usus fuisset, sequi non debuisset, manifestum fit; non enim mythos antiquos aut famam veterem exponunt, sed Sophistarum commenta, qui rerum origines Cretensibus assignare, vitaeque instituta, inventa, artes ad Dactylos Idaeos, Curetes, Titanes referrent, simulque alteram hypothesin adhiberent, qua e mortalibus dii facti esse ferebantur. Plurima in his ex Euhemeri somniis ducta esse fastidiose doceri posset [6]. Tandem c. 81. 82.

1 cf. ad Apollod. p. 737 sq.

2 Intelligas comparatis locis ex c. 50. cum Parthenio c. 19. Cum Andrisco Agasthenes memoratur ab Athen. lib. III. p. 78 C. loco a Wessel. laudato.

3 c. 56. extr. ubi v. Wessel.

4 cf. c. 46. et sup. de Panchaia.

5 v. de iis Meurs. in Creta, nec plura Wessel. afferre potuit.

6 v. c. de Cerere, cap. 69. coll. I, 29. Vidit quoque vir doctissimus, L. B. *de Sainte Croix* nuper in *Recherches sur les Mysteres* p. 80. 517. Brevitatem equidem in his sequutus sum, quoniam me de rebus notis agere meminerам.

Lesbi et *Tenedi* origines subiicit Diodorus: inque his librum *quintum* absolvit.

Qui sequebatur SEXTUS, reliquas Graecorum fabulas ex temporibus ante bellum Troianum complexus erat [1] Plura de diis in eo, quae cum *Euhemeri* opinione convenirent, exposita fuisse, ex fragmentis intelligitur [2]. Subiecerat iis fabulas secundum Homerum, Hesiodum et Orpheum, nec tamen ne in his quidem ab instituto discesserat, quin mythos, poeticos quoque, in historias mutaret: uti e fragm. III. apparet, Xanthum et Balium, Achillis equos, ipsi Titanas fuisse.

Inde LIBRO SEPTIMO usque ad *librum decimum septimum* res inde ab excidio Troiae ad Alexandri interitum erant descriptae [3]; e quibus *liber VII. VIII. IX.* X. periere. Deducta in his fuit historia usque ad Olymp. LXXV, 1. qua Xerxis traiectus in Graeciam factus est: a quo *liber XI.* initium habet. A Troiae excidio usque ad Olymp. VII, 2. qua Roma fuit condita, ut quidem Diodorus calculos ponit cum Polybio, anni exierant plus quam CCCCXXX. Scilicet Diodorus Apollodorum Atheniensem sequutus a Troia eversa ad Olympiadem primam annos computaverat CCCCX, (v. lib. I, 5.) his si adiiciantur anni Olympiadum LXXIV, interiere Diodori historiae annorum IOCCV. quanta iactura! cum ea in plerisque rebus nullo modo resarciri possit. Multo aequiore animo ferri potuisset iactura librorum XI. et sequentium, cum illarum rerum alii auctores extent iique gravissimi. *Ephorum*, quem omnino fortunae iniquitas nobis invidit, alia sors adversa oppressit in hoc, quod ne ea quidem ad nos pervenere, quae Diodorus ex eo descripserat. Quae in libris VII—X. comprehensa fuerant, sequentia fuisse apparet:

[105] Initium LIBRI VII. factum a bello Troiano satis constat. Persecutus inde erat reditum Achivorum, errores novasque ab iis captas sedes; inde Heraclidarum ingressum in Peloponnesum octogesimo a Troia capta anno factum. Fuere in his plura rerum argumenta, ad quae aliis in locis provocat, v. c. de Thessalia, ut IV, 55. intelligitur. Ad haec tempora spectat fragmentum ex Syncello (Wess. p. 635. VI.) de Corinthi a Doriensibus occupa-

---

1 Diodor. I, 4: τῶν γὰρ βίβλων ἡμῶν ἓξ αἱ πρῶται περιέχουσι τὰς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πράξεις καὶ μυθολογίας· καὶ τούτων αἱ μὲν προηγούμεναι τρεῖς τὰς βαρβαρικὰς, αἱ δὲ ἑξῆς σχεδὸν τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀρχαιολογίας.

2 Fragm. n. 1. Spectabant ad lib. VI. Exc. de Virt. et Vit. p. 545. 546. I, 37. ed. Wess. et Fragm. n. I—V. non vero quae ibi seqq. Omnino Excerpta et Fragmenta parum diligenter disposita esse, e seqq. apparebit.

3 Diod. l. c. ἐν δὲ ταῖς μετὰ ταῦτα ἕνδεκα τὰς ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν κοινὰς πράξεις ἀναγεγράφαμεν, ἕως τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς.

tae originibus [1]. Ad paullo superiora tempora spectabat fragmentum ex Ulpiano ad Demosthenem de Munychio (ibid. p. 636. VII.) Laudatur in eo *Hellanicus*, quem adeo in his ante oculos habuit; in rebus Doriensium autem *Ephorum*, qui ab Heraclidarum reditu, (ita vulgo aiunt *κάθοδον*) historias suas exorsus erat (IV, 1. XVI, 76.). De *coloniis* e Graecia in diversas terras ductis diligenter actum esse, dubitare non licet [2]. *Romae conditae* et originum gentis ab Aenea ductarum in fragmentis superest memoria: locus apud Syncellum extat, libro Diodori *septimo* laudato; ut necesse sit in rebus Aeneae hac de re actum esse [3]. De rebus *Spartanorum* supersunt narrationum vestigia [106] in Excerptis (de Vit. et Virt. p. 547.) de *Lycurgo* [4]; de *belli Messeniaci* primi caussis. Ex narratione bellorum Messeniacorum superest nobile fragmentum de *Cleonni* et *Aristomene* (p. 637. X.) quod spectat ad an. ante C. N. 730. Ol. XII, 3. quo Euphaes, Messeniorum rex, caesus. Omitto alia: sed de *Solone* diligenter egerat (v. p. 551.) simulque de *VII. Sapientibus* Graeciae (p. 551. 552.) de *Pythagora* et *Pythagoreis* (p. 554. 5. 6.).

In iis quae de *Cyro* et *Astyage* tum de *Croeso* (Exc. p. 552. 3.) de *Cambyse* (p. 556. 7. et 619. II.) narraverat, Ctesiam ei cum Herodoto auctorem fuisse nullus dubito: docentque hoc idem fragmenta in Exc. de Virt. p. 552. 3. Quae vero inprimis

---

1 item de Carano p. 637. IX.

2 Supersunt loca de Syracusis, quae ad earum primordia spectant, p. 548. 549. de Sybaritis p. 549. 550.

3 Ad eundem locum spectabat Excerptum de *Aenéa* p. 636. de Virt. et Vit. *ὅτι Αἰνείας* etc. Ex rebus *regum Albanorum* est Excerptum p. 546. extr. de Romulo Silvio. Ex *Romana* autem *historia* plura occurrunt: Exc. *de Romulo et Remo* p. 547. de *Numa* p. 549., de *L. Tarquinio* p. 551. de *Servio Tullio* p. 553., de *altero Tarquinio* Roma expulso p. 558. In Exc. de Legat. p. 618. de *Tullo Hostilio*. Ex eod. loco sunt, quae Tzetza attigit. (p. 642. XXV.) Ex commentariis Romanorum publicis res Romanas repetitas a se esse affirmat Diodor. initio operis c. 5.: *καὶ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῖς ἐν τῇ πόλει (Ῥωμαίοις) πολλὴν ἐμπειρίαν τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου περιπεποιημένοι, πάσας τὰς τῆς ἡγεμονίας ταύτης πράξεις ἀκριβῶς ἀνελάβομεν ἐκ τῶν παρ᾽ ἐκείνοις ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων.* Non satis perspicuum est, quinam hi *commentarii a multis temporibus adservati* esse possint. Acta publica vix bene intelligas: si fastos et annales Pontificum: hos utique non inspexit ipse, sed auctores Romanos, qui eos consuluerant.

4 Mirari licet, quod in Excerptis huic *ἀποσπασματίῳ* praemittitur illud de Cumae in Italia tyranno, Malaco, qui Aristodemus fuit, *μαλακὸς* dictus: vixit ille sub Tarquinii exsulantis tempora, circa U. C. 248. ante C. N. 506. Atqui Lycurgi aetas ad a. ante C. N. 885. refertur. Scilicet adscripserat ista Diodorus eo loco, quo de Cumae originibus egerat, quae ad a. ante C. N. 1044. spectant. Morem autem hunc sequutus est noster, ut sub urbium initia brevi enarratione fata earum exponeret: sic in Corinthi, Sybaris, Cyrenarum originibus (p. 550.).

intercidisse doleo, sunt *Siciliae res*, quas ille, utpote Siculus, accuratius persequutus esse videtur [1], tum Carthaginis origines [2]. Liber DECIMUS in primordiis regni *Xerxis* eiusque apparatu belli adversus Graecos suscipiendi, tum in Graecorum conventu ad Corinthum habito substiterat. Quae inde gesta sunt, libro XI. et sequentibus tradita, unde hausta fuerint, *tertia Commentatione* persequar.

---

1 Sunt ex iis pauca p. 558. de Hippocrate Gelae tyranno et Therone.

2 In his saltem Timaeum exscribere potuit; nam in eo is locus occurrebat, ut ex Excerptis Codicis Madrit. ad calcem Polyaeni a cl. Tychsen communicatis didici: *Θειοσσώ. ταύτην φησὶ Τίμαιος κατὰ μὲν τὴν Φοινίκων γλῶσσαν Ἔλισσαν καλεῖσθαι, ἀδελφὴν δὲ εἶναι Πυγμαλίωνος τοῦ Τυρίων βασιλέως, ἀφ᾽ ἧς φασι τὴν Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ κτισθῆναι* etc.

[107] COMMENTATIO TERTIA
AC
POSTREMA
AD LIBROS XI—XL.

Etsi Diodori libri, inde ab undecimo servati, in historiis versantur magis notis et multorum scriptorum opera tractatis, non tamen expeditior est quaestio illa, quam mihi extricandam sumseram, de auctoribus, quos ille expresserit. Sunt enim in plerisque vestigia aut nulla aut satis obscura, et in paucis ultra probabilitatem satis validam licet progredi. Potest tamen omnino de uno et altero duce, quem ille adhibuerit, fide interposita pronuntiari: quandoquidem ipse scriptores nonnullos sub finem rerum traditarum excitat; unde iucunda illa et ad animum grata oritur persuasio, ex multis perditis scriptoribus nos habere particulas servatas in Diodoro, quae eorum, quae periere, desiderium levare possint.

Et in rebus quidem Graeciae *Ephorum* ab eo maxime exscriptum esse, satis persuasum habeo. Nam commemorat eum sub annum Olymp. CIX, 4. (ante C. N. 341. fuit is Philippi R. Macedonum vigesimus, quo Perinthus ab eo obsidebatur) in quo eius [108] Historiae, res a Graecis et Barbaris inde ab Heraclidarum reditu per DCCL. annorum decursum gestas complexae [1], substiterant; opus erat per XXX. volumina distributum, quod periisse si aegre ferendum est, gratiam habebimus Diodoro, qui fidem eius sequutus permulta ex eo servasse putandus est; imitatus ipsum etiam in hoc, quod Ephorus fecisse narratur, ut singulis libris prooemium praefigeret; nec non in dispositione rerum narratarum, quam in Ephoro commendat, (lib. V. pr.) quod libros per populorum historias, adeoque ad distinctas operis partes, dispescuerat. Fides huius scriptoris haud dubie in diversis operis partibus diversi momenti esse debuit; et inique de eo iudicatum est universe ex una vel altera parte aut loco. Nam in recentissimis historiis ea tradidisse censendus est, quae ipse viderat vel audierat; antiqua vero ex aliis scriptoribus, comparatione et iudicio facto,

1 ἱστορία s. κοιναὶ πράξεις τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. Diod. XVI, 76. IV. pr. Ceterum me in hoc et aliis scriptoribus Vossii, Ionsii aliorumque operam consuluisse facile per se intelligitur.

composuisse. Fabulose eum multa de Nilo et Aegypto nec non de Iberia tradidisse, ipse Diodorus monet; (lib. I, 37—39.) nec hoc mirari licet, siquidem ea loca ipse non adierat. Historiam suam a valde remota aetate, etsi antiquissimis temporibus mythicis exclusis, exorsus erat [1]: quid mirum, si fabulose tradita apposuerat? Eum se sequi diserte ait Diodorus (XII, 41.) in caussis belli Peloponnesiaci exponendis: (inde a cap. 38.) eundem laudat (XIII, 41.) ad Ol. XCII, 2. de classe Lacedaemoniorum sub Mindaro gravi tempestate ad montem Atho afflicta; et in dissensu de Iasonis tyranni Pheraei morte, XV, 60. Alcibiadis mortem ex eius libro XVII. exponit (XIV, 11.). Loca ex eo notata passim sunt ad Diodorum a gravissimo interprete Wesselingio, ut ad lib. XI, 60.

Continuaverat Ephori historias et Graecorum barbarorumque gesta [2] inde ab Olymp. CX. usque ad Philippi mortem (Ol. CXI, I.), adeoque res fere VI. annorum exposuerat *Diyllus* Atheniensis (lib. XVI, 76.) alteram suarum historiarum partem inde exorsus; nam in priore paullo altius, et inde ab origine belli sacri ac sacrilegio Delphico, (Ol. CVI, 2) narrationem exorsus erat, ut adeo XII. anni praeter illos sex accessissent, utque ille Callisthenis historias, de quibus postea dicetur, continuasse videri posset. Erat opus XXVI. libris comprehensum [3]: quod continuavit, Diodoro nostro teste, (Ecl. XXI, 5.) *Psaon* Plataeensis libris XXX, e quo tamen nihil aliunde constat, nisi quod Dionysius Halic. (*de composit. verb.* p. 9.) eum inter scriptores refert propter socordiam orationis vulgo neglectos. Verum bellum sacrum, ab Ephoro praetermissum, praeterea eius filius, *Demophilus*, novo opere pertexuerat, exordio facto a templo Delphico per Philomelum Phocensem occupato direptoque, adeoque ab Ol. CVI, 2. usque ad Ol. CVIII, 3. quo bellum illud Philippi opera fuit finitum

1 Anni illi 750. assurgunt ad annum ante C. N. 1091. adeoque 13 annis serius quam nos vulgo Heraclidarum reditum, quem anno 1104. assignamus, collocare in tabulis solemus.

2 τὰς κοινὰς Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πράξεις.

3 Diodor. XVI, 14. ubi v. Wessel. qui post Vossium H. Gr. III. c. VII. p. 173. laudat Athenaei locum XIII, p. 593 F. de Demetrio Phalereo, ubi advocatur Diyllus, cui loco in promtu quidem esset medela, si ex altero Diogenis Laërtii loco, quo idem memoratur, lib. V, 76. reponeretur Δίδυμος (v. ad e. l. Casaub.) verum superest alter locus lib. IV, 14. p. 155 A. ubi de Cassandro ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν ἱστοριῶν actum dicitur: quae quomodo in illo opere, quod non ultra Philippi mortem processit, occurrere potuerint, non assequor; nisi obiter ex serioribus annis praecepta ea et inserta fuere. Facit tamen novam difficultatem, quod in Ecl. Diodori libri XXI, 5. idem Diyllus in Agathoclis rebus memoratur Ol. 118, 4. 119, 1. An dicendus est praeter duas illas partes tertiam et plures adiecisse operi, idque adeo continuasse? De Diyllo qui scripsere, laudantur a Burmanno in add. ad Vales. Emendatt. p. 228.

(lib. XVI, 14.). Probabile itaque fit, Diodorum etiam hunc scriptorem quin inspiceret haud commisisse.

In superioribus temporibus adhibuisse videtur *Callisthenem*, discipulum Aristotelis, Alexandri comitem, rerumque ab eo gestarum [110] scriptorem, arrogantia sua ac pervicacia in regem notabilem; scripserat *res Graecorum* [1] inde ab Antalcidae pace Ol. XCVIII, 2. usque ad sacrilegium Delphicum et belli sacri initia Ol. CVI, 2. spatium XXX annorum X libris complexus [2]; subsecuteratque adeo in illo tempore, a quo Diyllus exorsus est. Callisthenem adeo per librum XV. et XVI. passim exscripsisse dicendus Diodorus.

Verum redeundum est ad antiquiores. *Herodotum* in Medicis quousque secutus sit, non nisi ex Xerxis expeditione in Graeciam facta, quae libro XI. exposita est a Diodoro, cum superiora perierint, iudicare licet: in his autem plerumque eum deseruisse et diversa tradentes praetulisse Diodorus videtur; etsi Herodoti meminit anno Ol. LXXV, 2. quo anno, pugna navali ad Mycalen facta, eum opus suum finiisse notat. In Persicis Ctesiam sequi maluit, ut iam superiore Commentatione observatum; sic de Xerxis nece lib. XI, 69. Dionysium Milesium, quem in antiquis mythis secutus erat, (v. Commentat. II. p. 94 sq.) forte et in rebus post Darium gestis adhibuerat.

Thucydidem haud dubie consuluit Diodorus: nam initium eius historiae inde ab Olymp. LXXXVII, 1., cum anno belli XXII. abruptae, ipse annotavit; (XII, 37. XIII, 42.) attamen ab eius narratione plerumque recedit; (ut XI, 57. *ubi v. Wessel.* 70. XII, 41. hoc ultimo quidem loco Ephoro praelato.) *Xenophontem* non fuisse praeteritum a Diodoro, cum hoc declarat, quod eius et historiae ab ipso scriptae aliquoties meminit (XIII, 42. XV, 76 f. 89 f.) tum nonnulla ad eius fidem narrata.

Laudat quoque *Theopompum*, Chium, historicum summa fide, diligentia, arte et oratione probatissimum: qui in eo anno in [111] quo Thucydides substiterat, cum Xenophonte *historiarum sacrum* [3] exordium fecerat, novissima belli Peloponnesiaci in iis complexus. Verum Xenophon XLVIII annos persequutus erat, Theopompus non nisi XVII. usque ad praelium navale ad Cnidum Ol. XCVI, 3. libris XII. (Diod. XIII, 42. XIV, 84.) Eius adeo

1 τὰ Ἑλληνικὰ s. τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορία.

2 Diod. XIV. extr. XVI, 13. Antiquas historias prorsus non attigerat: ut IV. pr. Ut ea, quae ad consilium meum non spectant, de scriptoribus commemorem, expectari non potest. De Theopompo tamen docte nonnulla Valkenar. apposuerat in Oratt. p. 285. 25) 261.

3 ἱστορίαι Ἑλληνικαὶ vel Ἑλληνικὴ ἱστορία. v. praeclarum de Theopompo iudicium Dionysii Halic. in Epist. ad Cn. Pompei. p. 211.

vestigia in Diodori lib. XIII, XIV, XV, superesse non dubito [1]. Eiusdem Theopompi alterum fuit opus, *Philippi res gestae* [2], Macedonum regis, libris LVIII. (Diod. XVI, 3.) initio ab Olymp. CV, 1. facto, paullo post regni exordia natis cum Atheniensibus dissidiis. Hunc Diodorus manifeste expressit in iis, quae de Philippo bellisque, quae cum Graecis ab eo gesta sunt, exposuit, per totum libr. XVI. Declaratum id quoque per fragmenta passim a Wesselingio laudata et [112] comparata. Ad quem annum Philippica descenderint, nusquam memoratum reperio; probabile tamen fit, ante Philippi mortem Ol. CXI, 1. non defecisse [3]; ipse utique vixit sub Alexandro.

Nec tamen uno Theopompo duce contentus, *Duridem Samium*, Ciceronis iudicio, *hominem in historia diligentem*, quoque adhibuit in iis quae Philippi aetate evenere. Nam eum historiarum suarum *de rebus Graecorum gestis* [4] exordium inde a morte Iasonis tyranni Pheraei, et Amyntae, Macedonum regis, adeoque ab a. III. Olymp. CII. fecisse diserte ipse notavit lib. XV, 61. Cum eiusdem Duridis *historiae Macedonicae* commemorentur, dubitatum

---

1 Addidi librum XV. etsi res ultra Olymp. 96, 3. progredientes complexum: in hoc enim vestigia Theopompi deprehendo in rebus Euagorae, regis Cypri, quas expositas esse a Theopompo libro XII. rerum Philippicarum memorat Photius Cod. 176. monens idem, librum illum a Menophane pro perdito habitum fuisse, (praeter lib. VI. VII. IX. XX. XXX. iam pridem desideratos). At ea, quae illo libro comprehensa fuere, ad annum Ol. 98, 3. spectant, nec ullo modo in Philippicis locum habuisse videntur. Difficultatem vidit Wesseling. ad Diod. p. 573. n. 37. Mihi satis liquet, Photium librum XII. et ultimum historiarum Graecarum manibus tractasse; nam in hos poterant a Theopompo per digressionem illa omnia, quae de Acori et Euagora ex eo libro laudantur, interponi vel operi adiici in narratione pugnae ad Cyprum. Digressionibus autem Theopompum mirifice indulsisse satis constat. Inseruerat quoque Sicula operi suo Theopompus, (Diod. XVI, 71) de quibus paullo post agam. Attigerat adeo Aegyptia et fabulas de Nilo, ut iam in Commentat. I. vidimus ex Diod. I, 37. In Macedonicis origines gentis haud intactas reliquerat, ut e loco de Carano patet in m. Diod. IX.

2 *Τὰ Φιλιππικὰ*, vel *τῶν περὶ Φίλιππον ἱστοριῶν βιβλία νη´.* et XVI, 71. *ἡ τῶν Φιλιππικῶν ἱστορία.* Quod apud Dionysium Halic. post alia quae in eo laudantur, subiicitur p. 212, l. 28. *τελευταῖόν ἐστι τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ χαρακτηρικώτατον* (sc. quod consilia et virtutes ac vitia eorum, quorum res gestas exposuerat, adiecit) male in versione, etiam a Gedoyno (*Hist. de l'Acad. des Inscript.* To. XVI. *Mem.* p. 244.) de extrema operis parte accipitur; immo vero: est res in eo maxime insignis.

3 Laudantur ea ex eius libro XLIII. quae ad Olymp. CIX, 2. spectant: et processerat opus usque ad libros LVIII. cf. Ions. de script. hist. philos. I, 3. Utrumque opus historicum ad 60,000 versus processisse, e prisco scribendi more Photius testatur.

4 *τῆς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίας.*

est, unumne an diversum hoc fuerit opus [1]. Mihi probabile fit, idem opus, ut tot alias veterum scriptorum historias, in duas, forte in plures, partes divisum fuisse; nam quod apud Athenaeum tanquam diversum opus de rebus Agathoclis laudatur, ad eadem tempora spectat, quae in altero opere persequutus erat. Quicquid est, Diodorus suo ipse iudicio prodit, in sequentibus annis adeoque inde a libro XV. Duridem ipsi ante manus oculosque positum fuisse. Vixerat ille Ptolemaei Philadelphi aetate.

Alios quoque consuluit; inprimis *Anaximenem* Lampsacenum, Platonis et Aristotelis aequalem (lib. XV, 76) et inter Alexandri comites habitum, cuius quoque res gestas perscripserat; sed fuerant eiusdem *historiae Graecae antiquiores* [2], quas inde a deorum ortu et generis humani primordiis exorsus ad pugnam apud Mantineam et [113] Epaminondae mortem deduxerat, universas prope Graecorum et Barbarorum res gestas XVII. voluminibus complexus. Ad Olymp. CIV, 2. adeo processerat opus illud, (cui mox ille Philippi et Alexandri res gestas subiecerat) et credere licet, ut in prioribus libris, quibus mythi Graecorum expositi sunt, ita in servatis Diodori libris XI. XII. XIII. XIV. XV. Graecarum rerum multas passim narrationes ex eo haustas esse.

Ad annum tertium ab eo, in quo Anaximenes substiterat, hoc est, ad Olymp. CIV, 4. produxerant *historias suas rerum Graecarum* [3] duo scriptores Boeoti alias parum noti, *Dionysiodorus* et *Anaxis*, (lib. XV. extr.) consulti et ipsi haud dubie ab eo in rebus maxime Thebanis.

Sequuntur Alexandri M. et successorum, (*διαδόχων*, quos vocant) tempora: in quibus quos auctores sequutus sit, diserte nunquam professus est. Ipse ex iis scriptoribus *Hieronymum Cardianum*, Eumenis popularem et familiarem, tanquam scriptorem *rerum, quae a successoribus Alexandri gestae erant* [4], aliquoties memoravit, sed modo in legatione facta, (lib. XVIII, 42 et 50) modo inter captivos ad Antigonum adductus, (XIX, 44.) tandem ut procuratorem regionis ad lacum Asphaltiten c. 100). Dubitari vix potest, quin eundem scriptorem libris XVIII. et XIX. in consilium adhibuerit. Verum longe maximam rerum narratarum partem e *Clitarcho* petiisse videtur, quem ipse alio loco (*lib. II*, 7. *&*

---

1 Voss. H Gr. I, 15. Wessel. ad Diod. l. c. p. 50. Magnum volumen fuisse ex eo intelligas, quod Athenaeus Macedonicarum historiarum librum XXII, excitat. Complexum esse res quoque barbarorum, exinde colligo, quod Romanorum pugna ex eo commemorata occurrit in Ecl. lib. XXI, 6.

2 *αἱ πρῶται ἱστορίαι* ap. Athen. at Diod. XV, 89. *τὴν πρώτην (ἱστορίαν) τῶν Ἑλληνικῶν* dixit.

3 *τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν.*

4 *αἱ διαδόχων ἱστορίαι.*

murorum Babylonis ambitu) inter eos memorat, qui cum Alexandro in Asiam traiecerunt; homo fuit levitate et tumore orationis a multis [1] explosus; quem tamen a nostro spretum non fuisse, cum aliis locis, quos Wesselingius annotavit, tum inprimis notabili illo de anthredone loco (lib. XVII, [114] 75, *ubi v. Wessel.*) apparet; nec aliter censuit vir doctissimus de sancta Cruce [2].

Marsyae obiter mentionem facit tanquam rerum Macedonicarum scriptoris inter duces Demetrii in pugna navali adversus Ptolemaeum Olymp. CXVIII, 2. (lib. XX, 50.). Fuisse eum antiquiorem Marsyam, Pellaeum, dubitari nequit; (*v. Wessel. nota ad* e. l.) scripserat is, praeter librum *de Alexandri institutione*, libros X *rerum Macedonicarum*, qui, initio a Carano facto, usque ad ingressum Alexandri in Syriam erant perducti. Quandoquidem scriptor hic Diodoro innotuit, probabile fit illum nec neglectum ab eo fuisse.

In Graecis historiis post superiores adhibuisse videtur *Menodotum Perinthium*, qui *res Graecas* libris XV. perscripserat [3]; a quo anno ille exorsus sit, non constat; periit enim omnis eius scriptoris memoria; exierat tamen eius historia post belli Punici II. initia [4]. Debuit adeo ille persequi res a regibus Macedonum, maxime ab Antigono et Philippo gestas, tum Achaeorum foedus et bella, Arati consilia adversus Philippum, usque ad illud tempus, quo rex Macedonum consilia cum Annibale adversus Romanos iniit. Verum periere haec omnia una cum Diodori libris, in quibus haec exposita fuere. *Apollodorum* Atheniensem in temporum notatione passim adhibuit, consulto eius opere chronicorum, ut lib. I, 5. XIII, 103 et 108 [5].

In *rebus Siculis*, in quibus eum inter principes, quos habemus, scriptores referendum esse iam alias significavi, scriptorem adhibuit non unum, inprimis tamen Timaeum cum Ephoro; etsi laudavit alios quoque, quos statim recensebo. Antiquior ceteris scriptor fuit [115] *Antiochus* Syracusanus, quem a Cocalo, rege Sicanorum, orsum, usque ad Olymp. XCVIII, 1. adeoque ad media Dionysii senioris tempora processisse, ipse observat Diodorus; (lib. XII, 71 f.) [6] quae vero illa sint, quae ex eo ille hauserit,

1 Quinctil. X, 1, 75. *Clitarchi probatur ingenium, infamatur fides:* nam de nostro scriptore agi ne dubites, ut nec ap. Longin. 2, 3.

2 Le *Baron de Sainte Croix*, *Examen critique des anciens Historiens d'Alexandre le Grand* p. 33.

3 Ecl. lib. XXVI, s. 3. ἑλληνικαὶ πραγματεῖαι.

4 Ante C. N. 218. Ol. 140, 3. etsi in Eclogis Diodori paullo post de magno illo terrae tremore memoratur, quo Rhodus concussa fuit ante C. N. 229. Ol. 135, 4. Verum multae caussae confusorum temporum in his Eclogis esse possunt.

5 v. not. ad Apollod. T. III. fragm. p. 1084. 1089.

6 Egit de eo docte Vossius de H. Gr. IV, 7.

assequi non licet. Post hunc primo loco is, qui aetate, prudentia civili et dictionis brevitate, ceteros anteibat, *Philistus* Syracusanus est commemorandus: eius *historiae Siculae* [1], in duas partes divisae, altera septem libris plus quam octingentos annos complexa, ad Olymp. XCIII, 3. ante C. N. 348. ad captumque Agrigentum deducta, exordium ducere debuit a Troia capta [2]; altera inde, ubi prior pars substiterat, exorsa libris quatuor res Dionysii senioris persequuta erat (lib. XIII, 103. add. 91.). Praeterea opus singulare, de quo alii silent, memorat, quod libris duobus res *Dionysii iunioris*, cui ipse inter amicos fuit, per quinque annos complexum erat (XV, 89.). Cum autem illud in Olymp. CIV, 2. ante C. N. 363. desierit, adeoque ab Ol. CIII, 1. initium duxerit, quo Dionysius senior obierat, et ad cuius mortem superius opus deductum fuisse probabile fit, non nisi primos annos filii exponere illud potuit [3]. Quicquid itaque inde ab antiquissimis aetatibus, ut lib. V pr. tum inde a lib. XI, 76 sqq. de Siculis rebus narratum est, e Philisti priore opere potest magnam partem esse profectum: at totus ille regnare putandus in rebus Dionysiorum libb. XIII, XIV, XV.

Exceperat Philistum *Athanas* Syracusanus, res Dionis libris XIII. persequutus inde ab Olymp. CIV, 3. Debuit itaque illud descendere usque ad Olymp. CVI, 3. ut adeo res annorum fere novem (inde ab a. ante C. N. 362. ad an. 354. comprehenderet): [116]idem praemiserat uno libro historiam a Philisto intactam relictam VII annorum [4]. Hunc igitur Diodorus inde ab lib. XVI, 5. ante oculos habuisse videri debet.

Ephorum in rebus Siculis ipse excitat nomine apposito. In escensu Hannibalis Ol. XCII, 4. in Sicilia facto Ephorum cum Timaeo contendit, (lib. XIII, 54. 60.) et iterum sub Ol. XCIII, 3. (XIII, 80) et Ol. XCVI, 1. (XIV, 54.) ubique de copiarum Carthaginiensium numero diversis modis ab utroque prodito. Porro *Theopompum* Chium in Philippicis tres libros XLI. II. III. rebus Siculis exponendis impendisse ipse Diodorus indicat; complexos autem eos esse spatium L. annorum inde a Dionysii senioris domi-

1 Σικελικῶν συντάξεις δύο.

2 Nam si ad annum 348 plus quam octingentos addideris, haud longe abfueris a Troia capta ante C. N. a. 1184.

3 Ceterum ex his videor mihi rationem reddere posse diversitatis numeri apud Suidam, qui res Siculas libris XI. et Dionysii historias libris VI comprehensas narrat; admodum oscitanter; nam priore numero utraque pars VII et IV librorum, altero secunda pars cum Dionysii iun. historia in unum collecta fuit.

4 Sic Diod. XV, 94. ut adeo hic in computum non retulerit libros illos duo de Dionysii iunioris rebus; sed tantum maius illud opus historicum Philisti, quod in Dionysii senioris morte exierat, Ol. CIII, 1. ante C. N. 368. a quo annus septimus CIV, 3. 362.

natu usque ad exilium Dionysii iunioris [1]. Manifestum inde fit, in libris XIII. XIV. XV. XVI. quoties res Siculae exponuntur, ex Theopompo nos nonnulla seu fragmenta seu ex eo adumbrata aut hausta tenere.

Etiam *Diyllum* Atheniensem res Siculas attigisse ipse monet Diodorus (XVI, 14), ut adeo nec hunc praeteriisse quia inspiceret videatur. Est quoque *Hermias Methymnaeus*, adeoque extra Siciliam natus, quem memoravit Diodorus (lib. XV, 37) res Siculas X. vel, ut alii dispescebant opus, XII libris persequutum usque ad Olymp. CI, 1, adeoque octo annos ante mortem Dionysii senioris. Quid ex hoc scriptore profecerit Diodorus, non constat. Alium externum hominem in rebus Siculis testem advocat Diodorus eorum, quae de [117] cella Gelliae, opulenti civis Agrigentini, memorata sunt, *Polycletum* Larissaeum, *historiarum* auctorem, incertae aetatis [2].

Excitat post hos in temporibus insequutis Diodorus scriptores Siculos in rebus Agathoclis *Calliam* et *Antandrum*. Agathocles rex Syracusarum pronuntiatus fuit Olymp. CXV, 4. et regnum tenuit usque ad Ol. CXXII, 4. annis ante C. N. 317 ad 289. *Callias* quidem, Syracusanus, libris XXIII. res Agathoclis perscripserat (*Ecl. libri XXI*, 12. et *Excerpt. Vales.* p. 561) obiurgatus ille a Diodoro, quod tyranno mirifice adulatus erat. *Antander* Agathoclis erat frater, et ipse historias condiderat, aliunde vix notus. (v. ibid.) *Philinum*, Agrigentinum, in exponenda expugnatione Agrigenti a Romanis facta (b. Punici I. a. 3. ante C. N. 262. Olymp. CXXIX, 3.) excitavit (Exc. lib. XXIII, 8.), et iterum (Ecl. XXIV, 3.) de praelio navali inter Poenos et Romanos facto, quo Poeni victi pacem petiere (ante C. N. 242.) Scripserat ille bellum inter Poenos et Romanos in Sicilia gestum, hoc est bellum Punicum I. a Romanis dictum; nam eum ad seriora processisse, nusquam apparet. Si Fabio, quod Polyb. I, 14. 15. iudicat, contraria narravit, non iniuria id fecisse videri potest; nam Fabius studebat suis; uti Philinus iudice Polybio non minus iis adversabatur. Si personato Plutarcho in Parallelis pr. credendum, narrationem de L. Glaucone ex *Aristide Milesio* (ἐν πρώτῃ Σικελικῶν) acceperat Diodorus (nam is est Διονύσιος ὁ Σικελιώτης).

---

1 Diod. XVI, 71. Deiectus tyrannide Dionysius iunior Olymp. 109, 2. anno ante C. N. 343. Anni L. retro computati procedunt ad annum 393. Ol. 96, 4. quo Dionysius senior partim cum Imilcone, Carthaginiensium duce, partim cum Rheginis conflixit; at tyrannidis initia assurgunt usque ad Olymp. 93, 3. 4. ante C. N. 405. Aut igitur numerus in Diodoro corruptus est, ut pro L. legendum sit LX. aut ad hunc annum Ol. 96, 4., libri forte initio facto, aut ex rerum narratarum dispositione, Siculas res ab alto repetitas uno contextu exposuerat: etsi nonnulla ex Siciliae historiis etiam in superioribus libris attigerat.

2 Diod. XIII, 83. ubi v. Wess. post Vossium de Hist. gr.

Verum nullum forte alium scriptorem in Siculis, ut nec minus in aliis historiis, studiosius adhibuisse videri potest, quam *Timaeum*, Tauromenitam, qui post Agathoclem et sub Ptolemaeo Philadelpho vixit, auctor magni operis historici, cuius plures ac diversae fuere partes, alia de rebus Graecis, de Siculis alia; seiuncta erat alia de Pyrrhi bello in Italia et Sicilia gesto, alia de Agathocle, in quem, quippe a quo insula fugatus fuerat, nimis iniquus fuisse ab ipso Diodoro arguitur (Exc. lib. XXI. Vales. p. 560. Wess.) quemadmodum [118] eius maledicentia a multis fuit notata [1]: et a Diodoro lib. V. pr. ubi tamen eum laudat inprimis propter diligentiam in temporibus notandis et variarum rerum doctrinam. In ipsis historiis Siculis passim Diodorus ad eum provocat [2], interdum cum Ephoro comparat, ut modo in Ephoro dicebam. Si ex uno exemplo iudicium ferre licet, quo inter Timaeum et Calliam de Agathocle tradentes iudex sedet, Diodorus non sine memorabili aliqua integritate Agathoclis res exposuit. (Exc. Vales. l. c.)

In *rebus Punicis*, quod quidem ad antiquiora tempora spectat, scriptores rerum Sicularum Diodoro ea, quae apposuit, obtulisse non dubito; in sequentibus alia praebere debuit Polybius, tum scriptores Romani, quos consuluisse se ait. Laudatur tamen ex Diodoro quoque *Sosilus* Iliensis, qui *Hannibalis res gestas* [3] libris VII. comprehenderat, reprehensione Polybii (lib. III, 20.) ille notus, quod rumusculos leves et fabulas suis historiis inseruerat.

De *Iudaeis* locus adhuc superest admodum nobilis ex lib. XL. Ecl. 1. quem ex *Hecataeo Abderita* ductum a Diodoro esse vix dubitare licet. Vixerat ille cum Alexandro et Ptolemaeo Lagi et de Iudaeis scripserat. Eius Aegyptiaca supra memorata fuere (Commentat. I. Vol. V. p. 102.) In *historiis Romanis* Romanos scriptores a se lectos esse profitetur Diodorus lib. I, 4. Cum *Fabio Pictore* in annis Olympiadum cum annis Urbis conditae comparandis convenit (v. Wessel. ad XI, 1.). Ex eodem Fabio fabulam de ...

---

1 In iis, quae auditu acceperat, levitatem accusat Polyb. Exc. lib. XII, 15. de Italia, quam non ipse adierat II, 16. f. de Africa et Corsica lib. XII. Exc. I.

2 lib. XIII, 82. de magnificentia monumentorum Agrigentinorum, et c. 83. de Gelliae opulentia ex lib. XV. Timaei. Porro lib. XIII, 90 negasse ait Timaeum Phalaridis bovem aereum unquam fuisse: v. et hic Wessel. Tum de Dionysii classe Ol. 93, 4. lib. XIII, 109. de Agathocle lib. XX, 89. Ecl. XXI, 12. p. 492. De Gigantibus in campis Phlegraeis prostratis ad eum provocat lib. IV, 21. extr. et Philisti de Sicanis narrata refutata ab eo narrat V, 6. ut aut antiqua interdum repetiisse aut intexuisse Timaeum hinc appareat: ut factum videmus de Locrorum Epizephyriorum deductione, ap. Polyb. XII. Exc. 2. p. 326. 333 To. II. et p. 37. sqq. To. III.

3 τὰ περὶ Ἀννίβαν. Ecl. XXVI, 8.

feta, ostento [119] Aeneae obiecto, repetit in fragm. e libro VII [1]. In iis quae a *Polybio* perscripta fuere, eius vestigiis ubique institit, ut ex infinitorum locorum comparatione patet. Ubi is desierat, *Posidonium* adhibuit, Apameensem, qui Pompeii tempore vixerat, historias post Polybium libris LII persequentem usque ad bellum Cyrenaicum; quod illud esse necesse est, quod a Ptolemaeo Physcone gestum est, sub Olymp. CLIV, 4. a. C. N. 161. V. C. 593. [2],

Ad auctoritatem eorum, quae a Diodoro narrantur, diiudicandam suppeditasse mihi videor argumenta et praecepta haud contemnenda; ita ut, quoties laudetur Diodorus in tam diversi generis et aevi rebus, redire possint ii, qui eum testem adhibent, ad auctorem, quo ille usus erat. Incusanda modo in his est fortuna, Diodoro non minus iniqua, quam Polybio ac Livio, quod ii libri, quorum maxima erat et auctoritas et utilitas, temporum rerumque gravitate et dignitate, cum maxime interiere. Ad vitam enim civilem ac prudentiam ea demum tempora abundant exemplis et praeceptis utilibus, in quibus homines in magna imperia ac regna coaluere, quae ad nostrorum temporum conditionem propius accedunt. At quantam narrationum seriem [3], quantam

---

1 Ex Catone hoc repetitur in Sext. Aurel. Vict. de O. G. R. 12, 5.

2 Non vero illud, quod sub Philadelpho ab Ofella gestum, ut Voss. de H. Gr. p. 103. habet. Est nec illud, quod posuimus, satis exploratum, sed locum in Suida corruptum esse arbitramur; memorantur enim ex Posidonio, quae ad a. V. C. 613. spectant.

3 Ut uno conspectu omnium librorum tempora subiicerem, ex iis, quae in Eclogis et Excerptis fragmentisque occurrunt, narrationibus temporum notationes eruere aut elicere studui, quas hoc loco apponere non gravabor.

Librorum XL argumenta et temporum complexum ipse Diodorus in fronte c. 4. et 5. designavit. Opus quidem suum sic dispescuerat, ut prioribus *sex* libris mythos Troiano bello antiquiores complecteretur; res inde a bello Troiano ad Alexandri interitum gestas libris *undecim* comprehenderet. A libro itaque XVIII novum historiarum tanquam corpus procedebat per *viginti et tres* libros, quibus res inde usque ad Ol. CLXXX, 1. a. C. N. 60. V. C. 694. adeoque per 264 annos gestas digesserat. At ex iis tantum [120] priores tres libri supersunt, in iisque historiae annorum XXII. nam liber vigesimus in Ol. CXIX, 3. a. C. N. 302. V. C. 452. exit. Reliquorum, qui periere, librorum, notae temporum a me deprehensae sunt sequentes:

Lib. XXI	Ol. CIX, 3	ante C. N. 302	V. C. 452	
XXII	CXXV, 3	278	476	
XXIII	CXXIX, 3	262	492	
XXIV	CXXXII, 3	250	504	usque ad finem b. Punici I.
XXV	CXXXIV, 4	241	513	
XXVI	CXL, 3	218	536	b. Punici II. init.
XXVII	—	—	—	
XXVIII	—	—	—	

rerum gestarum segetem, in posterioribus Diodori libris interiisse putabimus, qui, si servati [120] essent, summorum scriptorum, quos ille adhibuerat, funesta strage postratarum, desiderium aliqua saltem ex parte levare potuissent. Scilicet tardiore genus humanum gressu ad perfectam aliquam vitam civilem procedere voluit Numen O. M. Quanto enim magis accelerata ac perfecta esse poterat omnis seu civilis prudentia, seu vitae sapientia, si per omnia tempora aequaliter continuata rerum eventuumque memoria ad nos pervenisset, inprimisque earum aetatum historiae servatae fuissent, in quibus regnorum imperiorumque incrementa et interitus cum caussis, etiam remotioribus, expositi fuere!

Lib. XXIX	Ol. —	ante C. N. —	V. C. —	
XXX	—	—	—	
XXXI	CLIII, 2	167	587	
XXXII	CLVIII, 3	146.	608	(cf. III, 44. ext.)
XXXIII	—	—	—	
XXXIV	CLIX, 2	143	611	
XXXV	—	—	—	
XXXVI	CLXVIII, 3	106	648	
XXXVII	CLXXII, 2	91	663	
XXXVIII	CLXXIII, 3	86	668	
XXXIX	—	—	—	
XL	CLXXIX, 2	68	691	
usque ad a.	CLXXX, 2	59	695	

et belli Gallici a Caesare facti initium.

EPIMETRUM.

Cum sub a. LXXXII et III *de Diodori fide et auctoribus, quos secutus est*, commentarer: id maxime propositum habebam, ut multorum in auctoritate veterum scriptorum adhibenda iudicium, si possem, regerem, simulque impetum eorum retunderem, qui, nulla in re modeste sibi dubitandum esse arbitrati, uno sui iudicii tanquam ictu omnia prostrata atque eversa esse volunt, atque adeo victorum more irascuntur iis, qui imperata facere, si non recusant, saltem cunctantur, et re diligentius perpensa nondum omnia ad liquidum esse perducta statuunt.

Fidem scriptorum antiquorum promiscue modo laudari, modo elevari videram; Herodoto, Diodoro, Plutarcho, Livio, Dionysio, Appiano, modo servile obsequium praestari, modo omnem auctoritatem detrahi, iudicio certo nullo, plerumque pro causae et opinionis, quas quisque animo conceperat, studio et patrocinio. Diodori exemplo declarare volebam, quam diversae auctoritatis sint ea, quae in eius libris comprehensa sunt, ut eodem iudicio in aliis quoque scriptoribus utendum esse appareret, utque omnino ex antiquitatis studiis proscriberentur iudicia illa sive cum superbia et arrogantia coniuncta, sive a re parum subtiliter perspecta profecta, quibus hunc vel illum scriptorem, quantus quantus sit, esse mendacem, nullius fidei, nullius usus, pronuntiatur. Meliora vero! nihil in his pronuntiandum est universe. In uno eodemque scriptore multa sunt diversae prorsus naturae et indolis, sive de rebus ad philosophiam aliamve disciplinam spectantibus ille disputet, sive de rebus gestis tradat; in his quidem ad fidem et auctoritatem eorum, quae tradit, est redeundum; quod si res diversorum temporum et hominum ille memoriae tradiderit, ipsa res docet, non unius eiusdemque auctoritatis ea omnia, quippe a diversis auctoribus accepta, esse posse; aliter censendum esse de iis, quibus quis ipsum se interfuisse, aliter de iis, quae auditu aut ex actis publicis accepisse, quae ex aliis scriptoribus hausisse, profiteatur. Subtilius etiam iudicium est adhibendum in iis, quae ex ultima antiquitate repetita sunt; haec ad nostrum scribendi et historias condendi morem revocare velle iniquum esset, maxime

ea, quae a symbolis, hieroglyphis, mythis petita, aut populorum narratione, maiorum fide per plures aetates et homines propagata sunt. Exuendus in his est habitus animi nostri ac sensus, induenda ingenia priscorum hominum, cum sermone eorum omnique arte et modo, quo animorum sensa reddi aliis solebant: ita apparebit, non tam consulto mentiri et fraudem facere voluisse homines, quam redire pleraque ad indolem et naturam rudioris sermonis et antiqui moris, quo rerum memoria fuit servata.

In Herodoto, Ctesia et Diodoro interdum de iisdem rebus multa diversis modis tradi videmus. Proclive est dicere, hunc vel illum esse mentitum, eaque, quae traderet, confinxisse; at possunt plures inter se diversa tradere, nec tamen mala fide. Fuit haud dubie aetas et genus scriptorum, qui solo delectandi studio ducti ea quae narrarent fingerent: at isti, quos memoravi, scriptores diversam auctorum fidem erant secuti, quam ipsi cum fide scriptis quisque suis reddere voluerunt; quod diversa tradunt, ipsis temporibus, summisque difficultatibus resciscendi peregrina et antiqua est imputandum. Qui ea tradit, quae diligenti investigatione facta acceperat, potest minus vera narrare, nec tamen aut mendacii aut levitatis argui, inprimis si profitetur se perscribere ea, quae acceperit; qui autem profitetur, se ex aliis auctoribus congessisse ea, quae apposuit, non pro auctore eorum, quae tradidit, est habendus, sed redeundum est ad primos auctores, et videndum, qua fide et auctoritate illi fuerint. Qui Plutarchum in libro de Iside et Osiride mythorum veteris Aegypti auctorem et interpretem ita laudare voluerit, ut ex eius ipsius fide et auctoritate ista censenda esse statuat: nae eum egregie falli necesse est.

Simili cum pudore ac modestia versandum esse aiebam in iis historiis, quarum nil praeterquam fragmenta habemus, eaque servata in iis scriptoribus, qui ex scriptoribus dudum perditis sua petierant. Iudicium de his utique fieri recte non potest, nisi animum intendamus ad eos auctores, qui primi res perscripserant, ut assequamur, qua fide et auctoritate isti illa tradiderint, ut porro fragmenta ista pro auctorum diversitate ad diversas classes et ordines redigamus, nec antiqua permisceamus cum sequioribus, fide digniores ac graves cum levioribus, argutias aut opiniones suique seculi iudicia sequentibus, fontes cum rivulis, nusquam autem dimittamus animis, nos non nisi fragmenta, eaque diversorum temporum et hominum, tenere, neque adeo iudicium ferri posse nisi circumscriptum, incedendum esse pede suspenso, de partibus forte nonnullis, vix de universa re nobis aliquid constare, modeste ac pudenter versandum esse in omnibus.

Ex quo tempore meliore hac critica uti coepimus, antiquae doctrinae copias tanquam diffluentes nimium et late per innume-

non meatus serpentes ad certum aliquem alveum revocare liceat; rescissis enim ac reiectis vanarum opinionum ludibriis, disputationibus argutis quidem, ipsas tamen rerum naturas haud attingentibus, maximeque remotis iis, quae ab hominum, temporum et scriptorum indole, vita, sensu, sunt aliena, omnis historiae literaturaeque antiquae penus paucioribus quidem, at tanto melioribus, certioribus et utilioribus coepit opibus esse instructus; redibit ita *antiquior eruditio* ad numerum certum *rerum*, non *opinionum* ac *disputationum* levium et inutilium, et habebimus *doctrinam* aliquam *suis finibus circumscriptam*, intra quos sedem figere et habitare possis, cum adhuc quaerenti nemo facile respondere possit: quam late tandem pateat doctrinae antiquae orbis, et quae sit antiquitatis doctrina encyclia.

Urget autem necessitas eius rei tanto gravior, quo magis ingruunt ea tempora, quibus in aprico est, conversis hominum animis ad disciplinas mathematicas ac physicas, cum vitae usibus et necessitatibus multo magis coniunctas, quam disputationes metaphysicas ac literarias et antiquarias, inprimis finibus omnium literarum in immensum prorogatis, patriis quoque literis excultis, patrioque sermone expolito, fieri non posse, quin *literarum antiquarum studia sensim frigescant*, ipsoque neglectu ac situ tandem exarescant, quandoquidem una ex parte ea, quae communiter utilia ac necessaria sunt, satis sunt exposita et in vulgares literas popularemque institutionem admissa, ex parte altera humanitatis et antiquitatis studia adeo in immensum orbem excreverint, ut difficile sit ulli homini, etiam vita integra huic uni studio consecrata, totum campum et ambitum emetiri. Partim itaque, desperato successu, inprimis nullis satis dignis praemiis tantae operae constitutis, omittentur haec humanitatis studia, partim inde nonnulla tantum delibari et flores forte decerpi videbimus. Quod si igitur antiquitatis studio, quo nec sacrae nec profanae literae, nisi summo cum detrimento suo, carere possunt, providere volumus, satius erit et consultius, eiectis quisquiliis, tricis ac spinis, fructuosa retinere, veram ac certam rerum utilium penum parare, inanes coniecturas, ariolationes, inutiles disputationes et opiniones resecare, hypotheses vanas ex nostri aevi, vitae, literarum, sensu et indole in antiquitatem temere illatas, suis auctoribus remittere, nec nisi simplicissima ac verissima quaeque, de quibus liquido constat, admittere. Appositis proximo loco, seiunctis tamen iis, quae tantum probabilitate aliqua ex antiquorum hominum ac temporum sensu ducta nituntur, memorabimus ea, quae vere antiqua sunt et habentur, non autem quae pro sua quisque ariolatione antiqua fuisse opinatur. Haec equidem tanquam *futuri providus auspex*, ab omni inde tempore, ex quo in his studiis habitavi, ante oculos posita habui,

utque literarum integritati et perpetuitati pro virili consulerem, hoc egi, ut studia humanitatis ad certam formam ac systema revocare, quae in ingenti hac librorum farragine dispersa sunt, sub unum obtutum conferre, viam ad literas bonas comparandas expeditiorem facere, inprimisque certa et explorata interpretationis ac critices principia constituere, veterisque mythologiae et artis operum veram rationem tradere anniterer.

Redeunt haec ad saniora ac certiora de rebus iudicia, ad criticam, quae non voculas et literarum apices, sed rerum rationes, hominum naturas temporumque diversitates ac vicissitudines diligenter rimatur; qua si recte utimur, ad iustam aliquam molem redigi poterunt antiquae literae; et iusto suo ambitu inclusae ac circumscriptae retinebunt suos custodes et περιπόλους, suamque laudem et existimationem, etiam aliis literis, ipsisque patriis, in immensum efflorescentibus.

Nec tamen haec ita accepta sunto, ac si, a qua quidem sententia longissime absum, studia antiquarum literarum non ulterius procedere, nihil tentari seu coniectura et hypothesi aliqua substrata, nihil subtilius inquiri aut exponi velim; hoc volo, et in votis habeo, ne, minuta ac tenuia singula persequendo, summam rerum et complexum certum constituere, vera, comperta ac liquida et sincera ab opinatis, probabilia a mere possibilibus, vana et inania ab utilibus, discernere negligamus; ne quae fundo idoneo destituta sunt, ex edicto pronuntiemus, tanquam non opinione sed rerum veritate essent nixa, ita ut iis refellendis et evertendis iterum nova opera impendatur, iis quae graviora et ad liquidum perducta sunt, posthabitis, aut utrisque habitis eodem loco, eadem dignitate.

Haec mihi videor secutus esse in iis, *quae ad Diodori librum primum de Aegyptiacis interpretandis exposueram*, ut certam rationem, vera principia et elementa omnis disputationis super rebus antiquis hoc exemplo proposito propinarem. Sunt ea ita comparata, ut nullos habeamus scriptores domesticos, nullos rebus gestis iisque, qui eas gesserunt, aetate aequales; ne quidem famam maiorum ad posteritatem traditam, ac serius certis auctoribus perscriptam: fuere tamen scriptores de rebus Aegyptiacis magno numero, sed qui vixere populo, republica et religionibus Aegyptiacis partim eversis ac sublatis, partim per advenas et sub alieno imperio mutatis; nec tamen hos ipsos scriptores, excepto uno et altero, habemus superstites, ex ceteris non nisi excerpta seu loca seu sententias, plerasque sine auctore et auctoris nomine [1]. Quam caute ac modeste in his constituendis versandum

1 Quantus numerus scriptorum de rebus Aegyptiacis olim exstiterit, et in ipsa Commentatione de Diodoro docui, et pluribus enumeratis

sit, facile patet. Sunt omnino ea, quorum memoria ad nos pervenit, non modo aetate, verum et genere rerum valde diversa: sunt alia physica, alia historica, alia pro antiquis mythis habenda, alia pro hieroglyphis, alia ab hieroglyphorum interpretatione ducta; haec ipsa interpretatio quam diversi generis! alia antiquiorum, alia seriorum, qui mythos et hieroglyphica ignorarent, coniectando tamen assequi vellent; sunt vulgares superstitiones et fabulae aniles seu sacerdotum seu vulgi, permixtae philosophematibus acutis sed mytho et hieroglypho implicitis et obscuratis; alia superstitio est antiquior, alia serior, a Graeculis maximam partem, qui Aegyptum obsederunt, profecta; tenendum praeterea, diversorum nomorum ac civitatum religiones et memorias antiquas a Graecis pro una eademque Aegyptiaca antiquitate habitas esse. Facies nova et insolita inest plerisque, quod, cum litterae apud Aegyptios, ut et apud Iudaeos, Indos, Persas, Babylonios, *unius* tantum *tribus*, *classis* seu *ordinis* studiis haberentur, qui idem solus religionum et sacrorum curam et studia haberet, omnia, quae nos ad literarum studia et disciplinas recte referimus, illi religionibus annumerabant; ita ut literae, quales tum erant, inprimis historiae, ipsa geometria, astronomia, philosophia, pro religionibus, saltem religiosis studiis haberentur, et religiosam quoque indolem et habitum induerent. Ea itaque omnia, tam diversa inter se, uno eodemque loco habere, inprimis in populo, qui per aliquot millia annorum diversissima conditione usus est, hoc est iniuriam facere et antiquitati et iudicio humano.

Ante omnia itaque diversae rerum auctoritates pro earum naturis ac temporum indole, criticesque historicae legibus sunt dispescendae; quae clara ac indubitata sunt, normam aliquam iudicii in incertis et dubiis constituent; intelligenda et interpretanda quaeque non modo pro sensu scriptoris, qui antiquiora enotavit, verum pro sensu et iudicio eius auctoris, e quo ista petita sunt; antiquiora secernantur a serioribus, ex fide aliqua, seu monumento, seu memoria quacunque, vere tradita a iudiciis et interpretamentis scriptorum, ea quorum habemus vestigia notis expressa praeferamus merae fariolationi eius, quod, ad nostrum morem ac sensum, forte esse potuerit, etsi vere id fuisse, argumento declarari potest nullo: quo facto omnino retundetur impetus ariolandi temere et coniectandi sine fundo idoneo. Vera enim

declarare possis. Ita Demetrius ἐν τῷ περὶ τῶν κατ᾽ *Αἴγυπτον* laudatur apud Athenaeum XV. p. 680. A. Fuere *Lysimachi Αἰγυπτιακὰ*, e quibus nobilem de Iudaeis locum transcripsit Iosephus in Apion. Fuit *Ister*, Callimachi discipulus, qui περὶ ἀποικιῶν *Αἰγύπτου* scripserat, laudatus a Stephano Byz. et Clemente Alexandrino.

ubique sunt simplicissima, modo simplicissima nostrum quisque amplecti vellet! Inprimis autem, quod parum accurate adhuc factum video, discrimen observandum est inter mythos et hieroglypha seu symbola, eorumque interpretamenta; mythi enim, sei *λόγοι ἱεροί*, pro involucris rei alicuius seu antiqua fide narratae seu doctrina traditae sunt habendi; similia declarantur per hieroglypha; ab iis longissime differunt sacerdotum interpretationes Graecis se adeuntibus propinatae. Quae ad nos pervenere sub religionum Aegyptiacarum nomine, non sunt nisi miscella farrago superstitionum variarum, ex diversis, maxime novissimis, aetatibus, quae Graecis partim ex vulgi narratione, partim ex scriptorum suorum lectione, innotuerant. Quo ipso adeo intelligitur, difficillimam esse quaestionem de religionum Aegyptiarum originibus; etsi probabile fiat, a crassioribus superstitionibus cum cultu vitae meliore et sacerdotum studiis ad meliora eas esse progressas, et ab his iterum descivisse ad deteriora, Aegypto primum regum iniqua dominatione, hostilibus incursibus, sacerdotum impotentia, opibus suis deiecta, mox per Persarum immanitatem opibus suis, simulque religionibus, cum libertate exuta, tandem sub Graecis et Romanis moribus et institutis priscis partim obliteratis partim corruptis. Parum enim probabile fit, aut ab antiquissimis inde temporibus notiones rerum divinarum sanas ac veras inter Aegyptios omnium rerum rudes fuisse, easque postea dolo malo et artibus sacerdotum fuisse corruptas et obscuratas, aut a symbolicis notionum abstractarum designationibus cultus divini elementa esse profecta, adeoque animantium cultum a symbolis eorum, quae numini tribuuntur, aut propria esse creduntur, processisse. Seriora haec omnia et vitae iam excultae incrementa esse debuisse, ipsa rerum natura docet.

Magnam historiarum partem *ex hieroglyphis et mythis* derivatam esse probabile fit, aliam, eamque maximam, *ex eorum interpretatione:* quae ipsa alia *antiquior*, alia *recentior* fuit; huius quidem auctoritas nulla esse potest, nisi quam veritas aut proxima vero probabilitas parit. Similis religionum fortuna fuisse videtur, vix uno loco ac tempore natarum aut ab uno auctore profectarum aut eodem habitu sibi constantium. Ferorum fuere ab initio hominum ac barbarorum convenarum superstitiones diversae, varias res sibi in vita obvias, et in his animantia, venerantium (ut solet humano generi insita esse necessitas aliqua colendi aliquid, partim a metu partim ab cupiditatis caeco impetu profecta). Fac subinde illata esse a sacerdotum ordine sacra nova, exstructa templa, novos Deos publice coli coeptos; *cum populi nulla esset institutio religiosa*, mansere plebis superstitiones inter sacerdotum religiones. Iam cum hi soli literas haberent, cumque inter hieroglypha etiam animantium formae referri coepissent: facile fieri

potuit, ut variae miscerentur superstitiones, utque interpretantium postea studiis multo magis confunderentur.

Ipsa hieroglypha nec omnibus aetatibus eadem, nec eiusdem significatus et notionis fuisse, sed a simpliciore sensu ad compositum, exquisitum, variatum, processisse facile credas. Ab initio credere licet fuisse paucissima nec nisi marmoribus incisa, parietibus templorum, obeliscis aliisque saxis; facta quoque signa hominum et animantium, ut essent pro hieroglyphis, tandem et aedificia quae pro hieroglyphis essent, astronomicis saltem cum agri colendi praescripto coniunctis. Quid factum putabimus, posteaquam literarum characteribus receptis eadem hieroglypha reddi coeperunt? [1] Quid mox, cum succedentibus aetatibus verae et antiquae notiones obliteratae essent? Non adeo nec hieroglypha nec eorum interpretamenta nisi per tempora et per genera constitui posse putamus; ut adeo primo loco describenda et comparanda esse videantur hieroglypha obeliscorum et monumentorum per Thebaidem aliaque Aegypti loca; [2] inde demum altero loco in censum venire possunt hieroglypha in mumiis, laminis, fictilibus, aliisque reliquiis prisci operis obvia; in ultimum locum detrudenda sunt superstitionis seriorum aetatum per Ptolemaeorum et Romanorum tempora maxime in gemmis occurrentia vestigia. Numorum ad prisca hieroglypha indaganda exiguus usus esse potest, quandoquidem ab antiquo usu illa multiplici modo, pro hominum, qui tum erant, ingeniis, fuere deflexa et variata. Etenim Adriani aetate prisca hieroglypha prisco sensu et notione adhibita esse haud facile credam. Ex Graecis scriptoribus omnino vix alia addisci possunt, quam quomodo hi homines, pro suo quisque sensu, antiqua acceperint et interpretati sint. Eo enim tempore, quo sacerdotes graecissantes et Graeci Graecas literas in Aegyptiaca inferentes de hieroglyphis, symbolis, mythis disputabant, omnis dudum verior doctrina Aegyptia antiqua interierat. Ad hoc genus spectant pleraque, quae de Sphinge, de Iside et Osiride, de Canopo, nuper disputata sunt.

Interea persuasum mihi esse significavi, fieri posse, ut, si quis cum recto iudicio et industria idonea hac in re versetur, hieroglyphorum sententias ille magna ex parte recuperet, modo is non nisi paucas easque simplicissimas quasvis notitias, inprimis astronomicas, in iis quaerat, et primum in ea ipsa mentem suam insinuet, quae cum iis notitiis, tum quae cum natura rerum per

---

1 Diserte haec exposita videas a Tychsen V. C. in *Bibliotheca ant. Litt. et Art. fasc. VI.* 1789.

2 Facta est spes iucunda et exspectatio, Zoegam virum doctissimum cuius sagacitatem e *numis Aegyptiis Imperatoriis* notam habemus, obeliscorum accuratam notitiam esse vulgaturum; recte enim ab hoc, tanquam primario genere, procedit omnis Aegyptiorum antiquitas.

Aegyptum coelo, terra et Nilo coniuncta fuere. Nam hoc, si quid aliud, ipsa rerum ratio persuadet, paucissimas notiones principio fuisse per hieroglypha notatas; aucto quoque numero intra orbem angustum eas se continuisse; verum ut solent ea, quae a rerum imaginibus seu animo seu figura expressis, multis modis variata. Poterit tamen evenire, ut, si vel maxime sensum hieroglyphorum aliquis teneat, difficile ei sit, ullo alio sermone ea commode eloqui et reddere, veluti Sinae dicuntur suas notiones non nisi suo sermone et suis characteribus reddere posse. Omnino ab astronomiae rudimentis omnem Aegyptiorum doctrinam et doctrinae laudem processisse censeo; idque ita se habere, multo magis patet ex doctissimis Gattereri nostri Commentationibus [1].

Adiiciam adhuc nonnulla sigillatim:

Pag. LXVI in nota 1 in Schol. Apollonii IV, 262. recte quidem interpretatus sum assertum Hippyos Rhegini; verba tamen de Aegyptiis *καὶ πρώτους στοχάσασθαι τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως* pleniora dare licet e Cod. Reg. Paris. *καὶ Ἵππων δὲ* (immo *Ἵππυς*) *τότε τοῦ Νείλου ὕδωρ γόνιμον εἶναί φησι, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους ὁμολογεῖ, λέγων πρώτους αὐτοὺς ἄλλων τε* (del. τε) *στοχάσασθαι φύσεως καὶ κράσεως ἀέρος ὅπως ἔχει.*

Inter auctores, qui de rebus Aegyptiorum egerant, fuit *Hellanicus*, Herodoto aetate par aut paulo maior; fuisse eius *Αἰγυπτιακὰ* trinis locis Athenaei constat XI, p. 470 D. XV, p. 679 F. et p. 680 B. adde locum Photii Cod. 161; quos diligenter inter Hellanici fragmenta retulisse video Sturzium V. C. p. 39 f.

Utinam *Hecataeum Abderitam* [2] saltem et *Manethonem* habere-

---

1 *De theogonia Aegyptiorum* in Commentationibus Soc. R. Gott. Vol. VII. et *de metempsychosi Aegyptiorum* Vol. IX. Ingeniose nonnulla addidit acutissimi ingenii vir, *Vogel*, über *die Religion der alten Aegyptier*. Astronomiae prima elementa sapientiae Aegyptiorum fundum constituisse nullus dubito. Dicti adeo illi fabulose ante sidera extitisse, quippe quae ab ipsis primo fuere signis notata; ut Arcades ante Lunam: conf. Apollon. IV, 261. de quibus actum in *Opusc.* Vol. II. p. 332. Hieroglyphorum itaque antiquiorem et praecipuum usum in astronomicis fuisse suspicari licet; inde ea traducta ad philosophemata et theologiae capita.

2 Eundem Hecataeum in iis, quae de Hyperboreis tradit, sequitur Diodorus infra II, 47. Hecataei liber *de Aegyptiorum philosophia* non bene laudatur ex Diogene Laërt. prooem. Nam verba: Hecataeus *ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας*, sunt ita accipienda; *ἐν τῇ πρώτῃ*, *in primo libro* sc. *τῶν Αἰγυπτιακῶν tradit de Aegyptiorum philosophia*. Exponit eo loco Diogenes plura, quae vulgo Aegyptiorum philosophemata fuisse narrantur; et provocat in nonnullis ad Manethonem *ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἐπιτομῇ*, quae forte pars *τῆς ἱερᾶς βίβλου* fuit, ad Hecataeum, mox et ad *Aristagoram*, cuius *Αἰγυπτιακὰ* Stephanus Byzant. quoque laudat. Contra mentio Aegyptiacarum rerum v. c. ap. Athenaeum X, p. 418 D. E. ab Hecataeo *ἐν περιηγήσει* facta ad antiquiorem, Milesium, referenda erit, siquidem *περιήγησις* eius laudatur: vid. tamen Valken. nota ad Herodot. p. 139, 51.

mus, utpote antiquissimos inter Graecos seculi Ptolemaeorum! Collegerant enim hi et perscripserant accepta a sacerdotibus de rebus Aegyptiacis, etsi eorum, quae perscripserant, aut non satis accuratam eos, aut ad Graecas historias et religiones deflexam plerumque notionem habuisse facile concesserim. De fide Manethonis ex nobili loco de columnis in terra Seriadica apud Euseb. et Syncellum praecipitare iudicium nolim, nam est ille ab exscriptoribus interpolatus et corruptelis contaminatus. Quantum tamen ex Diodori verbis lib. III. 11. colligere licet, ex *Agatharchide* et *Artemidoro* maxime pendet Diodori fides *in rebus Aegyptiacis* non minus, quam in Aethiopicis. Sunt autem illi e primis Ptolemaeorum aetatibus, et diligentes, in geographicis saltem, scriptores.

Plutarchum eorum, quae in libro de Iside et Osiride modo commentatur, modo argutatur, tam parum diligenter auctoritatem, quam sequitur, apponere, aegre ferimus. Diversae auctoritatis ea esse, et hieroglypha ipsa antiquosque mythos (λόγους ἱεροὺς) cum interpretationibus modo antiquiorum modo somniantium Graeculorum, permixtim apponi facile odoreris.

Quod p. LXXXIV. partem fabulose narratorum ad sacerdotes templorum aedituos retuli, qui antiquorum in templis monumentorum rationem reddere vellent, egregie illustrari potest libello, qui inter Lucianea habetur, de Dea Syria; refertus ille est eiusmodi fabulosis narratiunculis sacerdotum, qui veras suarum religionum origines ipsi ignorabant.

Quae p. XCII. ad lib. III. Diodori de rebus Africae in votis habueram, inter ea sunt, quorum ab eo inde tempore (1784) iam aliqua ex parte compotes facti sumus. Obtigerunt praemio e Regia liberalitate in Academia nostra ornatae commentationes *Io. Frid. Hennicke* de Geographia Africae Herodotea 1788. et *Io. Melch. Hartmann* de Geographia Africae Edrisiana 1791. Vulgata praeterea est *Io. Brucii* narratio de Abyssinia, et coiit *Societas* inter Britannos *profectionibus per Africae interiora parandis et tuendis* [1]; quorum vestigiis insistens, comparatione cum iis, quae ab Herodoto tradita sunt, facta, veterum mercatorum idem et per easdem terras iter fuisse, quod nunc tentatur, acute et docte docuit A. H. L. *Heeren* noster V. C. in libro nuper edito gravissimi argumenti [2].

Inter scriptores, qui Diodoro haud ignoti esse potuere, p. CXIII. esse debuit Philo, ὁ συγγράψας τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν, quippe Era-

1 Cuius etiam prodiit narratio conatuum hac in re: *Proceedings of the Association for discovering the interior Parts of Africa.* (Gel. Anzeig. 1790. p. 1870.) et nuper *Additional Observations* (*Gentlemans Magazine* May 1793. p. 405. sqq.)

2 *Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt.* 1793.

tosthene antiquior. Eius Strabo mentionem facit lib. II. p. 130. A. Et Antigonus Carystius c. 160. excitat Philonis *Αἰθιοπικά*.

Ad p. xcııı. Secundum ea, quae ab Heeren nostro disputata sunt de commerciis antiquissimis per Aethiopiam, non improbabile fieri video, quod hic difficile ad assequendum mihi visum erat: potuisse ipsos Aethiopes cultum aliquem et humanitatis et religionum in Aegyptum inducere habitatam iam a populis diversarum tribuum seu gentium, sed ferocibus et incultis; siquidem tribus in Meroë iam antiquioribus aetatibus fuisse videtur certarum religionum cultrix, adeoque super ceteras tribus ac populos eminens auctoritate et dignitate. Dicas quidem, nec minus ex Thebaide in Meroën illam penetrare potuisse. Sunt tamen plura, quae alterum potius factum arguere possint, ut ex Meroë ad inferiorem Nilum commerciis hominum et rerum ita ducentibus deferrentur homines; etsi vel sic fieri potuit, ut sequentibus aetatibus iterum per Aegyptios Aegyptiacae religiones in Aethiopiam inferrentur, ut factum constat per militum transfugarum agmen Psammetichi regis aetate. Herodot. II. 30. Aegyptios a Nigritis originem duxisse, dubitari vix potest etiam post ea quae Meiners, Collega coniunctiss. de veterum Aegyptiorum origine docte et acute disputavit. Utinam antiqua monumenta coram intueri liceret! forte enim declarari ex iis possit, diversas a vulgo facies ac vultus fuisse sacerdotum; ita omni dubitatione supersederemus, diversaene originis ista tribus fuerit, adeoque Aethiopicae, non Nigriticae.

Aethiopes *Macrobios* in ipsa *Meroë* sedes habuisse coniectabam p. xcıv. Memineram quidem apud Herodotum dici eos habitasse ἐπὶ νοτίῃ θαλάσσῃ, et ἐς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς expeditionem factam. Verum nec minus his vocibus notionem valde latam et laxam subesse bene memineram; νοτίη θάλασσα est sane mare orientale Africae lib. II. 42., ubi Phoenices ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης ἔπλεον τὴν νοτίην θάλασσαν; adde III. 11.: nec minus tamen νοτίη θάλασσα de sinu Arabico accipienda est aliis locis, ut lib. II. 158. 159. Vix autem assequi licet, quomodo homini, vesano quoque, in animum venire potuisset, exercitum ducere itinere XX fere graduum, et quidem partim per deserta, partim per terras frequentia magna hominum habitatas; nam adeunda fuisset Meroë, cum omnibus terris, quae nunc Abessiniam et Adel regnum constituunt. Quae nisi essent, nihil videri posset accommodatius coniectura V. C. Heeren, ad extremam oram Africae orientalis, circa Soffala, auri metalli divitem, expeditionem paratam fuisse. Non quidem me movet, quod apud Diodor. II. 33. et Strab. XVII. p. 1139. A. Meroë a Cambyse condita ab eius sorore nomen accepisse dicitur. Fabulosum hoc est; Aethiopes, quos ille in profectione ad Macrobios subegerat, ipsis Aegypti finibus insidebant: lib. III. 97. Nec tamen Meroë Macrobiorum sedes esse po-

tuit; ut ipse mea vineta caedam; nam de Meroë ipse Herodotus diserte agit II. 29.; nec Macrobiorum in ea meminit. Cum propior Aegypti finibus terra sit circumspicienda, videtur illa quaeri posse [1] in locis ad sinum Arabicum sitis; totus ille tractus iam inde ab Aegypti finibus, metallis insignis fuit; finitimas inhabitabant terras Ichthyophagi, litus sinus Arabici inhabitantes, quibus adeo communis cum Macrobiis sermonis usus esse potuit, etsi diversae ab iis stirpis fuisse videntur. Incoluerunt enim, uti nunc, ita olim, diversarum stirpium homines Africam, et ipsas terras orientales, in quibus Abessinia sita est; alii Nigritarum, alii Macrobiorum similes. Quod vix quinta profectionis parte confecta de reditu cogitandum fuisse Cambysi ait Herodotus, non de ipso reditu dictum est, sed sub ipsum deserti ingressum, *iam tum commeatum defecisse*, perstitisse tamen Cambysen in agmine ulterius ducendo. Convenit cum his, quod apud Strabonem inter Pselchen et Premnin exercitus interiisse diserte memoratur.

Ad ea, quae p. xcvii. ex Diodoro, consentientibus Agatharchide et Strabone, memoravimus de populis secundum Astaboram fl. habitantibus, multa nunc memorabilia leguntur in Brucio lib. IV., quae cum antiquis conveniunt; neque Shangalla, qui nunc iisdem locis nomadum more vivunt, alia vitae instituta sequuntur, neque *Agazi* et *Agows*, specus inhabitantes eodem more, quo *Troglodytae* dicti veteribus. Enotavit inde nonnulla Heeren (l. c. p. 240. sq.)

Quae p. cviii. de Pythagora et Pythagoreis a Diodoro bene tradi dixeram, ex *Aristoxeno* et *Dicaearcho* ducta esse suspicabatur *Meiners Geschichte der Wissenschaften in Griechenland* Tom. I. p. 237. Et de *Hieronymo Cardiano* (p. cxiv.) conferendus est *Mannerts Geschichte der Nachfolger Alexanders* p. 352., ubi quoque Diodori censura p. 363. adiecta est.

---

1 Et in hac sententia iam alios viros doctos fuisse video, etiam Meiners. Ducit eo ipse Herodot. III. 114. quod Macrobiorum terra obiecta esse narratur Arabiae. In Edrisio terra Boga montibus auri argentique fodinis clara cum urbe Adam in his locis memoratur. Vid. Hartmann. Commentat. p. 53.

ELOGIA ET IUDICIA AUCTORUM

DE

DIODORO SICULO.

PLINIUS L. I. Hist. Natur.

Apud Graecos desiit nugari Diodorus et ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΝ Historiam suam inscripsit.

IUSTINUS MARTYR Protrept p. 10.

Καὶ ὁ ἐνδοξότατος δὲ παρ᾽ ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος, ὁ τὰς βιβλιοθήκας συντεμὼν ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην, ὡς αὐτὸς γέγραφε, διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν περιελθὼν, καὶ αὐτόπτης τῶν πλείστων γεγονως, τεσσαράκοντα ὅλα τῆς ἑαυτοῦ ἱστορίας βιβλία γέγραφε.

EUSEBIUS Praep. Evang. L. I. 6.

Γράφει τοίνυν ἄνωθεν τὴν παλαιὰν ὑφηγούμενος θεολογίαν Αἰγυπτίων ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, γνωριμώτατος τοῖς τῶν Ἑλλήνων λογιωτάτοις, ὡς ἂν ὑπὸ μίαν συναγηοχὼς πραγματείαν ἅπασαν τὴν ἱστορικὴν βιβλιοθήκην.

EVAGRIUS SCHOLASTICUS L. V. 24. Hist. Eccles.

Καὶ τὰ μετ᾽ ἐκείνους ὡσαύτως εἰργασμένα Διοδώρῳ τε τῷ Σικελιώτῃ πεποίηται, τὰ μέχρις Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ Δίωνι τῷ Κασσίῳ, γράψαντι μέχρις Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμέσης.

PHOTIUS Biblioth. Cod. LXX.

Ἀνεγνώσθη μοι βιβλίον Διοδώρου Σικελιώτου ἱστορικὸν ἐν λόγοις μ΄, οἰκουμενικὴν περιέχουσαν ἱστορίαν. ἐστὶ δὲ πολλῷ πλατύτερος τοῦ τε Κεφαλίωνος, ἐν οἷς τοὺς αὐτοὺς χρόνους συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγράφειν, καὶ τοῦ Ἡσυχίου τοῦ Ἰλλουστρίου. κέχρηται δὲ φράσει σαφεῖ τε καὶ ἀκόμψῳ καὶ ἱστορίᾳ μάλιστα πρεπούσῃ, καὶ μήτε τὰς ὡς ἂν εἴποι τις λίαν ὑπερηττικισμένας ἢ ἀρχαιοτρόπους διώκων συντάξεις, μήτε πρὸς τὴν καθωμιλημένην νεύων παντελῶς, ἀλλὰ τῷ μέσῳ τῶν λόγων χαρακτῆρι χαίρων, φεύγων τε τροπὰς καὶ τἄλλα, πλὴν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι μυθολογουμένων θεῶν τε καὶ ἡρώων, ὅσα τὸ ποιητικὸν ἔθνος νέμεται. ἄρχεται μὲν οὖν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῶν μυθολογουμένων παρ᾽ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, ἑξῆς διιὼν μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις τε καὶ Κελτοῖς, καθ᾽ ὃν χρόνον Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, ᾧ διὰ τὰς πράξεις θεὸν ἐπίκλην ἔθεντο Ῥωμαῖοι, κατεπολέμησε τὰ πλεῖστα καὶ μαχιμώτατα τῶν Κελτῶν ἔθνη. ἐν τριάκοντα δὲ ἔτεσιν, ὡς αὐτός φησι, περὶ ταύτην ἐπόνησε τὴν ἱστορίαν, τόπους τε πολλοὺς ἀμείβων χάριν πολυμαθίας, καὶ ταλαιπωρίαις, οἷα εἰκὸς, ἐντυγχάνων. Σικελιώ-

της δὲ ὢν ἐξ Ἀγυρίου τὸ γένος ἔσχε, καὶ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν Ῥωμαίων πολλὴν ἐμπειρίαν τῆς Ῥωμαίων εἰληφὼς διαλέκτου, πάσας τὰς ἡγεμονικὰς αὐτῆς πράξεις καὶ πάθη ἀκριβῶς ἀνελάβετο. ἐν μ' δὲ βιβλίοις τὴν ὅλην συμπεραινόμενος πραγματείαν ἐν μὲν ς' ταῖς πρώταις τὰς πρὸ τῶν Τρωικῶν πράξεις τε καὶ μυθολογίας ἐκτίθεται, ἐν δὲ ταῖς ἐφεξῆς ιά τὰς ἀπὸ τῶν Τρωικῶν κοινὰς πράξεις εὑρήσεις ἀναγεγραμμένας ἕως τῆς τελευτῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως. ἐν δὲ ταῖς ὑπολοίποις κγ' βίβλοις αἱ λοιπαὶ τυγχάνουσι πράξεις ἀναγεγραμμέναι, μέχρις ὅτου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτοὺς ὁ πόλεμος συνεῤῥάγη, καθ' ὃν ἡγούμενος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐκράτησε μὲν τῶν πλείστων καὶ μαχίμων παρὰ Κελτοῖς ἐθνῶν τῷ πολέμῳ, προεβίβασε δὲ τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ῥώμης μέχρι τῶν Βρεττανικῶν νήσων, ἐν οἷς καὶ ἡ ἱστορία τελευτᾷ.

SUIDAS in *Διόδωρος*.

Διόδωρος Σικελιώτης, ἱστορικός. ἔγραψε βιβλιοθήκην. ἔστι δὲ ἱστορία Ῥωμαϊκή τε καὶ ποικίλη ἐν βιβλίοις μ'. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ ἐπάνω.

(Addiderat his Wesselingius Excerpta ex Scaligeri Animadv. ad Euseb. Chron. A. MDCCCCLXVII., G. I. Vossio de Hist. Graec. L. II 2., Degorei Whear Method. Leg. Histor. sect. xi., denique Fabricii B. G. L. III. caput 31. Quae quod partim falsa aut inutilia partim alibi in hac editione explicatius tradita continerent, omisimus.)

OECONOMIA HISTORIAE DIODORI.

Argumentum operis secundum singulas eius partes explicatum.

Multi titulo inducti sunt, ut crederent, Diodori opere non nisi variam variorum populorum historiam contineri, nulla certa ratione nec ad commune aliquod consilium digestam. Propositum ei erat, *omnium aetatum populorumque res perlustrare*, quod tum scriptoris professione, tum libri argumento constat. In eiusmodi opere recte aestimando cum spectandum sit, et *quid commodi temporis rationes auctori praestiterint*, et *quid vitii argumenti expositio ab iisdem et a Graecorum ingenio moribusque traxerit*, de utroque lectores paucis praemonuisse sufficiat. Consilii et concipiendi et exsequendi opportunitatem haud dubie obtulerat aevum, in quo vivere Diodoro obtigerat. Tum enim plurimos orbis terrarum populos unius imperio subiectos, multosque vel bello subiugatos vel societate ac foedere iunctos cum observasset, facile animus in eam cogitationem deduci potuit, ut totius generis humani, tanquam unius reipublicae, gesta atque fata respiceret, eiusque communem vel universam historiam contexere destinaret. Deinde vero, quod notitias in eam rem comparandas spectabat, nullo alio tempore vel literarum commercio, vel librorum apparatu, vel permisso commentariorum publicorum usu, plura et maiora commoda, quam tunc, oblata erant. Quamobrem tanti operis cum fausto successu suscipiendi aliquam partem seculo tribuere haud dubitamus. Similiter autem ab altera parte, in tot populorum temporumque diversitate describenda, aliquid vitii et tempori et patriae et hominis praesertim Graeci ingenio et moribus concedamus. Nam commune hoc habet cum reliquis Graecis scriptoribus, quod ubique exterorum mores et instituta non tam cum Graecorum consuetudinibus comparantur, quam his potius conformantur et accommodantur. Sed de his satis! Iam itaque videamus, quam rationem Diodorus secutus sit, ut tam diversarum aetatum populorumque historias uno opere iunctas exhiberet.

Methodus operis duplex est, altera *universi operis*, altera *singularum partium*; posterior, seu particularis, in diversis partibus

diversa deprehenditur. Totius operis partitio facta est *per epochas* seu memorabiliores eventus, qui in universum fuerint notabiles. Cum scilicet destinatum haberet Diodórus, omnium temporum res describere, quorum *qualiscunque notitia* ad posteros translata fuerit, neque eam aetatem praetermittere voluit, cuius res mythis, id est rudioris aetatis sermone, erant propositae. Itaque omnem seculorum seriem in tres periodos descripsit:

I. *Periodus mythica, usque ad Troiam a Graecis captam.*
II. *Periodus historica prima, usque ad Alexandrum M.*
III. *Periodus historica altera, usque ad divum Caium Iulium Caesarem.*

Quam historiae universae partitionem non solum toto libro proditam, sed prooemio etiam his verbis declaratam deprehendimus: „Proposito ad finem perducto, de operis universi forma praecipere libet. I. *Primi sex libri* res et fabulas bello Troiano superiores complectantur, ita quidem, ut tribus prioribus barbarorum, posterioribus tribus Graecorum antiquissima historia proponatur. Hac altera parte si praeter Graecos, quorum mythologia sola tradenda erat, plures et alius generis populos descriptos deprehendas, scilicet tenendum est, eandem destinatam fuisse, ut, supplementi instar, eorum populorum antiquissimam historiam complecteretur, qui priori parte fuerint omissi. II. *Undecim libris*, qui hos sequuntur (VII—XVII), res per universum terrarum orbem gestas usque ad obitum Alexandri M. descripsimus. III. *Libris viginti tribus*, (XVIII —XL) qui ultimo loco sequuntur, reliquas res cunctas ordine persecuti sumus usque ad initium belli Romanorum adversus Gallos gesti. — Quod autem ad tempora attinet, hoc opere comprehensa, ea quidem, quae bellum Troianum antecedunt, certis spatiis discernere non ausi sumus, nulla exstante norma, cui fidem habere potuissemus. A bello autem Troiano, secundum Apollodorum Atheniensem, LXXX annos usque ad reditum Heraclidarum statuimus; ab hoc usque ad Olympiadem primam, CCCXXVIII annos, a regibus Lacedaemoniorum tempora computantes; a prima autem Olympiade usque ad initium Gallici belli, quo finita est historia nostra, DCCXXX annos. Quam ob rem opus universum, XL libris constans, annos MCXXXVIII comprehendit, exceptis tamen iis, qui usque ad bellum Troianum sunt elapsi."

Prooemium operis universi.

Libri primi capita quinque priora *praefationis vicem* explent, qua Diodorus ea complexus est, quae lectores ad intelligendum scriptoris consilium librique usum scire oportebat. Singulatim explicantur haec: 1) historiae, et quidem catholicae, multiplex utilitas. Cap. 1. 2. 2) Caussae inquiruntur, ob quas ante a nemine scriben-

dae historiae catholicae periculum factum sit; adiuncta eius ipsius notione. Cap. 3. 3) Operis adiumenta recensentur: animus historiae cognoscendae cupidus, subsidia omnis generis literaria Romae oblata, itinera. Cap. 4. init. 4) Operis chronologia et partitio. Cap. 4. med. et cap. 5. — Hinc rem ipsam aggreditur, hac usus formula: *Expositis iis, de quibus ante disserere constitueram, promissi operis fidem explere conabor.*

I. *Periodus mythica*

Libris I — VI comprehensa.

Haec prima operis pars antiquissimi aevi monumenta collecta continet, elocutione sive poëtica orationis forma iis simillima, quae Mosis diligentia atque cura in corpore historico Hebraeorum servata accepimus. Fuere quidem, qui ista omnia ficta atque vana, nec bibliothecae historicae nomine digna, iudicarent; sed horum ipsorum potius iudicium, quam res, super qua iudicabant, vanitatis erat accusanda. Nam cum orationis genus, quo prima populorum aetas usa est, constet fuisse mythicum, facile intelligendum est, id ipsum ad aetatis indolem pertinere, ac proinde primae hominum aetatis aut nulla omnino, aut mythis concepta exstare monumenta. Quorum interpretatio tametsi tam difficilis et impedita sit, ut ad historicam veritatem ac perspicuitatem penetrare haud liceat; tamen historici erat, mythos ipsos, tanquam summae antiquitatis monumenta, in commentarios suos referre et conservare.

Huius periodi terminum Diodorus *Troiam captam* constituit; sed quemadmodum reliqua omnia sunt incerta, ita hanc *temporis amplioris notam crassiorem*, non *anni metam certam ac definitam* accipiamus. Pluribus exemplis patet, in hac ipsa periodo aliquanto ulterius historicum progressum esse. Ceterum *ordinem ethnographicum* secutus est, ita ut populi eminentiores velut historiae seriem efficiant. Reliqui his vel inseruntur vel adiunguntur. Eminent autem *Aegyptii*, *Assyrii*, *Aethiopes*, *Graeci*. Praemisso prooemio, primo *exterorum*, tribus libris prioribus, deinde *Graecorum historiam mythicam* reliquis tribus libris descripsit.

Prooemium.

Lib. I. cap. 6 — 9.

Sunt quaestiones nonnullae, ad universum genus humanum pertinentes, quae simul philosophum, simul historiae catholicae studiosum tenere possunt. Has itaque Diodorus sub initium primae periodi paucis commemorandas et illustrandas duxit; scilicet: 1) De rerum omnium ortu binae philosophorum opiniones diversae. Cap.

6. 7. 2) Prima hominum vita, rudis et inculta, describitur. Necessitas et usus omnium rerum magister erat, qui linguas, artes, vitae commoda doceret. Cap. 8. 3) Quae gens prima fuerit, incertum. Cap. 9.

Prior pars.

Historia mythica Barbarorum.

Lib. I. a cap. 10. II. III.

I. *Aegyptiorum historia.*

Ob magnitudinem Diodorus libri primi duas sectiones fecit, quod cap. 41. extr. expressis verbis indicatum legimus.

Sectio I.

Deorum historia; *cum chorographia.*

Primos homines in Aegypto ortos esse Aegyptii persuasum habent, cum ob regionis temperiem, tum ob Nili indolem prorsus singularem. Cap. 10.

A) *Antiquissimi Dii* coelestes Sol et Luna, s. Osiris et Isis. Hi universum mundum regunt atque tuentur, cuius sunt partes quinque: πνεῦμα, πῦρ, τὸ ξηρὸν, τὸ ὑγρὸν, τὸ ἀερῶδες· unamquamque vero pro Deo habuerunt, et his nominibus appellarunt: Iuppiter, Vulcanus, Terra mater, Oceanus, Minerva. Cap. 11. 12.

Terrestres Dii, genere mortales, ob merita in genus humanum immortalitatem sunt consecuti. Alii communia cum coelestibus nomina obtinuerunt; alii propria: Sol, Saturnus, Rhea, Iuppiter, Iuno, Vulcanus, Vesta, Mercurius. Sunt qui Solem, sunt qui Vulcanum primum Aegypti regem dicant. Deinde Saturnus imperavit, ducta sorore Rhea, qui Iovem et Iunonem genuit. Ex his nati Osiris, Isis, Typhon, Apollo, Venus. Cap. 13.

Osiridis et *Isidis* merita de communi hominum vita; multarum rerum ipsi inventores et auctores celebrantur, aliarum inventores studio et favore sunt amplexi. Hermes praesertim carus ob inventas linguas et literas, palaestram, lyram, oleam. Cap. 14—16. Osiridis peregrinationes ad excolendam hominum vitam institutae, cum sociis Anubide, Macedone, Triptolemo aliisque, per Aethiopiam — Arabiam — Indiam — Thraciam — Macedoniam — Atticam. Reversus in Aegyptum honorem Diis coelestibus parem consequitur. Cap. 17—20. Interfectus a Typhone; sed caedem ulta Isis, quae sola regnat. Collecta corporis frusta; pudenda, phalli nomine consecrata. Graeci in Bacchi orgiis imitati. Cap. 21. 22. — Inde excursio historici in Graecorum Theogoniam de confusis Graecorum et Aegyptiorum Diis, Deorum nominibus, sacris. Cap. 23. 24. — Iam Isidis facta et in-

venta commemorantur. Horus, Osiridis filius, ultimus Deorum. Cap. 25.

Huic Deorum historiae adduntur observata singularia: a) super eius periodi chronologia. Anni quatuor mensium fuisse videntur; Hori. b) in Isidis aevum Gigantum aetatem incidere. Cap. 26. c) in Isidis honorem recepti mores, et erectae columnae. Cap. 27. d) Coloniae ex Aegypto in diversas orbis partes deductae commemorantur. Cap. 28. 29.

B) Historiae Deorum adiunxit *terrae ipsius descriptionem*, hac adhibita formula: „De rebus quidem ad Deos pertinentibus tantum habui referre. De regione autem et Nilo, aliisque memoratu dignis, singula per capita persequi conabor.“ Capita vero sunt haec:

1. *Aegypti situs* cum a parte continenti, tum a mari; magnitudo, urbium, vicorum, incolarum numerus. Cap. 30. 31.

2. *Nili* natura, catarractae, insulae, praesertim Meroë, ostia et fossae.

3. *Delta*., Cap. 34.

4. *Animalia*, quae *Nilus* alit. Cap. 35.

5. *Nili exundatio*, et super ea diversae philosophorum sententiae, cum disputatione de Nili fontibus. Cap. 36—41.

Sectio II.

Aegypti historia sub regibus.

Historiae lux paulo clarior ab hac nova sectione exoriri videtur, mythorum nube minus obscurata. Eam ob caussam, dividendi rationem percommodam esse putamus. Brevi enumeratione eorum, quae priore sectione persecutus erat, facta, Diodorus transitum parat ad reliqua. „E duabus partibus, inquit, in quas hunc librum magnitudinis caussa descripsi, prior quidem praefationem ad totum opus complectitur, deinde ea, quae ab Aegyptiis de origine mundi — de Diis, qui per Aegyptum civitates condiderunt, ipsorum nomine insignes, de primis hominibus et antiquissima vita, de immortalium cultu et templorum exstructione traduntur: tum ea, quae Aegypti situm spectant, incredibilem Nili naturam, incrementi caussas et diversas historicorum ac philosophorum opiniones. In hac posteriore autem libri parte rerum proxime succedentium seriem percurramus. Initium faciamus a primis Aegyptiorum regibus, et singulorum gesta usque ad Amasin exponamus, summatim tamen praemissa antiquissima Aegyptiorum vivendi ratione.“

A) Primo victus et reliquus Aegyptiorum vitae cultus antiquissimi temporis describitur. Cap. 43.

B) Regum series. Cap. 44—68. A primo usque ad Diodori aetatem, i. e. CLXXX Olymp. XV millia annorum numerantur. Post indigenas CCCCLXX et V feminas, Persae regnum obtinuerunt a

Cambyse occupatum CXXXV annos, postremo Macedones CCLXXVI annos. Cap. 44.

Menas primus rex. Tnephachthus et LII successores. Cap. 45. Busiris et VIII ex posteris eius. Thebae tum exstructae describuntur; urbis divitiae, sepulcra; praesertim Osymandyae monumentum. Cap. 45—49. Thebani astronomia nobiles. Cap. 50 init. Uchoreus, octavus a Busiride, Memphin condidit. Cap. 50 med. et 51 init. Moeris, post XII generationes secutus, lacum exstruxit. Cap. 51 med. et 52. Sesoosis (Sesostris) post VII aetates successor, unaque educati sodales. Expeditiones susceptae, regno ante in XXXVI nomos diviso; Aethiopas domat, primus naves longas exstruit, totam Asiam subigit, inde in Europam transit. Positis in Thracia columnis in patriam redit. Cap. 53—55. Opera in Aegypto exstructa peregrinorum labore: aggeres ad Nilum, murus contra Syros et Arabes, navis aurea, obelisci, statuae. Cap. 56. 57. Eius in subiectos reges superbia. Mors voluntaria. Darius eum aemulatus. Cap. 58. Sesoosis (Sesostris) filius. Cap. 59. Multis post seculis Amasis. Tum Aegyptus Actisani, Aethiopum regi, subiecta, qui narium amputatarum supplicium invenit, et Rhinocoluram condidit. Cap. 60. Mendes s. Marus, Labyrinthi aedificator. Cap. 61. Post quinque generationum anarchiam Cetes regnat, s. Proteus, *belli Troiani tempore.* Remphis (Rhampsinitus). Cap. 62. Reges ignavi per VII generationes, in quibus solus Nileus clarus. Inde octavus, Chemmis, trium pyramidum maximam construxit, quae describitur. Cap. 63. Cephren pyramidum alteram posuit; Mycerinus, eius successor, tertiam. Cap. 64. Bochoris. — Sabaco, genere Aethiops, pro poenis capitalibus vincula et labores reis imponit. Cap. 66. Anarchia per biennium; tum Dodecarchia. Regium mausoleum XII principum. Ex his Psammetichus solus regnum occupat, assumto ex Arabia, Caria, Ionia milite. Ob militis externi honorem CCM Aegyptii deficiunt, et novas quaerunt sedes. Peregrinis favet, praesertim Graecis, ut filios adeo Graecis disciplinis erudiret; Aegyptumque antea inaccessam, peregrinis aperiret. Cap. 67. Post quatuor generationes Apries, Cyprios, Phoenicesque bello adortus, tumultu civium periit. Hunc secutus Amasis. Qui, cum LV annos regnasset, eo ipso tempore vita functus, quo Cambyses, rex Persarum, Aegyptum bello subegit, Ol. LX. an. 3. Cap. 68.

C) Instituta et mores Aegyptiorum. „Postquam regum Aegyptiorum res gestas inde ab antiquissimis temporibus usque ad Amasis mortem satis exposui, reliqua suis temporibus servabo; nunc autem de institutis Aegyptiorum ea, quae singularia sunt, lectuque utilia, brevissime persequar.“ Memoratu digna haec esse arguunt sapientissimorum Graecorum in eam regionem facta itinera. Cap. 69—98.

1. Regum vita et officia. Cap. 70. 71. 72. E sacerdotibus lecti. Legibus erant adstricti, ex arbitrio nihil agebant. Singulorum officiorum horae constitutae; victus etiam legibus definitus. Cap. 70. Neque ira neque amore quidquam agere vel iudicare licebat. Cap. 71. Hinc summus regum amor *ibid.* luctus ob mortuum regem communis describitur; iudiciumque publicum de regum vita. Cap. 72.

2. Nomi et Nomarchae. Incolarum classes. Cap. 73. 74.

3. Iudiciorum ratio. Summum XXX virorum iudicium, VIII Codices legum, praesidis insigne. Scriptis omnia agenda erant, oratores nulli admissi. Cap. 75. 76.

4. Leges Aegyptiorum recensentur insigniores. Cap. 77—80.

5. Literarum studia, vel sacra vel communia erant. Geometria, Arithmetica, Astrologia. Chaldaei Aegyptiorum alumni Palaestram et Musicam abominantur. Cap. 81. Ars medica. Cap. 82.

6. Divinus bestiarum honor describitur. Iis alendis assignati agri et constituti curatores; vim iisdem illatam gravissime puniunt, mortuas luctu prosequuntur. Praecipue feles, accipitres, Apim, Mnevim, crocodilum, leonem cet. venerantur. Cap. 83. 84. De Apide singularis disputatio. Cap. 85. Religiosi bestiarum cultus caussae redduntur. Cap. 86. 87. Hirci sacri, tanquam generationis symbolum, tauri, ob agriculturam; sed rufos immolare licet, quia Typhonis colorem referunt. Ob alias caussas alia animalia sacra, lupi, crocodili. Cap. 88—90.

7. Funerum ritus. Sumtuum tres classes. Cadavera condiendi ratio. Cap. 91. Iudicium publicum de mortuis. Cap. 92. adiuncta observatione de eius instituti vi ad morum sanctitatem. Cap. 93.

8. Recensus legislatorum, quibus Aegyptii instituta tam salubria accepta referunt. Cap. 94. 95.

9. Docti peregrinatores Graecorum, qui Aegyptiorum leges, instituta et disciplinas in Aegypto perceptas in patriam transtulerunt. Similiter legislatores, artifices. Cap. 96—98.

II. *Populorum Asiae historia.*

E methodi formula, historiae Aegypti singulae partes brevi repetitione enumerantur. Quo facto, historicus ita pergit: „Hoc autem libro *res in Asia antiquissimis temporibus gestas* describemus, initium ab Assyriorum imperio facturi.“

1. *Assyrii.*

Ninus primus rex Assyriorum inter eos, quorum memoria servata. Is comparata iuvenum manu, et inita cum Ariaeo, rege Arabiae, societate, plurium populorum imperium appetit. Ac primo Babyloniae agrum, Armeniam ac Mediam subigit. Cap. 1. Tum vero Asiam totam intra Tanain et Nilum expugnare parat. Catalogus ter-

-arum subactarum e Ctesia. Cap. 2. Iam ingentem urbem suo nomine appellatam ad Euphratem condit, cuius magnitudo describitur. Cap. 3. Qua re perfecta, Bactrianis bellum infert. In hoc itinere Semiramidis notitiam et coniugium nactus. Hinc narratio de mirabili Semiramidis ortu, eius educatione apud Simmam, regium pastorem, et primis nuptiis cum Menone, consilii regii principe. Copiarum incredibilis numerus commemoratur ita, ut, facta populorum et regionum comparatione, propior ad fidem accedat. Cap. 4. 5. Bactra cum diu obsideretur, Menones interea Semiramidem iubet in castra venire; eiusque audacia et consilio arx capta est. Rex ipse mulieris pulchritudinem et virtutem admiratus, coniugio sibi eam iungit. Cap. 6.

Semiramis, marito mortuo, regnum suscepit, et primo monumentum ei posuit. Deinde maximis operibus perficiendis animum applicuit. Babylon exstructa, eiusque urbis magnitudo, muri, pons Euphrati impositus, regiae duae, castella duo, turres describuntur. Cap. 7. 8. Fossa amplissima prope urbem; portae aeneae. Belli templum, simul spectandis sideribus inserviens. Cap. 9. Horti pensiles. Cap. 10. Urbes aliae et emporia ad Euphratem et Tigrin ab ea condita. Cap. 11. Singularia naturae: Bituminis copia et exspiratio perniciosa. Cap. 12. Iter in Mediam, horti ad Bagistanum montem facti, et ad urbem Chauonem, via per montem Zarcaeum structa, opera Ecbatanis facta. Cap. 13. Iter continuatum per Persiam et reliquam Asiam, Aegyptum, Aethiopiam. Obiter de funerum ritu apud Aethiopes. Cap. 14. 15. Belli Indis illati historia. Cap. 16—19. Domum reversa filio regnum tradidit, oraculo Iovis Ammonis (conf. cap. 14.) admonita. Ipsa evanuit, mox sub columbae imagine Dea facta. Scriptores de ea comparantur. Cap. 20.

Ninyas, et successores reliqui ad *Sardanapalum* usque, vitam otiosam et libidinosam agunt. Ex his *Teutamus* tempore belli Troiani vixit. Cap. 21. 22. Sardanapali ignavia et luxuria. Cives in eum bellum movent, quo victus rex se et regiam incendio absumit. Cap. 23—27. Arbaces, Medus, rex factus. Cap. 28. Narratio de Chaldaeis, Babyloniorum philosophis, eorumque disciplinis adiicitur. Cap. 29—31. „De Assyriorum imperio, quemadmodum ad Medos transierit, cum iam ante dictum sit, nunc eo, quo digressi sumus, redeamus."

2. *Medi.*

Herodoti et Ctesiae dissensus observatur. Cap. 32. Simul regum successio usque ad Artaeum, qui bellum cum Cadusiis gessit. Cap. 33. Artynes. — Astibaras, sub quo bellum cum Sacis ortum est. Sacarum gens obiter descripta, mulierum fortitudine clara. Zarina tunc regina. — Aspadas, quem Graeci Astyagen nominant. Hunc Cyrus vicit; unde imperium ad Persas translatum.

3. *India.*

1) Regionis situs, magnitudo, proventus. Cap. 35—37. 2) Populi. Omnes sunt indigenae. Ad humanitatem et artes exculti per Bacchum et Herculem. Lex praecipua aequalitatis est. In septem ordines sunt divisi. Cap. 38—41. 3) Nonnulla de elephantis et advenarum tutela. Cap. 42.

4. *Scythae.*

1) Antiquissimae historiae particula. Prima et exigua sedes ad Araxen. Scytha, Palus, Napus gentem praecipue auxerunt et ad fortitudinem instituerunt. Cap. 41. 2) Anarchia, et ex ea Gynaecocratia. Amazonum gens, earum mores, disciplina bella. Hercules eas domuit. Ultima Amazonum Penthesilea, tempore belli Troiani. Cap. 42—46.

5. *Hyperborei.*

Eorum situs ex Hecataeo. Celtis obiecti erant. Latona ibi nata, eamque ob causam Apollinem praecipue venerantur. Graecis, praesertim Atheniensibus ac Deliis, favent. Imperium penes Boreadas, Boreae progeniem. Cap. 47.

6. *Arabes.*

Pauca de situ praemittuntur. 1) Nabataei sterilem terram incolunt et latrociniis vivunt. Petra insignis describitur. Item lacus bitumen proferens, balsamum. Cap. 48. 2) Arabiae felicis memorabilia: stirpes frugiferae et odoriferae. Cap. 49. Aurum apyron. Animalium genera nobiliora. Cap. 50. 51. Lapides pretiosi cum disputatione de eorum generatione et proprietate aliarum rerum orienti subiectarum. Cap. 52. 53. 3) Arabes Scenitae. 4) Agricolae et mercatores, et quibus animalibus eorum regio praestat. Cap. 54.

7. *Insula incognita in mari meridionali.*

Supererant alii Asiae populi, ut Persae cet. quorum historiam alteri operis parti Diodorus servandam duxit. Sed ad mythicam partem pertinere videbatur Iambuli fabula de insulis beatis in Oceano meridionali sitis, ultimo loco adiicienda. Is cum mercaturae et navigationi operam dedisset, primo ab Arabibus, deinde ab Aethiopibus captus, secundum ritus eorum inter devotos verso in meridiem cursu navi in fortunatam insulam delatus est. Peractis ibi septem annis dimissus difficili itinere rediit in Graeciam, et de hac insula rebusque Indicis multa ante incognita literis mandavit. Cap. 55—60.

III. *Aethiopum, Afrorum, Amazonum, Atlanteorum, historia, libro III. comprehensa.*

Superiorum librorum argumenta nova repetitione, quamvis turbato ordine, proponuntur. Tunc ad Aethiopes et reliquos Libyae populos progreditur historicus. Cap. 1.

Aethiopum historia.

1) Aethiopes Aegypto proximi, urbemque et insulam Meroën incolentes. Summae eorum antiquitatis argumenta: a) primi homines esse videntur, cum sint aborigines solique proximi. b) Primi Deos coluerunt, eamque ob causam a quovis hoste externo tuti. Cap. 2. 3 init. c) Aegyptii fuerunt eorum colonia ab Osiride deducta. Eaedem leges, iidem ritus, idem scripturae genus. Cap. 3. 4. Legum singularium exempla. Cap. 5. 6. 7. 2) Gentes Aethiopum, ad utramque Nili partem accolentes, agrestiores sunt. Earum mores, arma, vestes, cibi, religio. Regio est amoenitate et fertilitate praestantior, de qua cum Afris pugnant. Cap. 8—10. Adiicitur partim iudicium de scriptoribus rerum Aegyptiacarum et Aethiopicarum, cap. 11; partim notitia de auri fodinis, quae sunt in confiniis Aegypti et Aethiopiae, et descripta ratio secernendi et praeparandi auri. Cap. 12—14. 3) Gentes in Troglodytica et australes: a) Ichthyophagi. Cap. 15—20. b) Chelonophagi et Cetophagi. Cap. 21. 22. c) Rhizophagi. Cap. 23. d) Hylophagi et Spermatophagi. Cap. 24. e) Aethiopes venatores. Cap. 25—27. f) Aethiopes Simi et Struthophagi. Cap. 28. g) Acridophagi. Cap. 29. 30. h) Cynamyni seu Cynamolgi. Cap. 31. i) Troglodytae Nomades et Megabarei. Cap. 32. 33. Disputatio adiuncta de diversitate morum e diversitate aëris. Cap. 34. Historia animalium regionibus illis peculiarium. Cap. 35—37. 4) Sinus Arabici accolae cum descriptione regionis. Cap. 38—48.

Afri.

Quatuor Afrorum genera, quae Cyrenen, Syrtes et interiores terrae partes incolunt, recensentur haec: Nasamones, Auchitae, Marmaridae, Macae. Alii sunt agricolae, alii nomades, alii latrones, moribus diversi. Cap. 49. Agri proventus non ubivis iidem. Australes regiones desertae serpentibus abundant, maxime iis, qui Cerastae vocantur; species eorum per aërem volantium mirabiles. Cap. 50. 51.

Amazones Afrae.

Multi opinati sunt nullas Amazones praeter eas, quae in Ponto ad Thermodontem fl. fuerunt, exstitisse; sed Afrae multo et clariores et antiquiores erant. Plura mulierum fortitudine et bellis illustrium genera, in quibus Gorgones memorabiles. Cap. 52. Amazonum regni vitaeque ratio, virorum servilis conditio. Cap. 53. Bella earum. Cap. 54. 55.

Atlantei.

Oceani accolae; de Diis eorumque ortu tradunt, quae cum Graecorum mythologumenis admodum conveniunt. Itaque haec ipsa exponuntur. *Uranus* primus rex fuit. Cap. 56. — Eius liberi XLV e pluribus uxoribus: e Titaea quidem XVIII, Titanes appellati,

Filiarum nobilissimae Basilea et Rhea s. Pandora. Ex Basilea e fratre Hyperione nati Helius et Selene. Phrygum de eadem Dea mythologumena, cui a monte Cybelo, Cybeles nomen impositum. Cymbala, tympana cet. invenit, et Marsya comite ad Apollinem venit. Utriusque certamina. Cap. 57—59. Urani filii, Atlas et Saturnus, regnum inter se dividunt. Atlanti regiones Oceano proximae obvenere, qui populos suos a nomine suo *Atlanteos* appellarit. Filius Hesperus, filiae Atlantides. Cap. 60. Saturni et ab eo oriundi Iovis brevis historia. Cap. 61. — Haec itaque sunt, quae apud Atlanteos de Diis traduntur.

Appendicis loco, quia hic locus aptus videbatur, Bacchi historia mythica, supra iam L. I., c. 23. commemorata, secundum Graecorum et Afrorum diversa commenta, et nunc ad horum potissimum fidem, adiicitur. Cap. 62—73.

Posterior pars.

Historia mythica Graecorum.

L. IV. et V. [VI.]

A) *Lib. IV. de Heroibus et Semideis.*

Exordio proponuntur 1) difficultates, quibus antiqua historia implicita sit a) ob antiquitatem per se obscuram, b) ob chronologiae et c) ob genealogiae confusionem, d) ob scriptorum discordiam. Eam ideo praeterierunt Ephorus, Callisthenes, Theopompus. Sed digna nihilominus, ob argumenti gravitatem, quae peculiari studio cognoscatur. 2) Libri IVti summa: aliarum gentium antiquitate explicata, Graecorum antiquissima historia adiungenda est. Haec autem a Bacchi fabula incipit, quia is ipse perpetuatus est, et genus humanum maximis beneficiis affecit. Cap. 1.

Bacchi historia ex Graecorum fide.

Cadmus in Boeotia sedem fixerat et Thebas condiderat, sumta in matrimonium Harmonia. Inde cum aliis prognata Semele. Cum Semele concubuit Iuppiter divina specie se ei offerens; quo facto per abortum Bacchum peperit; ipsa igni absumta est. Bacchus a Mercurio Nymphis in antro Nysae traditur, inde Dionysus dictus. Vini et zythi inventor itinera usque in Indiam suscepit, ad excolendum genus humanum. Cap. 2. Redeunti sacra instituuntur, quorum ritus describuntur. Cap. 3. Bacchus antiquior commemoratur, Sabazius, Proserpinae filius. — Sed mox ad Semeles natum redit historicus. Forma, ingenium; comites Musae, Silenus paedagogus et socius; habitus, mores. Cap. 4. Cognomina, eorumque rati-

simul causae redditae, biformis cur sit, cur Satyri et Musae in eius comitatu. Cap. 5.

Priapus.

Bacchi et Veneris filius; mythica adumbratio generationis. — Origines cultus divini vel a propagatione generis humani, vel ab Osiridis historia (vid. L. I, cap. 22.) derivandae. Ithyphallus et Tychon sunt cognomina. — Hermaphroditi ortus ex Herme s. Mercurio et Venere. Cap. 6.

Musae.

Earum parentes et numerus; nomina nominumque ratio. Cap. 7.

Hercules.

Fabula de eo multa continet impedita, et quae fidem excedant. Sed res mythicae non subtiliter explicandae. Cap. 8. Per ipsam portentosam procreationem immensae vires ei infusae, simul per Iunonem, quae inscia puero mammas praebuerat. Cap. 9. Ab Hercule recens nato in ipsis cunis suscepta pericula, et perpetrata facinora, quibus Herculis nomen meruit, ante Alcaeus appellatus. Thebis educatus et in gymnasiis exercitatus, ab Ergini tributo et tyrannide urbem liberat, et Orchomeniorum Minyarumque oppidum evertit. Eurystheus autem per invidiam Herculi XII certamina imponit, Iovis et oraculi Delphici iussu suscipienda. Cap. 10. Primo ob id in animi aegritudinem et furorem incidit, tandem morbo liberatus adit labores, qui recensentur singuli: I) Leo in Nemea occisus. II) Hydra Lernaea. Cap. 11. III) Aper Erymanthius. Circa idem tempus Centauri devicti; caesorum nomina. Cap. 12. — IV) Capta cerva aureis cornibus, velocitate praestans. V) Aves e Stymphalide palude abactae. VI) Augiae stabulum expurgatum, Peneo fluvio eo deducto. VII) Taurus e Creta in Peloponnesum traductus. Cap. 13. — In cuius certaminis memoriam Hercules ludos Olympicos instituit. Ipsum in omni certaminum genere victorem Dii Deaeque muneribus honorant. Obiter observat historicus, Nioben primam, Alcmenam vero postremam mortalem fuisse, a Iove compressam. Cap. 14. Post haec Hercules, bello a gigantibus in Deos moto, praestito Diis auxilio, cum aliis belli sociis coelestium Deorum honores consecutus est. — Prometheum, igne allato bene de humano genere meritum, poena liberat. Cap. 15 pr. VIII) Hinc Diomedis equas carnivoras abduxit; quo facto cum Iasone in Colchos navigavit. Cap. 15 med. IX) Expeditio in Amazones ad rapiendam Hippolytae zonam. Amazonum, quae devictae sunt, nomina. Cap. 16. X) Iter parat in Iberiam ad abducendos Geryonis boves. Milites congregat in insula Creta, quam tunc bestiis purgavit. Prima inde navigatio in Libyam, ubi Antaeum in certamine occidit, terrasque et civitates

a feris et tyrannis liberavit. Divertit in Aegyptum et Busiridem cecidit; in Libya Hecatompylon condidit, postea a Carthaginiensibus subactam, et ad fretum Gaditanum columnas statuit. Chrysaoris filiis in certamine caesis, boves partim abegit, partim in Iberia dono reliquit. Adiecta columnarum Herculis fretique ipsius per eum mutati descriptio. Cap. 17. 18. Ex Iberia transit in Celticam, (Galliam) ubi urbem Alesiam condit; inde per Alpes in Italiam. Cap. 19. Ligurum ager ingratus, duri labores describuntur. Cap. 20. Hercules ad Tiberim pervenit, in Palatio benigne receptus a Cacio (Potitio) et Pinario. Decimae Herculi votae, templumque exstructum. Ora maritima peragrata campum Cumaeum s. Phlegraeum ingressus proelio facto Gigantes internecione delet. Cap. 21. Opera ad lacum Avernum. Via Heraclea. Venatori, in Dianam impio, mors illata. Cicadae ob Herculis pietatem expulsae. Iter Herculis per fretum in Siciliam, apprehenso tauri cornu. Cap. 22. Thermae Himeraeae et Egestanae itinere fessum recreant. Eryx Herculem ad certamen provocat, proposito praemio. Hercules victor Siciliam praemium reportat, quam post unus e posteris, Dorieus, occupat, et Heracleam ibi exstruit, deinde a Carthaginiensibus dirutam. Sicanos sibi infestos Hercules domat; ducum nomina memorantur. Cap. 22.— Leontini, praesertim Agyrinaei, Herculi, ut Deo coelesti, honores tribuunt, pro quibus ipse monumenta reliquit: lacum sui nominis, lucum Geryoni consecratum, fanum Iolao socio sacrum, gymnicis et equestribus ludis celebre. Tunc Hercules boves retro in Italiam agit, ubi Lacinium ob furtum caedit, Crotoni autem, per imprudentiam caeso, monumenta vovet. Tandem per Epirum redit in Peloponnesum. Cap. 24. XI) Cerberus ex inferis protractus. Ante vero Hercules mysteriis Eleusiniis initiandus erat. Eorum causa digressio de Orpheo. Cap. 25 et 26 princ. XII) Rapta Hesperidum aurea mala. Alii poma, alii oves interpretantur. Cap. 26 med. Per hanc occasionem Atlantis regio, Atlas, Hesperus, Atlantides, Hesperides describuntur. Has, furto in Aegyptum abductas, Hercules tum, cum Busiridem occidisset, interemtis raptoribus, Atlanti restituit. Muneris loco astrologiam ab Atlante accepit, ab ipso Graecis traditam. Cap. 27. – (Dum his occupatus erat Hercules, Amazones, ob illata per Herculem damna, praesertim ob raptam Antiopen vel Hippolyten, Graecis bellum intulerant, proelio victae per Theseum. Cap. 28.) — Oraculi iussu nunc natis ex Thespiadibus Sardinia in ditionem tradenda erat. Iolaus, fratris filius, expeditionis et coloniae dux erat. Per hanc occasionem Thespiadum historia et prognatorum ortus per Herculem narratur. Sardinia ab Iolao expugnata, ordinata, ornata. Colonia per eum in Sardinia condita, bello deinde ab aliis nunquam victa. Cap. 29. 30.

Iam de sobole sollicitus, uxorem Megaram Iolao concedit, et

Iolen petit, Euryti filiam. Ob acceptam repulsam, Euryti patris equas furto abigit. Iphitus, Euryti fil. raptorem persequitur, de turri ab eo praecipitatur. Expiationis causa Hercules in servitutem traditur Omphalae, Maeonum reginae, cuius regnum a Cercopibus aliisque latronibus liberat. Ita ipse libertatem et reginae coniugium consequitur. Cap. 31. Post in Peloponnesum redit, iniurias olim a Laomedonte, rege Ilii, illatas ulturus. Navibus Troiam petit, in proelio Laomedontem occidit, et regno potitur, quod Priamo tradit. Cap. 32. Reversus in Peloponnesum bellum contra Augeam movet ob recusatam mercedem. Re infecta Olenum ad Dexamenum abit, et in Hippolytae nuptiis Eurytionem, Centaurum, obtruncat; hinc Tirynthem ad Eurystheum se recipit, sed insidiarum metu una cum matre in exsilium pulsus Pheneum in Arcadia fugit. Hic, usus opportunitate, impetum facit in Eurytum, Augeae filium, hunc et Augeam ipsum occidit, Elidem urbem et regnum Phyleo tradit. Tyndareum, Sparta expulsum, commissa pugna, in regnum restituit. In Arcadia eius furto compressa Auge, regis filia, ipse Stymphalum confugit; Auge abducitur mari submergenda, in via parit filium, in Parthenio monte relictum; servata ipsa Caribus dono permittitur. Infans a pastoribus educatus Telephi nomine, cum adolevisset, matrem apud Teuthrantem, Mysiae regem, reperit. Cap. 33.

Relicta Peloponneso, Hercules Calydonem, Aetoliae urbem, sedem facit, et Deianiram, Oenei filiam, matrimonio sibi iungit. Meleager, eius frater, tum exstinctus erat. Itaque per digressionem apri Calydonii ab eo confixi historiam et Meleagri interitum narrat. Ceterum Hercules de Calydoniorum agro bene meret, facto novo Acheloi alveo; unde orta fabula de Amaltheae cornu. Cap. 34. 35. In bello cum Thesprotis Hercules Calydoniorum socius; Ephyra capta, et rege Phyleo occiso, e regis filia captiva Tlepolemum suscipit. Mox ob Eurynomum non consulto interemtum cum Deianira aufugit. Nessus Centaurus hanc per flumen Evenum portans, dum vitiare cupit, sagitta transfigitur. Philtrum ab eo Deianirae relictum. Apud Ceycem, Trachiniae regem, commorantur. Cap. 36. Post oraculi Delphici vindex, Phylantem, Dryopum regem, occidit, Dryopes sedibus expellit. Obiter Herculis liberi recensentur. Dryopum novae sedes et res gestae. Suborto dein bello inter Dorienses et Lapithas, Hercules illis auxilio est, et hos sedibus eiicit. Cygnum certamine victum occidit. Ormenii regem, ob recusatam Astydamiam fil. bello subigit, et ex hac Ctesippum suscipit; Iolen etiam rapit, occisis fratribus. Cap. 37. De hoc amore certior facta Deianira, Herculis vestes philtro Centauri tingit. Secutus Herculis exitialis morbus. Eius rogus in Oeta. Cap. 38. Herculis consecratio. Cap. 39.

Argonautae.

Eorum socius erat Hercules; itaque proximus locus de his dicendi. (Conf. cap. 15 et 32.) — Iasonis consilium, exstructa navis, itineris socii. Cap. 40. 41. Memorabilia in itinere: ad oram Troadis Hesionem devotam Hercules liberat, et balaena interfecta eandem et regios equos praemii loco accipit, interea apud regem relictos. Cap. 42. Ob tempestatem Orpheus Diis in Samothrace sacra et vota facit. Samothraces Dii, Dioscuri. Inde progressi ulterius in Thraciam, duo regis Phinei filios, propter novercae criminationes crudeliter a patre habitos, ulciscuntur. Occiso Phineo, filiis regnum traditur. Alii rem aliter narrant; sed tenendum, in veterum mythis non omnia congruere. Cap. 43. 44. Ex Thracia in Pontum transvecti appellunt ad Chersonesum Tauricam, ignari, barbaris morem esse, hospites immolandi Dianae Tauricae. Cap. 44 extr. Eius moris causa et origo explicatur. Simul res Colchicae describuntur. *Aeetes* et *Perses* fratres erant, ille Colchidis, hic Tauricae rex. Hecatae, Persae filia, fero et immani ingenio praedita, venena invenit, et inhumanum Dianae sacrum instituit. Nupta Aeetae *Circen*, *Medeam* et *Aegialum* peperit. Circe matris artem colit; Sarmatarum regi in matrimonium data, marito sublato, regnum occupat. Ob crudelitatis facinora regno eiecta Italiam petit. Cap. 45. Medea, mitioris ingenii, peregrinorum servatrix. Hanc profugam in litore offendunt Argonautae in Colchidem appulsi. Iason, data coniugii fide, Medeam consiliorum et expeditionis sociam habet. Tum vellus aureum noctu invadunt. Cap. 46. Inseritur fabula de Phrixo, aureo vellere apud Colchos in templo Martis consecrato, eiusque custodibus, dracone cet. Cap. 47. Duce Medea Argonautae, caesis custodibus, vellere aureo rapto, ad naves confugiunt. Aeetes, collecta manu eos persecutus, in pugna perit. Tunc navibus conscensis reditum parant. Glaucus itineris comes et adiutor. Cap. 48. Superato Hellesponto attingunt Troadem. Ob Hesionen et equos recusatos commissa pugna. Laomedon pugna cadit; regnum Priamo traditur. In Samothrace Diis Samothracibus vota reddita. (Conf. supra cap. 43. 48.) Cap. 49. — Interea Pelias, peremta Iasonis stirpe, regnum occupaverat. Itaque Iason reversus in Thessaliam funera suorum ulcisci parat. Cum omnia sint impedita, Medea regem dolo interimere et regiam prodere promittit. Cap. 50. Scilicet assumta sagae persona, Medea urbem et regiam ingreditur, magica ministeria senectae transformandae in iuvenilem vigorem offert et approbat. Caede Peliae per fraudem peracta, datoque signo, Iason cum sociis regiam recuperant. Cap. 51. 52. — In superstitem regis familiam benignus; Acasto filio regnum tradit, filias matrimonio iungit viris principibus. His peractis, Hercule auctore, Argonautae foedus et societatem in futuros casus iungunt, ludosque celebrant Iovi sacros

Olympio. Cap. 53. (Sed conf. cap. 14 de antiquiore ludorum Olympicorum origine.)

Sequitur Iasonis reliqua vita. Is, repudiata Medea, postea cum Glauce coniugium iniit. Medea, furore incensa, igne et caede grassatur, Herculem contra Iasonem advocat vindicem. Iason mortem sibi conscivit. Thessalus, superstes Iasonis filius, in regno Peliae succedit, et ditionis suae populum Thessalos vocat. De Medeae ultimis factis, fatis atque erroribus. Eius filius primus Medorum rex. Cap. 54. 55. 56 princ. — Argonautarum reditus per aliam viam, a Timaeo commemoratus, adverso Tanai et per aliud flumen in Oceanum, inde vero iuxta Gades in mare mediterraneum, eiusque rei opinata vestigia, ultimo loco describuntur. Cap. 56.

Heraclidae.

Herculis liberi Trachine apud Ceycem regem educati. Eurystheus, de regno metuens, eos bello persequitur, victus tandem Atheniensium ope. Cap. 57. Iam Heraclidae, duce Hyllo, in Peloponnesum et Mycenarum regnum agmen movent; sed caeso Hyllo in certamine, quo res est diremta, Heraclidae ad L annos regno et Peloponneso sunt exclusi. Cap. 58.

Theseus.

Herculis imitator erat. Eius genus et prima certamina describuntur. His praeclare peractis, Athenas venit, et ab Aegeo certis signis agnoscitur. Cap. 59. Fabula de Minotauro, quem Theseus interemit. Regum Cretensium recensus; utque ex his Minos, ob Androgeum filium in Attica interfectum, Athenienses bello et fame presserit. Iussu oraculi Athenienses Minoi obtemperant, poenam VII puerorum puellarumque exigenti. Theseus, Ariadnae ope adiutus, Minotauro confecto, patriam iniquo tributo liberat. In reditu Ariadnen Bacchus in insula Naxo rapit. Quo dolore perturbatus Theseus, velis nigris candida substituere obliviscitur; quibus conspectis Aegeus, Thesei pater, ex alto se praecipitat. Theseus in regno successit, sub quo res Attica melius ordinata incrementa cepit. Cap. 60. 61. Eius uxor Phaedra Hippolytum, privignum, amat. Utriusque interitus. Theseus per seditionem exsul. Cap. 62.

Adiecta narratio de Helenae et Proserpinae raptu per Theseum et Pirithoum. Cap. 63.

Septem ad Thebas.

„De his cum satis dictum sit, res gestas Septem ad Thebas persequamur, exorsi a prima belli causa." Laius, Thebarum rex, et Iocasta de sobole oraculum adeunt, quod funesta muntiat. Oedipus inde prognatus idcirco exponitur; postea inscius patrem occidit. — Sphinx. — Iocasta coniugium et regnum promittit, si quis eius aenigma solverit. Oedipus solvit, et matrem inscius accipit uxorem,

ex eaque procreat Eteoclem et Polynicem, Antigonam et Ismenen. Cap. 64. Re deinde comperta, Eteocles et Polynices patrem clausum tenent, et regnum occupant. Mox Polynices, a fratre pulsus, Argos ad Adrastum fugit, et auxilium petit. Adrastus et Polynices cum Tydeo et quatuor aliis sociis Thebis bellum inferunt. Eteocles et Polynices mutuis vulneribus pereunt; similiter reliqui occubuere praeter unum Adrastum. Cap. 65.

Epigoni, i. e. occisorum ducum filii, duce Alcmaeone bellum in Thebanos renovant. Thebani, victi urbeque expulsi, suasu Tiresiae Thebani, Tilphossaeum in Boeotia migrant; Epigoni Thebas, et in hac Tiresiae filiam Daphnen, Sibyllam cognominatam, capiunt. Thebani Dorienses invadunt, et varias populorum migrationes movent. Cap. 66. 67.

Doriensium, Aeolum, Boeotiorum origines et migrationes explicantur. Cap. 67.

Aeoli progenies Salmoneus et Tyro; quorum genealogia usque ad Nestora et bellum Troianum producta adiicitur. Cap. 68.

Lapithae et Centauri.

Lapitharum genus. Alter filiorum Lapithae erat Periphas, qui octo liberos habuit. Ex his primus Antion procreavit Ixionem, Iunonis amore captum. Pro Iunone Iuppiter nubem ei subiecit, unde nati Centauri. Cap. 69. Centaurorum bellum adversus Lapithas, horumque reliquiae. Cap. 70.

Aesculapius.

Eius parentes Apollo et Coronis; merita de vita hominum, et Plutonis de eius arte querelae. Filii Machaon et Podalirius vulneratos ex Graecis ad Troiam curabant. Cap. 71.

Penei et Asopi genus.

Filii filiaeque recensentur, quibus multae atque celebres civitates atque populi origines debent; horumque posteri usque ad aevum Troianum. Cap. 72.

Pelops, Tantalus, Oenomaus.

Oenomaus, oraculo admonitus, ad avertendas Hippodamiae filiae nuptias, procis certamina proposuit cum vitae periculo. Pelops, Myrtili auxilio adiutus, victoriam eiusque praemium Hippodamiam reportavit. Ab eo Peloponnesus nomen habet. Cap. 73. Pelopis pater Tantalus, Paphlagoniae rex, ob opes in ipsos Deos superbus, regno pulsus, et apud inferos cruciatibus affectus. Niobe, eius filia, liberorum numero superbiens, orbitate punita. Cap. 74. Tantalum regno expulerat Ilus, Trois filius. Quocirca eius stirps a Teucro inde repetita et usque ad Priamum, Anchisem, et Aeneam deducta inseritur. Cap. 75.

Daedalus.

Atheniensis erat. Ingenium eius et sollertia, quo omnes vicit artifices. Talum, ex sorore nepotem, artis et ministrum et aemulum habuit, novis inventis clarum. Hunc Daedalus, invidia commotus, dolo interemit. Capitis damnatus in fugam se dat. Cap. 76. Cretam deinde insulam petit, et Minois regis amicitiam sibi conciliat. Hic construxit bovis machinam ad explendam Pasiphaae libidinem; unde ortus Minotaurus: deinde Labyrinthum. Post ob Minois iram in se motam cum Icaro in Siciliam aufugit. Ab hoc et mare Icarium et insula Icaria nomen habet. Mox conficta fabula de alis e cera factis. Cap. 77. Daedali reliqua opera in Sicilia facta. Cap. 78. Minos, ob receptum Daedalum iratus, Siculis bellum infert. Daedali mors et monumentum sepulcrale. Cretenses in Sicilia relicti, post Minois mortem sedem ibi constituunt, urbemque Minoam et Engyum condunt; mox templum Deabus Matribus exstruunt, magnitudine et sanctitate clarum. Lapides maximis sumtibus advecti. Cap. 79. 80.

Aristaeus.

Ex Apolline et Cyrene in Libya natus Nymphis traditur, a quibus apium, olivarum, lactis cet. culturam didicit; quibus inventis aeque ac Bacchus optime de genere humano meruit. Eius ex Autonoë, Cadmi filia, filius Actaeon a canibus laceratus. Cap. 81. Migrat deinde Aristaeus in Ceam insulam; Graeciam universam pestilentia liberat. Hic relicta sobole, ipse Sardiniam et Siciliam petit; ob quas insulas suis inventis excultas divinos honores consequitur. Cap. 82.

Daphnis et Eryx.

Eryx, Veneris et Butae filius, Siciliae regulus, urbem sui nominis, et in eius arce templum Veneris Erycinae exstruxit, sanctitate clarissimum, ab Aenea, Siculis, Carthaginiensibus, Romanis, maximis auctibus ampliatum. Cap. 83.

Daphnis, Mercurio et Nympha genitus, rei pastoritiae, ad quam regionis amoenitas invitabat, studiosus, fistulae pastoritiae et carminis pastoritii inventor exstitit. Montium Heraeorum et circumiacentium camporum, in quibus natus est et vixit, descriptio inseritur. Cap. 84.

Orion.

Corporis magnitudine et robore eminuit, et venationem sectatus est. Cum alia opera perfecit, quae magni roboris essent, tum praesertim regis Siculorum, Zancli, a quo Zancle sive Messana nomen habet, iussu portum Acte appellatum. Messanae mentione facta historicus digreditur in disputationem, an Sicilia olim chersonesus fuerit? Hesiodus negat, qui promontorium Pelorium, et in

eo templum Neptuni, Orionis operibus adnumerat. Orion inter astra relatus. Cap. 85.

B) *Lib. V. qui* insularis *appellatur sive de insulis.*

Huius libri prooemium in argumento communi, non proprio versatur; ordinis et oeconomiae, ut in aliis rebus, ita praesertim in tradenda historia, rationem habendam esse. Qua laude cum inprimis Ephorus praestitisset, Diodorus ait, eius se exemplum secutum, res historicas *secundum species* proponere instituisse. Hunc librum itaque antiquissimam historiam *insularum* continere, singulatim recensendarum. Incipiendum autem esse merito a Sicilia, quae magnitudine et antiquitate prima esse videretur. Cap. 1. Ceterum hoc libro, praeter Graeca, multa alia contineri non mirandum est. Nam ex cap. 24. princ. patet, eodem simul suppleri, quae prioribus libris sint praetermissa. Unde Graecorum antiquissimae historiae, quam solam Diodorus promiserat, gentium aliarum Europae descriptio adiungenda erat.

Sicilia.

De insulae nominibus, magnitudine, pauca praefatur. A figura Trinacriam, a Sicanis, primis cultoribus Sicaniam, a coloniis Siculis, Siciliam esse appellatam. Cereri et Proserpinae merito insulam caram et sacram fuisse, in qua primae fruges provenissent. Cap. 2. Hac oblata occasione in mythum de Cerere Proserpina excurrit, obiter descriptis regionibus amoenissimis, Enna, Himera, quae Deabus iucundissimam praebuissent sedem. Cap. 3. 4. 5. Tum de incolarum ortu pauca disputat, et historicorum diversas sententias comparat. Ipse Sicanos indigenas esse pronuntiat; post multa secula ex Italia Siculos immigrasse; denique Graecos misisse novas colonias, quae vitam cultiorem et linguam Graecam vulgarunt. Cap. 6.

Aeolides.

Earum nomina et situs. Sunt septem: Strongyle, Euonymos, Didyme, Phoenicusa, Ericusa, Vulcania (Hiera, ἱερὰ Ἡφαίστου), Lipara. Omnes flammas exspirant. Primo a Liparo, deinde ab Aeolo cultae; unde ab utroque nomen habent. Aeoli humanitas celebratur, Ulyssis testimonio confirmata, porro rei nauticae studium. Cap. 7. — Aeoli sex filiorum nomina, et regna in Italia et Sicilia. Cap. 8. Novi insularum coloni insequentium temporum, Cnidii, Rhodii, Cap. 9. — Liparaeorum civitas reliquis florentior ob portus opportuniores, thermarum salubritatem, aluminis copiam cet. Cap. 10.

Osteodes.

Inculta insula, *ossium insula* appellata a singulari eventu, cuius narrationem cap. 11. continet.

Insulae australes.

Tres insulae a parte meridionali Siciliae sitae, Melite, Gaulus, Cercina, quam brevissime commemorantur. Cap. 12.

In mari Tyrrheno sitae insulae.

Primo mentio fit Aethaliae. Ferri illa ferax et mercatura celebris. Sequitur Cyrnos, Romanis Corsica appellata, cuius urbes, proventus, incolarum ingenia et numerus declarantur. Cap. 13. 14. Proxima est Sardinia. In eam colonia ab Iolao deducta; inde incolae Iolaei appellati. Populum eiusque libertatem ab externo hoste natura ipsa defendit. Cap. 15. — Pityusa a pinuum ibi nascentium copia appellata. Cap. 16.

Iberiae obiacentes insulae sunt Gymnesiae s. Balleares; situs, soli natura, incolarum mores. Cap. 17. 18.

Insulae in Oceano s. extra columnas Herculis.

Insignis magnitudinis *insula*, e regione Africae in Oceano sita, plurium dierum spatio a Libya dissita, in hac descriptione primum occupat locum. Eius insulae summa fertilitas et amoenitas celebratur, nomen desideratur; unde colligendum, eam fama potius et sermonibus, quam scriptis idoneisque monumentis, cognitam esse. (Americae vel Indiae occidentalis obscurior notitia, e Carthaginiensium navigationibus dilapsa, in huius insulae anonymae et incognitae descriptione latere videtur.) Inde *Carthaginiensium* in Africae ora et occidentalis Europae partibus constitutae *coloniae*, urbs in Europae peninsula *Gades* condita, et hinc in Oceanum susceptae navigationes expressis verbis commemorantur. Cap. 19. 20.

Iam in alteram Oceani partem, quae Europam cingit, progressus insulas et adiacentium terrarum oras persequitur. Una est *Britannia*, cuius insulae formam, promontoria, populorum mores, stanni mercaturam paucis describit. Cap. 21. 22. — Scythiam versus sita est insula *Basilea*, in quam mare succinum proiicit, mythis etiam celebratum. Cap. 23. Inde in proximas Europae oras exspatiatur, gentes vicinas lustraturus. Primo *Celticam* adit. Cap. 24—32. Mythica narratio de Galate, Herculis filia, a qua Galatia i. e. Gallia et Galli nomen habere dicantur. Cap. 24. Populi plures, omnes numerosi; praecipui fluvii. Cap. 25. Venti vehementiores, frigus ingens. Zytho itaque pro vino utuntur, vinoque, quod tamen aliunde advehitur. Cap. 26. Argenti nihil, auri magnam copiam terra profert. Inde compositus ornatus. Cap. 27. Incolarum corporis cultus, mores. Cap. 28. E curribus pugnandi mos, bellandi ratio, spoliorum praecipuae species. Cap. 29. Vestitus, arma. Cap. 30. Adspectus voxque horrida, ingenia. Bardi et Druidae. Vates. Divinatio ex occisis. Poëtarum in pugnis etiam usus. Cap. 31. Celtae et Galatae diversi, a Romanis confusi. Mulieres feroces, pueri

cani. *Cimmerii*, postea dicti Cimbri, Romanis multisque Europae et Asiae populis infesti; *Gallograeci*. Eorum feritatis specimina. Cap. 32. — Sequuntur *Celtiberi*. Sunt Iberes et Celtae mutuis connubiis iuncti. Eorum arma et tela, pugnandique ratio. Corpus ac dentes urina abstergunt. Cap. 33. Sunt mites in peregrinos. Victus. *Vaccaeorum* natio et *Lusitani* singulatim, utpote praestantiores, describuntur. Proelia ineunt paeanas canentes et ad rhythmum. Latrocinia ad exercitationum genus referunt. Cap. 34. De harum regionum metallis argenti. Fabula de silvarum incendio; quo argentum liquefactum sit; unde montes Pyrenaeos nomen habere somniant. Argento Phoenices allecti. Cap. 35. Rei metallicae ratio apud Iberos usitata describitur. Cap. 36. Eiusdem comparatio cum Attica. Machina ad hauriendas aquas comparata et ab Archimede inventa commemoratur. (Κοχλίαι. Vid. Lib. I. cap. 34.) Cap. 37. — Summa miseria servorum ad metalla damnatorum. Poenorum inde opes reportatae. In Iberia etiam stannum effoditur, quo praesertim insulae *Cassiterides* abundant. Aliae Britannia eius copiam in Galliam transmisit. Cap. 38. *Ligures*. Terrae eorum indoles aspera, gentis mores. Cap. 39. — Ultimo loco de *Tyrrhenis* narratio adiungitur, a quibus mare Italiae subiectum nomen habet. Militiae pedestris, tubae, togae praetextae, lictorum, sellae curulis, multarum denique artium et vitae elegantioris erant magistri. Cap. 40.

Insulae meridionales in Oceano Arabiae. (Cap. 41—46.)

Ora maritima Arabiae et ulterior usque ad Gedrosiam describitur; praesertim Arabiae felicis. Adiacent plures insulae, sed *tres* prae aliis memoratu dignae. *Una* est *Sacra*, *alia* autem proxima, *sepeliendis mortuis* destinata. Thuris et myrrhae brevis historia. Cap. 41. Eius insulae magnitudo; incolae sunt Panchaei. — Tertia insula *Panchaia*, Iovis Triphylii templo clara. Cap. 42. Agri amoenitas, arborum varietas depingitur. Cap. 43. Templum et alia loca sacra, cap. 44; animalia, urbes, incolae. Horum tres classes, sacerdotum, agricolarum, militum. Cap. 45. Militum usus; sacerdotum habitus, eorundem ortus e Creta. Alia insulae memorabilia, metalla, anathemata. Cap. 46.

Insulae in mari Aegaeo. Cap. 47—84.

Samothrace. Olim Samos appellata, e Thracia accepit novos colonos. Ingens diluvium. Cap. 47. Saon, reipublicae conditor. Simul heroës alii, Dardanus, Iasion, Harmonia. Cap. 48. Harmonia Cadmo, Iasioni Cybele matrimonio iunctae. De his mythicae narrationes. Cap. 49.

Naxus. Olim Strongyle appellata. Primi coloni Thraces erant, quos Butes, Boreae fil. patria pulsus, eo abduxerat. Mulieres aliunde raptae. Cap. 50. Mox Otus et Ephialtes, ob raptam matrem

et sororem, insulam occupant et Diam vocant. Post Cares immigrarunt, quorum rex Naxus a se nomen imposuit. Secutus est filius Leucippus, deinde Smerdius, quo regnante Theseus cum Ariadne advenit. Cap. 51. De Baccho in hac insula nutrito et educato, unde tanta vini Naxii praestantia. Cap. 52.

Syme. Primi incolae duce Chthonio advenere. Deinde Cares eam occuparunt. Tandem Nausus et Xuthus novas eo colonias deduxerunt. Cap. 53.

Calydna et *Nisyrus.* Eas primo Cares incoluerunt, deinde Coi, post Rhodii cet. Cap. 54.

Rhodus et obiecta Chersonesus. Cap. 55 — 63. Rhodum olim Telchines incoluerant, artium multarum, praesertim statuarum inventores, et magicis artibus celebres. Neptunus apud eos educatus ex Halia genuit filiam Rhodum, unde insulae nomen impositum. Cap. 55. Telchines, inundationem praesagientes, relicta insula, in diversas partes abierunt. Sol, Rhodi amore captus, insulam servavit. Hinc nati Heliadae; Rhodii igitur Solem generis sui auctorem venerantur. Cap. 56. Heliadae astronomiae, artis nauticae, chronologiae inventores. De literarum et artium per eosdem divulgatione mythologumena Graecorum. Cap. 57. Danai Aegyptii et Cadmi Phoenicis peregrinationes in hanc insulam. Serpentes, Rhodum devastantes, a Phorbante deleti. Cap. 58. Althaemenes, Catrei, regis Cretensium filius, patria profugus, in hac insula sedem fixit. Inscius occidit patrem. Paulo ante bellum Troianum Tlepolemus advenit, et insulae rex creatus est. Cap. 59.

Commodum visum, simul *Chersonesum Cariae*, e regione sitam, describere. Primi incolae Cares. Post V Curetes e Creta advenere, qui insulam in quinque partes diviserunt. Mox Cyrnus, Inachi iussu, filiam Io persecutus, in hac insula regnum obtinuit, et urbem Cyrnum exstruxit. Cap. 60. Triopes huc profugit. Cap. 61. Hemitheae, sive Molpadiae, in Castabo fanum inclitum. Cap. 62. Omnium populorum communis pietas, ob remedia aegris in somno revelata. Cap. 63.

Creta. Cap. 64 — 80. Eteo-Cretes s. Aborigenes, eorumque rex Cres. Dii plerique apud eos nati. Primi incolae Idaei Dactyli, a quibus Orpheus mysteria didicit. Cap. 64. Secuti sunt Curetes. Eorum inventa. Cap. 65. Iam de singulis Diis antiquos mythos refert. Titanes erant, Urani et Terrae filii. Saturnus. Cap. 66. Hyperion. Latona. Prometheus. Mnemosyne. Themis. Cap. 67. Vesta. Ceres, cum Proserpina et Triptolemo. Cap. 68. Quae diversae gentes de Cerere eiusque frugum inventione diversa tradant. Neptunus. Pluto. Cap. 69. Iuppiter; eius natales et pueritiae anni. Cap. 70. Eius virtutes resque in imperio egregie gestae, quibus divinos consecutus est honores. Cap. 71. Iovis cognomina et liberi. Cap. 72. —

Filiae Iovis recensentur, et, quibus singulae instructae fuerint, dotes. Cap. 73. — Musae. — Filii: Vulcanus, Mars, Apollo, eiusque filius Aesculapius. Cap. 74. Mercurius. Bacchus. Cap. 75. Hercules. Cap. 76. Plutus. Hactenus de Diis apud se ortis. Sacra et initia in Creta primum instituta esse, unde constet? Cap. 77. — Iam, post Deos, heroës celebrantur: Minos. Cap. 78. Rhadamanthus et Sarpedon. Cap. 79. — De coloniis in Cretam immigrantibus: Pelasgis, Doribus, barbaris promiscuis, Argivis et Spartanis. Cap. 80.

Lesbus. Primi incolae Pelasgi, qui duce Xantho, Triopae fil. insulam desertam occuparunt. Ante Issa appellata, nunc Pelasgiae nomen accepit. Post Macareus et Lesbus, Lapithae F. Aeoli N. novas colonias eo deduxerunt; insulamque Lesbum cognominarunt. Iisdem Chius, Samus, Cos subiectae. Cap. 81. — Hae insulae deinde *beatae* nominatae. Cap. 82.

Tenedus. Tennes, Cygni fil. insulae conditor. Cap. 83.

Insulae minores *Cyclades* magis obiter commemorantur, quam aut singulatim recensentur aut describuntur. Cap. 84.

C) *Liber VI. qui historiae mythicae ultimus erat, interiit.*

II. OPERIS *PARS ALTERA HISTORICA.*

Argumentum.

Pars I sex prioribus libris continebat opus *mythicum*, quo Diodorus tempus, mythis adumbratum, persecutus est. Iam operis Pars II succedit, quae est *historica*, complectens tempora, resque in iis gestas, *stilo historico* descriptas. Interea enim scriptura alphabetica inventa, mox etiam idoneo scribendi instrumento et materia scripturae habili aucta, communique usui accommodata ac sensim divulgata erat: eius vero ope ratio et oratio cultior, rerum tum contemplatio tum enarratio et certior et planior facta est. Rudiore aetate oratio erat mythica, scriptura iconographica et hieroglyphica: utraque imaginibus res adumbrans, utraque incerta et fallax. Quemadmodum vero, cum primum parata et in promtu posita esset materiae copia, cui inscriberetur, et talis quidem, quae facilius complicari ac circumferri posset, novum illud scribendi genus ad res quascunque rectius percipiendas, clarius enuntiandas, latiusque vulgandas, multum valebat; ita tum demum, cum, abrogata et mythica dictione et iconographica seu hieroglyphica scriptura, literarum signa usu

communi frequentarentur, rerum gestarum veritas, pristino scripturae genere obscurata, animo rectius percipi, et verbis aptius declarari, ac proinde scribendae historiae, proprie dictae, consilium capi potuit. Quam ob rem, etiamsi tempus, quo scribendi ars in usum vulgarem transierit, et mythica dictio obsoleverit, certis argumentis et indiciis definiri nequeat, cum tamen manifestum sit, certe ante belli Troiani tempora eius rei in Graecia nulla obvia esse vestigia, contra vero tum scripturae alphabeticae usum vulgarem, tum orationis prosaicae et historiae scribendae prima pericula vel specimina in aevum bello Troiano serius cadere, quod ambiguis intervallis vel propius vel remotius a bello Troiano abfuerit; apparet utique, Diodorum idoneas habuisse causas, recteque et temporum rationibus convenienter egisse, qui bellum Troianum tanquam metam inter mythicam dictionem et historicum stilum posuerit, idque ipsum temporis momentum historicae scriptionis epocham constituerit. Itaque Partis alterius, tempus historicum seu stilo historico descriptum continentis, initium sumtum a proximis post bellum Troianum seculis. Inde historia usque ad Diodori Siculi aetatem perducta, et in bello Caesaris adversus Gallos finita. Illud universum temporis spatium annos [1] MCXXXVIII complectitur. Contentum autem erat libris reliquis XXXIV, a septimo usque ad quadragesimum, e quibus

Superstites sunt XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX.

Interierunt VII, VIII, IX, X. — deinde XXI — ad XL omnino omnes.

Operis ratio universa describitur et expenditur.

Posterioris partis methodus a prioris ratione diversa est. In illa scriptor singulos populos singulaque regna separatim recensuerat. Regnabat itaque ordo ethnographicus. Filo temporis destitutus, in colligendis mythis de singulis populis acquieverat, ut in ipsa regnorum et principum serie, temporis qualemcunque quidem successionem observaret, annos autem non numeraret. Huius autem partis operis, quam historicam appellavimus, fundamentum sunt ampliora temporis spatia, epochis sive memorabilibus eventis distincta, ipsa dein in minora spatia divisa, quae tandem, ad Olympiadum ordinem, in singulos annos resolvuntur.

Ad cognoscendum autem operis consilium, rerum delectum, atque eas disponendi modum, nonnulla alia observare convenit, priusquam de universa partis posterioris oeconomia iudicium nostrum ad-

---

1 E computatione Diodori lib. I. c. 5.

fere sustineamus. Duplicem Diodorus in rerum gestarum expositione personam suscepit: 1) *alteram* historici, qui uberiore descriptione res gestas explicaret, earundem plenam et continuam historiam, quamvis ex instituto annis intercisam, exhiberet, rerumque causas investigaret, atque eas inprimis temporum rationes observaret et proderet, unde coeptorum eventus intelligi possent. Id quidem factum in regnis et rebus publicis, quarum in alia regna, in alias civitates, insigne erat momentum, rebus itaque gestis gravioribus, latius patentibus et inter plura regna communibus; verba quae historiae catholicae convenirent, eiusque essent partes. In hoc numero erant Persae, Graeci, Macedones, Carthaginienses, Alexandri M. successorum contentiones, res Siculae, Romani. In ipso ordine, quo regna se excipiunt, regnumque regno succedit, Diodorus historiae catholicae notionem atque regulam secutus est. Namque regnorum ac populorum res tum demum in corpus historiae catholicae recepit, cum momentum ad regna resque publicas alias habere coepissent. Ita Macedonum ante Philippum, Alexandri M. patrem, vel nulla vel levis mentio facta erat. Iam autem, cum Philippi coeptis et fortiter factis, imperium Macedonicum emineret, et in proximos populos vim exsereret, Macedonia [1] locum in corpore historiae catholicae obtinuit. Quando vero rerum communiter inter plures civitates gestarum eodem tempore stirpes plures esse possunt; ipsae, nonnullae certe, nullo nexu vel foedere aliis iunctae: Diodorus separata separat, greges quasi plures facit, rerumque gestarum systemata plura seiungit, unumquodque autem singulis annis narrando persequitur. Eiusmodi rerum gestarum systemata disiuncta ac diversa, *ἑτερογενεῖς* [2] *πράξεις* appellat. Singula autem, quovis anno, quamdiu constiterint, per orbem obit, quemadmodum etiam in quolibet rerum gestarum genere, si res diversis locis fuerint actae, plane ad exemplum [3] Livii, singula loca ordine adit, et

---

1 *Οὗτος γὰρ — ἐλαχίσταις δὲ ἀφορμαῖς χρησάμενος, μεγίστην τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην δυναστειῶν κατεσκεύασε τὴν ἰδίαν βασιλείαν.* L. XVI. c. 1.

2 Sufficit uno exemplo rem illustrare. Lib. XVI. se excipiunt res Macedonicae, Siculae, Graecae, Persicae. A rebus Macedonicis transitum parans ad res Siculas, cap. 5. princ. hac usus est formula; *Ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Μακεδονικὴν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις. κατὰ γὰρ τὴν Σικελίαν Διονύσιος* κ. τ. λ. Simile exemplum est lib. XI, cap. 20: *Ἡμεῖς δὲ ἀρκούντως διεληλυθότες περὶ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην πραχθέντων, μεταβιβάσομεν τὴν διήγησιν ἐπὶ τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις.* — Add. lib. XVI. cap. 64.

3 Ut lib. XXIII. — (Alias novi magistratus, omina etc. incipiunt) — Gesta Hannibalis in Italia. — Per idem fere tempus, literae ex Sicilia Sardiniaque Romam allatae, c. 21. — Dum haec in Italia geruntur apparanturque, nihilo segnius in Hispania bellum gestum erat, c. 26. — Dum

quae gesta ubique sint, singulatim perlustrat. 2) *Altera* persona est chronographi et indicis potius, quam historici. Ubi res gestae communes et late patentes principem operis historici locum occuparunt, his obiter adiiciuntur ac per annorum intervalla inseruntur res singulares, virorum ingenio scriptisque celebrium memoriae, casus memorabiles civitatum minorum, quae a systemate reliquorum populorum separatae manserant. Illae quidem erant *historiae primariae*, hae vero *notitiae historicae secundariae* ac historiae catholicae veluti [1] parerga. In his posterioribus Diodorus ita versatus est, ut vel verbo res notaret potius, quam copiose describeret, sicut lib. XV, cap. 81 extr. XVIII, cap. 13 extr. vel, omissa reliqua historia, non nisi fragmenta adferret; haec tamen ipsa uberius explicaret, ut lib. XX, c. 22—26, quo loco historiae Bospori Cimmerii particula exhibetur. Huiusmodi notitiis brevioribus plerumque extremus cuiusvis anni locus assignatus est, ubi, appendicis loco, regum aliarum terrarum, quae parvi momenti instar ad systema politicum haberent, obitus et successiones, aliaque memorabilia paucis nuntiantur, ut lib. XV, c. 52 extr. 88 extr. nonnunquam adeo totius anni argumentum annotatis chronologicis, e diversorum regnorum et rerumpublicarum historia decerptis, constat. Exempla habes lib. XVI,

---

haec in Hispania geruntur, Petelia in Bruttiis, aliquot post mensibus, quam coepta oppugnari erat, ab Himilcone, praefecto Hannibalis, expugnata est, c. 30. — Et in Sardinia res per T. Manlium, praetorem, administrari coeptae, quae omissae erant etc. c. 40. — Per idem tempus T. Otacilius quinquaginta navium ab Lilybaeo classe in Africam transvectus depopulatusque agrum Carthaginiensem etc. c. 41.

1 Argumentum operis praecipuum et principale i. e. historiam communem grandiorum regnorum et rerump. Diodorus proprio verbo appellat *τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γεγονότων*· quemadmodum alteram partem eamque secundariam i. e. annotata chronologica et fragmentaria, *τὰς συνεχεῖς πράξεις*. Vid. lib. XX, c. 21 extr. Constat enim, verbum *ἐπαγγελίαν*, praeter alia, etiam *propositum primarium*, idque in suas partes divisum, *opus promissum et annuntiatum*, significare; quam vocis vim illustravit Steph. in Thes. Tom. I, p. 20 sq. et sub voce *προκατασκευὴ* Tom. III, p. 821, quam synonymam esse asserit. Alibi eodem sensu alia formula utitur: *κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου πρόθεσιν*, lib. XVII, c. 118 extr. *ὑπόθεσιν ἱστορικὴν* quoque appellat lib. I, cap. 3. Quod autem partem operis secundariam attinet, notum est, *τὸ συνεχὲς* non semper de rerum ipsarum nexu et cognatione, sed saepe de *tempore* adhiberi, ut proinde *αἱ συνεχεῖς πράξεις* sint *res coaevae*, quas argumento primario operis subiicere constituerat. Ut haec, quae dixi, plane confirmentur, comparanda sunt, quae Diodorus in prooemio operis lib. I, c. 1—5. de universo operis suscepti consilio praemonuerat. Nam cum observasset, plerosque scriptores unius tantum populi aut unius civitatis bella, paucos *τὰς κοινὰς πράξεις* descripsisse, professus est, se *τὰς κοινὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις* (lib. I, c. 1.) *σύμπαντος κόσμου πράξεις ὥσπερ τινὸς μιᾶς πόλεως* (lib. I, c. 3.) esse perscripturum.

c. 36, 69, 91 tot. Hoc factum etiam est in rebus gestis singularum ipsius Graeciae civitatum, si ad universum populum, nullum habere momentum viderentur, ut lib. XV, cap. 78—81.

Ergo in altera operis parte Diodorus annalium scriptor est, hoc est, historiae per annos dispositae. Iam si quaeris, quae in tali operis compositione seu oeconomia placeant vel displiceant, quae fini huius operis historici, quae rebus recte ac plene percipiendis conveniant vel adversentur, ultro fateor, annalium rationem enarrandis rebus gestis, plures per annos continuatis, proinde uno complexu comprehensis, inde a primo principio, in conflictu plurium impedimentorum, intercedentibus multis annis, ad certum exitum perductis, parum videri accommodatam, ideoque in operis historici virtutibus minime ponendam. Quis enim est, qui neget, res ad unum finem vergentes, quamvis in longam annorum seriem productas, et saepe impeditas, unum consummare actum, proinde integras debere proponi; eum autem modum, quem annalium scriptores sequantur, coeptorum progressioni contrarium esse, rerumque gestarum filum singulis annis et iteratis vicibus interrumpere? Quo [1] quid aliud futurum est, quam ut lectoris animus, si rerum gestarum partes connexae toties interruptae cum alius generis rebus confundantur, admodum turbetur? Quae quamvis ita sint, et potior rebusque enarrandis magis congrua Suetonii et Flori ratio esse videatur, qui res in species [2] distributas, singulas atque integras persecuti sunt; tamen, quod in Diodori opere vitium deprehendimus, habet, cur certe excusari possit. Primo in nullo historiarum genere magis, quam in historia catholica, necessarium videri poterat, ut

1 Neque Diodorus ipse methodi incommoda vel ignoravit, vel dissimulavit. Luculentus locus est, ubi minime requisieris, lib. XX, c. 43. Qui quamvis aliud spectet, quod in historia molestum est, tamen facile in hanc quoque partem accipi potest: *ταύτῃ ἄν τις καὶ τὴν ἱστορίαν καταμέμψαιτο, θεωρῶν ἐπὶ μὲν τοῦ βίου πολλὰς καὶ διαφόρους πράξεις συντελουμένας κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, τοῖς δ' ἀναγράφουσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχον τὸ μεσολαβεῖν τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἅμα συντελουμένοις μερίζειν τοὺς χρόνους παρὰ φύσιν.* Se accusare, sui operis rationem increpare videtur, dum in prooemio libri XVI, c. 1 rerum gestarum scriptoribus id officii impositum esse censet, ut *πράξεις αὐτοτελεῖς, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους* narratione complectantur continua, additque probabilem causam: *αἱ μὲν γὰρ ἡμιτελεῖς πράξεις, οὐκ ἔχουσαι συνεχὲς ταῖς ἀρχαῖς τὸ πέρας, μεσολαβοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν τῶν φιλαναγνωστούντων.*

2 Diodoro quidem ea ratio haud incognita fuisse videtur. Athanas enim Syracusanus, cuius scripta historica lib. XV, c. 94 recensuit, hanc methodum in uno certe opere secutus erat: *διελθὼν τὰς πράξεις ἐν κεφαλαίοις, συνεχῆ τὴν ἱστορίαν ἐποίησεν.* Namque apparet, Diodorum his verbis nihil aliud indicare voluisse, quam hoc, Athanam res gestas sigillatim, neque per tempora, sed per species, executum esse. Atqui ea erat Suetonii methodus. Vid. Octav. c. 9.

synchronismo inserviretur, qui inter tot tamque varias res dux certissimus esset; hunc autem adiuvari, si deinceps ac per annos procedamus, singulisque annis in omnes partes dispiciamus, ac, quae diversis locis et in diversis populis acta sint, quaeramus, quis dubitabit? Itaque multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda aequum est ferre. Deinde eadem methodus historica, Thucydidis, Livii aliorumque scriptorum praeclarorum auctoritate et exemplis admodum erat celebrata et approbata. Quamobrem tantorum virorum exemplum secuto commune antiquitatis vitium Diodoro soli ne imputemus. Tandem omnem Diodorus ipse operam dedit, ut incommoda, quae lectoribus sua methodus inferre videbatur, aliis modis imminueret et leviora faceret. Usus autem est his modis: 1) Ubique certis adhibitis formulis [1] finalibus lectores admonuit, ad quem cuiuslibet rei gestae et cuiuslibet regni finem, narrationem produxerit. Quo quidem modo cavit, ne animus, in tanta rerum per partes traditarum turba, confunderetur, memoriae autem magnum attulit adiumentum. 2) Nonnunquam, ac tum praesertim, cum res ipsa non repugnaret, plurium annorum historiam uno anno totam complexus est. Hoc ita instituit, ut rerum hominumque, praesertim a systemate historiae communis separatorum, primam mentionem tum demum faceret, cum certum ac memorabilem eventum res consecutae essent; ubi, quae ante acta fuerant, simul repetiit, et ad eum finem, quem res attigerint, perduxit. Uno exemplo id illustrasse contenti simus. Agathoclis, Syracusarum tyranni, historiam universam, quamvis e methodi regula per plures annos distribuenda fuisset, una [2] narratione complexus est. Simile exemplum erat, quod iam supra commemoravimus, regni Bosporani in Ponto, cuius cum per XXXVIII [3] annos nulla mentio facta esset, nunc [4] simul sex fere annorum historia inseritur. Idem etiam alibi, in ipsis rebus ad historiam communem pertinentibus, factum est, nonnunquam per plures annos omissis, deinde vero post elapsos eos summatim

---

1 E multis pauca exempla illustrandae rei causa afferamus: lib. XVI, c. 15 sq. *τὸ μὲν οὖν τῶν Βρεττίων πλῆθος οὕτω συνέστη κατὰ τὴν Ἰταλίαν. κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν κ. τ. λ.* cap. 64 extr. *ἡμεῖς δὲ ἀρκούντως διεληλυθότες τὸν ἱερὸν πόλεμον, ἐπάνιμεν ἐπὶ τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις.* — cap. 37 extr. *ἡμεῖς δὲ τὰ περὶ Βοιωτοὺς καὶ Φωκεῖς διεληλυθότες, ἐπάνιμεν ἐπὶ τὸν Φίλιππον.* lib. XVIII, c. 7 sq. *καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν. κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην* etc. lib. XV, c. 93 seq. Eo usque quidem res in Asia gestae processerant, in Peloponneso vero etc. lib. XIX, c. 10: Nos Siciliae atque Italiae res persecuti, ad reliquas partes Europae orationem convertimus.

2 Lib. XIX, cap. 2—9.

3 Lib. XVI, cap. 52.

4 Lib. XX, cap. 22—26.

comprehensis et in unum annum[1] congestis; vel ante occupatis[2], quae proximis demum annis evenerunt. 3) Adiumento etiam erat, quod rerum multarum, eodem tempore apud alias gentes, quam quarum historia continua huius operis fundamentum erat, gestarum, si memoratu dignae viderentur, non nisi brevissima notitia, finito annuo cursu, adiecta est. De hoc autem iam supra dictum.

Ceterum cum e proposito in sola historiographia sit versandum, ea, quae in rebus ipsis perperam tradita videantur, iam non curo. Ea in subiunctis operi virorum doctorum annotatis diligenter sunt observata, et sub examen vocata. Sed nescio an duo alia, quae offendant, et ad universam operis rationem pertineant, plane intacta relinquam. Unum est, quod Diodorus pacis foedera nonnunquam commemorat, praetermissis pacis conditionibus, ut lib. XII, c 7, XV, c. 76, 89, XVI, c. 22; gestaque, quorum initium primosque progressus retulerat, nondum ad finem perducta subinde omittit, cuius generis exemplum in hoc operis conspectu ad lib. XV, c. 93, notavimus; alterum, quod prooemiorum necessitatem sibi imposuit, quasi illa ad historiae tenorem requirerentur. Excusatione adeo in libri XIII principio utitur, quod, ob rerum describendarum magnam copiam, prooemiis locus non amplius concedi possit. Id vero nimiae artis et molestae sedulitatis speciem habet.

Iam vero, cognita operis universi compositione et oeconomia, ad partes singulatim considerandas accedamus. Opus historicum, quae altera Bibliothecae pars est, duabus[3] epochis distinctum, et in duas periodos magnas descriptum est:

Periodus I. A bello Troiano, usque ad Alexandri M. obitum; lib. XI — XVII.

Periodus II. Ab Alexandro M. usque ad Iul. Caesarem, eiusque bellum Gallicum; lib. XVIII — XL.

Itaque similiter atque in priore operis parte facere instituimus, utriusque periodi, ut quaeque in minores periodos, quas sectiones appellare placuit, tum in Olympiades, tum in annos divisa est, conspectum[4], qui lectoribus hodegetae instar esse possit, proponamus.

---

1 Vid. Lib. XIV, cap. 35, 36, 37, coll. cap. 79, 80, et Conspectum nostrum ad h. l.

2 Exemplum eius rei ad lib. XIV, cap. 31, in hoc ipso operis conspectu observatum est.

3 Conf. lib. I, cap. 4 extr.

4 In hoc quidem summa tantum perstrinximus, quod ad perspiciendam rerum traditarum seriem sufficere videbatur; in singulorum autem librorum epitomis omnia accuratius exegimus; ad quas proinde respicere iuvabit, quoties, quae hic generatim et universe indicavimus, per partes ac singulatim perlustrare velis.

PERIODUS I.

A bello Troiano usque ad Alexandrum M. Lib. VII—XVII.

Prioris periodi, cuius maiorem partem habemus servatam, summa in quatuor sectiones, seu minora temporis spatia, distributa est:

I. *A bello Troiano, usque ad Xerxis in Graeciam bella, lib. VII—X.*

II. *A Xerxis expeditione in Graeciam, usque ad Philippum, R. Macedoniae, lib. XI—XV.*

III. *Aevum Philippi, R. Maced. lib. XVI.*

IV. *Aetas Alexandri M. lib. XVII.*

Singularum sectionum argumenta ordine recenseamus.

Periodi I

SECTIO I.

A bello Troiano usque ad Xerxis bellum in Graecos susceptum.

Lib. VII—X.

Hi quidem libri omnino omnes perierunt. Eorum argumenta nonnulla, ut sunt vel commemorata, vel in fragmentis obvia, indicavit Heynius *Praefect.* II, supra p. CVII seqq.

Reditus Achivorum, errores et sedes novae, ab iis captae.

Heraclidarum ingressus in Peloponnesum, octogesimo, a Troia capta, anno.

Corinthi a Doriensibus occupatae origines. De Munychio.

Coloniae e Graecia in diversas terras ductae.

Roma condita, et origines gentis ab Aenea ductae.

Res Spartanorum. De Lycurgo. De belli Messeniaci primi causis.

Res Atheniensium. De septem sapientibus. De Pythagora et Pythagoreis.

De Cyro, Astyage, Croeso.

Siciliae res.

Tandem libro X agebatur de primordiis regni Xerxis, eiusque apparatu belli adversus Graecos suscipiendi, e Graecorum conventu ad Corinthum habito.

Periodi I

SECTIO II.

A Xerxis bello in Graeciam suscepto usque ad Philippum, R. Maced.

Ol. LXXV — CIV.

Lib. XI — XV.

1. *Initium belli a Xerxe in Graecos gesti usque ad bellum Atheniensium Cyprium.*

Lib. XI.

Olymp. LXXV, 1. — LXXXII, 2.

Prooemium spatii temporis, hoc libro contenti, terminos indicat. Suasor belli Mardonius, socii Persarum Carthaginienses. Horum apparatus bellicus. c. 1.

Olymp. LXXV.

Ann. 1. Adventus Xerxis in Graeciam. Ad eum multae Graeciae civitates defecerant, quae notantur infamia. Graecorum copiae, duce Leonida. *Pugna terrestris* ad Thermopylas: Persae ter pulsi; tandem perfidia Trachinii victores; Leonidas cum suis occubuit. c. 2—10. *Pugnae navales* ducibus Eurybiade et Themistocle, primo ad Artemisium, ubi victoria dubia erat. Interea Xerxes Atticam devastat. c. 11—14. Tum ad Salaminem, qua pugna Graeci praeclaram victoriam reportant. Rex metu perculsus fuga in regnum se recipit, Mardonio in Graecia relicto. c. 15—19. Per id tempus Carthaginienses, foedere innoti cum Persis, bellum, ut inter ipsas convenerat, duce Hamilcare, Graecis in Sicilia inferunt. Eorum copiae et terrestres et navales. Gelo, Syracusarum princeps, vir prudentissimus reique militaris peritissimus, Graecorum vindex et servator erat. Is, strategemate usus, et classem hostium incendit, et Hamilcarem obtruncat, et terrestri proelio hostes fundit. Inde Carthaginienses pacem petunt, et a victore miti aequas eius conditiones impetrant. c. 20—26.

* Parergon: Pindari aetas.

Ann. 2. Classis Persarum circa Cumam et Samum Ioniae insidiatur. Mox simultates inter Athenienses et Lacedaemonios; ob quas Mardonius Athenienses in suas partes trahere nequidquam annititur. Quo facto caede et incendiis Atticam vastat. Sed Graecorum de liberanda patria summa unanimitas. Itaque duplici proelio,

eodem die commisso, debellatum; altero terrestri apud Plataeas, Aristide et Pausania ducibus, altero navali ad Mycalen, Leotychida et Xanthippo ducibus. Bellum Persicum fuit biennale. c. 27—37.

* Parerga: Herodotus in pugna ad Mycalen opus suum finiit. Romae Sp. Cassius, ambitionis reus, capitis damnatur.

Ann. 3. In Sicilia Gelo, pacis artibus bene de civibus meret, cuius in regno successor erat Hiero, frater. c. 38. In Graecia Lacedaemonii Atheniensibus infesti, ob instaurata urbis moenia. c. 38—40.

* Parergon: Romani Tusculanos et Aequos bello subigunt.

Ann. 4. Themistoclis singulari prudentia portus Piraeeus constructus. Interea Pausanias, cum classe missus, ut civitates Graecas, quae adhuc in Persarum potestate essent, liberaret, luxuria Persarum magnisque promissis victus, patriam prodidit. Fides Aristidis et perfidia Pausaniae comparantur. c. 41—47.

Olymp. LXXVI.

Ann. 1. Non nisi annotata chronologica continet: moriuntur Leotychidas, Spartanorum R. cui Archelaus succedit, et Anaxilaus, Rhegii et Zancles tyrannus. — In Sicilia gravissimae simultates inter Hieronem et Polyzelum, eius fratrem, Theronis opera reconciliatae. Recepti in urbes novi coloni, pristinis incolis in alias sedes migrare iussis. Catanam Hiero incolis et agro auget, novoque nomine Aetnam appellat. c. 48, 49.

Ann. 2. Lacedaemonii cum Atheniensibus de maris imperio concertare decernunt, et bellum parant. Hetoemaridas eos a consilio abducit. c. 50.

Ann. 3. In Italia Tyrrhenorum in Cumanos bellum: in auxilium venit Hiero, qui Tyrrhenos proelio domat. c. 51.

Ann. 4. Bellum inter Tarentinos et Iapyges de agrorum finibus. c. 52.

Olymp. LXXVII.

Ann. 1. In Sicilia Thero, Agrigentinorum princeps, moritur: Thrasydaeus, filius et successor, ob superbiam mox regno pulsus. c. 53.

Ann. 2. Themistocles, a Lacedaemoniis proditionis accusatus, ostracismo patria expellitur. Eius fuga ad Molossorum regem, deinde ad Xerxem. Elogium. c. 54—59.

* Parergon: In Italia Buxentum conditum.

Ann. 3. Athenienses, misso Cimone cum exercitu in Asiam, sociorum urbes recuperant, adhuc Persarum praesidiis occupatas, remque publicam opibus augent. c. 60. 61. 62.

Ann. 4. Spartani ingentem calamitatem passi sunt terrae motibus. Mox secutum est bellum decennale contra Helotas et Messenios rebelles. c. 63. 64.

Olymp. LXXVIII.

Ann. 1. Mycenaei, bellum moventes in Argivos, sub quorum imperio esse nolebant, in servitutem redacti. c. 65.

Ann. 2. Anaxilai, Zancles quondam principis, filii suscipiunt principatum, a Micytho tutore administratum, in fidem summae probitatis viri male suspiciosi. — Hieroni in imperio succedit frater Thrasybulus. c. 66.

Ann. 3. Thrasybulus ob avaritiam et superbiam civibus exosus, regno expulsus, apud Locros vitam privatam agit. Syracusani libertatem recuperant, deinceps usque ad Dionysii principatum servatam. Eorum exemplum secutae reliquae civitates, abrogato regio imperio, suis quoque rebuspublicis libertatem asseruerunt. c. 67. 68.

* Romae tum primum quatuor Tribuni plebis creati.

Ann. 4. Xerxes, Persarum rex, per insidias Artabani et Mithridatis, occisus. Superstes filius Artaxerxes caedem parentis ulciscitur, et regno potitur. c. 69.

Olymp. LXXIX.

Ann. 1. Thasii et Aeginetae, ab Atheniensibus deficientes, armis in potestatem rediguntur. Plures socii aspero et superbo imperio Atheniensium ad defectionem adacti. — Colonia Amphipolin missa, mox cum ulterius in Thraciam progrederetur, ab Edonorum populo oppressa est. c. 70.

Ann. 2. Aegyptii, audita et morte Xerxis et perturbatione rerum, seditionem in Persas movent, iisque expulsis, Inarum novum regem e suis creant, et Athenienses socios sibi iungunt. Itaque Artaxerxes bellum in ipsos parat. c. 71.

In Sicilia, cum in dies res, recuperata libertate, laetiores fierent, Syracusis peregrini, in civitatem recepti, a muneribus gerendis exclusi, novas turbas suscitant. c. 72. 73.

Ann. 3. Artaxerxes Aegyptiis bellum infert, duce Achaemene. Athenienses, Aegyptiorum socii, Persas proelio vincunt, et fugientes insequuntur usque ad Album murum (Memphin, quod patet e cap. 77), eosque obsidione clausos tenent. Renovat bellum rex, quamvis Lacedaemonii, in auxilium vocati, in Atticam incursionem facere recusent. c. 74.

Ann. 4. Continuatum Persarum bellum in Aegyptios. Artabazus et Megabyzus, qui novas copias ducunt, in ipso itinere annum consumunt. c. 75.

In Sicilia peregrini tandem victi. c. 76.

Olymp. LXXX.

Ann. 1. Aegyptii, adventu novi exercitus Persarum territi, ultro tandem pristino imperio se subiiciunt, destitutis sociis. Athenienses iam ante obsidionem Albi muri omittere coacti erant. Insuper ipsorum naves, cursu fluminis fossis intercepto, in sicco haerebant. Itaque, venia impetrata, ultro in patriam redeunt. c. 77.

Athenis motus populi in Areopagitas per Ephialtem concitatus.

Ann. 2. Bellum Atheniensium in Corinthios, Epidaurios, mox Aeginetas. Ubique Athenienses victores. c. 78.

Eo tempore Ducetius in Sicilia Menaenum urbem condidit et Morgantinam vi cepit.

Ann. 3. Contentiones Corinthiorum et Megarensium de finibus in bellum erumpunt. Athenienses, Megarensium socii, superiores. Mox novum oritur bellum Phocensium in Dores, quibus Lacedaemonii auxilio veniunt: vincunt Dores. Hinc conflatur bellum inter Athenienses et Lacedaemonios. c. 79. 80.

Ann. 4. Bellum Atheniensium in Lacedaemonios. c. 81. 82. 83.

Olymp. LXXXI.

Ann. 1. *et* 2. Bellum Atheniensium et Lacedaemoniorum continuatum. c. 84. 85.

Ann. 3. Auctore Cimone quinquennales induciae inter Athenienses et Lacedaemonios factae.

In Sicilia multi motus: primo inter Egestanos et Lilybaeos de agro; deinde omnino inter sectatores vel libertatis, vel tyrannidis. Tyndarides ob affectatum regnum supplicio affectus. Syracusani nunc primum pro libertate tuenda ostracismi specie, petalismo utuntur. c. 86. 87.

Ann. 4. [Repetita narratio de Periclis incursione in Peloponnesum e cap. 85, in alienum locum transposita videtur.] Mox Syracusani classem infestam in Tyrrhenorum insulas agrosque mittunt, ad compescenda eorum latrocinia maritima. Post haec Ducetius de Sicilia bene meruit: 1) iungendis omnibus Siculorum civitatibus in unam magnam rempublicam; 2) exstructa nova urbe Palice iuxta templum Palicorum. — Obiter de Diis et lacubus Palicis. c. 88. 89.

In Italia Sybaris urbs instaurata. c. 90.

Olymp. LXXXII.

Ann. 1.

Ann. 2. Alia gesta Ducetii: 3) Aetnam urbem et Motyum castellum occupat, proelio fusis Agrigentinis. Mox tamen a Syracusanis proelio victus, et a suis desertus, Syracusanis supplex factus, Corinthum in exsilium abire iussus est. c. 91. 92.

2. *A bello Cyprio usque ad bellum Syracusanum.*

Lib. XII.

Olymp. LXXXII, 2. — XCI, 1.

Prooemium. Res pessimae, eventu saepe optimae. Bello Persico; quod Graeciae interitum minabatur, Athenae opibus auctae, mox ingenio literarumque studiis florentissimae. c. 1. 2.

Ann. 3. Finito bello Aegyptio contra Persas, (conf. Ol. LXXX an. 1.) Athenienses novum bellum ob Graecos in Asia in libertatem vindicandos in Persas suscipiunt. Primo petunt Persas in Cypro insula; unde bello nomen Cyprii impositum. c. 3.

Ann. 4. Pax cum Persis restituta, eiusque conditiones. c. 4.

Olymp. LXXXIII.

Ann. 1. Megarenses, ob defectionem ad Lacedaemonios, ab Atheniensibus bello subacti. c. 5.

Ann. 2. Bellum inter Lacedaemonios et Athenienses. Superiores discedunt Lacedaemonii. c. 6.

Ann. 3. Induciae XXX annorum. c. 7.

In Sicilia bellum inter Syracusanos et Agrigentinos, ob illorum in Ducetium indulgentiam, (vid. supra lib. XI, cap. 92.) huiusque in patriam reditum. Victores Syracusani. Pax tandem componitur. c. 8.

In Italia Sybaritarum in Crotonem bellum, ob exsules receptos. Victi Sybaritae, urbs excisa. Exsules ab Atheniensibus adiuti, novam urbem Thurium condunt. Novae urbis descriptio, et cum antiquae urbis incolis controversiae. Legislator Charondas. Legum exempla per capita; legislatoris mors. c. 9—19. Adiecta notitia vicinae urbis legislatoris, Zaleuci Locrensis. c. 20. 21.

Ann. 4. Sybaritae ad Traentem fluvium se recipiunt; postea a Bruttiis expulsi. Athenienses civium coloniam in Euboeam mittunt. c. 22.

Olymp. LXXXIV.

Ann. 1. Romae Decemviri legibus scribendis creati. Bellum Thuriorum et Tarentinorum. c. 23.

Ann. 2. Appii Claudii libido. Inde orta seditio. Conditio proposita, ut X tribuni plebis et alter consul de plebe crearentur. c. 24. 25.

Ann. 3. Leges XII. tabularum. Tum communis pax populorum orbis terrarum erat. c. 26.

Ann. 4. Samiorum de Priene bellum contra Milesios, et defectio ab Atheniensibus, qui, duce Pericle, eos in potestatem redegerunt. Hic primus adhibuit machinas bellicas. c. 27. 28.

Olymp. LXXXV.

Ann. 1. Ducetius, vindex Siculorum Barbarorum, moritur. Tum

Syracusani, occupatis multis urbibus, etiam Trinacria, per Siciliam dominantur. c. 29.

Ann. 2. Corinthiacum bellum pro Epidamniis contra Corcyraeos gestum. c. 30.

* Romanis cum Volscis bellum fuit.

Ann. 3. Campanorum gens orta. — In regno Bospori Cimmerii Archaeanactidis succedit Spartacus. — Continuatum bellum Corinthiacum. Corinthii a Corcyraeis proelio navali victi. c. 31.

Ann. 4. Corinthii et Corcyraei novo apparatu bellum urgent. c. 32. Tum Athenienses coloniam Amphipolin deducunt.

Olymp. LXXXVI.

Ann. 1. Corcyraei, Atheniensium societatem nacti, secundo proelio fundunt classem Corinthiorum. c. 33.

Ann. 2. Athenienses Potidaeates, ab ipsis abalienatos, proelio victos obsidione premunt. c. 34. — In Propontide iidem novam urbem, Letanum, condunt.

* Romani coloniam mittunt Ardeam.

Ann. 3. Discordiae Thuriorum, cuius civitatis essent coloniae. c. 35. — Moritur Archidamus, Lacedaemoniorum rex; succedit Agis.

Ann. 4. Spartaci, regis Bosporani, mors. Metonis, Atheniensis, computationis astronomicae nova tabula. In Italia Heraclea condita. c. 36.

Olymp. LXXXVII.

Ann. 1. Athenienses proelio apud Potidaeam victores. Obsidio urbis longior et gravior. c. 37. Ab hoc anno Thucydides exorsus historiam.

Ann. 2. Belli Peloponnesiaci initium. Causae belli: hortatur Pericles. c. 38—40. Lacedaemonii primi inferunt bellum, vi occupata Plataea, urbe Atheniensibus foedere iuncta. Copiae et socii Lacedaemoniorum. Lacedaemoniorum prima incursio in Atticam. Pericles classe adoritur Peloponnesum, ut Lacedaemonios Attica pelleret. c. 41. 42.

Ann. 3. Athenienses incursant in Peloponnesum et sociorum terras. Lacedaemonii secundam incursionem in Atticam faciunt. Criminationes in Periclem. c. 43—45.

Ann. 4. Periclis mors; post quem Agnonem imperatorem creant. Hic Potidaeam tandem capit. c. 46. Phormio ad Naupactum Lacedaemonios intercludit. Archidamus Plataeas oppugnat. Xenophon et Phanomachus Athenienses in Thracia; Cnemus Lacedaemonius in Acarnania, bellum gerunt. Phormio pugna navali ad Rhium victor. c. 47. 48.

Olymp. LXXXVIII.

Ann. 1. Cnemus irrito conatu in Salaminem traiisit, et Piraeeum adoriri parat. c. 49

Sitalces, rex Thraciae, hoc tempore memorabilis, tum virtute et prudentia, qua eminebat, tum bello in Perdiccam, regem Macedoniae, gesto. c. 50. 51.

Lacedaemonii tertium invadunt Atticam. c. 52.

Ann. 2. Syracusani bellum in Leontinos movent, qui, misso Gorgia, Atheniensium auxilium implorant. c. 53. 54. — Lesbii ob perfidiam ab Atheniensibus in potestatem redacti. c. 55. Plataeae a Lacedaemoniis captae et excisae. c. 56. Seditio in insula Corcyra, mox per Athenienses composita. c. 57.

Ann. 3. Pestilentia, iam ante saeviens, Athenis nova vi grassatur. Morbi causae, remedia. c. 58. Terrae motus. Ob eos Lacedaemonii a nova incursatione in Atticam avertuntur. Trachin a Lacedaemoniis instaurata et Heraclea appellata. c. 59.

Ann. 4. Classis Atticae, duce Demosthene, expeditiones in Leucadem, Acarnanes, Pylum. c. 60—63.

* Adiiciuntur notitiae chronologicae: mors Artaxerxis, Persarum regis; in Italia Aequi subacti a Romanis; Postumii triumphus et in filium asperitas. c. 64.

Olymp. LXXXIX.

Ann. 1. Classis Atheniensium, auspiciis Niciae, late vagatur et infestat Peloponnesum sociosque Lacedaemoniorum in insulis. c. 65. Megarenses, ad Athenienses deficientes, vindicati a Brasida. Helotas fraude occidendi Lacedaemoniorum consilia. c. 66. 67. Brasidas Amphipolin etc. occupat. c. 68. Athenienses cum Boeotis decertant, ac proelio apud Delium vincuntur. c. 69. 70. Adiectae breves notitiae de morte Xerxis in Persia, eiusque proximis successoribus; et de Antiocho Syracusano, rerum Siculorum scriptore. c. 71.

Ann. 2. Brasidae in Thracia ulteriores progressus. Urbes et insulae ultro deficiunt ab Atheniensibus. Consilia horum de induciis faciendis, mox irrita facta. c. 72.

Ann. 3. Cleonem Athenienses contra Brasidam in Thraciam mittunt. Proelium ad Amphipolin: victoria Lacedaemoniorum erat, amissis ab utraque parte imperatoribus. Tum induciae L annorum [1] initae. c. 73. 74.

Ann. 4. Sociae civitates, Argos, Thebae, Corinthus, Elis, quod Athenienses et Lacedaemonii privatis consiliis pactionem iniecerant, contra eos ipsi in societatem coëunt. c. 75. 76.

* In Italia Campani Cumas bello subigunt.

Olymp. XC.

Ann. 1. Athenienses, oraculo admoniti, Deliis reddunt insulam. Ob Pylum non redditam nova dissidia inter Lacedaemonios et Athe-

---

1 Octavo post anno a Laced. dissolutae. Vid. Ol. XCI, 3. lib. XIII, 8.

sientes. Utrique in suas partes trahunt singulas civitates. Impetus in Heracleam et Mecybernam. c. 77.

Ann. 2. Argivi, Atheniensibus iuncti, bello adoriuntur Lacedaemonios, (Epidaurios, Lacedaemoniorum socios) sacrorum Apollinis causa. Lacedaemonii victores. c. 78. 79.

Ann. 3. Internae contentiones Argivorum. Orta dissidia inter Phocenses et Locros. c. 80. — In Italia bellum Romanorum in Fidenates.

Ann. 4. Internae discordiae Argivorum, et in eorum terram incursiones Lacedaemoniorum. c. 81. Belli Peloponn. an. XV.

Olymp. XCI.

Ann. 1. Byzantini, Chalcedonii, Thraces in Bithyniam incursionem faciunt.

In Sicilia Egestaei et Selinuntii de finibus disceptant: adiunxere se Egestaeis Leontini, et ab his ad auxilium ferendum contra Syracusanos vocati Athenienses. Ita oritur bellum Syracusanum. c. 82 — 84.

3. *A bello Syracusano usque ad belli Carthaginiensium in Sicilia contra Dionysium initium.*

Lib. XIII.

Olymp. XCI, 2. — XCIII, 4.

Proœmium continet caussam, ob quam in posterum prooemiis abstinendum sit, quae alioquin lectoribus animi remissionem et oblectationem praebeant. Tantam superesse rerum copiam, ut nihil spatii aliis digressionibus relinquatur. Additur annorum ratio. c. 1.

Ann. 1. Classis Atheniensium, eiusque duces Alcibiades, Nicias, Lamachus. Athenis Hermae truncati omnes, ob quod facinus Alcibiades in suspicionem venit. Iter usque ad Rhegium. c. 2. 3. Syracusanorum duces, Hermocrates, Sicanus, Heraclides, paucarum civitatum societatem et auxilia adipiscuntur. Athenienses Naxum et Catanam occupant. c. 4. Ob Hermas eversas crimen movetur in Alcibiadem; qui Lacedaemonem aufugit. c. 5. Interea Athenienses propius Syracusas movent, Olympium aliaque loca vicina occupant, ipsosque Syracusanos proelio fundunt. c. 6. — Obiter annotatum, Diagoram Atheum clam Athenis abiisse; in Italia Romanos cum Aequis bellum habuisse.

Ann. 3. Dum Syracusas obsident Athenienses, Lacedaemonii et Corinthii, concitati ab Alcibiade, Syracusanis auxilia mittunt. Committitur proelium, quo Syracusani vincunt. Alcibiadis impulsu induciae, Ol. 89 an. 3 factae, abrumpuntur. c. 7. 8.

Ann. 4. Iam Lacedaemonii cum exercitu invadunt Atticam, Decelia occupata et munita; unde Decelicum bellum appellatum: con-

tra Atheniensium classis adoriunt Laconiam. In Sicilia autem belli sedes communis et vis maxima. c. 9. Acerrime praeliantur. Ubique autem vincuntur Athenienses. c. 10—15. Atrocissima et novissima pugna describitur. c. 16. 17. Pars maxima Atheniensium caesa; reliqui cum Nicia et Demosthene capti. De captivorum sorte deliberatio. c. 18. 19. Nicolai oratio ad clementiam adhortantis c. 20—27. Gylippi oratio omni clementiae et humanitati adversaria. c. 28—32. Secundum hanc imperatores Atheniensium trucidati, reliqui ad lautomias damnati, poena liberati ii, qui artibus erant exculti. c. 33.

Ceterum observatu dignum, hic primum Diodoro placuisse istas narrationi inserere orationes. De iis raro, nec nisi loco et re postulante, adhibendis, ubi haud vana ornamenta sint, ipse in prooemio ad lib. XX, c. 1, disseruit.

Olymp. XCII.

Ann. 1. Post tot tristes eventus, respublica Atheniensium a sociis deserta est. Ipsi democratiam in aristocratiam transformant, creatis CCCC viris, qui praeessent reipublicae. Novam cladem iidem accipiunt proelio navali, apud Oropum cum Lacedaemoniis commisso. Insuper Syracusani Lacedaemoniis nova auxilia praedaeque partem mittunt. c. 34. Syracusanorum nova constitutio reipubl. per Dioclem. c. 35. Cum omnia essent iniqua, Darius etiam, rex Persarum, classem CCC navium contra Athenienses mittere parat; sed Alcibiades hanc novam belli molem a patria avertit, quo ipso cum patria in gratiam rediit. c. 36. 37.

Ann. 2. In republica Attica e consilio Theramenis democratica ratio restituitur, alia etiam in patriae commodum instituuntur: tum, novo apparatu aucta classe, Lacedaemonios insectantur. Pugna navalis inter Sestum et Abydum, qua superiores sunt Athenienses. Praeter pugnam tempestate etiam afflicta Lacedaemoniorum classis. Hoc tempore, hortante Theramene, Alcibiades patriae redditus. c. 38—42.

Adiungitur notitia literaria de Thucydide finiente historiam, de Xenophonte et Theopompo eum excipientibus. Continuatum bellum inter Romanos et Aequos obiter commemoratur.

Ann. 3. Interea in Sicilia Egestaei, agro vi rapto, a Selinuntiis ad bellum provocati; Carthaginienses Egestaeis, Syracusani Selinuntiis auxilio veniunt. Ita novum bellum Carthaginiense in Sicilia oritur. c. 43. 44.

Lacedaemoniorum classis, obvia facta Atheniensibus, proelio navali ad Dardanium funditur. c. 45. 46. Quo facto Theramenes, Atheniensium imperator, ex hostium agris, quos devastat, magnam vim pecuniae in belli usum cogit. Euboea, Euripo aggere expleto, contra eos se tutatur. c. 47. In insula Corcyra seditio et caedes

atrocissima, tandem sedata. c. 48. Pydna in Archelai, regis Macedonum, potestatem redacta, auxiliante Theramene. Tum vero classes ab utraque parte contractae ad proelium se parant. Lacedaemonii circa Cyzicum duplici proelio ad internecionem caesi, pacis conditiones offerunt; sed Athenienses pacem accipere recusant. c. 49—53.

Ann. 4. Redit Diodorus ad bellum Carthaginiense in Sicilia gestum. Miserant Carthaginienses Hannibalem cum classe et copiis. Hic Selinuntem urbem summa vi oppugnat, captamque excidit. Multiplicis immanitatis in incolas descriptio. c. 54—58. Deinde pari crudelitate saevit in Himeram, furore accensus [1] ob avum Hamilcarem, ibi priori bello trucidatum, et patrem Gesconem, eius urbis causa in exilium missum. Tum praeda onustus Carthaginem redit, relicto tamen in Sicilia praesidio. c. 59—62. — Hermocratis, Syracusani, reditus incidit in hoc tempus. c. 63.

Inde scriptor ad belli Peloponnesiaci historiam se convertit. Ab Epheso, quam oppugnare conati sunt, Athenienses, duce Thrasybulo, repulsi, Lesbum petunt. Theramenes Chalcedonem et Byzantium obsidet, Alcibiades Pharnabazi provinciam exspoliat. Lacedaemonii vero Pylum recuperant, mox Nisaeam et Chium capiunt; ad Chalcedonem autem proelio vincuntur, amisso Hippocrate imperatore. Alcibiades in Hellespontum et Chersonesum expeditionem suscipit, deinde iunctis copiis cum Theramene Byzantium oppugnat, eamque urbem in fidem recipit. c. 64—67.

Olymp. XCIII.

Ann. 1. Post tot res praeclare gestas Atheniensium imperatores cum classe spoliis onusta Athenas proficiscuntur, relicto Byzantii praesidio. Alcibiadi soli summum imperium traditum. Eius in Andrum, Con, Rhodum expeditio. c. 68. 69. Lacedaemonii in locum Mindari substituunt Lysandrum, qui undique novas copias colligit, classemque auget. Persae auxilia et pecunias praebent. c. 70. Inscio et invito Alcibiade Antiochus pugnam navalem apud Notium init. Lacedaemonii victores. Eodem tempore Agis, rex Lacedaemoniorum, Atticam invadit. c. 71. 72. Alcibiadi, ob Cumam, sociam urbem, infestatam, aliaque crimina, imperium abrogatum: quo facto sponte in Thraciam in exsilium abit. Imperium inter X duces divisum. c. 73. 74.

* Adiiciuntur rerum aliarum notitiae: Synoris nunc primum certaminibus Olympiacis adiecta. Plistonax, rex Lacedaemoniorum, moritur: succedit Pausanias. In insula Rhodo tres civitates in unam

---

1 Conf. lib. XI, c. 22. XIII, c. 43.

junctae. Hermocrates occisorum Syracusanorum ossa colligenda curat, ut favorem sibi et redeundi veniam conciliet. Nihilominus occiditur. c. 75.

Ann. 2. Conon, Atheniensium imperator, classem ad pugnam instruit. Apud Lacedaemonios Callicratides excipit Lysandrum, et statim Athenienses in Chio et Lesbo opprimit. Sequitur proelium navale apud Mitylenen, quo Athenienses ad fugam coacti sunt: tum urbem ipsam oppugnat Conon. c. 76—79.

In Siciliam respicit Diodorus. Syracusani pacem a Carthaginiensibus nondum impetrant. Nova urbs Thermarum, in quam confluunt Himerenses exsules, Poeni, Afri. c. 79 extr.

Ann. 3. Manet historicus in rebus Siculis. Carthaginienses prospere gestis freti, tota insula potiri annituntur. Pars classis praemissa a Syracusanis funditur. Sequitur statim Hannibal, cui Imilconem socium dant. Syracusani et Agrigentini sua et aliena vi et defendere student. Omnis vero belli impetus Agrigentum spectabat. c. 80. 81. Descriptio urbis a fertilitate agrorum, a mercatura, ab opulentia civium et a magnificentia aedium. c. 82—84. Urbs oppugnata. Fortuna invicem pugnantium varia erat. Castra Carthaginiensium peste corripiuntur, qua Hannibal ipse opprimitur. c. 85. 86. Tandem Agrigentini fame coacti, relictis in urbe senibus et infirmis, Gelam migrant. c. 87. 88. 89. Urbs capta a Poenis, mox devastata: relicti omnes caesi, praeda vel divisa vel Carthaginem transvecta, praesertim ablata artis opera, et in his taurus Phalaridis. Obiter reprehenditur Timaeus, qui eum taurum unquam fuisse negaverat. c. 90. Ob acceptam cladem summa per Siciliam indignatio in duces Syracusanorum oritur. Eam alendo Dionysius plebem in magistratus concitavit: quo facto solus summum imperium et sensim tyrannidem consecutus est. c. 91—96.

Haec persecutus Diodorus, belli Peloponnesiaci historiam continuat. Athenienses, instaurata classe, quamvis dissuadentibus vatibus, Lacedaemonios apud insulas Arginusas ad proelium provocant. Proelii ipsius, longe atrocissimi, descriptio. Lacedaemonii in fugam acti, amisso imperatore Callicratide. c. 97—100. Supplicium sumtum de ducibus nobilissimis meritissimisque, qui insepultos reliquissent caesos in pugna. c. 101. 102. 103.

*. Notitia de Philisto, rerum Sicularum scriptore. — Sophocles atque Euripides circa hoc tempus vita functi. c. 103 extr.

Ann. 4. Bellum Peloponnesiacum prima cura. Dum Athenienses Cononem et Philoclem cum classe in Hellespontum mittunt, Lacedaemonii, a Persis pecunia sublevati, classem instaurant et augent, Lampsacum capiunt et in Atticam excursiones faciunt. c. 104. Pugna navalis ad Aegos flumen, qua Athenienses succumbunt: tota classis vel eversa, vel capta. Insuper Attica obsessa, urbi commea-

us intercludens. Itaque Athenienses necessitate coacti, legatis Spartam missis, pacem petunt et impetrant. Pacis conditiones durae. Belli Peloponnesiaci finis. c. 105—107.

Obiter memoratum, Darium, regem Persiae, mortuum esse, ique successisse Artaxerxem: eodem tempore Antimachum, poetam, clarum fuisse. c. 108 pr.

Iam res Siculas repetit. Diruta Agrigentinorum urbe, Hamilcar pari calamitate opprimit Gelam. Immanis Carthaginiensium feritas describitur. Ideo in ipsum Dionysium, qui defendendis civibus impar erat, tumultum cives faciunt, et eius regiam exspoliant: quo facto Dionysius caedibus implet Syracusas. Tandem cum spes nulla superesset, Hamilcar victis pacem sponte offert. Pacis conditiones. Finis belli Carthaginiensis in Sicilia. c. 108—114.

1. *A XXX Tyrannis Atheniensium usque ad Romam a Gallis captam.*

Lib. XIV.

Olymp. XCIV, 1. — XCVIII, 2.

Secus ac propositum erat (lib. XIII, c. 1), hic prooemio Diodorus utitur, quod quidem admonitionem continet, ex ipso libri argumento ductam, et exemplis in eo obviis, praesertim XXX tyrannorum, qui Athenis regnabant, et Dionysii, illustrandam: quo quis celsiore et illustriore loco sit collocatus, tanto magis necesse esse, ut is bonam famam et dignitatem virtute comparet et tueatur. c. 1. 2. Adiungitur summa rerum enarrandarum.

Olymp. XCIV.

Ann. 1. Primo Graeciam scriptor obit. Athenienses, e pacis conditionibus, Lacedaemoniorum imperio subiecti, reipublicae administrandae rationem mutare coguntur. Iussu Lysandri summa reipublicae XXX viris cum supremo imperio permittitur. Praesidio Lacedaemoniorum freti hi crudelissime regnant. c. 3—6.

Deinde res in Sicilia gestas persequitur. Finito bello Carthaginiensi, oritur acerrimum libertatis et tyrannidis certamen inter Dionysium et Syracusanos. Dionysium, cum, urbe inclusus et obsessus, in summo periculo de ipsa vita trepidaret, tandem liberant Campani. c. 7—9. Postea Lacedaemonii, quorum terra marique imperium erat, quemadmodum per Graeciam, constitutis ordinatoribus (ἁρμοσταῖς), singularum civitatum statum et magistratus ex arbitrio suo ordinaverant, ita in Sicilia quoque misso Aristo [1] Syra-

---

1 Infra cap. 70 hic *Aretes* appellatur.

cusanis libertatem ademerunt, et Dionysium in principatu confirmarunt. c. 10.

* Alcibiades a Pharnabazo per insidias occiditur. — Democritus philosophus vita defungitur. — In Italia Volsci praesidium Romanum Verrugine capiunt. c. 11.

Ann. 2. Lacedaemonii Byzantium etiam mittunt Clearchum, qui rempublicam, internis seditionibus et bello externo cum Thracibus turbatam, ordinaret. Ille vero regnum affectat. Quamobrem Lacedaemonii bello eum coercent; quo facto in Asiam ad Cyrum confugit. c. 12. Similiter in ipsa republica Lacedaemoniorum Lysander, per quem omnia terra marique gesta erant, imperio abrogare ausus est. Nam de abrogando Heraclidis imperio regio, vulgandaque regia dignitate consilia iniit. Vana autem eius erant consilia. c. 13.

In Sicilia Dionysius, firmato principatu, reliquas civitates sub potestatem suam redigit. c. 14—16.

* Commemoratur bellum Romanorum in Veios et Volscos. Stipendium Romani tum primum militibus decreverunt.

Ann. 3. In Graecia seditio inter Oropios in Boeotia a Thebanis sedata: simul bellum Lacedaemoniorum in Elidem, ob factas iniurias. c. 17.

In Sicilia Dionysius, fatis firmato imperio, bellum molitur in Carthaginienses, et ideo Syracusas mira celeritate novis moenibus cingit. c. 18.

Ann. 4. Suscipit Cyrus, Satrapa in maritimis regionibus, bellum in fratrem Artaxerxem, iam diu ante animo destinatum. Lacedaemonii belli societatem ineunt, et copias auxiliares mittunt. Belli historia. — Cyrus proelio cadit. c. 19—24. Eius mors ingentem trepidationem facit; Reditus Graecorum inter continua pericula, inter molestias ingentes. c. 25—31. Graeci quidem proximo demum anno Ol. 95, 1, in patriam evaserunt; sed id proprium Diodoro, ut aliquid de subtilitate chronologica remittat, si rei integrae historiam pertexere liceat.

Inde res Atticas repetit Diodorus. Triginta tyranni caede et exsilio persequuntur cives. Eorum vindices exsurgunt Thebani, qui exsulum, Thrasybulo, traditis copiis. Cum primum hic, pugna commissa, Piraeeo potitus esset, et urbem oppugnare pararet, XXX tyranni urbe expelluntur. Tum abrogata tyrannide, pristinam libertatem recuperant. c. 32—33. — Elei cum Lacedaemoniis reconciliantur. Pacatis reliquis Graeciae populis, in Messenios Lacedaemonii arma movent, eosque Graecia excedere cogunt. c. 34.

* Colonia Romana Ventras (Velitras) missa.

Olymp. XCV.

Ann. 1. A rebus Persicis incipit anni historia. Finito bello, Ar-

taxerxes provincias mari adiacentes, quae in fide non mansissent, vindicare et castigare constituit. Mittitur Pharnabazus et Tissaphernes cum exercitu. Tamus, Ioniae praefectus, in Aegyptum aufugit. Graecae civitates, quamvis deprecantibus Lacedaemoniis, hostili modo opprimuntur. Inde Lacedaemonii pro Graecis civitatibus Persis bellum inferunt, duce Thimbrone. c. 35. 36. 37.

* Dionysius Adranum urbem condit. Archelaus, rex Macedoniae, moritur: succedit Orestes, mox Aeropus. Athenis Socrates mortis poenam subit. c. 37.

Ann. 2. Bellum Lacedaemoniorum pro Graecis civitatibus in Asia contra Persas gestum, misso novo imperatore, Dercyllida. Tandem, propositis pacis conditionibus, induciae factae. c. 38. 39.

In Sicilia novum bellum in Dionysium movetur. Auctores erant Rhegini, iunctis exsulibus Syracusanis et Messeniis, veriti crescentem eius potentiam. Sed cum Messenii se ex foedere subducerent, mox pax reconciliata. c. 40. Sed Dionysius, ratus, nunc maxime opportunum esse, ad bellum provocare Carthaginienses, tum pestilentia afflictos, in apparando bello acerrimus erat. Apparatus armorum et navium, qui mirus fuit, describitur. Artificum industria praemiis excitata; tela et machinae bellicae vel primum inventae, vel nova arte excultae. c. 41. 42. 43.

* Vixit hoc tempore Astydamas, poëta tragicus. Romani a Vejentibus fusi.

Ann. 3. Reliquis interea omissis, in rebus Siculis moratur Diodorus. Iam conscribendi militis et sociorum conciliandorum cura Dionysium occupat. Interponit coniugii duplicis foedus, (Rhegini connubium cum opprobrio denegaverant. Cf. infra c. 107.) festos dies, epulas, orationes ad persuadendum compositas, ut fidem Syracusanorum et omnium Siculorum firmet. His praeparatis, bellum Carthaginiensibus indicit et simul infert. c. 44. 45. 46.

* Ad hunc annum usque Ctesias historiam Persarum produxit. Philoxenus, Timotheus, Telestes, poëtae dithyrambici, Polyidus simul pictor et musicus. c. 46 extr.

Ann. 4. Bellum Carthaginiense in Sicilia ut processerit, describitur, usque ad urbem Motyam a Dionysio oppugnatam, captam et exspoliatam. c. 47—53.

* Sophocles iunior, poëta tragicus, Athenis floret. (Senior mortuus Ol. 93, 3.)

Olymp. XCVI.

Ann. 1. Continuata narratio de bello Carthaginiensi. Favet fortuna Carthaginiensibus eorumque imperatori Imilconi. Dionysius in summum discrimen adductus, cum Imilco magna classe ipsum Syracusarum portum occupat, agros vastat, templa expilat. c. 54—62.

Quamquam Lacedaemonii classem auxilio mittunt. c. 63. Insuper Syracusani, elati victoria, quam, absente Dionysio, reportarant, defectionem parant, et de abroganda Dionysii tyrannide cogitant. Theodori Syracusani gravissima oratio in Dionysium, pro libertate recuperanda. c. 64—69. Sed subitam rerum mutationem facit pestilentia, qua Carthaginiensium exercitus correptus et attritus est. Ea opportunitate usus Dionysius hostem terra marique summa vi impugnavit: quo factum, ut Carthaginienses ad summam desperationem pervenirent. Imilco veniam clam redeundi in patriam magno pretio redemit; reliqui vel dilapsi sunt fuga, vel capti et occisi. Ita finitum bellum Carthaginiense. c. 70—76. Carthaginienses autem in ipsa Africa sociorum odio premuntur, et bello etiam infestantur. c. 77. — In Sicilia Dionysius firmat principatum, pristinis mercenariis assignato Leontinorum agro in stipendium. Messenii novam urbem exstruunt, mox opulentissimam. c. 78.

Nunc demum repetuntur gesta Lacedaemoniorum contra Persas in Asia. Namque belli Persici historiam inde ab Ol. 95, 2, (conf. cap. 36—39.) omiserat. Quam ob causam res plurium annorum collectas exhibet. Proelio apud Sardes commisso Lacedaemonii, duce Agesilao, victores. Tum pro Tissapherne Persarum rex mittit Tithrausten, qui semestres cum Lacedaemoniis inducias facit. c. 79. 80. Eodem tempore bellum Boeoticum inter Phocenses et Boeotos oritur. c. 81. — Conon Persicae classis contra Lacedaemonios dux constituitur. c. 81 extr.

Ann. 2. Iungit scriptor res duplici bello, tum Boeotico in Graecia, tum Persico in Asia gestas. Lacedaemonii triplici proelio, uno prope Narycam, altero navali ad Cnidum, tertio ad Coroneam hostibus succubuerunt. Ab hoc tempore maris imperio Lacedaemonii privati. c. 82—84.

* In Macedonia Aeropus rex moritur: succedit filius Pausanias. — Theopompus Chius historiam Graecam hoc anno, et pugna quidem ad Cnidum finit. c. 84 extr.

Ann. 3. Conon, Persicae classis praetor, ob refectos Piraeei muros, in crimen venit. c. 85. — In Graecia bellum Corinthiacum oritur, deinceps per VIII annos gestum. c. 86. — In Sicilia Rhegini, ob Messanam in ipsos munitam, (conf. supra cap. 78.) bellum contra Dionysium movent. Dionysius in angustiis. c. 87. 88.

* Pausanias, rex Lacedaemoniorum, in exsilium mittitur. — Pausaniam, regem Macedoniae, per insidias occidit Amyntas, et ipse regno potitur. c. 89.

Ann. 4. Primo in rebus Siculis manet Diodorus. Plures premunt Dionysium. Mago renovat bellum Carthaginiense. Hunc autem ille proelio vincit. Tum vero ex improviso in Rheginos navigat. c. 90. Eo impetu territi vicini Italiae populi facto foedere se ad com-

mune bellum simul in Dionysium, simul in Lucanos, ipsis infestos, obstringunt. c. 91 pr.

Bellum Corinthiacum in Graecia continuatum. c. 91. 92 pr. (VII. cap. 86.)

* In Macedonia Amyntas ab Illyriis regno expulsus; mox a Thessalis restitutus. — Satyrus, rex Bospori, moritur: succedit Leuco, eius filius. — In Italia Romani de Veientibus triumphant, et Apollini Delphos mittunt cratera, a praedonibus Liparensibus interceptum, sed a Timasitheo redditum. c. 92 extr. et 93.

Olymp. XCVII.

Ann. 1. Atheniensium classis XXIII triremium, duce Thrasybulo, in Ioniam, Chersonesum, Lesbum, Rhodum, missa. c. 94.

Renovant Carthaginienses bellum in Sicilia, Magone imperatore; quod quidem brevissimum erat. Omni enim commeatu exclusi ultro pacem petunt. Siculi Dionysio subiecti cum Tauromenio. c. 95. 96.

Ann. 2. Res Graecorum modo in Asia, modo in Graecia gestae succedunt. In insula Rhodo factio Lacedaemoniorum superior: unde imperium maris recuperare annituntur. Simul in Graecia Argivorum agros incursant et vastant, dum hi Corintho imminent. c. 97. Insulam Cyprum Artaxerxes, rex Persarum, contra Evagoram, qui Abdemonem, regis Persici amicum, imperio expulerat, vindicare et vi subigere statuit, partim quia Evagorae potentiam sibi fraudi futuram putabat, partim ratus, Cyprum ad defendendam Asiam maxime opportunam esse. Itaque bellum parat. c. 98.

* Romani, pace cum Faliscis facta, bellum cum Aequis gerunt. c. 98 extr.

Ann. 3. Res Graecorum in Asia ulterius persequitur Diodorus. Strutha, imperator copiarum Persicarum, exercitum Lacedaemoniorum fundit, Thimbrone, eius imperatore, occiso. — Thrasybulus, Atheniensium dux, apud Aspendum in Paphlagonia, per insidias cadit; classis aufugit. c. 99.

Sequuntur res in Sicilia gestae. Dionysius, id agens, ut universam Siciliam et proximam Italiae partem suo imperio subiiceret, consultum duxit, primo Rheginos bello subigere. Sed advectus classe repellitur. Interea societatem cum Lucanis iungit. Lucanorum bellum in Thurios et omnino Graecas per Italiam civitates, (conf. c. 91.) invito Dionysio, ab eius fratre, Leptine, compositum. c. 100. 101. 102.

* Romani dividunt agrum Veientanum. Bellum cum Aequis, Veliternis. Circeios deducta colonia. c. 102 extr.

Ann. 4. Iteratum Dionysii bellum in Italos. Victi, cum reliquis Graecis, Rhegini. c. 103—106. (De Rheginis vid. supra c. 44.)

* Romani, ob Aequos victos, edunt ludos. c. 106 extr.

Olymp. XCVIII.

Ann. 1. Amplius Dionysius urget Italos. Locris indulget, ob concessum connubium (conf. c. 44.); sed Rheginis, ob datam repulsam, (vid. l. c.) tanto infestior. Attamen duce Phytone hi fortissime restiterunt. c. 107. 108. In ipso bello vanus Dionysius, carmina sua et rhapsodos cum apparatu maximo ad ludos Olympiacos mittit. Sed ludibrio erat. c. 109.

* Romanorum in Volsinienses bellum commemoratur. c. 109 extr.

Ann. 2. Iam ad diuturnum Lacedaemoniorum bellum in Asia contra Persas gestum revertitur Diodorus, ab Ol. 97, 3, non commemoratum. Bello fracti Lacedaemonii, misso Antalcida, pacem cum Artaxerxe faciunt sub conditionibus iniquissimis. c. 110.

Inde in Siciliam se recipit historicus noster, res Dionysii ulterius persecuturus. Rhegini, diuturna obsidione coacti, tyranni se subiiciunt potestati. Phytonis, eorum imperatoris, dirum supplicium. c. 111. 112.

Hic quidem locus atque hoc tempus admonuit Diodorum, ut rei, quamvis a principum populorum historia alienae, quae tamen maioris momenti videbatur, mentionem ampliorem iniiceret. Scilicet tum Senones, Gallorum populus, ulterius in Italiam progressi, Romam ceperunt. Ac rerum Romanarum haec prima narratio plenior et exactior, cum res ad Romanos pertinentes ante non nisi obiter et paucis verbis annotasset. In re maxime trepida a Volscis etiam bello premuntur. Sed Marcus Furius, dictator, eos debellat, mox etiam Aequos et Hetruscos. E proposito Diodori pax Graecorum cum Artaxerxe, et Roma a Gallis capta, huic libro finem imponunt. c. 113 — 117.

* Callisthenes rerum Graecarum historiam ab hoc anno exorsus est. c. 117 extr.

5. *A bello Artaxerxis, R. Pers. in Cyprum eiusque regem Evagoram, usque ad Philippum, R. Maced.*

Lib. XV.

Olymp. XCVIII, 3. — CIV, 4.

Prooemium neque hic omissum. Eo autem iudicandi libertatem Diodorus tum omnino ad historiam requirit et maximopere commendat, quippe quae laudem promeritam impertiendo, bonos ad res porro praeclare agendas excitare, vituperando vero malos a suscipiendis facinoribus deterrere possit; tum hoc libro ea ad Lacedaemonios castigandos se usurum esse pronuntiat, qui quidem imperium, maiorum virtute partum, suis vitiis perdidissent. — Periodi initium et finem indicat. c. 1.

Ann. 3. Belli regis Persarum in Cyprum, iam diu ante desti-

nati[1], apparatus et initium. Pedestribus copiis Evagoras, navalibus Teribazus[2] praeest. Evagoras, navali proelio superatus, cum Persae Salaminem oppugnarent, in Aegyptum confugit, nova auxilia petens. c. 2—4.

A Persis itur ad Graecos. Lacedaemonii, quos pacis iniquae poenituit, contra foedus, civitates Graecas, in libertatem vindicatas, imperio suo subiicere conantur; quo novum bellum suscitant. c. 5.

Annuum cursum finit Sicilia. Dionysius diuturno otio languens carminibus certat cum poëtis. Philoxenus poëta et Plato philosophus in invidiam veniunt. Ob carmina in ludis Olympiacis recitata, et sicut olim (lib. XIV, c. 109.) sibilo excepta, in furorem et insaniam incidit. c. 6. 7.

Ann. 4. Primo narratio de bello Cyprio continuatur. Evagoras redux ex Aegypto, cum acceptae pecuniae non sufficerent, pacem petit, et favente altero duce Persarum, Oronte, aequis conditionibus impetrat. Ita finitum bellum. Teribazus et Orontes rei. Gaos, Teribazi gener, iniuriam ulturus, Aegyptios et Lacedaemonios ad bellum in regem Persarum excitat. c. 8—11.

In Graecia Lacedaemonii, bello occupati in ceteras civitates, Mantineam obsidione ad deditionem cogunt. c. 12.

In Sicilia Dionysius urbes maritimas condere parat, imperium maris Ionii occupaturus, et expeditionem in Epirum atque ad templum Delphicum expilandum mox suscepturus. Illyrii socii, eius copiis adiuti, in Epirum movent ad reducendum in regnum Alcetam, tum Syracusis exsulem, Molottosque proelio fundunt; his autem Lacedaemonii auxilio veniunt. Tum etiam Pharus, adiuvante Dionysio, a Pariis condita. Navalibus, novis moenibus, templis, Syracusae augentur et exornantur. c. 13.

Olymp. XCIX.

Ann. 1. Illyriorum repentinus impetus in Pharum insulam, mox propulsatus. Dionysius, exspoliato templo in Hetruria, de pecunia, e spoliis coacta, novum in Carthaginienses bellum molitur. c. 14.

Ann. 2. Bellum Dionysii cum Carthaginiensibus. Causam praebuerat Dionysius eo, quod civitates, a Carthaginiensibus deficientes, in fidem recepit. Pax tandem pecunia redemta. c. 15. 16. 17.

In Asia res tranquillae mansere. Nullum ab Aegyptiis et Lacedaemoniis bellum ortum, Gao[3] clam occiso. Controversiae Clazomeniorum et Cumaeorum de nova urbe Leuca sine bello compositae. c. 18.

---

1 Vid. supra Ol. XCVII, an. 2. lib. XIV, c. 98.
2 Quamquam rei navali Gaos s. Glos c. 3. praefuisse dicitur.
3 Conf. supra cap. 9.

In Graecia Lacedaemonii omnia consilia ad civitates contra inita pacta subigendas convertunt, eo ipso tempore, quo Amyntae, regi Macedoniae, auxilia mittunt, cum is Olynthiis bellum inferret. Sed regum Lacedaemoniorum de bello Graecis inferendo contrariae erant sententiae. c. 19.

Ann. 3. Bellum in Olynthios, sociis Lacedaemoniis, continuatum. Eo occupati Lacedaemonii per insidias Cadmeam, Thebarum arcem, capiunt. c. 20. 21.

Ann. 4. Urgent Lacedaemonii bellum in Olynthios, duce Agesipoli, rege. c. 22.

Olymp. C.

Ann. 1. Tandem, mortuo Agesipoli, imperium suscipit Polybiades, qui Olynthios debellat. Tum inter omnes Graeciae civitates Lacedaemonii potentia eminebant. c. 23.

Ann. 2. Carthaginienses conciliandis sociis, rebus futuris prospiciunt. Quamvis pestilentia, malisque aliis, internis etiam bellis oppressi, tamen pacem in Africa restituunt, et Sardiniam subigunt. c. 24.

Ann. 3. In Graecia bellum Boeoticum oritur, a Thebanis exsulibus, ob captam a Lacedaemoniis Cadmeam, concitatum. c. 25—27.

* Romani Sardoniam(?) mittunt coloniam. c. 27 extr.

Ann 4. Bellum Boeoticum continuatum. — (Inter haec Acoris, rex Aegypti, bellum infert Persis, duce Chabria, Atheniensi, quem Athenienses, ut Persis gratificentur, revocant. c. 29.) Athenienses in suas partes trahunt plurimas civitates; pugna etiam navali, inter Naxum et Parum commissa, sunt superiores. c. 28—35.

* Romae M. Manlius capitis damnatus. c. 35 extr.

Olymp. CI.

Ann. 1. Incidit interea aliud bellum in Thracia, inter Triballos et Abderitas, a sociis desertos et paene confectos. His Athenienses auxilio mittunt Chabriam, et hoc occiso Timotheum, qui novos conciliat socios, in his Alcetam, regem Molossorum, et Lacedaemonios apud Leucadem pugna navali fundit. c. 36. Thebani quoque proelio eos vincunt. c. 37.

Ann. 2. Suasore Artaxerxe, rege Persarum, qui bellum in regem Aegyptiorum agitabat, et ad hoc a Graecis copias requirebat, reliquae Graecae civitates pacem faciunt; soli Thebani in bello perseverant. Mox novae turbae in singulis civitatibus. c. 38—40.

Ann. 3. Persarum bellum in Aegyptum, Pharnabazo et Iphicrate Atheniensi ducibus. Natura regionis, exstructa in Nili ostiis munimenta, et ducum dissidia rem irritam reddunt. Iphicratis vero ingenium et in re militari inventa celebrantur. c. 41—44.

In Graecia in singulis civitatibus turbae et seditiones. Interea Thebani bello infestant omnia. c. 45—47.

* In Cypro, per insidias occiso Evagora, Nicocles regno potitur. In Italia Romani Praenestinos proelio subigunt. c. 47 extr.

Ann. 4. Durante bello summa consternatio in Graecia ob terrae motus, inundationes, calamitates alias. Hae violatis sacris et ingentibus cavernis subterraneis in Peloponneso tribuuntur. c. 48. 49.

Olymp. CII.

Ann. 1. Fax in coelo prodigii instar terrorem iniicit. Iam Artaxerxes iterum pacem inter Graecos restituere conatur, eamque componit. Pacis foedere iunguntur omnes, praeter Thebanos, quos Lacedaemonii ideo, ut communes hostes, bello prosequendos censent. c. 50.

Ann. 2. Inde bellum Thebanum. — Pugna apud Leuctra victores Thebani, duce Epaminonda. c. 51 — 56.

Ann. 3. Thebani, amicorum numero aucto, potentiam firmant. In Graecis civitatibus tumultus frequentes. Thessali, hortatore et duce Iasone Pheraeo, de imperio Graecorum concertant. c. 57 — 60.

* Eodem anno tres moriuntur principes: Iason Pheraeus, Amyntas, rex Macedoniae, cui succedit Alexander fil. Agesipolis, rex Lacedaemoniorum. — Duris Samius ab hoc anno historiam Graeciae scribere incipit. c. 60 extr.

Ann. 4. Res Graecorum solae paene omnia occupant. In Thessalia, ob Polydori Pheraei superbiam, res turbulentae. c. 61. In Peloponneso Arcades Thebanis iuncti urgent Lacedaemonios, qui nunc Athenienses in auxilium vocant. Messene, Epaminonda suasore, ab Arcadibus instaurata et munita. (Cuius ipsius urbis fata, per modum episodii, a primo initio repetuntur. c. 66.) Ingravescente bello, Dionysius Lacedaemoniis auxilia mittit: Artaxerxes vero, rex Persarum, nova legatione Graecos placare et pacem communem reconciliare studet; sed obstant pertinaciter Thebani. c. 62 — 70.

Sicyonem tum Euphron tyrannide occupavit. c. 70 extr.

Olymp. CIII.

Ann. 1. In Macedonia Alexander dolo interemtus: successor Ptolemaeus Alorites. (cf. c. 60.) Epaminondae abrogatum imperium Boeotorum, quod interea Pelopidas, Ismenia assumto socio, suscepit; mox redditum. Pelopidas per fraudem captus ab Alexandro Pheraeo. Nec multo post Lacedaemonii proelio vincunt Arcades: quo facto hi, ut hostem arceant, Megalopolin condunt. c. 71. 72.

In Sicilia Dionysius, tum maxime opportunum ratus, in Carthaginienses, peste afflictos et ad bellum haud praeparatos, bellum redintegrat, eorumque agros invadit. Mox morte abripitur. Succedit Dionysius iunior. c. 73. 74.

Ann. 2. Ultra, quae in Graecia infestis armis gesta sint, promiscue annotantur. Alexandri Pheraei feritas et immanitas in Sco

tussaeos in Thessalia. Epaminondas quae gesserit in Peloponneso. Pelopidas liberatur. (Cf. cap. 71.) Chares, Atheniensis, Phliasios contra Argivos defendit, duobus proeliis hos vincens. c. 75.

Ann. 3. Athenienses recuperant Oropum, a Themesione, Eretriae tyranno, occupatam. Coi urbem condunt, civium frequentia et aedium splendore mox celebrem. Nova legatione Artaxerxes, et nunc quidem meliori successu, Graecos ad pacem communem adhortatur, quae tandem accepta est ab omnibus. Ita post V annos[1] finitum bellum Laconicum et Boeoticum, ortum in Thebanos, ut communes hostes, inde ab Ol. 102, an. 1; quo anno reliquae civitates Graecae de pace convenerant. (Vid. supra c. 51—56.) Ceterum Diodorus iure reprehendendus, quod pacis conditiones nullas omnino commemoravit. Initium belli signavit pugna ad Leuctra. c. 76.

* Additur index virorum ingenio et doctrina tum clarorum. Isocrates cum discipulis, Aristoteles, Anaximenes Lampsacenus, Plato, Pythagoreorum novissimi, Xenophon, Aristippus, Antisthenes, Aeschines Socraticus. c. 76 extr.

Ann. 4. Pacata universa Graecia, disceptatio, inter Arcades et Eleos de Triphylia diu agitata, novum bellum parit. Arcadum socii Athenienses. c. 77.

* In Macedonia rex Ptolemaeus Alorites per insidias occisus. Succedit Perdiccas. c. 77 extr.

Olymp. CIV.

Ann. 1. Ius habendi ludos Olympicos in disceptationem venit inter Pisaeos et Eleos. Pisaei, in auxilium adhibitis Arcadibus, Eleorum hostibus, bellum inferunt Eleis Olympia iam exorsis, ipsique, victoria potiti, suis auspiciis celebrant ludos. — Aliud bellum moliuntur Thebani, ab Epaminonda inflammati ad occupandum imperium maris. Classem instruunt, socios invitant. Sed Epaminondae immatura mors conatus intercepit. (Vid. infra c. 87.) c. 78. Interea iidem Orchomenios, quibus ob tributum olim solutum infesti erant, (vid. supra lib. IV, c. 10.) bello opprimunt, urbem capiunt, et incolas caede prosternunt. c. 79. — Iidem a Thessalia in auxilium vocati, contra Alexandrum Pheraeum, quocum hi bellum gerebant, Pelopidam cum copiis mittunt, qui proelio quidem hostem vicit, sed ipse e vulnere accepto mortuus est. Inseritur Pelopidae encomium. c. 80. 81. — Clearchus tum Heracleam, urbem Ponti, eamque patriam, in servitutem redegit. — Timotheus, Atheniensium imperator, Toronem et Potidaeam cepit, et Cyzicenis auxilio venit. c. 81[2].

---

1. Si scilicet a Leuctrica pugna numerentur. Cf. cap. 50, 51 sqq.

2. Quae hic relata legis, si abrupta nulloque nexu reliquae historiae iuncta deprehendis, ipsaque tam imperfecte tradita indigneris, ut, quae

Ann. 2. Bellum parvum duarum civitatum, Pisaeorum et Eleorum, proximo anno ortum, (vid. c. 78.) mox vulgatur, et totius Graeciae commune fit. Duae Arcadum factiones erant, Tegeatae et Mantinenses. Cum illis faciebant Boeoti, duce Epaminonda; cum his Athenienses et Lacedaemonii. Ad proelium ventum apud Mantineam. Victores Boeoti; imperatore tamen Epaminonda caeso, cuius adiungitur encomium. c. 82 — 88. Inde pax facta et foedus [1] commune inter omnes Graecos ictum est, exceptis Lacedaemoniis, qui Messenios odio habebant. c. 89.

* Adiicitur notitia historicorum huius aevi: Xenophontis, Anaximenis, Philisti. c. 89 extr.

Ann. 3. Pace facta in Graecia, novum idque maximum bellum exardescit in Artaxerxem, regem Persarum. Erat bellum hostium multorum in unum; simul intestinum atque civile, simul externum. Defecerant provinciae maritimae cum satrapis nonnullis ducibusque copiarum Persicarum: belli socii erant Tachos, rex Aegyptiorum, Lacedaemonii, ob Messenios, regis iussu communi Graecorum foederi adscriptos, regi infensi; accedebant Syri, Phoenices, alii. c. 90 — 92. Interea Artaxerxes moritur, cui succedit Ochus. Tachos, proditione eius, cui regnum administrandum mandaverat, regno privatus, Agesilai, Spartani, qui praeerat exercitui eius, prudentia ac virtute, Aegyptum [2] recipit. c. 93.

Inde res Graecorum repetit Diodorus. Proximo post pacem compositam anno, novae turbae inter Arcades oriuntur. Megalopolitani pristinas sedes (conf. cap. 72.) recuperare nituntur. Advocati Athenienses tumultum comprimunt. c. 94.

* Addita mentio Athanae, historici rerum Sicularum. c. 94 extr.

Ann. 4. Alexander Pheraeus etiam infestam reddit Graeciam, depraedando Cyclades. Adversum eunt Athenienses, sed vincuntur. c. 95.

---

bellorum causa fuerit, intelligi nequeat, memineris, Diodorum in rebus minutis, quae ad civitates singulares, neque ad populos universos pertinere videantur, chronographi potius, quam historici, personam agere, atque eiusmodi res verbo magis notare, quam copiosa oratione describere solere.

1 In vitiis historici iam alibi observatum est, quod in nuda pacis commemoratione saepe acquiescit, nullas vero pacis foederumque conditiones affert. Hic locus eodem defectu laborat. Unam quidem foederis conditionem postea cap. 94, aliud agens et obiter commemorat. Sed omnes ac singulas debebat referre.

2 Narrationem de huius belli exitu imperfectam reliquit Diodorus. Nam quomodo res compositae fuerint, mortuo Artaxerxe, utrum armis decertantes sponte ea abiecerint, an certis conditionibus pactoque in gratiam redierint, omisit tradere. Sed obvia sunt plura rerum gestarum exempla, quas velut in medio cursu destituit, de quarum progressu et eventu deinde silet.

* Dionysiodorus et Anaxis, scriptores Boeoti, historiam rerum Graecarum usque ad hoc tempus perduxerunt.

Periodi I

SECTIO III.

Aevum Philippi, R. Macedoniae.

Lib. XVI.

Ol. CV, 1. — CXI, 1.

Prooemio Diodorus contra semet ipsum, eamque operis rationem, quam in reliquis libris secutus est, disputat. Contrariam enim historiae methodum approbat atque laudat, qua civitatum regum et res gestae non divulsae sed integrae, non per partes seu fragmenta, sed ab initio usque ad finem continuae perscribantur: quo quidem modo putat, res mente rectius perspici et memoria facilius teneri posse. Deinde gaudet, sibi eius rei experiundae in vita rebusque gestis Philippi, regis Macedoniae, nunc occasionem [1] oblatam esse. Pronuntiat itaque, se uno libro eius regis gesta complexurum esse. Vitae huius regis momenta praecipua notantur. c. 1.

Olymp. CV.

Ann. 1. Philippi pueritia Thebis culta. Patre Amynta fratribusque natu maioribus vita defunctis, Thebis, ubi obses tenebatur, in patriam aufugit, et regni paterni curam suscepit. Prima certamina in hostes regnique aemulos; et quibus modis Macedones conciliaverit, et a desperatione ad spem revocaverit, disciplina vera, exercitatione, institutis, in re tactica novis inventis imperium auxerit et confirmaverit. Proelio apud Methonem in Mantiam et Argaeum primo victor. c. 2. 3.

Theopompus Chius ab hoc anno rerum Philippicarum historiam exorsus. c. 3 extr.

---

1. Ne tamen ex his verbis colligas, hinc scriptorem operis aliud consilium rerumque tradendarum alium ordinem esse initurum! Quamquam enim Diodorus in huius libri exordio utique de methodo rebus historicis tradendis aptiore ita disserat, ut, repudiata, qua in praecedentibus libris usus est, ratione, novam secuturus videatur, tamen in pristino instituto perseverat. Vicibus alternant res Macedonicae et res aliorum regnorum, sicut antea; singulae res gestae annis sunt intercisae, sicut antea; in ipso annuo cursu est orbis quidam regnorum et rerumpublicarum, sicut antea; ne multis, nihil quidquam mutatum, nihil novum aut singulare deprehendimus, nisi quod hic liber totam Philippi vitam complectitur, a Philippo incipit et in Philippo desinit.

Ann. 2. Continuantur res Macedonicae. Philippus prudenter de iure in Amphipolin cedebat, ut ne Athenienses porro hostes haberet. Eo bello liberatus, Paeones vi sub potestatem suam redegit, Illyrios bello vicit et ad reddendas urbes Macedonicas coëgit. c. 4.

Interponuntur [1] res Siculae. Dionysius iunior, Syracusarum tyrannus, ignavia languescit; eius regnum vilescit. c. 5.

Ann. 3. Dion Syracusanus, Dionysii maioris alterius uxoris, quae Hipparini filia erat, frater, ob ingenium et animum ipsi Dionysio suspectus, clam in Peloponnesum aufugit, et bellum in eum parat. c. 6.

Res coaevae Graecae referuntur: Tauromenium, urbs in insula Naxo, condita. In insula Euboea bellum inter duas factiones, mox compositum. Quo finito bellum sociale oritur, ab Atheniensibus in Chios, Rhodios, Coos, Byzantinos gestum, ut socios, qui defecerant. Erat hoc bellum triennale. (cf. c. 21.) c. 7.

In Macedonia rex Philippus Amphipolitanos in potestatem redigit, mox Pydnam etiam et Potidaeam. Crenides amplificatae et Philippi dictae: ex aurifodinis huius regionis magnae opes. c. 8.

Ann. 4. Inde in Siciliam Diodorus lectores ducit, eosque singulari exordio in admirationem rapit, quod Dion, Dionysium bello impugnans, primo exiguis copiis instructus, maximum Europae imperium in extremum adduxit discrimen. Bellum ipsum. Dionysius proelio victus pacem petit, sed principatu abire recusat. c. 9—13.

Res coaevae Graecae: Alexander Pheraeus a coniuge et fratribus occisus, qui ipsi tyrannidem occupant. Aleuadae, et inprimis Philippus, rex Macedoniae, ab his advocatus, Thessalos in libertatem vindicant, qui deinde perpetui Philippi socii sunt. c. 14.

* Scriptores rerum Graecarum huius aevi commemorantur: Demophilus, Callisthenes, Diyllus. c. 14 extr.

Olymp. CVI.

Ann. 1. In Italia novus populus Bruttiorum oritur, c. 15, dum bellum Dionis in Dionysium, in Sicilia, acerrime urgetur. Dionysius proelio victus, tandem, abrogato principatu, Sicilia abire cogitur. Postea novos tumultus Syracusis excitant mercenarii, quibus

---

1 Iam supra observatum est, eam esse historiae catholicae Diodori rationem, ut principum populorum res, tanquam operis fundamentum sint, et columnarum instar temporum intervalla designent. A Philippo inde res Macedonum, prius leviter et raro commemoratae, eam dignitatem sunt consecutae, ut principem locum in hoc opere historico possent occupare, iisque res memorabiles minorum regnorum annecterentur. Id patet ipsa transeundi formula, qua Diodorus usus est: *Postquam res Macedonicas et Illyricas persecuti sumus, ad alius generis res* (πρὸς τὰς ἑτερογενεῖς πράξεις) *transeamus.*

etiam Dionysius classem, duce Nypsio, auxilio mittit. Dion, offensus a Syracusanis, cum exercitu suo Leontium discesserat. Iam revocatus Syracusas ultro ab interitu vindicat, civiumque omnium gratiam et summum imperium consequitur. c. 16—20.

In Graecia Athenienses in bello sociali occupati. (Cf. cap. 7.) Chares, cui imperium mandatum erat, Artabazo, qui tum a rege Persarum defecerat, inconsulte auxilio venerat. Quamobrem regis iram veriti, pace[1] facta, bello sociali finem imponunt. c. 21. 22.

In Philippum, regem Macedoniae, hoc tempore tres finitimi reges, Thracum, Paeonum, Illyriorum, simul bellum consociaverant: sed Philippus, bello ante occupato, omnes subegit. c. 22.

Ann. 2. Inde vero res Graecae principem locum occupant, et Macedonicas velut praecurrunt. Conflatur in Graecia bellum sacrum, quod decem[2] annos duravit. Belli causae et annus primus. Phocensium imperator Philomelus vi cogit Pythiam, ut de bello suscipiendo oraculum edat. Inde excursus de oraculi Delphici origine (c. 26.) Athenienses, Lacedaemonii, Thebani, ad societatem iungendam invitantur. Boeoti et Locrenses contra pugnant. c. 23—27.

Ann. 3. Belli sacri annus 2. Ad Phaedriades petras Philomelus proelio victor. Utriusque partis socii recensentur. Phocenses deinde in angustias adacti gravem accipiunt cladem; Philomelus vero, quum confugeret, non habens, de saxo se praecipitem dedit. In eius locum successit Onomarchus. c. 28—31.

Philippus eodem tempore Methonem et Pagas expugnat. c. 31.

Annotata synchronistica: Leucon, Bospori rex, moritur: succedit Spartacus, filius. Romani in Faliscos bellum gerunt. In Sicilia, Dione a mercenariis occiso, Callippus imperium suscipit. c. 31.

Ann. 4. Belli sacri annus 3. Onomarchus renovat bellum, hostium agros populatur, multasque urbes capit. c. 32. 33.

In Asia Artabazus perseverat in bello contra regem Persiae, acceptisque Thebanorum auxiliis, duobus proeliis regios vincit. c. 34.

In Graecia Argivorum in Lacedaemonios bellum, causa non indicata, c. 34.

Athenienses, Charete duce, ad Hellespontum urbem Sestum capiunt: iisdem Cersobleptes urbes Chersonesi concedit; qua re permotus Philippus Methonem vi expugnat, in cuius urbis expugnatione, teli iactu, altero oculo privatur. c. 34. Post haec Philippus, vocatus a Thessalis, bellum commune in Lycophronem, Pheraeorum tyrannum, et Phocenses horumque ducem Onomarchum gerit. Ono-

---

1 De pacis conditionibus, ut alibi, silet Diodorus.

2 Conf. cap. 59, 60, et ad eum locum Wesselingii annotationem num. 98 notatam.

archus aliquot proeliis victor, tandem ultimo proelio capitur et
uci affigitur. Phocensium imperium Phayllo, eius fratri, manda-
r, qui omni vi bellum instaurat. c. 35. 36.

* Annotata rerum coaevarum: Moritur Mausolus, rex Cariae,
ıi Artemisia succedit; item Clearchus, Heracleae tyrannus, in cu-
s locum substituitur Timotheus, filius. — Romani in Thuscos bel-
m gerunt.

In Sicilia Callippus, (vid. cap. 31.) tumultu orto, principatu exci-
it, eumque occupat Hipparinus. c. 36.

Olymp. CVII.

Ann. 1. Belli sacri in Graecia annus 4. Phayllus, auctus ico-
is et sociorum auxiliis, Boeotiam invadit, sed iteratis proeliis in-
rior discedit. c. 37. Interea Philippus impeditus ab Atheniensibus,
ım in Phocenses tenderet, in regnum rediit. Sed Phayllus ultra
ogressus Locros Epicnemidios invadit, multasque urbes capit;
oeoti contra, Phocensium terras populantur, quos subito impetu
hayllus opprimit. Mox mortuo Phayllo succedit Phalaecus, Ono-
archi fil. impuberi adiunctus socius et tutor Mnasea, paullo post
roelio occisus. c. 38. Lacedaemoniorum in Megalopolitanos bellum.
halaecus Boeotiam, Boeoti Phocidem vastant. c. 39.

Ann. 2. Belli sacri annus 5, levioribus proeliis transactus. c. 40.

Iam vero in Asia Artaxerxes, rex Persarum, bellum in Aegy-
tios, per aliquot annos intermissum, de novo et maximo quidem
pparatu suscipit, iuncto alio bello in Phoenices et in Cyprum, quae
rovinciae a rege defecerant. Belli historia. c. 40 sqq. Primo bel-
ım in Phoeniciam et Cyprum geritur, quam utramque rex subigit.
40 — 45.

* Haud multo ante Artemisia vita defuncta; cui Idrieus, eius
ater, succedit. In Italia Romani cum Praenestinis et Samnitibus
ducias et pacem pacti: in Tarquinienses saevitum. Leptines et
allippus Rhegium a Dionysii iun. tyrannide liberant. c. 45 extr.

Ann. 3. Perdomita Cypro insula, (vid. c. 42.) bellum transfertur
ı Aegyptum. Belli historia. c. 46 — 51. Perdomita Aegypto reli-
oque Pherendate, eius provinciae praeside, rex Babylonem rediit.
51 extr.

Ann. 4. Inter duces Artaxerxis Mentor virtute rebusque gestis
ninebat, insignibus praemiis a rege ornatus: qui reliquos etiam,
ıi defecerant, ad fidem revocat. c. 52.

Ex Asia deinde in Europam revertitur Diodorus. Sed paucis
ıntum verbis, quae gesta sunt, notat. Philippus, rex Macedoniae,
ıterea expeditionem in Thraciam et Thessaliam fecerat. Expugna-
ıe Chalcidicae civitates et Pherae Thessaliae. (Cf. c. 37. 38.) c. 52.

* Moritur Spartacus, rex Ponti; regnum suscipit Parysades,
ius frater. c. 52 extr.

Olymp. CVIII.

Ann. 1. Redit narratio ad res gestas Philippi. Is ad ulteriorem expeditionem intendit, ipsasque urbes ad Hellespontum sitas, in potestatem redigere parat, vi, comitate, pecuniae profusa largitione, proditione etiam. Olynthus, per proditionem capta, excitat Atheniensium invidiam, qui bellum minantur. Sed Philippus solemnibus ludis, festis, conviviis, liberalitate, omnium animos sibi conciliat. c. 53—55.

Ann. 2. Belli sacri annus 9. Boeoti Phocensium agros depopulantur, vicissim hi in Boeotia omnia rapiunt et devastant. Phalaecus, sacrilegii reus, imperium amittit. Severa quaestio de sacrilegis. Ipsi Athenienses et Lacedaemonii impietatis participes. Boeotis Philippus in Phocenses auxilia mittit. Phocensium ingens clades apud Abas. Qui in templum confugerant, cum templo conflagrant. c. 56—58.

Ann. 3. Belli sacri annus 10. Phocenses, attenuatis viribus, a Lacedaemoniis nova auxilia impetrant; Boeoti a Philippo, qui magna vi Locridem invadit. Phalaecus, iterum creatus imperator, cum vires impares videt, de pace impetranda paciscitur. Itidem Phocenses sponte se subiiciunt. Pacis communis consilia et conditiones. Ita finitum bellum sacrum. c. 59. 60. Tum Diodorus, pietatis inculcandae causa, adiungit recensum eorum, qui sacrilegii auctores vel participes fuerunt, et tristi fato perierunt. c. 61—64.

Inde ad *πράξεις ἑτερογενεῖς* transit. In Sicilia Syracusani, multis seditionibus agitati, a Corinthiis, quorum coloni essent, imperatorem expetunt, qui a tyrannis ipsos defendat. Mittitur Timoleon, mox vindex et instaurator rerum Sicularum. c. 65.

Ann. 4. Timoleontis adventus in Siciliam; naves, copiae. Quo in statu tum res Siculae fuerint, narratur. Instabant scilicet Carthaginienses: horum amicus factus erat Hicetas, Syracusarum princeps: Dionysius redierat, et pristinum imperium recuperaverat. c. 66—68.

Olymp. CIX.

Ann. 1. Contra morem praemittitur rerum coaevarum brevis mentio: * Romani primum foedus cum Carthaginiensibus fecerant. — Idrieus, princeps Cariae, moritur: sequitur in principatu Ada, coniux et soror. c. 69 pr.

In Sicilia Syracusas, per partes occupatas a Dionysio, Hiceta, Timoleonte et Poenis, tandem Timoleon, auctus copiis, totas capit. c. 69.

In Macedonia Philippus in Illyrios, sibi diu infestos, movet, multasque urbes eorum capit; postea Thessalorum urbes a tyrannis liberat, quo omnium favorem sibi conciliavit. c. 69.

Ann. 2. Dionysius tandem cogitur abdicare principatum, et Corinthi vitam agere privatam. Quo facto Timoleon Syracusanis democraticam formam novasque leges dedit. Iovis Olympii sacerdotes annuis magistratibus fungebantur. c. 70.

Philippus Thracum, devicto rege Cersobiepte, subigit. c. 71.

* De Theopompo Chio obiter commemorat, eius opere historico etiam res Siculas traditas esse. c. 71 extr. Cf. supra c. 3.

Ann. 3. Mortuo Arymba, rege Molossorum, annitente Philippo Macedone, succedit Alexander, Olympiadis frater. c. 72 pr.

In Sicilia Timoleon Hicetam armis persequitur, Leptinem, Engyinorum tyrannum, capit, et in exsilium mittit, terras Carthaginiensium depraedatur, multasque civitates in fidem recipit. Quibus rebus consternati Carthaginienses alios duces novasque copias in Siciliam mittunt. c. 72. 73.

Ann. 4. * Clitarchus, Eretriae tyrannus, a Philippo constitutus, nunc a Phocione Atheniensi principatu deiectus. — In Caria Ada regno expellitur a Pixodaro, fratre. c. 74 pr.

Philippus in diuturna Perinthi obsidione et oppugnatione occupatus. Byzantini et Persae obsessis auxilio veniunt. Ideo Philippus partem copiarum ad oppugnandum Byzantium mittit. c. 74 — 76.

Adiecta notitia de Ephoro et Diyllo, rerum tum gestarum scriptoribus. c. 76 extr.

Olymp. CX.

Ann. 1. Athenienses Graecorumque alii, ob Byzantium obsessum, bellum parant in Philippum, quod ut declinet, obsidionem solvit. c. 77 pr.

Sed in Sicilia bellum magna contentione geritur. Timoleonti pugnandum erat tum contra milites seditiosos, a Thrasio quodam in eum concitatos, tum contra infestum Carthaginiensium exercitum, novis copiis auctum. Iteratis proeliis Timoleon victor. Carthagienses, aliis insuper malis afflicti, de ipsa Africa pavent, et pacem expetunt. c. 77 — 81.

Ann. 2. Thrasium et rebelles milites Timoleon Sicilia exire iubet, Postumium Tyrrhenum, piratam, domat, Hicetam bello captum obtruncat; tum pacem cum Carthaginiensibus componit. Pacis conditiones. Iam vero universam Siciliam in libertatem vindicat, novis colonis auget, legibus institutisque florentissimam reddit. c. 82. 83.

Ann. 3. Tandem revertitur Diodorus ad propositum huius libri primarium: Philippus, conciliata plurimorum Graeciae populorum amicitia, ut Graeciae imperium consequeretur, consultum duxit, Atheniensibus, tum maxime ad bellum imparatis, inopinato bellum inferre. Belli in Athenienses gesti historia et eventus. — Pugna ad Chaeroneam in Boeotia victi Athenienses. c. 84 — 88.

* Eadem die et hora proelium commissum in Italia inter Tarentinos et Lucanos, quo Archidamus, rex Lacedaemoniorum, qui Tarentinis auxilio venerat, periit. — Moritur Timotheus, Heracleae Ponticae tyrannus, cui succedit Dionysius, frater. c. 88 extr.

Ann. 4. Victor Philippus ultra intendit animum ad consequendum summum Graeciae imperium. Proponit itaque bellum suo ductu in commoda Graecorum contra Persas, ob violata Graecorum templa (cf. lib. XI, c. 28 extr.) suscipiendum. c. 89.

In Sicilia vita decessit Timoleon, quem ut parentem lugent et anniversariis festis venerantur. c. 90.

* Defunctus hoc anno Ariobarzanes in regno Phrygiae et Cappadociae, succedente Mithridate. — Apud Romanos Manlius de Latinis et Campanis triumphum egit. c. 90 extr.

Olymp. CXI.

Ann. 1. Philippus, a Graecis imperator creatus, bellum in Persas instruit, laetusque honore, a Graecis sibi habito, festos dies, convivia, certamina, ludos, celebrat: inter quae gaudia rex a Pausania quodam per insidias occiditur. c. 91—95.

Periodi I

SECTIO IV.

Aetas Alexandri M.

Lib. XVII.

Ol. CXI, 2. — CXIV, 1.

Prooemio Diodorus aevum resque gestas Alexandri M. velut fundum novae periodi constituit, laetaturque, eminere nunc prae ceteris regnum aliquod et principem aliquem, ad quem, tanquam ad caput, regnorum et civitatum aliarum res memorabiles referantur, et a quo singulare temporis spatium certis finibus circumscribi ac signari, hujusque initium et finis metarum seu epocharum instar esse possit; ratus, id memoriae eximio esse adiumento. Imperio et victoriis Alexander implevit XII annorum spatium. c. 1.

Id vero singulare deprehendimus in hoc libro, quod scriptor, contra ea, quae in prooemio erant promissa, quaeque totius operis ratio requirebat, in sola Alexandri M. historia substitit, eiusdem autem aetatis aliorum regnorum, principum et rerumpublicarum, etiam ad memoriam insignium, si neque bellorum socii, neque hostes Alexandri fuerint, omnem mentionem exclusit. Absunt itaque *αἱ συνεχεῖς πράξεις*, absunt *τὰ ἅμα τούτοις συντελεσθέντα*, quamvis prooemio commemorata et annuntiata.

Ceterum hic liber in Codicibus MSS. in duas partes solet describi, quam partitionem deinde Diodori editores in suis exemplis secuti sunt. In ipso opere cum nullum eius vestigium exstet, verosimile est, eam a grammaticis et librariis esse factam. Divortium facit proelium ad Arbela, quo Darius victus est, cap. 64.

Pars prior.

Ann. 2. Prima cura Alexandri, ulciscendi caedem parentis et ei iusta faciendi; proxima ordinandi et firmandi regnum, conciliato omnium amore, confirmata sociorum fide, praesertim Graecorum, milite crebra exercitatione occupato. In Attalum, regni aemulum, secreta mandata dedit Hecataeo, amico fido. c. 2. Cum nihilominus multi populi, ipsique Graeci ab eo abalienarentur, omnes vel humanitate reconciliavit, vel vi subegit, ac singulari prudentia effecit, ut Graeci eum summum imperatorem crearent, eique bellum in Persas gerendum committerent. c. 3. 4.

Descripto statu Graeciae, sequuntur res in Asia gestae. Attalum, qui militem ad seditionem moverat, Hecataeus clam de medio tollit. Inde Diodorus narrationem statim transfert ad bellum Persicum. Inseritur narratio episodica de regum Persiae historia ab Ocho repetita. c. 5. 6. Darius, consiliis et coeptis Alexandri, quem ob aetatem despexerat, perculsus, intentiore animo bellum, Philippi morte interceptum, parat, classem instruit, copias cogit, duces deligit. Memnon Rhodius cum exercitu Cyzicum petit. Referuntur nonnulla de Ida monte, per quem transeundum erat. Parmenio Grynium capit, et Pitanen oppugnat. Callas in Troade impar cum Persis congressus, Rhoeteum se recipit. c. 7.

Rex ipse expeditionem suscipit in gentes plures tumultuantes in Thracia, Paeonia, et Illyrico, maxime autem in Thebanos in ipsum contumaces. Urbis obsidio, expugnatio, excidium horrendum dictu. c. 8—14. Post haec ut in concitatores seditionum animadverteret, ab Atheniensibus postulavit, ut Demosthenem et Lycurgum traderent. Intercessit Demades. c. 15. Redux ab expeditione consilia de bello in Persas accelerando confert cum ducibus, reiecta matrimonii cura, ad quod ante ineundum amici adhortati erant. Sacra et convivia ob instantem profectionem celebrantur. c. 16.

Ann. 3. Alexander traiicit exercitum in Asiam. Recensus copiarum. Laeta omina in Troade. Persae obviam facti in Phrygia, non audito Memnone, qui bellum in Macedoniam transferre suadebat, pugnam decernunt. Proelium ad Granicum, et regis certamen singulare cum Spithrobate. Persae victi et in fugam acti. c. 17—21. Deinde Alexander ulterius hostes persecutus, Miletum, quo cum Memnone confugerant, oppugnavit et cepit, sublata prius classe, cap. 22. 23; inde progressus, Halicarnasso ac tota paene Asiae ora poti-

tus est. Memnon cum reliquis copiis in insulam Con se recipit. c. 24—27. Alexander insuper Marmarenses in Lycia ad extrema adegit, qui eius exercitum transeuntem caede et rapina lacessiverant. c. 28.

Ann. 4. Memnonem, cui summa belli commissa erat, dum singulari prudentia, virtute ac fortuna res Persarum restituit, Chio et Lesbo potitur, ipsamque Graeciam territat, inopinato abripit mors. c. 29. Occiso etiam Charidemo, Atheniensi, principe viro, qui meliora, sed regi ingrata, consuluerat, Darius ipse, conscripto novo exercitu, belli gerendi curam suscepit. c. 30. Recensus novi exercitus, cum quo Darius Babylone in Ciliciam proficiscitur. Comites sunt regis uxor, liberi, mater. Alexander interea morbo gravissimo laborabat, a quo Philippus Acarnan eum liberat. c. 31. In vincula coniecto Alexandro Lynceste, qui in suspicionem perfidiae inciderat, Alexander rex obviam it Dario, et Issum, Ciliciae urbem, occupat. Pugna ad Issum, qua Persae funduntur: gaza regia cum castris, Darii mater, uxor, liberi capiuntur. Summa Alexandri in hos clementia. Darius Babylonem refugit, unde Alexandro aequas pacis conditiones offert, sed non acceptas. Itaque novo apparatu bellum instruit. c. 32—39.

Olymp. CXII.

Ann. 1. Inde bellum in Aegyptum transfertur. Cum exercitum Alexander per Phoenicen ducit, Tyrii acriter resistunt. Tyri oppugnatio diuturna. Urbs post VII menses vi capta; Alexander novum regem, Ballonymum, constituit. c. 40—47.

Respicit Diodorus simul ad ea, quae in Europa aguntur. Agis, Lacedaemoniorum rex, partes Persarum sectatus, Cretam insulam in Darii potestatem redegit. — Amyntas, transfuga, incursionem in Aegyptum faciens, pugna apud Memphin commissa cecidit. Graeci legatos ad Alexandrum mittunt, cum Gazam oppugnaret, qui ob victoriam apud Issum ei gratularentur, et auream coronam dono offerrent. c. 48.

Ann. 2. Gaza Alexander Amyntam in Macedoniam mittit, ad conscribendos novos milites: ipse in Aegyptum pergit, ob odium Aegyptiorum in Persarum impietatem benigne receptus. Cyrenenses dona et amicitiam offerunt, qua fretus Alexander ultra ad templum Iovis Ammonii tendit. Itineris, regionis, templi descriptio. Acceptum oraculum. c. 49—51. Reversus in Aegyptum novam urbem Alexandriam condere instituit, relictis, qui susceptum opus perficerent. c. 52.

His peractis Alexander in Syriam movet. Darius certior factus ipsum peti, omnia praeparat ad pugnam, novo telorum genere milites armat, currus falcatos numero auget; tum Babylone profectus

ope Arbela, castra ponit, unde missa legatione, novas splendidas-e pacis conditiones proponit, ab Alexandro repudiatas. Alexander pias propius ducit. In itinere moritur Darii coniux. c. 53. 54. ies ad proelium instruuntur. Proelii ad Arbela descriptio. Darius ;tus aegre elabitur. Caesorum numerus. c. 55—61.

Ann. 3. Noster interea res in Europa gestas circumspicit. Ro- iterata victoria invidiam; absentia audaciam fecerunt. Memnon, Thraciam missus ad compescendam seditionem, ipse defecerat. ım Antipater adversus hunc copias ducit, Lacedaemonii et Pelo-nnesiorum plures bellum movent. Sed Antipater, rebus quam ce-rrime compositis, e Thracia advolat, et commisso proelio hostes ssipat. Cecidit hoc proelio Agis, rex Lacedaemoniorum. c. 62. 63.

Pars posterior.

In Asiam revertitur historicus. Post cladem ad Arbela acceptam, ırius in provincias superiores fugit; Ecbatanis in Media quiete se osque reficit, et novas copias cogit. Alexander, collecta ingenti aeda, primo Babylonem petit, ubi militem commodo hospitio re-eat et praemiis excitat. c. 64. Inde inter ingressus, novis ex Eu-pa acceptis copiis, movet in Sittacenam regionem, hinc Susa, ubi zam regiam, diu reconditam, reperit. Relicta ibi Darii matre m liberis, traiecto Pasitigri, per invia et inter tela hostium, in gionem Uxiorum pervenit; superatis deinde rupibus, quae Susia-s vocantur, victoque Ariobarzane, Persepolin vi capit, exspoliat devastat, gaza regia et arce sibi soli servata. Arcis descriptio. 65—71. Tum ob victoriam conviviis et comissationibus indulget, ter quas, suasu et hortatu Thaidis, regia incendio deletur. Tan-m subactis Persidis urbibus, Bactra tendit, quo Darius perfuge-t, quem tamen interea Bessus dolo ceperat et occiderat. Hunc gis interfectorem Alexander nequidquam persequitur. c. 72. 73.

Rebus in Asia ad hunc finem perductis, Diodorus gesta in Euro- paucis repetit. Lacedaemonii, ab Antipatro victi, missis legatis niam defectionis ab Alexandro petunt. c. 73 extr.

Ann. 4. Obiter commemoratur Bessus, qui postea Bactrianae gnum assecutus est. — Alexander militibus, qui ob Darii mortem em reditus in patriam conceperant, persuadet, ne ipsum, ad ul-riora tendentem, relinquant. c. 74. Ulteriores expeditiones: 1) in yrcaniam. Maris Caspii et Hyrcaniae res memoratu dignae expo-ıntur. Multi et Persae et Graeci, qui in Darii exercitu mili- ve-nt, castra Alexandri sequuntur. c. 75. 76 pr. 2) in Mardorum re-onem. Regius equus ibi furto ablatus, sed restitutus. c. 76. Ne-ıe alia omittit historicus, quae memoratu digna visa fuerint, ut halestris, reginae Amazonum, ad regem aditum. Tum primum x, Asiaticorum more, luxuria et voluptate diffluere coepit. c. 77.

3) in Bactrianam, ad subigendos Satibarzanem et Bessum, qui bellum in Macedones moverant, et Drangianam: quo quidem tempore regis vita in summo discrimine versabatur, structis insidiis ab ipsis eius familiaribus, Dimno, Parmenione, aliis. c. 78—80. 4) in Arimaspos, postea Evergetas dictos, et Arachosiam. c. 81.

Olymp. CXIII.

Ann. 1. 5) In Paropamisadas. Regionis, aëris indoles describitur. Mons quoque Caucasus s. Paropamisus. Urbes ibi exstructae. Inde partem copiarum oportebat in Bactrianam et Aream mittere, ubi Bessus et Satibarzanes hostilia agebant. Satibarzanes certamine singulari periit; Bessum quidam e familiaribus per proditionem tradidit. c. 82—83. * * * 6) In Indiam. — Regina quaedam Alexandro, eius admiratione capta, munera mittit. (Sed hic nonnulla, quae praecesserant, multoque plura, quae secuta erant, in Codicibus manuscriptis cunctis, qui exstant, desiderantur. Nec dubitandum vero, Cleophidis, reginae in India, amores hoc loco fuisse descriptos, verumque multarum aliarum mentionem esse factam, quarum argumenta indicant tituli, huic libro praefixi, iique sedecim. Sed apparet, in his ipsis nonnulla turbata esse. Postrema fuisse videtur narratio de Nysia urbe benigne habita, Cleophide adamata, et Massacorum urbe expugnata, ubi ea ipsa acciderunt, quae deinceps soquuntur.) * * * * Mercenarius miles, e foedere, urbe (Massaca) abierat. Hunc Alexander contra datam fidem persecutus ingenti caede prostravit. c. 84. Expugnatae plures Indiae urbes. Inde rex ad rupem inaccessam, Aornon, progressus, duce sene quodam, in montis summum fastigium evasit, locumque occupavit. c. 85. Continuato itinere obvium habuit Aphricem (Erycem) cum exercitu, mox a suis interemtum. Accessit deinde ad Indum fluvium, quo traiecto ad regem Mophim (Omphim), Taxilis filium, pervenit, qui fidem et societatem cum Alexandro iungit. c. 86.

Ann. 3. Proximus rex erat Porus, qui, consociatis copiis Embisari, infestis signis Alexandro obviam venit. Proelio conserto victor Alexander. Tum factis Soli sacris, naves in futuros usus construi iussit, quibus struendis ea regio largam praebebat materiem, duasque urbes condidit. (Cf. c. 95 extr.) Porus in regnum restitutus. c. 87. 88. 89. Regionis memorabilia recensentur. c. 90. Continuatae expeditiones: in alius Pori, prioris ex fratre nepotis, terras, ab Hephaestione expugnatas, et amico Poro datas; in Adrestas; in Cathaeos; in Sopithae regis ditionem. c. 91. 92. in Phegei regnum [1] un-

---

1 Ubique Diodorus singulorum populorum mores et leges, si quid praecipui habere videantur, terrarumque res memorabiles paucis indicat.

que ad Hypanin fluvium, ubi ulteriorum regionum et populorum, praesertim Praesiorum et Gandaridarum notitiam accipit. c. 93.

Tandem periculis et impedimentis multis, quae imminebant, deterritus, maxime autem taedio, quod milites ceperat, permotus, itineribus ad ulteriora finem ponit. Terminos erectis monumentis amplissimis insignis facit. His perfectis retro movit 1) ad Acesinem fluvium, ubi naves[1] fabricatas et novas copias e Graecia missas invenit. Urbes ad flumen exstructas (vid. c. 89.) Nicaeam et Bucephalam appellari iussit, c. 94. 95. Inde venit 2) ad confluentem Acesinae et Hydaspis, et ad Siborum agrum; 3) ad Agalassenses, proelio devictos. c. 96. 4) ad confluentem Indi et ante dictorum fluviorum, ubi navis, qua Alexander vectus est, in summum discrimen venit. c. 97. 5) ad Oxydracas et Mallos. Ibi infestos habuit incolas Alexander: vi oppugnaturus aliquam eorum urbem de vita periclitatus est. Peucestes denique et satellitum plures subvenere. Tum coloni Graeci, ab Alexandro in Bactrianam et Sogdianam deducti, deficiebant. c. 98. 99. Historiola de Coragi, Macedonis, et Dioxippi, Atheniensis, certamine singulari, inter soteria, regi facta, inseritur. c. 100. 101. Rex, curatis vulneribus, iter continuat 6) ad Sambestas; 7) ad Sodras et Massanos, ubi Alexandriam urbem condidit; 8) ad regis Musicani ditionem; 9) ad regis Porticani regnum; 10) ad Sambi regnum. c. 102. 11) ad gentem Brachmanum. Inter horum urbes Harmatelia postrema erat, notabilis ob tincta veneno serpentum tela. Regi per somnum indicata herba salubris. c. 103. Progressus usque ad oceanum, Diis maris sacra facit. Tum retro vectus 12) Hyala urbem, Laconicae reipublicae aemulam, adit. Quo facto Nearcho imperat, ut cursu maritimo Euphratis ostia petat, et oram maritimam diligenter observet: ipse terra ducit exercitum. Transit et subigit multos populos: 13) Arbitas; 14) Gedrosios; 15) regiones aquarum inopes; 16) Oritas; ubi tribus agminibus factis omnem terram occupavit et devastavit. In hac quoque regione urbem Alexandriam condidit. c. 104. De Oritarum et Gedrosiorum funerum ritibus et vita agresti narratio adiicitur. c. 105. Peragratis regionibus incultis assequitur 17) regionem incolis cultam et rerum copia refertam. Ibi suos recreat, sed vicis-

---

2 Ad Acesinem fluvium naves constructas esse, utique Diodorus refert. Sed textum corruptum, idque, quod relatum legimus, falsum esse, plane intelliges ex Wesselingii annotatione ad cap. 95, num. 37, qui insertis paucis verbis [καὶ τοῦτον διαβὰς, ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην] narrationem ita explet, ut intelligamus, Alexandrum primo quidem retro ad Acesinem fluvium movisse, post autem, eo transmisso, ad Hydaspen pervenisse, ubi naves praesto erant, et secundum quem fluvium in mare transvectus est exercitus.

sim in duces, imperio abusos, animadvertit, et mercenarios ob perfidiam dimittit. Dum Salmunte, urbe maritima, rex morabatur, forte occurrunt, qui cum classe missi erant ad pervestigandum oceanum, quid vidissent, referentes, quos rex ad mare remittit. c. 106. Ipse pervenit 18) ad Susianos, ubi Calanum, philosophum Indum, vidit, in rogo morientem. Susis Statiram, Darii filiam natu maiorem, in matrimonium ducit, minorem dat Hephaestioni. Ibidem recipit et lustrat iuvenum Persicorum selectorum et ad artem bellicam exercitorum xxx millia. Eo tempore Harpalus, satrapa provinciae Babylonicae, cum thesauris aufugit. c. 107. 108. Exsulibus [1] veniam redeundi in patriam dat, idque in Olympiis proclamari iubet; bene meritos benificiis aliis afficit; tanto severior in contumaces et seditiosos. c. 109.

Ann. 3. Dimissorum militum numero e Persis prius suppleto, Susis profectus traiicit Tigrim (Pasitigrim), et iter persequitur per has regiones: 19) Ad Caras dictos pagos venit. Inde 20) Sittam peragravit; hinc 21) Celonas genere Boeotos, colonos a Xerxe eo deductos; 22) Bagistanen, regionem agrorum fertilitate et amoenitate insignem; 23) aliamque regionem, equorum copia celebrem, transiit; tandem attigit 24) Mediam, ubi Susis substitit. Hic Hephaestio morbo decessit, cuius cadaver Babylonem transfertur. c. 110.

Per hoc tempus tumultus in Graecia moti, quorum mentio iniicitur. Auctores erant mercenarii [2], ab Alexandro dimissi, ad Taenarum Laconiae, duce Leosthene, congregati. Initium belli Lamiaci. c. 111.

Susis Alexander movit in Cossaeos, gentem Mediae, alieni imperii impatientem, vi subigendam. c. 111.

Ann. 4. Perdomitis Cossaeis Alexander 25) Babylonem se recipit, intratque urbem, contemtis Chaldaeorum vaticiniis. c. 112.

Olymp. CXIV.

Ann. 1. Babylone convenerant legati, ex omnibus fere orbis terrarum partibus ad Alexandrum missi. Recensus eorum. In classes divisos rex ordine audivit. c. 113. Tum apparavit Hephaestionis funus, longe splendidissimum. c. 114. 115. Deinde desidiae, vano splendori, superstitioni indulget. Ob crebra prodigia mortem proxime imminere et Chaldaeos (vid. cap. 12.) vera praedixisse opinatur. c. 116. Cum ad Medium comissatum isset, extemplo in morbum incidit, quo mortuus est. Extremi eius sermones. c. 117. Multi su-

1 Vid. lib. XVIII, c. 8.

2 Sed causam belli praebuit etiam venia exsulibus Graecorum ab Alexandro data, redeundi in patriam. Cf. supra cap. 109; inprimis autem lib. XVIII, c. 8.

spicati, Antipatrum per filium regi veneno dato vitam eripuisse. Paullo post Sisygambris, Darii mater, ob luctum inedia vitam finit. c. 118.

PERIODUS II.

Ab Alexandro M. usque ad Iulium Caesarem, eiusque bellum Gallicum.

Lib. XVIII—XL.

Periodi II.

SECTIO I.

A successoribus Alexandri M. usque ad Agathoclis in Sicilia tyrannidem.

Lib. XVIII.

Olymp. CXIV, 2. — CXV, 3.

Prooemium ex ipsa Alexandri M. mortis historia sumtum. Quod veteres philosophi plures docuerunt, hominum animos immortales esse, et sub vitae terrestris finem futura praevidere, id suo exemplo Alexander M. comprobavit, praedicens (conf. lib. XVII, cap. 117.) amicorum principes funus suum *magno certamine* celebraturos esse. Namque haec vox eorum, quae mox secuta sunt, velut summa erat. — Additur annorum ratio. Liber annos VII complectitur. c. 1.

Hoc quoque libro rerum coaevarum notitia, quam alioquin Diodorus per singulos annos inserere solebat, omissa est. Acquiescit in enarrandis solis rebus inter Alexandri M. successores gestis.

Ann. 2. Dissidia in exercitu et inter principes de regno administrando ita diriмuntur, ut Arrhidaeum, Philippi filium, regem constituant, eique Perdiccam, ut regni procuratorem, adiungant, ducibus autem ceteris singulas provincias assignent. Provinciarum inter duces distributarum recensus exhibetur. c. 2. 3. Excutiuntur regis commentarii, et quae rex in posterum suscipienda et exsequenda designasset, in deliberationem veniunt: placuit acta rescindere. Perdiccae in milites contumaces, in Meleagrum proditorem, et in Graecos, qui in superiore Asia defecerant, consilia ac decreta. c. 4. Iam sequitur regni Macedonici descriptio accuratior, et quidem 1)

Asiae et singularum in ea provinciarum, Graecarum etiam coloniarum, ob defectionem a Pythone bello oppressarum, et iussu Perdiccae contra datam fidem sublatarum. c. 5—7. „Atque hic tum rerum Asiaticarum status erat.“ 2) Provinciarum Europae, et rerum ibi gestarum. Erumpit bellum Lamiacum, cuius occasio iam supra (XVII, c. 111.) commemorata est. Belli causa [1] affertur: infesti populi et exercitus, socii utriusque partis, duces, recensentur. Proelio victus Antipater, dux Macedonum, Lamiam perfugit, ubi obsidione inclusus tenetur. Sed facta eruptione Macedones vincunt: Leosthenes, Graecorum dux, saxo ictus perit. (Tum Demosthenes, ab Harpalo corruptus exsilii poenam subiit.) c. 8—13. „Talis rerum in Europa status erat.“

Circumspicit Diodorus simul alias partes. Ptolemaeus, nactus provinciam Aegyptum, ut a Perdiccae insidiis, quas metuit, tutior sit, Antipatrum foedere sibi iungit. Lysimachus in Thracia Seutham regem bello impugnat. Proelio commisso victoria incerta manet. Leonnatus ex Asia vocatus Antipatrum auxiliis adiuvat. c. 14.

Redit deinde historicus ad bellum Lamiacum. Graeci Leonnati copias fundunt prius, quam Antipatro iungeretur, ipsumque occidunt. Antipater victos colligens cedendo discrimini se subducit. Dum terra vincunt Graeci, classis Atheniensium, quamvis navibus aucta, a classe Macedonum, cui Clitus praefectus erat, duplici proelio cladem accipit. c. 15.

Interea Perdiccas bellum movet in Ariarathen, Cappadociae regem, eoque victo, Cappadociam in provinciam redigit, eique Eumenem Cardianum praeficit. c. 16 pr.

Tandem Diodorus Lamiaci belli historiam, aliis atque aliis rebus interruptam, ad finem perducit. Craterus e Cilicia cum novis copiis Antipatro apud Lamiam auxilio venit. Graeci, tum proelio victi, pacem petunt atque impetrant. c. 16 med. 17. 18.

Inde transit ad bellum Cyrenaicum, quod eodem tempore inter Thimbronem, Harpali interfectorem, (conf. XVII, c. 108.) Mnasiclem et Ptolemaeum gestum est, quo Cyrenaica in Ptolemaei potestatem concessit. c. 19. 20. 21.

His missis vestigat res a Perdicca, post subiugatam Cappadociam (cf. c. 16.) porro in Pisidia gestas. c. 22. Tum alia eius consilia persequitur, duplici matrimonio simul Antipatri amicitiam consequendi, simul regnum occupandi; et ab altera parte Antigoni, qui dolos animadvertit, adversa consilia cum Antipatro, Cratero et Ptolemaeo contra eum inita. Antipater et Craterus occupati erant in bello contra Aetolos, e Lamiaco bello residuis nec dum domitis. Sed

---

1 Omittit Diodorus eam, quam supra XVII, 111, commemoraverat.

rebus utcunque compositis, bellum commune parant in Perdiccam, et in Asiam traiiciunt. c. 23. 24. 25.

Ann. 3. Iam vero tempus incidit, quo funus Alexandri M. Babylone Alexandriam in Aegypto deducendum erat. Itaque in funeris apparatu describendo, cuius curam Arrhidaeus susceperat, historicus commoratur, et tantisper reliquam historiam interrumpit. c. 26—28.

Hinc redit ad bellum inter duces ortum. Eumenes cum Alceta et Neoptolemo ad Hellespontum Antipatro et Cratero oppositi; sed Neoptolemus, succensens Eumeni, ad partes Antipatri transit: proelio in Cappadocia conserto, Eumenes victor, occisis Cratero et Neoptolemo. c. 29—32. Perdiccas ipse in Aegyptum movet. Itineris bellique fortuna. Perdiccae milites in summas angustias adducti, victoriae autem ab Eumene reportatae ignari, Perdiccam per factionem oppressum occidunt, et ad Ptolemaeum desciscunt. Summum imperium regumque tutelam Pythoni et Arrhidaeo ultro deferunt. Attalus, qui Perdiccae classi praeerat, Tyrum petit. c. 33—37.

Dum Antipater in Asia erat, Perdiccae instinctu, Aetoli incursionem in Thessaliam fecerunt, ut eum retraherent. Interea Acarnanes invadunt Aetoliam, et Aetolos cogunt redire ad patriam defendendam; per quam occasionem Polysperchon Thessaliam recuperat. c. 38.

In Asia Arrhidaeus et Pytho cum regibus et exercitu ex Aegypto in Syriam transierunt. Ob Eurydicen imperiose praecipientem tutelae curam deponunt; quam recipit Antipater. Hic, novam [1] provinciarum facit distributionem. Exhibetur index provinciarum et eorum, quibus assignatae sint. Quo facto Antipater reges in Macedoniam reducit. c. 39.

Antigonus, cui regii exercitus imperium obtigit, Eumenem in Cappadocia debellat. c. 40—42.

Ptolemaeus, exstincto Perdicca, in imperio Aegypti confirmatus, Syriam et Phoenicen in ditionem suam redigit. c. 43.

Ann. 4. *

Olymp. CXV.

Ann. 1. *

Ann. 2. Ab Asia incipit Diodorus. Antigoni, victo Eumene, expeditio et victoria in Alcetam et Attalum. Ob Alcetam apud Termes-

---

1 *Ἡ δευτέρα διαίρεσις ἐν Τριπαραδείσῳ.* Lib. XIX, c. 12.

* De lacuna, quae manifesta est, inspicienda sunt, quae L. Rhodomannus et Wesselingius ad h. l. et ad finem capitis 57 admonuerunt. In ambiguo esse videtur, in quam maxime libri ac temporis partem lacuna incidat. Cum proxime antecedentia cum sequentibus apte cohaereant, hic quidem Wesselingius nihil deesse, sed lacunae locum ante cap. 39 assignandum putat. Inter alia rerum Sicularum narrationem ea parte

sum hostibus proditum, iuventus Termessensium ira incensa tumultus excitat. Antigonus e Pisidia in Phrygiam abit. c. 44—47.

Ex Asia historicus in Macedoniam transit, et novissimos Antipatri, qui morti proximus erat, actus refert: Atheniensium legatos, iniqua petentes, clam occidere iubet; Polysperchontem summum imperatorem et regiae stirpis tutorem, et Cassandrum, filium, chiliarchum, seu in imperio secundum constituit. c. 48. Cassander altero loco haud contentus, belli societatem cum Ptolemaeo et aliis ducibus in Polysperchontem iungit. Polysperchon Olympiadem ex Epiro, quo ob inimicitias cum Antipatro confugerat, in Macedoniam revocat. (Cf. c. 57.) c. 49.

Redit deinde in Asiam, ubi mors Antipatri novos motus attulit. Inprimis Antigonus post eius mortem magna spe elatus, Eumenem sibi amicum facere, et eo adiuvante Asiae regnum occupare studet. c. 50. Arrhidaeus, Phrygiae satrapa, ut sibi contra Antigonum prospiceret, Cyzicenorum urbem praesidio occupare frustra conatus est. De his conatibus certior factus Antigonus copias mittit in Arrhidaeum, ipse movet in Clitum, Lydiae satrapam, aliosque, pecuniamque regiam e Cilicia in Macedoniam transvehendam intercipit. c. 51. 52. Eumenis, nunc ad armorum societatem ab Antigono vocati, et obsidione liberati, fortunam variam, ingenium, industriam, et in utraque fortuna constantiam miratur historicus. c. 53.

Relictis rebus Asiaticis, res in Europa gestas persequitur Diodorus, ac praesertim bellum a Cassandro in Polysperchontem motum. Cassander in Asiam ad Antigonum traiecerat, qui auxilia promisit; spes etiam erat, Ptolemaeum belli socium futurum. Polysperchon ipse quoque circumspicit auxilia contra imminens bellum. Literas scribit ad civitates Graecas, et ad Eumenem, ut regum potius, quam Antigoni partibus adhaereant. c. 54—57.

Ann. 3. Eumenes tum assignatis pecuniis et copiis, tum acceptis ab Olympiade litteris, permotus est, ut fidem suam obstringeret regibus. Ex Asia in Macedoniam transvectus, prudentia, moderatione, modestia, insuper singulari in Alexandrum reverentia, animos omnium in se convertit. Per amicos ubique novos milites cogendos curat. c. 58.—61. Ptolemaei et Antigoni consilia et insidiae in Eumenem, sed omnes irritae, describuntur. Ipse Eumenes in

---

libri, quae excidit, fuisse comprehensam, coniicit ex lib. XIX, c. 3 med. ubi historicus expressis verbis commemorat, res Siculas proximo libro singulatim fuisse traditas. Nobis quidem parum probabilis videtur haec opinio, quoniam inde ab Alexandro M. ac deinceps, libro itaque XVII et XVIII, terrarum regnorumque eorum, quae Alexander M. eiusque successores bello intacta reliquerant, omnis historia adeoque memoria consulto omissa est. Neque diffitemur, formulas istas, quibus lectores ad librum XVIII remittantur, nobis suspectas esse.

Phoenicen proficiscitur ad classem pluribus navibus augendam. c. 62. 63.

Hoc tempore Athenienses e literis regiis (vid. cap. 56.) postulant, ut ipsorum libertatem Polysperchon contra Nicanorem, quem Cassander Munychiae praefecerat, defendat, portumque restituat. Sed placuit Polysperchonti, donec in Cassandrum bellum sit gerendum, insuper Piraeeum per filium Alexandrum occupare. Suasor erat Phocion, Atheniensis, ob id proditionis accusatus, et supplicio affectus. c. 64—67. Hinc bellum a Cassandro et Antigono in Polysperchontem et regios movetur. c. 68—75. Cassander classe advectus Piraeeum occupat, dum Nicanor Munychiam retinet. Qua re motus Polysperchon exercitum in Graeciam ducit: in Attica relinquit Alexandrum filium, ipse in Peloponnesum profectus Megalopolin oppugnat. Damidis strategemate et elephantum impetus inhibitus, et ipsa oppugnatio irrita facta est. c. 68—71.

Mox Clitum, navarchum, cum classe in Hellespontum mittit, qui prohibeat, ne copiae ex Asia in Europam transvehantur. Hic proelio apud Byzantium commisso hostium classem fundit, post haec ipse, amissis paene omnibus navibus, in fugam actus perit. Antigonus, hac victoria fretus, et maris et Asiae summum imperium invadere aggreditur. Itaque Eumenem insequendo urget, qui multo labore in Persiam se recipit. Haec in Asia gesta. c. 72. 73.

In Europa Polysperchon tum ob cladem apud Megalopolin acceptam, tum ob socordiam, vilescit: contra in Cassandrum et civitatum Graecarum et Macedonum favor se inclinat. c. 74. 75.

Periodi II
SECTIO II.
Ab Agathoclis in Sicilia principatu, usque ad eius bellum adversus Poenos, et pugnam quidem apud Himeram.
Lib. XIX.
Ol. CXV, 4. — CXVII, 2.

Prooemium continet observata quaedam de rerumpublicarum conversionibus, earumque causis et praecipuis auctoribus. Nunquam facile ab infimae sortis hominibus, sed plerumque ab optimatibus eorumque factionibus, oppressam libertatem et invectam esse tyrannidem. Honoratissimum et potentissimum quemque libertati maxime suspectum et fraudi esse. Siciliam eius rei exemplis abundare, et Agathoclem recentissimum illud praebere. Ita transitum parat ad Siciliae historiam, quae novae periodo velut fundamentum subster-

nitur. Ab ea certe temporis termini sumti, qui sectionem et librum circumscribant. c. 1. Continet liber VII annorum historiam.

Ann. 4. Ad hunc annum, quo Syracusarum tyrannidem occupavit Agathocles, eius hominis ortum totamque[1] vitam, eo usque actam, Diodorus retulit, ne divisa per plures annos narratio minus dilucida vel minus grata esset. c. 2—9. „Hunc tum statum Sicilia habuit."

Ex Sicilia in Italiam transit historicus. Romani iam in nonum annum cum Samnitibus bellum gesserant. In Apulia Daunia vastata; Canusini in deditionem venerunt; Romae additae duae tribus Falerina et Ufentina. c. 10. pr. Crotoniatum et Brutiorum bello composito, intestinis discordiis agitantur, facta conspiratione cum Heraclide et Sosistrato. c. 10. „Persecuti gesta in Sicilia et Italia, orationem convertamus ad reliquas Europae partes."

Sequitur Macedonia. Polysperchon, adiuvante Aeacida, rege Epiri, Olympiadem ex Epiro, ubi ob odium Cassandri vixerat, revocat et in regnum reducit, a qua deinde in Eurydicen et Philippum, Nicanorem, Cassandri fratrem, huiusque asseclas, crudelissime saevitum est. Omnes trucidat, eoque commune in se odium excitat. c. 11.

Iam res Asiaticas perlustrat. Eumenes, qui Macedones Argyraspides, eorumque ducem Antigenem, secum habebat, e Babylonia, ubi castra habuit, versus Susa movet, perpetuo insectantibus Seleuco et Pythone, qui etiam Macedones abalienare student. Peucestes vero, Persidis satrapa, et complures alii satrapae, quibus Python erat suspectus, in Susianam congressi, suas copias Eumenianis iungunt. Fit contentio de summo imperio. Eumenes autem suadet, ne unum imperatorem creent, sed communi consilio de republica deliberent, habito consessu ad solium Alexandri, quem velut praesentem venerentur, ad eundem modum, qui supra lib. XVIII, c. 60, 61, descriptus est. Ita pacem et concordiam firmat. Itaque cum Antigonus, Mesopotamia profectus, Eumenem hoc tempore invasurus esset, iunctum satraparum agmen hostem deterruit, et a bello Eumeni ac Macedonibus inferendo avertit. c. 12—15. Cognito autem, Antigonum in superiores Asiae provincias movisse, Attalus, Polemo, Docimus, Antipater et Philotas, per hanc occasionem e castello, quo capti tenebantur, (cf. lib. XVIII, c. 45.) evadunt. Sed dum cunctantur, iidem rursus capiuntur. c. 16.

Olymp. CXVI.

Ann. 1. Primo Diodorus res in Asia inter Antigonum et Eumenem gestas persequitur. c. 17—34. Deinde refert, quae in Europa

---

1 Singula vitae momenta singulatim indicata requiras in argumentis singulorum librorum.

a Cassandro, Polysperchonte huiusque filio Alexandro acta sint. Cassander in obsidenda Tegea in Peloponneso occupatus, cum Olympiadis reditum in Macedoniam et Eurydices aliorumque necem (cf. XIX, c. 11.) accepisset, in Macedoniam contendit, et Pydnam, quo Olympias se receperat, obsessam tenet. c. 35. 36. Tum in Asiam revertitur, ubi Antigonus et Eumenes acerrimo proelio confligunt. Victus Eumenes. Quo facto Macedones ultro ad Antigonum deficiunt, ipse Eumenes, hosti a suis traditus, morte occubuit. c. 37—44. — Obiter triplex diluvium commemoratur, quo Rhodus per id tempus vastata est. c. 45. — Hinc revertitur historicus ad Antigonum, qui, Pythone etiam occiso, nunc in Asia regnat. c. 46—48. Tandem rursus in Europam transvolat, ubi narrationem de Cassandri rebus gestis continuat. Capta et occisa Olympiade una cum Aristonoo, duce copiarum, regno potitur. Potestate omni modo firmata, condita etiam nova urbe, quam a suo nomine Cassandream appellavit, et in transitu Boeotiae Thebis (cf. XVII, c. 13. 14.) instauratis, in Peloponnesum movet. c. 49—54.

Ita narrationis tenore generatim descripto, simul perspicuitati, simul brevitati inservire studui. Singulas historiarum partes in argumentis singulorum librorum accuratius explicuimus.

Ann. 2. A rebus Asiaticis initium capitur. Antigonus, in Susiana relicto Aspisa, praefecto, in Babyloniam se confert. Benigno ibi hospitio exceptus a Seleuco; eius provinciae satrapa, cum redituum rationem exigeret, Seleucus id indignatus, et Antigoni insidias metuens, ad Ptolemaeum in Aegyptum confugit. Chaldaei interitum Antigono praedicunt, quod Seleucum manibus elabi passus sit. Itaque Antigonus, ostenta expiaturus, et Ptolemaeum et Cassandrum et Lysimachum sibi propitios reddere studuit; sed hi nihilominus, cum propositam conditionem de dividendis provinciis et thesauris non acciperet, arma in eum consociaverunt. c. 55—57. Antigoni socii advocati, apparatus bellicus, profectio in Phoenicen. c. 58. (Obiter Diodorus refert, circa hoc tempus, Crateri ossa (cf. XVIII, c. 30.) per Aristonem Philae ad sepulturam tradita esse; cuius mulieris ingenium animumque praedicat. c. 59.) Duces Antigoni in Peloponnesum, Cappadociam, Bithyniam cet. missi: Polysperchon et Alexander, eius filius, socii facti. c. 60. Antigonus Cassandrum perduellionis reum facit; Graecos libertatis spe allicit; quos eosdem Ptolemaeus ad eandem spem erectos in suas partes trahere conatur. Tum infesti exercitus, in diversas partes profecti, recensentur. 61. 62. „In hoc statu res Antigoni erant."

Expositis rebus in Asia gestis, sequuntur res in Europa et primo quidem in Graecia et Macedonia gestae. Apollonides, Cassandri legatus, expeditionem facit in Arcadiam, inde in Argolidem, ubi in adversariorum factionem summam exercet immanitatem. Cassan-

der vero per Thessaliam in Boeotiam movet, ubi Thebarum instaurationem adiuvat; deinde Peloponnesum ingressus, Cenchreas expugnat, Corinthiorum agrum populatur, Orchomeniorum urbem per proditionem capit. Tum reditum parat in Macedoniam. Postea Alexander fil. Polysperchontis ab Antigono ad Cassandrum desciscit. — Polyclitus, Ptolemaei navarchus, Theodotum, Antigoni navarchum, capit, eiusque copias et pedestres et navales fundit. c. 63. 64.

Deinde Diodorus perstringit res memoratu dignas in parte Europae occidentali obvias. In Sicilia Agathocles contra pactorum fidem Messeniorum castellum aliquod occupat, ipsamque urbem urget; tandem Carthaginienses ipsum ablata restituere cogunt.

* In Italia Romani, bello in Samnites occupati, Ferentum capiunt. Nucerini ad Samnites deficiunt. c. 65.

Ann. 3. Aristodemus, Antigoni legatus, Aetolos ad auxiliandum Antigono adigit; inde profectus in Peloponnesum properat, et Alexandrum ab obsidione Cyllenes depellit. Relicto ibi praesidio in Achaiam movet. Tum in Aetoliam redit. Interea Alexander Dymaeos subigit; sed cives superstites, acceptis ab Aristodemo auxiliis, deleto praesidio, libertatem recuperant. c. 66. Mox Alexander, Sicyone decedens, ab Alexione, amicitiam simulante, occisus est; cuius tamen coniux Cratesipolis, mariti vices subiens, res prudentia et fortitudine singulari gessit. c. 67. pr. „Atque in hoc statu res Peloponnesi erant.“

In Aetolia novi tumultus per factiones orti. Interea Cassander copias in Asiam transmittit, tum ad tutandas civitates foederatas, tum ad cohibendum Antigonum, ne in Europam traiiciat. c. 67 med. 68. Itaque Antigonus verens, ne Cassander ipsum in Asia adoriatur, quae ad defendendam eam necessaria videbantur, constituit; filium Demetrium cum copiis in Syria relinquit, adiunctis iuveni IV gravissimis et fortissimis viris, qui consilio sint, ipse ad Celaenas Phrygiae promovet. c. 69. „In hoc statu res Graeciae et Asiae erant.“

Neque res Siculae intactae praetereuntur. Breve Agrigentinorum bellum in Agathoclem oritur. Socii erant Geloi et Messenii. Ad hoc eos incitaverant exsules Syracusani, monentes, tyranni potentiam coërcendam esse prius, quam opprimeret omnes. Sed ob imperatoris superbiam, quem Lacedaemonii miserant, mox belli suscepti eos poenituit. Itaque, conciliatore Amilcare, pax facta est. Restituta temporum securitate, Agathocles ditionem, nullo hoste impeditus, auxit et firmavit, simul copiis et armis se ita instruxit, ut ad bellum, quod a Poenis imminebat, sustinendum paratus esset. c. 70. 71. 72 pr.

* Adiecta notitia rerum Romanarum, et belli quidem cum Samnitibus continuati. c. 72. extr.

Ann. 4. Primo de rebus in Europa gestis agitur, et quidem de bello Callatianorum in Ponto, qui defeceraat, iunctorumque aliorum populorum, Thracum et Scytharum, in Lysimachum. Auxilia etiam Antigonus his populis miserat, tum mari, tum terra, Pausania duce. Quos tamen hostes cunctos Lysimachus devicit, Pausania interemto. c. 73. Antigonus, frustrato eo conatu, Telesphorum cum classe et copiis in Peloponnesum mittit, ad Graecos, vindicata libertate, sibi conciliandos, quae res meliorem successum habuit. Philippus, Cassandri frater, bellum pro fratre in Aetolos et Epirotas suscepit, resque prospere gessit. c. 74. „Ad hunc finem res in Graecia perductae."

In Asia Asander, bello pressus, cum Antigono in gratiam redit, Agathone fratre obside dato. Deinde, cum pacis poeniteret, fratre e custodia surrepto, de novo ab Antigono deficit, et Ptolemaeum atque Seleucum in auxilium vocat. Tum Caria omnis ab Antigono subacta. Cassander classe Graeciam petit. Cum Oreum oppugnaret, Telesphorus et Medius ei instant. Sed auxilio veniunt Athenienses. c. 75.

* In Italia bellum cum Samnitibus continuatum. Samnites, pugna ad Cinnam commissa, cladem accipiunt. Campani, qui a Romanis defecerant, audita ipsorum de Samnitibus victoria, pacem petunt. c. 76.

Olymp. CXVII.

Ann. 1. Narrationem passim intricatiorem deprehendes. Primo de rebus in Graecia gestis agitur. Antigonus Polemonem (Ptolemaeum, Antigoni nepotem et legatum, vid. Palmerium et Wesselingium ad c. 77, not. 86.) cum classe et copiis, adiunctis etiam Rhodiorum auxiliis, in Graeciam mittit, ad vindicandam Graecorum libertatem. Appellit ad Boeotiae oram, ubi novas copias accipit, et Chalcidenses in Euboea in societatem accipere sperat. Sed Cassander maxima vi obstitit. Interea Antigonus ad Hellespontum contendit, inde in Macedoniam traiecturus. Id metuens Cassander, relicto praesidio Chalcide, in Macedoniam se recipit. c. 77. Corcyraei Apolloniatis et Epidamniis contra Cassandrum auxilio veniunt, et Cassandri praesidium expellunt. Dum discessit Cassander, Ptolemaeus, Antigoni legatus, Chalcidem capit; tum in Atticam et ad ulteriora promovet, rerumque potitur. c. 78.

Deinde narratio ad res Asiae et Aegypti transfertur. Ptolemaeus Cyrenaeos, Cyprios, pluresque alios, qui defecerant, per legatos subigit; ipse in Syriam et Ciliciam expeditiones suscipit. c. 79. Inde in Aegyptum reversus denuo, a Seleuco excitatus, copias in Syriam contra Demetrium, Antigoni filium, ducit. Trepidat iuvenis in acie instruenda, sed animum addunt milites, quos animi mansuetudo et

corporis decor ceperat. c. 80. 81. Acies ab utraque parte instructae describuntur. c. 82. 83. Proelio ad Gazam victus Demetrius Tripolin aufugit. c. 84. 85. Ptolemaeus insuper Sidonem et Tyrum in deditionem redigit c. 86. „In hoc statu tum res Asiae erant."

Sequuntur res in Graecia gestae. Telesphorus, Antigoni navarchus, cum ad Corinthum moraretur, indignatus, quod Ptolemaeum sibi praeferri videret, ab Antigono defecit. Obviam ivit Ptolemaeus, eiusque conatus suppressit. c. 78. In regno Epiri Aeacidem (cf. c. 74) secutus est Alcetas, Cassandro infestus. Itaque Lyciscus, Cassandri in Acarnania legatus, bello illato eum regno eiicere parat. Cum duplici proelio decertassent, et altero Alcetae copiae succubuissent, Cassander suis succurrens, facta cum Alceta pace, in Apolloniatas movit, qui ad Illyrios desciverant. Sed proelio pulsus in Macedoniam rediit. Leucadii quoque, a Corcyraeis auxilia nacti, a Cassandro defecerunt. — Alcetam postea sui, ob eius superbiam, occiderunt. c. 88. 89.

Iam vero Asiae res ulterius persequitur historicus. Seleucus post Demetrium superatum (c. 84.), absente etiam Antigono (c. 77.), in Babyloniam contendit, quamvis modico exercitu, tamen confisus Babyloniorum in se benevolentiae ac fidei. Antigoni asseclae, in arcem quandam recepti, facile capti. Hoc itaque modo Babyloniam Seleucus recuperavit. c. 90. 91. Movet quidem in eum Nicanor, Mediae dux, sed partim proelio pulsus, partim a suis desertus, cum paucis amicis fugam capessit. c. 92. Eodem vero tempore Demetrio, quamvis magna clade afflicto, contigit, Cillen, Ptolemaei legatum, in eum cum exercitu missum, opprimere, ipsumque e vita tollere; quo fausto successu cognito, eius pater, Antigonus, tum ad Celaenas in Phrygia castra habens, properato itinere, suas admovit copias, ut filius copiis longe superior esset. Quamobrem Ptolemaeus, copiis impar, consultum duxit, se in Aegyptum recipere. c. 93. Ita recuperata Syria Antigonus expeditionem in Arabiam facere aggressus est. Arabum diversa genera, instituta, mores describuntur. De expeditione ipsa eiusque eventu narratio. Petram nequidquam oppugnans Demetrius, donis acceptis, ad lacum Asphaltiten iter retro vertit, qui lacus et in eo natum bitumen obiter describitur. c. 94—100 med. Interea nuntio accepto, Seleucum Babylonia esse potitum, Antigonus Demetrium in Babyloniam ablegat, qui urbem Babylonem desertam offendit et capit. c. 100 extr.

* Inseritur hic rerum Romanarum mentio. Prospere succedit bellum in Samnites, et loca multa expugnantur. Colonia Pontia deducta. c. 101.

Tandem res in Sicilia gestae lustrandae supererant. Messenii, quamvis pace facta, (cf. c. 71.) infesti erant Agathocli. In eorum urbem confluxerunt exsules Syracusanorum. Eam Agathocles, misso

Pasiphilo cum arcanis mandatis, dolo capit, exsulesque omnes concidit. Deinde agros Carthaginiensium infestat, et multa loca munita capit, missoque Pasiphilo, Dinocratem, exsulum ducem proelio vincit. c. 102—104.

Ann. 2. Insignis hic annus pactione Cassandri, Ptolemaei et Lysimachi cum Antigono de provinciis et nece clandestina Rhoxanes una cum rege, iussu Cassandri per Glauciam commissa. Ita provinciarum administri, metu regis liberati, provincias, tanquam regna, occupabant. c. 105 pr. „Atque in hoc statu tum Asia, Europa, Graecia atque Macedonia erant."

* Adiecta notitia rerum Romanarum. Pollitium Romani oppugnant. Interamna deducta colonia. c. 105 extr.

Denique Diodorus in rebus Siculis belloque a Poenis Agathocli illato finit. Hanc libri seu spatii temporis percurrendi metam constituerat. Iam diu Poeni ob Agathoclis ingravescentem tyrannidem solliciti erant; nuper etiam per Dinocratem, exsulum Syracusanorum ducem, admoniti, (cap. 103.) ut eam coërcerent. Itaque nunc maximo, quo possunt, apparatu Poeni bellum in eum instruunt. Navibus advectae e Libya copiae tempestate attritae; deinde mercenario milite et sociorum auxiliis refectae. Agathocles copiis multo interior Gelam dolo occupat, civibus, quotquot suspecti essent, crudelissime mactatis; ad hanc urbem, praesidio valido munitam, castra locat. c. 106. 107. Poenorum castra circa Himeram fluvium ad Ecnomon montem erant. Pugna ibi conserta Poeni victores, Agathocles clade ingenti affectus. Tum vero Agathocles, ut rebus suis consuleret, consilium cepit, bellum in Libyam transferendi. c. 108—110. „Nos itaque, e proposito, ab Agathoclis expeditione in Libyam, sequentis libri initium faciemus."

Periodi II

SECTIO III.

Ab Agathoclis bello in Libya contra Carthaginienses gesto, usque ad bellum commune regum in Antigonum.

Lib. XX.

Olymp. CXVII, 3. — CXIX, 3.

Prooemii argumentum ex arte historica petitum; non abhorrens quidem ab opere historico, at nulla propria ratione ad hunc librum pertinens, neque nexu aliquo ei iunctum, sed moris ac consuetudinis causa appositum. Scriptor prooemiorum multa exempla promta

habuisse videtur, unde, quoties opus fuerit, singula, quae certe haud incongrua essent, sumeret. Disserit vero hoc prooemio, de orationum, historiis interpositarum, tum abusu tum etiam usu. c. 1. 2.

Adiecta chronologica ratio. c. 2 extr. Continet liber IX annos.

Ann. 3. Post pugnam ad Himeram, cum in Sicilia omnia ad perniciem profligata, magna pars copiarum caesa, socii paene omnes abalienati essent, Agathoclem spes cepit, fore, ut perdita in Sicilia, ubi Poeni numero et robore praevalebant, in Africa recuperaret. Belli in Africam transferendi, simul Siciliae per Antandrum, fratrem, tuendae ratio. c. 3. 4. Navigatio in Africam prudenter dissimulata: nihilominus ob crebros hostium obviorum impetus admodum periculosa. Adventus in ora Africana; sacra Cereri et Proserpinae facta; naves incendio deletae, ne milites refugium haberent; milites recreati, partim primis itineribus per agros amoenos ac fertiles ducti, partim Megalopoli et Tunete urbibus ex improviso oppugnatis et captis. c. 5 – 8. Carthaginienses, inopinato adventu hostium consternati, subito cogunt exercitum. Hanno et Bomilcar, imperatores, copias producunt in aciem. c. 9. 10. Agathoclis acies. Fictis ominibus erigit suorum animos. c. 11. Proelio acerrimo commisso cadit Hanno; solus superstes Bomilcar suis potius, quam reipublicae, commodis servit: victor Agathocles hostium castris potitur. Caesorum hostium numerus. Poeni, elusa victoriae spe, qua erant elati, donis, adeoque hostiis humanis, Deos placare student. cap. 12 — 14. In Sicilia interea Amilcar Syracusis instat, dissimulata suorum in Africa caede; tandem Antander, accepto de fratris victoria nuntio, audacior factus, hostes urbe propulsat. c. 15. 16. — Agathocles in dies gravior Poenis, etiam tum, cum acceptis novis e Sicilia copiis ipsum apud Tunetem castris exuissent. c. 17. 18. „In hoc quidem statu res Siciliae et Africae erant.“

Ab his ad Macedoniam, regnique Macedonici provincias, deque bella mutua, historicus se convertit. Cassander Autoleonti, Paeonum regi, contra Autariatas auxilio venerat. Ad eum Ptolemaeus, Antigoni in Peloponneso legatus, deficit. Antigonum insuper bello petit Ptolemaeus, Aegypti princeps, quod, contra inita pacta (cf. lib. XIX, c. 105.) imperatorum, Graecis civitatibus libertatem non restituit. Sed ubique victor Antigonus. c. 19. Polysperchon, ut Cassandrum Macedoniae regno pellat, Pergamo arcessit Herculem, Alexandri filium, bellumque in eum movet sociis Aetolis. c. 20. Ptolemaeus, subacta Cypro, saevit in Nicoclem, Paphiorum regem, suspectum ob amicitiam cum Antigono. c. 21.

* Finita rerum ad Siciliam regnumque Macedoniae pertinentium historia, quae ἡ ἐπαγγελία τῶν γεγονότων, propositum operis in hoc

temporis spatio argumentum caputque erat, adiicit scriptor τὰς συνεχεῖς πράξεις, res coaevas aliorum regnorum, ab historiae communis corpore sive systemate avulsas, atque historiae catholicae velut parerga. Moritur in Ponto Parysades, Bospori rex, (cf. XVI, c. 52.) De regno oritur bellum inter relictos tres filios, Satyrum, Eumelum et Prytanem. Occisis reliquis, Eumelus superstes regnum suscipit, et per quinque annos optime et felicissime gerit; tum curru vectus, consternatis equis, occubuit. Itaque novo exemplo vides confirmatum, subinde plurium annorum historiam ad unum referri annum. c. 22—26. Adiecta mentio rerum Romanarum, sed in locorum nominibus valde corrupta. c. 26 extr.

Ann. 4. Incipit historia anni a rebus Macedonicis. Ptolemaeus, Aegypto praefectus, re male gesta in Cilicia, (vid. c. 19.) movet in Lyciam, ubi urbes et castella plura vi capit. Inde in insulam Con profectus, in societatem recipit Ptolemaeum, Antigoni nepotem et legatum, a fratre deficientem: eundem mox ob insidiarum suspicionem de medio tollit. c. 27. Polysperchon, Cassandro infestus, promissis captus cum eo in gratiam redit, et Herculem, quem in regnum paternum erat reducturus, clam necat. c. 28.

Obiter commemorata nova in Chersoneso urbe, a Lysimacho condita, et a suo nomine appellata, nuntiatoque Cleomenis, regis Lacedaemoniorum, obitu, quem Areus secutus est, transit ad res in Sicilia gestas. Amilcar, expugnata paene tota Sicilia, dum exercitum Syracusas ducit, et hanc urbem oppugnat, Poeni, facta obsessorum eruptione, fugati et caesi, Amilcar ipse captus est. c. 29. Post hanc caedem summa Poeni consternatione afflicti, Amilcar trucidatus, eius caput abscissum ad Agathoclem in signum victoriae transmissum est. c. 30. Exercitus Poenorum insuper seditione inter Graecos et Barbaros turbatus. Per hanc opportunitatem Agrigentini, duce Xenodico, imperium occupant. Syracusani, frumenti penuria pressi. Advectae frumentariae naves a classe Punica interceptae. c. 31. 32. „Res Siciliae in hoc statu erant."

Iam res in Africa gestas persequitur Diodorus. Accepto nuntio de caede suorum in Sicilia, et morte Amilcaris, Poenorum animi fracti et afflicti. Sed eodem tempore Agathocles summum vitae discrimen incurrit, orta in castris seditione ob Lyciscum, ducem, a filio Archagatho occisum. Reconciliatis militibus, Agathocles Poenos subita incursione opprimit et nova clade afficit. c. 33. 34. „Nos „vero persecuti res in Libya et Sicilia gestas, animum ad res Italiae „advertamus."

* Ac nunc quidem res Romanae paullo copiosius, quam ante, enarrantur. Ob Sutrium, Romanorum coloniam, bellum in Hetruscos ortum. Simul alterum bellum in Samnites tenet Romanos. Su-

periores Romani. Tum Appius Claudius, Censor, novis institutis bene meret: aqua Appia in urbem deducta, via Appia strata, magistratus cum plebe vulgati. c. 35. 36.

Olymp. CXVIII.

Ann. 1. Primo de Asiae Graeciaeque rebus agitur. Ptolemaeus, Aegypto praefectus, Myndo solvens, (vid. c. 19. 27.) pristinum propositum de Graecia liberanda et sibi adiungenda (cf. lib. XIX, c. 61.) ulterius persecutus, in Aegyptum redit. — Cleopatra, Alexandri M. soror, Alexandri, regis Epirotarum, coniux, (vid. lib. XVI, c. 92.) cuius coniugium generis causa duces singuli appetebant, ex invidia, Antigoni iussu, necata. c. 37.

Hinc res in Libya gestas Diodorus adit lustrandas. Agathocles, relicto filio ad Tunetem, Poenorum exercitum, ad Numidas, qui defecerant, domandos, profectum insequitur, proelioque fundit. Sed Numidae praedantur suorum castra. Captos Graecos Agathocles contra datam fidem exstinguit. cap. 38. 39. Iam augendis opibus intentus Ophellam, Cyrenaicae praefectum, (vid. lib. XVIII, c. 21.) magnis promissis inducit, ut in armorum societatem veniat. Suscipit hic plurium mensium iter cum magno exercitu, ad castra Agathoclis. Regiones peragrandae obiter describuntur, immixto etiam mytho de antro Lamiae. Socium, amicum atque hospitem, cum adventasset, falso in suspicionem insidiarum adductum, impia caede opprimit Agathocles, exercitum autem beneficiis captum sibi conciliat. c. 40—42. Bomilcar, dum Agathoclem aliis rebus occupatum animadvertit, id tempus maxime opportunum ratus, regnum, cuius dudum cupidus erat, invadere conatur; sed oppressus a civibus supplicio occubuit. — Hoc tempore Agathocles naves spoliis onustas Syracusas misit. Multa tempestate oborta, illae mersae. c. 43. 44.

* Rerum Romanarum brevis notitia adiecta. c. 44 extr.

Ann. 2. Primo res Graeciae narrantur. Demetrius, Antigoni filius, a patre in Graeciam missus, ut tum alias civitates, tum inprimis Athenas, a Cassandro occupatas, in libertatem vindicet, Athenis eiicit Demetrium Phalereum, Cassandri legatum; Dionysium, Munychiae praefectum, cum urbe capit. Ara Servatorum Antigono et Demetrio posita. Tum aliae etiam civitates liberatae. c. 45. 46. Inde cum classe et copiis profectus Demetrius, Antigoni filius, movet in Ptolemaeum, et quidem in insulam Cyprum; ubi, commisso proelio, Menelaum, Ptolemaei legatum, fundit, et usque in urbem Salaminem repellit. Sequitur urbis oppugnatio, adhibito ingenti machinarum apparatu, in his nova machina, cui Helepoli nomen inditum. Sed impetum eludit Menelaus, iniecto in oppugnantes igne, et machinis incendio vastatis. c. 47. 48. Interea Ptolemaeus obses-

sis auxilio venit cum classe et exercitu. Tum pugna navali decertant. Acies infestae et pugna ipsa describitur, qua Demetrius superior discessit. Ptolemaeus, ingenti clade profligatus, omissa Cypro, in Aegyptum se recipit. c. 49—52. Ceterum haec ad Salaminem pugna *novorum regnorum* velut *decretoria* erat. Nam ad Antigoni exemplum ceteri etiam duces, *regum dignitatem* et *titulum* sibi sumserunt et arrogarunt. c. 53.

„Postquam de his satis diximus, res in Libya et Sicilia singulatim persequamur." Agathocles ipse quoque regis titulum et insignia suscipit, regisque superbiam factis demonstrat. Uticam, quae defecerat, vi capit, et in cives immanissime saevit. Multis aliis populis et urbibus in ditionem suam redactis, sollicitus de rebus Siciliae, in regnum redit. c. 54. 55. In Sicilia tum maxime, cum Agathocles adveniret, Xenodicus, Agrigentinorum imperator, (vid. c. 31.) victus erat; quo facto Agathocles loca plura expugnat. Sed superarat Dinocrates, exsulum dux, viribus tum longe superior. c. 56. 57 pr. Ab hoc tempore res Agathoclis et in Sicilia et in Libya in deterius inclinabant.

In Libya quidem Archagathus, et ipse et per legatos, aliquantisper res prospere gesserat, et multos populos subegerat, progressus usque ad Pithecussas. c. 57. 58. Iam vero Poeni, nova belli gerendi ratione inita, Archagathum tripartito aggrediuntur: quo hic copias distrahere cogitur. Duplici clade afflictus a sociis insuper deseritur. Agathocles, certior factus de suorum in Libya calamitate, cum classe filio in auxilium venire properat. Ante discessum proelio navali Poenos, et terrestri Agrigentinos vincit. Eam victoriam sacris et epulis celebrat. Ingenium regis, maxime in epulis proditum. c. 59—63. Revectus in Africam res admodum depravatas invenit: mox, dum damna reparare annititur, clade multiplici, et defectione militum afflictus, in multo peiora incidit. c. 64—67. Desperatis rebus, relicta Africa, destitutis filiis, et militibus clam abire et in Siciliam refugere parat. Aegre elapsus vinculis, quibus vinctus retinetur, in Siciliam aufugit. Tum vero filios eius milites necant. Carthaginienses omnia recuperant, et exercitum relictum in deditionem cogunt. c. 68. 69. Admiratur historicus subitam fortunae conversionem, et manifestam numinis vindictam. c. 70. Redux Agathocles in Sicilia rapinis et caedibus in omnes grassatur. Horrorem iniicit descriptio. c. 71. 72.

Ann. 3. Initium fit a rebus Asiae. Antigonus, accito filio Demetrio e Cypro, quem classi praefecit, bello simul terrestri, simul navali, Ptolemaeum in Aegypto adoritur. Copiarum, elephantorum, navium numerus. Belli impetus erat maximus. Sed aditu ab omni parte firmis praesidiis munito, cum exercitus commeatu et frumento intercluderetur, infecta re in Syriam rediit. Ptolemaeus autem

Aegyptum, ante contra Perdiccam (conf. lib. XVIII, c. 36 sqq.) defensam, iam altero bello vindicavit, et asseruit. c. 73—76.

* Interiicitur notatio principum Heracleae Ponticae. Mortuo Dionysio (conf. lib. XVI, c. 88 extr.) succedunt filii Zathras (Oxathras) et Clearchus, qui VII et X annos regnant. Alias Diodorus eiusmodi abruptas rerum coaevarum notitias, finito annuo cursu, velut appendicem adiicere solebat. c. 77 pr.

Inde ad res Siculas transit scriptor. Accidit autem, quod citra fidem erat. Agathocles post tot adversos casus, cum omnes haberet infestos, insuper vero Pasiphilus, copiarum dux, (vid. lib. XIX, c. 102.) cum exercitu ad Dinocratem, exsulum imperatorem, (vid. lib. XIX, c. 104.) defecisset, animo ita concidit, ut principatu abire destinaret, et Dinocrati levissimis conditionibus pactionem offerret. Cum Dinocrates conditionem non acciperet, mutavit consilium, Dinocratem apud suos ut hostem libertatis accusavit, et cum Poenis pacem fecit. c. 77—79. „In hoc statu res Siciliae erant."

* Brevis notitia rerum Romanarum adiecta. Romani bello urgent Samnites. c. 80.

Ann. 4. Primo de rebus in Asia gestis. Rhodiorum respublica, opibus reque navali florentissima, adverterat aemulorum regni Macedonici singulorum animos. Ut nullius invidiam excitarent, nec bellis immiscerentur, aequaliter colebant omnes, ab omni partium studio alieni. Sed cum nihilominus, ob mutua commercia cum Aegyptiis, inprimis Ptolemaeo favere viderentur, Antigonus, invidia ductus, ab ipsis iam ante auxilia contra Ptolemaeum poposcerat. Quae cum recusassent, Antigonus merces eorum intercepit, bellumque iis intulit, misso Demetrio filio cum classe. c. 81. 82. Belli acerrime gesti historia, et oppugnationis descriptio. c. 83—87. Rhodii fortissime resistunt, et navali proelio Demetrium fundunt. Interea a Cnosiis et Ptolemaeo auxilia subveniunt. c. 88. „Atque in hoc statu tum erat Rhodi oppugnatio."

In Sicilia Agathocles in Dinocratem et exsulum exercitum, cum pacem oblatam accipere noluissent, bellum renovat. Pugna apud Gorgium (Torgium) commissa, vincit Agathocles, et captos contra datam fidem obtruncat; sed Dinocratem inter amicos recipit, cuius opera castella et urbes hostium reliquae in ditionem Agathoclis venerunt. c. 89. 90.

* Rerum Romanarum brevis narratio. Proelio victi Samnites. c. 90 extr.

Olymp. CXIX.

Ann. 1. Bellum in Rhodios continuatum. Cum a mari nihil effectum esset, (v. c. 88.) Demetrius aggressus est urbem a terra oppugnare. Machinarum apparatus: insignis in his erat helepolis (conf.

48.) ingentis magnitudinis, a Diodoro accurate descripta. c. 91. Excellebat Demetrius arte oppugnandi urbes, (conf. c. 103.) qua Poliorcetae cognomen meruit. c. 92. Oppugnatorum et propugnatorum opera atque fervor. c. 93—95. Obsessi commeatu a Ptolemaeo, Cassandro et Lysimacho accepto, in novos impetus sustinendos eriguntur. c. 96—98. Adhortantibus Graecarum civitatum legatis, Ptolemaeo, Aetolis, concedente etiam Antigono in aequas conditiones, pacem iungunt. Pacis conditiones additae. c. 99. Bene de se meritos Rhodii muneribus et honoribus afficiunt. c. 100 pr.

His perfunctus Demetrius, iussu patris movet in Graeciam, interea dum aberat, a Cassandro et Polysperchonte occupatam, et in hos parat bellum, ad liberandos Graecos. c. 100 extr.

* Tum mortuus Eumelus, Bospori rex; (conf. c. 21—25.) succedit Spartacus filius, qui xx annos regnat. ib.

Iam ad Siciliam procedit narratio. „Rebus Graeciae et Asiae accurate expositis, orationem transferamus ad alias orbis terrarum partes." Agathocles Liparaeos, nulla iniuria affectus, iniusto bello subigit, et ipsas in Prytaneo repositas pecunias, Vulcani et Aeoli nomina vel simulacra insculpta habentes, vi aufert. Sed Neptunus extemplo iniuriam ultus immisso naufragio; Vulcanus non ita multo post, cum rex rogo impositus vivus cremaretur, de quo historicus infra plura se dicturum promittit. (Vid. Ecl. lib. XXI, num. 12.) c. 101.

* Inter Romanos et Samnites bellum post xxII annos compositum. c. 101 extr.

Ann. 2. Omissis aliis, solam Graeciam spectat historicus, quo nunc belli vis versa est. Demetrius bellum in Cassandrum, et pro liberanda Graecia, urget. Capit primo Sicyonem, et expellit Ptolemaei praesidium; deinde Corinthum, tum urbes Achaiae, fugatis vel captis Cassandri militibus. „Atque in hoc quidem statu res Demetrii erant." c. 102. 103.

* Adiungitur paullo amplior de rebus in Italia gestis narratio. Tarentini in Lucanos et Romanos bellum gerunt, et Spartanos socios advocant, qui Cleonymum cum copiis mittunt. Re male gesta, Cleonymus in Corcyram aufugit. c. 104. 105.

Ann. 3. Primo res Asiae repetuntur. Cassander, ob factos Demetrii in Graecia progressus, sibi et regno suo metuens, cum pacem ab Antigono impetrare non posset, Lysimachum in Thracia, Ptolemaeum in Aegypto, Seleucum in Babylonia, ad bellum contra Antigonum in Asia excitat. Ipse itaque contra Demetrium in Thessaliam, Lysimachus vero contra Antigonum in Asiam movet; qui tamen, cum Antigonus in pugnam procederet, in hiberna se recepit. c. 106—109. „Res quidem Asiae tum in hoc statu erant."

Sequuntur res Graeciae. Demetrius interea Athenis mysteriis Eleusiniis initiatus, cum ultra tenderet, et in Thessalia aditum a Cassandri copiis occupatum videret, classe profectus, multa loca recuperat. Sed sollicitus de rebus in Asia gestis, et literis etiam a patre admonitus, ut cum copiis ipsi auxilio veniret, res cum Cassandro componit, et in Asiam solvit. c. 110. 111.

* Hoc tempore Mithridates, rex Ponti, (conf. lib. XVI, c. 90. XIX, c. 40.) quia suspicio erat, eum ab Antigono ad Cassandrum defecisse, occisus est. Eum excepit Mithridates filius. c. 111 extr.

Interea Cassander et ipse multas urbes in Thessalia in ditionem accipit, et Plistarchum cum exercitu contra Antigonum in Asiam mittit. c. 112. Ex Aegypto etiam Ptolemaeus incursionem in Syriam fecerat, qui tamen, falso deceptus nuntio de Antigoni victoria, in regnum se recepit. Sed coaluit tamen bellum ceterorum regum in unum Antigonum. c. 113. Verum eius belli communis historia proximis libris erat destinata, qui cum sequentibus interierunt.

CORRIGENDA.

P. I. v. 11. tum] tamen ed. Veneta, de qua v. praef. nostram ad Diodori vol. I. p. I. p. VI. 16. facerem (Par. fecerem)] fecerim V. 19. plures] plus V. 29. sapientibus] sapientissimus V. P. II. 13. lacessiverit V. 16. mihi V. 19. rerum fide V. 28. hominum ortu V. 30. historiarum V. 31. historiis V.
P. CXIII. annot. 1. v. 18. m] l. fragm.

CORRIGENDA.

VOL. I.

P. ed. Wess. 7. 64. duorum] l. trium. Polybii autem locum incertum reddit quod mox sequitur *διεῤῥιμμένον*.

187. 95. Coraes] l. Corais

451. 66. Corsini rationem iniri posse viderat ipse Palmerius ad Marm. Arund. p. 708. Sed eius desiderantur certiora testimonia.

536. 9. Vulgo ὁ *Ἀκρcγ*. Vid. L. XIII. 82. Wess. 17. *Ἔγεστ*. Edd. *Αἴγεστ*. Vid. L. IV. 23. Wess.

VOL. II.

30. 18. *Κεφαληνίαν* Co. al. Vid. Cel. Duker. ad Flor. II. 9. Wess.

41. 20. 49] l. 19.

45. 83. *ἐν τόποις δεξιοῖς*] Non mala quidem Reiskii coniectura *ὑπερδεξίοις*: sed *δεξιὸς* sic dixit Tzetzes Chil. XI. v. 396. *λοιπὸν ἐκ τόπων δεξιῶν καὶ τόπων δυσεισβόλων ὁ ἱερὸς μονὸς λαὸς σύμπασιν ἀντιστάντες* de iis qui templum Delphicum a Gallis defendebant.

110. 3. Haec] l. Hoc

113. 83. 62] l. 92.

117. 63. Nummum] l. Numum.

131. 1. *οὔτε γὰρ ὁ πλοῦς ἦν ὀλίγος ἀλλὰ πολὺς ὑπέκειτο καὶ χαλεπός*] Ad librorum scripturam — *ἀλλὰ πλοῦς ὑπέκειτο μέγας καὶ χαλεπός* Wesselingius de altero *πλοῦς*: *Videtur supervacaneum et ex praecedentibus repetitum.* In *πόνος* mutabat Geelius Bibl. Cr. vol. IV. p. 411.

146. 97. *Χαιρώνδας* vocatur etiam in lapide apud Boeckhium I. p. 363.

154. 85. versu ultimo *τῶν*] l. *βῶν*

186. 51. Interpres] Qui vertit *ima hastilium parte*.

271. 26. pro 276. 26.

339. 39. P. 382. 86. *τὰ διαστήματα αὐτῶν ἐπλήρωσε τοῖς ψιλικοῖς τάγμασιν*.

487. 67. Vaillaut.] l. Vaillant.

513. 98. IV] l. V

573. 34. *Ἀθηναίους* intulerat Valesius.

591. 51. l. *Χρηστομαθείαις*
612. 27. l. *Agamemnonem*
614. 31. *abs — que*
621. 84. versu ult. l. declaraverit
622. 19. Ad] l. At
627. 45. τοῦ] l. τῶν
628. 90. idem] l. item
630. 67. καθ᾽] l. κατ᾽
632. 65. l. XXXII
643. 4. *Στυμῶνος*] l. *Στρύμωνος*

Ed. Lips. p. 547. ἐκ. adde: *μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ* Pausan. V. p. 562. l. *αὐτόχθονας*